MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA.

LEGVM

TOMVS IIII.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS
SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT

GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT. BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

LEGVM
TOMVS IIII.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AVLICI HAHNIANI
MDCCCLXVIII.

TOMO LEGUM QUARTO CONTINENTUR:

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Hodie tandem legum Langobardorum editionem ante XXXXVIII. annos coeptam Friderici Bluhmii nostri opera absolutam lectoribus tradere licet.

Quum enim annis 1820 et 1821 Vindobonae codicibus bibliothecae Caesareae evolutis prima libri subsidia paravissem, et anno 1822 Romae in Theatro Marcelli apud Niebuhrium nostrum a Bluhmio amico ut patriae operam suam navaturus ducem se huius operis profiteretur impetrassem, exinde unitis studiis codices eximios saeculis VII—XIII et recentioribus exaratos, quorum praecipua specimina tabulis libro adiectis exhibeo, ubicumque in Europae bibliothecis latebant in lucem trahere et in usus nostros convertere coepimus. Cui negotio quum indefesso studio per complures annos institissemus, tandem subsidia operi amplissima et qualia numquam antea congesta fuisse constat paravimus, maiorem scilicet partem per nosmet ipsos, reliqua per doctos studiorum socios, tum itineribus in Europae provinciis susceptis librisque ibi exscriptis, tum domi in Bibliotheca Regia codicibus haud raro pretiosissimis fidei nostrae commissis; cuius insignis privilegii dignas potentissimis Germaniae, Galliae, Russiae, Sueciae, Italiae, Belgii utriusque Monarchis eorumque summis Ministris referimus. Viro-

rum autem doctorum qui Bluhmio duce editionis partem susceperunt primo loco nominandus est b. m. Iohannes Merkel ICtus Norimbergensis. Qui quidem Bluhmii scriptis iuris Langobardici doctrina imbutus, primo in Italia meruit, et in edenda legis parte quae ad systema Papiense pertinet Bluhmio suppetias venire proposuit. Quod quum Bluhmio academico munere valde occupato placuisset, onus istud per aliquod tempus suscepit, mox vero et ipse professoris munere suscepto fatigatus, a me impetravit, ut discipuli sui Alfredi Boretii I.U.D. viribus sublevaretur. Nihilominus tamen post paucos annos Merkelius immaturo fato obiit, et officium Bluhmii auctoritate a Boretio absolvendum reliquit.

Sed et hoc subito Merkelii obitu detrimentum nobis accidit: Monasterium Cavense prope Salernum situm chartarum Langobardicarum ditissimum, anno 1822 mense Augusto a me inhabitatum, praeter Annales Cavenses et legum Langobardorum codicem eximium chartas plurimas evolvendas obtulit, quarum aliquas integras, reliquarum a D. Salvatore de Blasio, tabularii illius praeposito, excerpta legum Langobardorum editioni illustrandae exscripsi. Totum hunc apparatum praeter Annales a memet ipso Scriptorum tomo tertio editos, a me Bluhmius, a Bluhmio Merkelius accepit; et collatio codicis editioni Edicti inserviit, sed excerpta Blasiana post Merkelii obitum frustra quaesita, fortasse inter chartas Merkelii relictas et inaccessas latent, et rei nostrae atque historiae iuris Langobardici per medium aevum detrimento hodieque desiderantur.

Tantum de legislatione Langobardorum. Ceterum quam pridem ei subiungere animus erat, nova legum Saxonum et Thuringorum editio, adversa optimi editoris valetudine diu impedita, praelo tandem parata una cum aliis nonnullis legibus tomo Legum quinto proxima hieme prodibit.

Dabam Berolini in Bibliotheca Regia a. d. 15. Kal. Iunias a. 1868.

G. H. PERTZ.

LEGES LANGOBARDORUM.

A. IN EDICTUM PRAEFATUS EST
FRIDERICUS BLUHME I. C.

Caput I. De origine gentis ac iuris Langobardorum.

§. 1. *Langobardorum gentem non procul ab extremis Albis fluvii oris primas sedes habuisse, Velleius Paterculus testis est, Tiberii olim in hisce regionibus miles; qui* receptis denique Cauchis, fractisque Langobardis, gente etiam Germana feritate ferociore, *id evenisse ait, quod nunquam spe fuisset conceptum. Tunc enim, inquit,* usque ad flumen Albim Romanus cum signis perductus exercitus, classis ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi subvecta, exercitui Caesarique se iunxit[1]. *Cuius sedis alterum etiam testem habemus: antiquissimam illam Luneburgensis regionis civitatem, quae in hunc ipsum diem* Bardorum vicus (Bardewik) *appellatur, celeberrimum olim caput illius Bardorum pagi* (Bardengau), *per quem Caroli Magni copiae non semel in Transalbingiam, Holsatiam in primis, transitum fecerunt. Bardorum enim et Langobardorum nomina per Germaniam pariter ac per Italiam in promiscuo usu fuisse, ex Helmoldo[2], Paulo Diacono[3], Chronico Salernitano[4] atque carmine Auderici[5] docemur.*

Ipsi vero Langobardi, gens parva, quam paucitate nobilitari etiam Tacitus affirmabat[6], a Winilorum populo, extremisque illis Cimbricae chersonesi partibus, quibus nomina Wendilskaga et Vendilsysla etiam hodie manserunt, originem ducebant. Nec statim a veteris patriae caritate recessisse eos credendum est, cum inter Langobardos Anglosque atque Saxones, qui pariter ex Transalbingia ad amplissimum Suevorum foedus accesserant, arctius semper propinquitatis amicitiaeque vinculum obtinuisse videamus. Augescenti vero Langobardorum populo inter Visurgim etiam Luppiamque novae sedes concessae sunt, si chronico Gothano (infra pag. 642*) fidem habere licet.*

§. 2. *Quonam vero tempore Langobardi cum aliis Suevorum nationibus in orientem progressi sint, quonam Bohemiam et Moraviam occupaverint, id minus exploratum est. Notatur tamen annus* 379 *in quibusdam exemplaribus chronici a Prospero Aquitanico confecti, isque annus optime cum eo convenit,*

1) Velleius Paterculus lib. II. cap. 106. 2) Helmoldi chronicon Slavorum I, 25, 2. 3) Paulus Diaconus de gestis Langobardorum lib. III. cap 19. 4) Chronicon Salernitanum, in Monum. Germ. SS. Tom. III. p. 483, 58. 486, 14. 554, 1. 560, 31. 5) Ibid. pag. 470, 19. 21. 6) Taciti German. c. 40; cfr. Annal. II, 45. 46. XI, 17.

quod regionem B u r g u n d h a i b *Langobardi occupasse dicuntur*[7]*: ipsi enim Burgundiones cum anno* 373 *ad Rhenum usque processerint*, *eodem fere tempore iis sedibus renunciasse videntur*, *quas ultra dextram Albis fluvii cum Vandalis olim tenuerant. Scimus etiam Langobardos*, *quibus antea singuli duces imperabant*, *eodem fere tempore*, *vel certe paulo post*, *reges sibi praefecisse; quorum quintus*, *qui* G o d e h o c *vocabatur*, *anno* 487 *regnabat*[8], *octavus vero*, W a c c h o *nomine*, *ineunte saeculo sexto arcem regiam in Bohemia tenebat*[8*].

Sed de his plura scribemus alias. Reliqua plana et certa sunt: Pannoniam occupaverunt Langobardi anno 526, *Italiam intraverunt anno* 568, *Ticinum sive Papiam*, *quae regalis deinde sedes fuit*, *expugnaverunt anno* 572.

§. 3. *De iure autem*, *quo ante Rotharenem regem Langobardi usi sunt*, *ipse rex testatur: scriptum quidem non fuisse*, *legibus tamen pro parte constitisse*[9]*; quarum antiquiorum legum is praesertim finis fuisse videtur*, *ut de compositionibus mortuorum*, *plagarum atque feritarum certae summae pro diversa hominum conditione* (in angar gathungi) *statuerentur*[10]. *Reliqua usus firmaverat*, *ille praesertim*, *qui in foro prodierat ex iudicum communi deliberatione*, *quam* gawarfidam *(i. e. coniecturam) appellare solebant*[11]. *Sed nec prudentium consiliis vel responsis omnino caruisse videntur*, *cum ea*, *quae in Rothareni edicto cap.* 224 *de diversis generibus manumissionum quattuor capitibus divisa habentur*, *non legis sed responsi speciem gerant.*

§. 4. *Legibus a Rotharene rege anno* 643 *latis* E d i c t u s[12] *nomen est*, *quo nomine etiam Gothorum reges*, *Theodoricus et Athalaricus*, *leges suas in Italia latas appellaverant*[13]. *Tribus autem quodammodo partibus constat Rothareni Edictus; nam cap.* 1—152. *de poenis et compositionibus delictorum publicorum agitur*, *a cap.* 153. *usque ad cap.* 226. *de iure hereditatium ac familiarum*, *a cap.* 227—368. *de rerum dominio et de debitis tam ex contractu quam ex privato delicto oriundis. Ultima vero capita*, *a cap.* 369. *usque ad* 388, *additamentorum loco habenda sunt. Quae quidem omnia*, *ut pacti vel foederis inter regem populumque sollemniter compositi vim obtinerent*, *per* gairethinx *ab utraque parte confirmata sunt. Nec omnes sequentium regum leges ea auctoritate pollebant ut veteri illi Edicto adiungerentur: paucissimas quidem* G r i m o a l d u s *addidit anno* 668, *plurimas vero* L i u t p r a n d u s *inter annos* 713 *et* 735, *cum vel utriusque vel certe Liutprandi regis alias etiam praeceptiones habeamus*, *ab universo Langobardorum populo non deliberatas*, *ideoque nec in corpus Edicti translatas. Memoratorium dico de mercedibus commacinorum*, *et notitiam de actoribus regis (infra pag.* 176—182*). Pari modo* R a t c h i s *rex*, *cum annis* 745 *et* 746 *complures leges emisisset*, *partem in Edictum scribi*, *partem vero* in breve *tantum statuere praevidit (pag.* 183. 184. 192. 193*).* A i s t u l f i *denique leges*, *quas anno* 750 *adiunxerat*, *post eius mor-*

7) Paul. Diac. I, 13; Origo gentis Langobardorum, infra pag. 642, 59. 8) Paul. Diac. I, 18. 19; Origo pag. 643, 12. 8*) Chronicon Gothanum, infra pag. 642, 43. 643, 2. 3. 9) Edictus Rothari c. 386: *Inquirentes antiquas leges patrum nostrorum, quae scriptae non erant . . . reservantes ut quod adhuc . . . per subtilem inquisitionem de antiquas legîs Langobardorum tam per nosmet ipsos quam per antiquos homines memorare potuerimus, in hoc edictum subiungere debeamus;* cfr. c. 74 et 364; item rubricam edicti: *Incipit edictum quem renovavit* rell. 10) Ed. Roth. c. 12. 14. 48. 74; cfr. 11. 19. 75. 198. 374. 387. Nec obstat, quod Liutprandum c. 62 *omnia*, quae edicto inserta non erant, ad consuetudines trahere videmus. 11) Liutpr. c. 77. 133; Chron. Gothanum, infra p. 645 c. 11; cfr. Liutpr. 28. 62. 73 et prolog. a. XIV. In capitulari Saxonico a. 797. c. 4 (LL. I. p. 76) eadem res *wargida* appellatur; cfr. etiam Graff Sprachschatz I, 1041. 1043. — Ridicula vero et inepta sunt, quae Carolum Troyam Neapolitanum de *cadarfreda*, quo nomine quamcumque antiquam consuetudinem significari credebat, centies repetisse videmus. 12) Hac masculina verbi forma semper fere usi sunt Langobardi, nam in rubricae verbis: *Incipit edictum*, accusativum habemus, qui casus in his codicibus semper verbum *Incipit* sequi solet. 13) Cfr. Legum Tom. III. pag. 500.

tem ab Edicti corpore avulsas esse videmus, iis tantummodo integris relictis, quae anno 755 *statuta fuerunt. De quibus specialiter actum est infra pag.* 196. 197. 205.

§. 5. *Haec sunt, quae in vero Edicti corpore clauduntur; nam Desiderii regis, qui anno* 774 *regnum cum libertate amisit, genuinae leges ne extra quidem Edictum supersunt. Superstes tamen Liutprandi Desideriique progenies, quae* principatum Beneventanum *regebat, continuandi etiam Edicti ius sibi tribuebat (vide pag.* 207. 210*); nec minus Francorum principes in continuando Edicto antiquorum regum vices sustinuerunt. Sed de his et de imperatoribus Germanicae nationis, qui vetus Edictum auxerunt, uberiorem Boretii praefationem ad librum Papiensem scriptam expectabimus.*

Id tamen specialiter nunc lectorem monuisse velim, unum tantummodo Langobardorum Edictum extare eosque minus recte loqui, qui complura plurium regum edicta allegare solent. Erroris causa mihi aliisque[14] *ea fuit, quod Liutprandum regem saepius de anteriore edicto loquentem audimus*[15]*; sed eo verbo anteriorem tantummodo edicti paginam Grimoaldi exemplo*[16] *se intellexisse, aliis locis idem rex aperte demonstravit*[17]*, nec unquam de posteriore edicto vel de pluribus edictis locutus est. Liutprandi exemplum sequuntur Ratchisi, Aistulfi, Caroli Lothariique leges*[18]*; de pluribus vero legis Langobardicae edictis uno solo capitularium loco agitur*[19]*. Paulus etiam Diaconus*[20]*, Andreas Bergomas*[21] *et vetus auctor catologi bibliothecae Casinensis a.* 1023 *confecti*[22] *unum tantummodo edictum fuisse testantur; de pluribus edictis solus Benedictus monachus coenobii S. Andreae loquitur, quem in Chronico, circa annum millesimum conscripto rudi admodum ac pene ridiculo sermone usum esse, omnes sciunt. Is enim Benedictus de novis regum imperatorumque legibus* in edictis affigendis *constanter retulit*[23].

§. 6. *Quanta vero auctoritate hoc edictum etiam post Francorum in Italia dominationem valuerit, id vel Graeca eiusdem versio probare videtur, cuius*

14) Certe ea quae de ea re protuleram anno 1822 (Archiv IV, 369), Vesmio etiam placuerunt anno 1855. 15) Liutpr. c. 15. 17. 20. 24. 36. 61. 65. 86. 87. 94—96. 103. 117—120. 123. 124. 128. 130. 134. 138. 141. 149—151. 16) *Hoc edictum* et *superiorem paginam huius edicti* Grimoaldi leges allegant in praefatione et c. 3. 17) Liutpr. 103. 119. 123. 130; cfr. Liutpr. 35. 83 epil.; a. XIX prol.; XXIII prol., ubi de *praesenti* pagina edicti similibusque agitur. 18) Ratchis 6; Ahistulf. 6. 11. 14. 18; Liber Papiensis, Karol. 143; Loth. 89. 19) Legum Tom. I. pag. 83, post a. 801: *ea quae ab antecessoribus nostris regibus Italiae in edictis legis Langobardicae ab ipsis editae praetermissa sunt.* 20) Paul. Diac. IV, 44 fi.: *Hic Rothari rex Longobardorum leges, quas sola memoria et usu retinebant, scriptorum serie composuit, codicemque ipsum Edictum appellari praecepit.* — V, 33: *Hic* (Grimoaldus) *edicto quod Rothari composuerat, aliqua quoque capitula legis, quae ei utilia visa sunt, adiecit.* — V, 58 in fi.: (Liutprandus) *legum augmentator.* 21) Andreae Bergomatis chronicon (scriptum c. a. 877, Mon. SS. III, 231 sqq.) pag. 232: *Rothari, qui edictum Langubardorum conposuit... Grimoald...in edicto Langubardorum novem conposuit capitula...;* pag. 233: *Liutprand...legem Langubardorum ampliavit, et in edicti corpore conscribere iussit...Ratchis posuit in edicto capituli octo...* (Aistolfus) *regnavit annos octo, et posuit in edicto capitula tredecim.* Ex Grimoaldi capitulorum numeris iisque, quae de Liutprando traduntur, facile est videre, Andreae Bergomati non solum historiam Pauli Diaconi, sed etiam ipsum Edicti corpus in manibus fuisse, cum chronici partem priorem conscriberet; quod Bethmannum (Archiv X, 368) et Wattenbachium (Deutschlands Geschichtsquellen p. 200 ed. II.) fugisse videtur. 22) Tosti storia della badia di Montecassino. 1842. Tom. I. pag. 287: *Edictum regum.* 23) Monumenta SS. Tom. III. pag. 699: *Rothari... et dictis (edictis?) legibus Langobardorum composuit;* pag. 703: *petierunt Langobardi Astulpho, ut . . . in edictis legibus affigerentur; fecitque capitula sicuti Langobardi precati sunt, et in edictis affigi precepit;* pag. 707: *Karolus . . . placitum habens de convenentiis eorum legibus Italie, que antecessor(ibus) eorum regibus dudum antea in (e)dictis eorum scripta non esset;* pag. 708: *monasterium sancti apostoli (e)munitatem concessit et in edictis Langobardorum affigi precepit;* pag. 712: *Et monita te* (emunitate) *legibus insuper descriptis monasteriis in edictis legibus Langobardorum affigi precepit; Fecit idem Quido synodum . . . (de) capitulis legis et in edictis affigi precepit...;* pag. 718: *Fecerunt imperatores* (i. e. Otto I. et II.) *legem et conclusit in legibus Romanam legem et Langobardiam, et in edictis affigi precepit.*

fragmenta ex codice anno 1166 *scripto, ab Eduardo Zachariae primum edita, infra pag.* 225—234 *exhibentur. Cessit illa auctoritas inter Italos non tam novis legibus, quam novis eiusdem legis formis, Concordiae scilicet, libro Papiensi et Lombardae, quas omnes huic libro inseri curavimus. Iure consultorum denique medii aevi, qui genuinum edictum vel certe capitularia eidem adiecta allegarent, post Iacobum Columbi, qui scripsit circa annum* 1200[24], *neminem inveni. Is autem codicem Eporediano (num. III inter eos quos sequenti capite notabimus) in hac parte similem in oculis habuisse videtur, cum novem tantum vel decem leges a Karolo M., postquam imperator factus esset, emissas*[25] *in ultima capitularis charta reperiri dicat*[26]. *Sic enim fere res sese habet in istius codicis foliis* 138. 139, *quibus alia ad legem Salicam pertinentia adhaerent*[27].

Caput II. De codicibus manuscriptis edicti.

I. Codex Sangallensis 730 et folia Turicensia[28].

§. 7. *Extat nunc in publica civitatis Sangallensis bibliotheca volumen his verbis inscriptum:*

VETERUM | FRAGMENTORUM | MANUSCRIPTIS CODICIBUS DETRAC | TORUM COLLECTIO | TOMUS III,

quibus in aversa folii parte haec adduntur:

D. Ioanni Nepomuc. Hauntinger, Bibliothecario inter primos eruditissimo. Quae quondam operculis librorum iuvenes degludebamus fragmenta, quae tibi de re diplomatica scribendi dein ansa fuere, quae nostro eiecti Monasterio adhuc solliciti custodiebamus, haec in libros octo dispesta in contestationem veteris necessitudinis nostrae offero, obsecutus Plinii monito: sit apud te antiquitati honos.

In S. Gallo, in die festo S. Galli MDCCCXXII.

Ildefonsus ab Arx.

En vero omnis fere pretiosissimi codicis historia, cuius mentio in priscis celeberrimae Sangallensis bibliothecae librorum indicibus, a Friderico Weidmanno nuper editis[29], *prorsus desideratur. Id solum res ipsa docet, codicem turpiter in bibliopegae cuiusdam manus incidisse, cui recentiores abbatiae libri compingendi traditi erant; ex horum enim librorum tegumentis recuperatum est*

24) Savigny Geschichte des Röm. Rechts. Tom. V. p. 89—98. 283. Tom. VI. pag. 310. 25) Sunt fere eaedem, quae habentur in Monumentis Legum Tom. I. pag. 83. 84, et sine prologo etiam in libro Papiensi Kar. M. c. 78—87. 26) Locum Columbinum post Mincuccium (de feudis VI, 24. cap. 1) etiam glossa Accursiana (ad II. Feud. 53 verb. *legitime puniatur*) his verbis repetit: *vel dicas quod* (Carolus) *stetit rex per multos annos Franciae et Lombardiae, antequam Romanum imperium haberet, et tunc fecit legem praedictam* [scil. Si quis latro, Karoli M. 84], *ut apparet per capitulare suum, si quis per ordinem inspexerit in Lombar. confusa non intitulata. Nec enim invenitur nisi novem leges fecisse postquam fuit imperator, sive decem, ut in ultima charta capitularis sui reperitur. Non enim ille fuit Carolus, qui dicitur filius fuisse Pipini, sed fuit ille qui fuit pater Pipini, ut praedicto capitulari invenitur charta ultima, et est in Lombarda de Episcopis et clericis L. Et hoc statuimus.* — Allegatur nimirum Lombardae III, 1. cap. 25: *Et hoc instituimus.* 27) Cfr. Pertzius in commentationib. academiae Berolinensis 1857. pag. 82; Merkelius, Archiv XI, 554; Boretius Capitularien pag. 40. 119. 28) Cfr. Archivum nostrum Vol. IV. p. 371. Vol. V. p. 226—229. Vol. VI. p. 481—483. Vol. VII. p. 172. 766. 767. Vol. X. p. 355; Vesmii praefatio pag. XVI —XVIII. LXIII. 29) Geschichte der Stiftsbibliothek von St. Gallen, von Fr. Weidmann, Bibliothekar. 1841. pag. 364 sqq. Eiusdem auctoris indicem eorum, quae ab Hauntingero Arxioque in dictis octo voluminibus collecta extant, habes ibid. pag. 171—173.

quidquid nunc Ildefonso ab Arx, viro de re litteraria praeclare merito, et Ioanni Nepomuceno Hauntinger debemus. Quorum exemplo Hennius nuper aliique non pauca, quae residuorum *foliorum nomine nunc notare licebit, Hauntingerianis iunxerunt; de quibus Gonzenbachius, dilectissimus omnibus qui S. Gallum studiorum litterarumque causa visitant, accuratius narravit*[30]. *Sane ne nunc quidem inutile videbitur iteratum librorum impressorum examen; quorum unus (titulum incaute omisi) quamquam ipso Edicti folio iam sublato, tamen Edicti scripturam contraria tegumenti pagina expressam ita plene servavit, ut speculi ope omnia legi posse contenderim. Neminem autem fuisse, qui Hennium in hac re praeveniret, rei ipsi magno detrimento fuit. Is enim vir, qui invita Minerva bibliothecarii munere per aliquot annos fungebatur, in destruendis reliquiis plus fecit, quam in conservandis; cum omnia, quae lectu difficiliora ei videbantur, non solum acidis liquoribus palimpsestorum modo tractaret, sed lapide etiam nigro superinducto litterarum genuina vestigia tegeret potius quam restauraret*[31]. *Ac ne de fructu quidem istius improbi laboris ad alios quidquam pervenit. Nam Vesmio praesto fuit collatio sumptibus academiae historicae Taurinensis ante annum* 1855 *instituta, quae tamen folia residua non complectebatur; mihi omnia ex integro conferre licuit anno* 1862, *cum ab ea collatione, quam anno* 1823 *Carolus Wegelin, tunc theologiae studiosus, postea archivii Sangallensis praefectus, magna industria nobis paraverat, complura abesse videremus.*

§. 8. *(Folia Turicensia.) Turicensem bibliothecam, quae ab ecclesia ad lacum (Wasserkirche) nomen habet, in vetere cuiusdam libri tegumento servare insigne legum Langobardorum fragmentum, olim Schraderus Tubingensis me monuerat, cum anno* 1821 *Helvetiam Italiamque adirem; sed neminem tunc Turici inveneram, qui de vestigio certiorem me reddere posset*[32]. *Postea doctis eiusdem civitatis viris diligentissime omnia perscrutantibus contigit, ut post intervalla usque ad tredecim vel quattuordecim folia foliorumve frusta, aliis libris adglutinata invenirent, quorum decem nunc eadem publica civitatis bibliotheca sub signo* C, 389, *reliqua societas, quae antiquariae nomine Turici floret, inter cimelia sua religiose servat. Quae quidem omnia ad codicem Sangallensem pertinere manifestum est; nec quomodo Turicum pervenerint, incerti sumus, cum inter praedas belli Toggenburgici a Turicensibus Bernensibusque anno* 1712 *S. Galli abbatiae ablatas magnam etiam librorum copiam fuisse sciamus*[33]. *Utinam in Bernensium quoque bibliotheca similia quandoque detegantur! Sane eorum, quae Turici nunc extant, maiorem partem iam a.* 1837 *conferre licuerat Pertzio nostro; postea omnia fere ad amussim descripsit Theodorus Mommsenius, cuius apographo duo tantum frustula, ad Roth. cap.* 89. 95. 96. *spectantia, mihi Osenbruggio iuvante addere contigit, quae nuperrime ex tegumentis libri de actis Sanctorum decerpserat Rudolphus Kellerus Turicensis. Vesmio Turicensium foliorum collatio prorsus defuit.*

§. 9. *(Totius libri computatio.) Iam vero ex iis, quae in Sangallensi Turicensique civitate nunc extant, totius veteris libri computatio eatenus institui potest, ut sciamus, ad undecim quaterniones reliquias nostras pertinere, quibus unus duodecimus olim accessit, si solum Rothareni edictum in codice continebatur. Nec minus certum, quaedam in veteri codice praecessisse ei qua-*

30) Reyscher, Zeitschrift für Deutsches Recht. Bd. XVII. Heft 2. (1857) pag. 279—282. — Sunt autem quattuordecim fragmenta maiora minora, immo etiam minima, ex quaternionibus I. IV. V. XI, ad capita 15—23. 162—164. 178—182. 358. 359. Edicti Rothariani pertinentia.

31) Iis, quibus ipsum codicem inspicere continget, exempli causa nomino Roth. cap. 212. 213.

32) Archiv für ältere Deutsche Geschichte IV, 371.

33) Fr. Weidmann l. c. pag. 90—99. 423—450.

ternioni, qui nunc inter superstites primus est: generalem scilicet Edicti rubricam cum Rothareni praefatione, et cum titulorum indice, quo nec hunc codicem caruisse crediderim. Regis etiam imagine, vel alia pictura maiore codicem ornatum fuisse, magna illa colorum copia suadere videtur, quibus singulae paginae quae superstites sunt, ornatae apparent; quibus accedit, quod etiam capiti Roth. 153, De filiis legitimis, *quod alii plerique librarii pro novae Edicti partis exordio insigniverunt, maior pictura in nostro codice praemissa fuisse videtur, nisi integram paginam vacuam hoc loco a librario relictam fuisse credamus.*

His autem omnibus, quae praecesserunt, vel unus sexternio, vel duo quaterniones facile compleri poterant; de quo accuratius definiri nihil potest, quia iis quaternionibus, qui supersunt, numeri adscripti non inveniuntur. Quod etiam causae est, cur in sequenti tabula primum quaternionem eum vocamus, qui nunc inter superstites primus est:

Quaternionis	folium		Roth. cap.
Quaternionis I.	*folium* 1.	*extat S. Gallis, et continet*	*Roth. cap.* 1 — 7.
„ *I.*	„ 2.	„ *Turici*[34], „ „	„ „ 7—12.
„ *I.*	„ 3.	„ *S. Gallis* „ „	„ „ 12—14.
„ *I.*	„ 4.	„ „ *(residuum)*	„ „ 15—18.
„ *I.*	„ 5.	„ „ „	„ „ 19—25.
„ *I.*	„ 6.	„ „	„ „ 25—31.
„ *I.*	„ 7.	„ *Turici*[34]	„ „ 31—36.
„ *I.*	„ 8.	„ *S. Gallis*	„ „ 36—40.
„ *II.*	„ 1.	„ „	„ „ 41—46.
„ *II.*	„ 2.	„ „ *(ima pars periit)*	„ „ 46—51.
„ *II.*	„ 3.	*periit*	[„ „ 53—63.]
„ *II.*	„ 4.	*extat S. Gallis*	„ „ 63—74.
„ *II.*	„ 5.	„ „	„ „ 74—78.
„ *II.*	„ 6.	*periit*	[„ „ 78—85.]
„ *II.*	„ 7.	*extat S. Gallis et in frusto Turicensi*	„ „ 85—96.
„ *II.*	„ 8.	„ „	„ „ 96—105.
„ *III.*	„ 1.	„ „	„ „ 105—112.
„ *III.*	„ 2.	„ „ *(residuum) in minimo frusto Roth. cap.*	116. 117. 124. 125.
„ *III.*	„ 3.	*periit*	[*Roth. cap.* 127—130.]
„ *III.*	„ 4.	*extat S. Gallis*	„ „ 130—138.
„ *III.*	„ 5.	„ „	„ „ 138—142.
„ *III.*	„ 6.	*periit*	[„ „ 142—144.]
„ *III.*	„ 7.	*extat S. Gallis (residuum) prima pars periit*	„ „ 145—147.
„ *III.*	„ 8.	„ „	„ „ 147—150.
„ *IV.*	„ 1—5.	*perierunt, continent*	[„ „ 150—162.][35]
„ *IV.*	„ 6.	*extat S. Gallis (residuum)*	„ „ 162—164.
„ *IV.*	„ 7. 8.	*perierunt*	[„ „ 164—169.]
„ *V.*	„ 1. 2.	*perierunt*	[„ „ 170—174.]
„ *V.*	„ 3.[36]	*extat S. Gallis*	„ „ 175—178.
„ *V.*	„ 4.	„ „ *(residuum, lacerum)*	„ „ 178—180.
„ *V.*	„ 5.	„ „ „ „	„ „ 180—182.
„ *V.*	„ 6.[36]	„ „	„ „ 182—184.
„ *V.*	„ 7.	„ „ *(residuum)*	„ „ 184—136.
„ *V.*	„ 8.	*periit*	[„ „ 187—189.]
„ *VI.*[37]	„ 1—8.	*extant S. Gallis*	„ „ 189—212.

34) Folia 2 et 7 adhuc inter se cohaerent. 35) Haec capita ultra quattuor folia vix explevisse, iam supra monuimus. Quintum, vel potius ex ordine secundum, aut pictura ornatum, aut a librario resecatum fuisse videtur, sicut infra in quaternione decimo factum esse constat. 36) Folia 3 et 6 inter se cohaerent. 37) Quaterniones VI et VII integris foliorum paribus constent nec ne, explorare non licuit.

Quaternionis	*VII.*	*folia*	1—8. *extant S. Gallis (pauca perierunt)*	*Roth. cap.*	212—232.
„	*VIII.*	*folium*	1. *periit*	[„ „	233—238.]
„	*VIII.*	„	2. *extat Turici*	„ „	238—244.
„	*VIII.*	„	3. 4. *perierunt*	[„ „	245—252.]
„	*VIII.*	„	5. *extat Turici*	„ „	252—254.
„	*VIII.*	„	6. *periit*	[„ „	255—260.]
„	*VIII.*	„	7. *extat Turici*	„ „	260—264.
„	*VIII.*	„	8. *periit*	[„ „	264—266.]
„	*IX.*	„	1—7. *perierunt*	[„ „	267—316.]
„	*IX.*	„	8. *extat Turici*	„ „	316—322.
„	*X.*	„	1. „ „ *continet*	„ „	322—327.
„	*X.*	„	2.[38] „ „ „	„ „	327—332.
„	*X.*	„	3.[38] „ „ „	„ „	332—338.
„	*X.*	„	4. *periit*	[„ „	339—342.]
„	*X.*	„	5. *extat Turici*	„ „	342—343.
„	*X.*	„	6. „ „	„ „	343—346.
„	*X.*	„	7. „ „	„ „	346—348.
„	*XI.*	„	1. „ „	„ „	348—351.
„	*XI.*	„	2. *periit*	[„ „	351—356.]
„	*XI.*	„	3. *extat S. Gallis (residuum in minimo frusto)*[39]	„ „	358. 359.
„	*XI.*	„	4. „ „	„ „	360. 361.
„	*XI.*	„	5. „ „	„ „	361. 362.
„	*XI.*	„	6. „ „	„ „	363—365.
„	*XI.*	„	7. „ „	„ „	365—368.
„	*XI.*	„	8. „ „	„ „	368—371.[40]
„	*XII.*	„	1—6. *perierunt*	[„ „	371—388.]

Quorum omnium summa eo redit, extare nobis folia plus minus integra 59, *periisse folia* 34; *unum praeterea ex iis, quae decimo quaternioni absunt, resectum ab ipso scriptore videri. Eorum vero quae supersunt, folia* 45 *in bibliotheca Sangallensi*, 13 *Turici adservantur, unius vero folii frusta utroque loco disiecta nunc habentur.*

§. 10. *(De legibus Grimoaldi et Liutprandi, an codice olim insertae fuerint?) Grimoaldi leges huic libro olim non defuisse, ideo credendum est, quia ipse codex aliquanto post Rothareni tempora scriptus esse videtur. De Liutprandi autem legibus eadem ex causa contrarium statuendum erit; nam antiquiorem esse Sangallensem codicem Vercellensi, qui ante Liutprandi mortem scriptus esse videtur, pluribus argumentis coniiciendum est. Nec facile explicari posse videretur, cur ex grandi Liutprandinarum legum mole ne unum quidem frustum nobis supersit, cum omnium quaternionum, quibus Rothareni leges continebantur, particulae in bibliopegae manus inciderint.*

§. 11. *(Membranarum et scripturae forma.) Iam vero de singulis membranis monendum est, earum, quae integriores esse videntur, nunc altitudinem esse millimetrorum* 204, *latitudinem* 137; *singulis paginis contineri versus viginti (excepto quaternionis septimi folio quarto, ubi membranae foramen duos versus omittere iusserat), in quocunque denique versu litteras haberi circiter* 23, *rarius* 22, *vel ultra usque ad* 28. *A sexto quaternione latioribus aliquatenus scripturae formis usus est librarius; praeterea in litteris initialibus vario modo pingendis non mediocrem operam impendit, adeo ut picturis etiam maioribus*

38) Folia 2—6. et 3—5. paria foliorum sunt; quamobrem folium 4 singulum fuisse, res ipsa docet. De octavo folio, an huic quaternioni iunctum fuerit nec ne, dubitare licet. 39) In libro edito, pag. 82 infra, not. ad cap. 359 typographi errore legitur *numerus CCCXLV*, pro *numerus CCCLXV*. 40) Desinunt, quae supersunt, in verbis *similes sunt*.

nonnunquam spatium reliquisse videatur[41]. *Ipsius scripturae effigies, eximia arte confecta, adest in nostrae editionis tabula prima.*

Singulare autem librarii meritum in eo consistit, quod scripturae compendiis omnino fere[42] *abstinuit; in quo Iustiniani legem de Codice ac Digestis scribendis anxie observasse videtur, adeo ut vel omnes numeri, qui in ipso legum contextu habentur, litteris scripti inveniantur*[43]. *Aliter in numeris singulis legibus praescriptis: hi enim non ab ipso rege, sed a librariis Edicto erant inserti. Retinuit constanter librarius noster litteram* a *in diphthongo* ae, *retinuit pariter litteram* h *in verbis* haldius *ceterisque Germanicae originis. Generaliter autem omnibus aliis codicibus in vocabulis Germanicis vel Italorum rusticis scribendis longe praestat*[44]; *in quo Parisiacus* 4614 *(infra num. X) proxime ad eum accedit. — In permutandis vocalibus* a *et* e, *item* e *et* i *Anglorum Saxonumque pronuntiandi morem Langobardus scriptor retinuisse videtur, quamquam in eo, quod vocales* u *et* o *non minus constanter inter se miscet, ad Italorum linguam rusticam potius se accommodasse videatur.*

Vitiis tamen nonnullis, quae nulla excusatione defenduntur, hunc etiam codicem laborare, nec semper librarium ea quae describebat, recte intellexisse, non negabimus. Sic Roth. cap. 25. *in fine verba* id est urbitariam *ex rubrica sequentis capitis praecipiuntur, quod pariter in codice Parisiaco* 4614 *accidisse videmus; Roth. cap.* 176. *in fine pro* mercedis intuitu *habetur* mercidesintuicto; *Roth. cap.* 41. *pro* ac si *legitur* axi; *etiam* hoccisus *et* hedictum *semel me invenisse memini. De verbo* histriga *pro* striga *(Roth.* 197. 198*) valde dubito, an vitiosis scripturis adnumerari debeat. Duplex denique lapsus deprehenditur in Roth. cap.* 219, *quod ita librarius omisit, ut in numeris etiam, singulis capitibus praescriptis, omissi vestigium nullum supersit. Horum vero numerorum summa haec est:*

Codicis	*capita*	1 — 12	*sunt*	*editionis*	*nostrae*	1 — 12.
„	„	13. 14	„	„	„	13.
„	„	15—135	„	„	„	14—134.
„	„	136. 137	„	„	„	135.
„	„	138. 139	„	„	„	136.
„	„	140—196	„	„	„	137—193.
„	„	197. 198	„	„	„	194.
„	„	199—222	„	„	„	195—218.
„	„	223—226	„	„	„	220—223.
„	„	227—230	„	„	„	224.
„	„	231—377[45]	„	„	„	225—371.

Et haec hactenus de codice adeo pretioso, ut peculiarem aliquando uniuscuiusque folii superstitis effigiem doctorum Helvetiae virorum opera prodituram esse, non optandum solum, sed etiam sperandum sit.

II. Codex Vercellensis.

§. 12. *Hunc codicem, qui in archivio sive bibliotheca Capituli ecclesiae*

41) Sic suspicari licet de rubrica capiti 153 praemissa; vide supra not. 35 et infra pag. 35. not. a. 42) Excipienda sunt haec: *ā* pro *am* et *aut; b̄* pro *bus; coñp* pro *conponat; dño, dñm* pro *domino, dominum; ē* pro *em* et *est; nı* pro *nostri* (cap. 177); *noniñg* pro *noningentis* vel *noningentos; q̄* pro *que; ū* pro *um; sold̄* pro *solidis* vel *solidos; s̄s̄tā* pro *suprascripta.* Praeterea iunguntur nonnunquam litterae *ns, nt, ur* (ꝯ, ɴ́, ẏꝛ). 43) Excipiendus unus locus, scil. Roth. cap. 186. 44) Exempli causa videantur verba *uuirgild, fulcfree, faderfyo* (Roth. 200), *sclusa* (Roth. 150), aliaque multa. 45) Mutandi sunt in editione nostra pag. 77. 26. numerus 344 in 345, et pag. 82. 40. numerus CCCXLV in CCCLXV.

S. Eusebii s. cathedralis Vercellensis nunc servatur sub numero CLXXXVIII, cuique a tergo inscriptum est Constitutiones civiles de tempore Longobardorum, *primus notaverat Ioannes Andres Hispanus in epistola ad Morellium edita anno* 1802[46]. *Postea vero Amedeus Peyron, Italicae eruditionis decus ac lumen, accuratius hunc thesaurum examinavit, mihique, cum anno* 1821 *per biduum Taurinis morarer, integrae collationis instituendae suasor et auctor fuit. Ipsius etiam commendationibus instructus, anno sequenti adeo benigne ac liberaliter a reverendis capituli canonicis exceptus sum, ut facile in bibliothecam admisso (quod paucissimis antea concessum erat) non solum D. Eusebii Balloci ope totum librum decem dierum spatio conferre, sed alios etiam pretiosissimos codices examinare et ab oblivione vindicare liceret*[47]. *Postea Vesmio aliisque eorundem codicum usum liberaliter concessum fuisse scimus; id unum tamen vehementer dolemus, Eporediensium canonicorum exemplum, qui libros suos nobis etiam transmitti permiserunt, reverendissimos viros Vercellenses aemulatos non esse.*

De codice vero Edicti Langobardorum iam pridem multa specialiter retuleram[48], *quae nunc partim contracta, partim vero aucta vel correcta repetenda erunt; alia etiam notatu digna Vesmianae editioni, de qua infra dicendum erit, inserta habentur.*

§. 13. *(Codicis Vercellensis forma externa.) Est autem codex formae quadratae, altitudinis millimetrorum circiter* 220, *latitudinis circiter* 190, *constans nunc foliis* 169, *quorum quinque suppleta sunt saeculo decimo; perierunt antiqua folia minimum* 28. *Quae supersunt, in* 22 *quaterniones,* *litteris* B—Z *signatos, partita habentur, sicut ex sequenti tabula facilius apparebit:*

Quaternio:	*continet nunc folia codicis:*	*perierunt folia quaternionis:*
1. A.	—	*omnia*[49].
2. B.	1—7	*folium secundum*[50].
3. C.	8—15	—
4. D.	16—23	*folii primi pars inferior*[51].
5. E.	24—31[52]	—
6. F.	32—39[53]	—
7. G.	40—47[54]	—

46) Io. Andres lettera al abbate Morelli sopra alcuni codici delle biblioteche capitulari di Novara e Vercelli. Parma 1802. pag. 90—93. 47) Codicem Anglosaxonicum (num. CXVII) prae ceteris nomino, cuius carmen de Andrea et Helena nunc a Kemblio et Iacobo Grimmio (1840) editum habemus (cfr. Gazzera sopra un ms. Anglosaxonico a Vercelli, Atti dell acad. di Torino 1850 sqq.); item codicem CXXII, ex quo Mosaicarum et Romanarum legum collationem ipse edidi anno 1832; cfr. Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde Tom. V. 1825. pag. 585—589; Iter meum Italicum Tom. I. 1824. p. 87 sqq. et Bibliotheca Italica ms. 1834. pag. 5—7; Museum iurispr. Rhenanum Tom. IV. pag. 234. 235. — Nec minus ad civitatis Vercellensis archivum aditus tunc mihi patebat, ut ex amplissimis libris, quibus Biscioni nomen est, pro temporis angustia pauca exscriberem; quod ideo nunc iterum affirmandum erat, quia Baggiolinio Vercellensi professori nuper vix credibile esse visum est. Vide Baggiolini Illustrazione delle pergamene e dei codici antichi esistenti nell archivio civico di Vercelli. P. I. Verc. 1834. pag. 181—232. Iulius Krone Fra Dolcino und die Patarener. 1844. praef. p. X. XI. 48) Archiv T. IV. p. 371 (ubi mutandi sunt numeri 825 et 168 in 553 et 188). 376. T. V. p. 230—239. 49) Primum quaternionem continuisse prologum Rothari et indicem capitum 1—182. Edicti certum est. Nec spatium supererat excipiendo chronico isto, quod *Origo gentis* hodie appellatur; de quo alii dubitaverunt, cum olim quaternionem secundum a capite 26. incipere falso scripsissem (Archiv V, 233). 50) In hoc folio scripta fuerant indicis capita 217—247. 51) Minus caute olim notaveram, tertii quaternionis (scilicet tertii ex superstitibus) folium primum lacerum esse (Archiv IV, 230); quod Vesmium repetisse, immo depravasse adiecta quaternionis littera C, ideo praesertim miror, quia eiusdem folii 16. imaginem in tabulis lithographis exprimi vir cl. curavit. 52) Folio 18'. initium est ipsarum legum Edicti. 53) Folium 34. vel 35. primus librarius in locum excisi supplevit; continet Roth. cap. 101 sqq. Idem factum est post Roth. cap. 133. 54) Folio 43. initium est secundae veteris Edicti partis, s. Roth. cap. 153.

Quaternio:	*continet nunc folia codicis:*	*perierunt folia quaternionis:*
8. H.	48—55	—
9. I.	56—63	—
10. K.	64—71	—
11. L.	72—78	*folia 7.8, in quorum locum saec. X. unum folium substitutum est*[55].
12. M.	79—86	—
13. N.	87—94	—
14. O.	95—102	—
15. P.	103—110[56]	—
16. Q.	111—118	—
17. R.	119—126	*folium primum, cui aliud substitutum saec. X.*[57]
18. S.	127—129	*omnia, tribus foliis saec. X in eorum locum substitutis*[58].
19. T.	130—137	—
20. U.	138—145	—
21. X.	146—153	—
22. Y.	154—161	—
23. Z.	162—169	—
24. ?	—[59]	—

Priorum quaternionum paginae continent 20 *versus, posteriorum* 21, *deinde* 22; *denique vero, versus finem codicis,* 24. *Sed de externa codicis forma plenius iudicari poterit, si totum folium, quod nunc ultimum inter superstites est (tegumento libri adglutinatum inveneram) typis fideliter expressum proponam:*

(folium rectum:)
Ipsum hominem ferire dixit quantum aedic
tus anterior contenit de consilio mortis
sed nobis et nostris iudicibus hoc nullo mo
do placuit qn̄m̄ consilium mortis in occul
te fiet concinatum · et aligotiens p̄ficitu̅
et aliquotiens non perficitur · nam hoc hu
micidium presentaliter factum est et nos
non dicemus esse consilium quando homo al
teri homini uerbotinus et presentaliter os
tenderit et dicat feri hominem istum · ideoq:
qui talem comiserit et si prouatum fuerit·
non conp̄ consilium mortis · sed conp̄ sicut
nus nostro tempore in edictu adfiximus·
et p̄dat omnem substantiam suam et medi
etatem exinde accipian̄ heredis defuncti
et mediaetatem curtis regia · excepto illa
antiqua conpositionem heredis ipsius qui
occisus est inantea tollat sicut in edicto nos
tro tempore ut diximus est adfixum:
dxxxv | In nomine dn̄i nobitia qualiter lu
bit dom | nus rex ad omnis actores suos q̄l
curtis | eius comissas habent id est inpri
mis de illo quod iam nostrum tempore inpu
plicatum est ut iurent unusquisque actor
(folium versum:)
et dicat p̄ euangelium ut ea quodcūque
cognouere quod contra rationem aliquid
tultum est faciat exinde nobitiam dō

55) Continet Roth. cap. 274—280. 56) Folio 106' initium est legum Liutprandi. 57) Continet Liutprandi cap. 19. cum parte prologi eidem praemissi. 58) Continent Liutprandi cap. 31 med. — 55 in fine. 59) Quae post quaternionem *Z* ex Liutprandi legibus desiderantur, scilicet Liutpr. c. 139—153, et Extravag. c. 6 (infra pag. 182) decem folia explesse verisimile est, nisi arctioribus scripturae formis librarium usum esse credamus.

NO REGI UT RELAXERUNT · SI TAMEN UT DICAT
5 IN IPSO SACRAMENTUM · QUOD NON CONSENTI
ENDUM AD AMICUM NON AD PARENTEM · NON
AD PREMIUM CONSUMPTUM NISI QUOD CERTO
5 SCIAT QUOD CONTRA RATIONEM TULTUM ERIT
ET CUM NOBIS PARUERIT RETENSITUM p NOS
10 TRAM IUSSIONEM RELAXETUR ITEM UNDE AN
TEA IUSSEMUS PER SEXAGENTA ANNUS INQUI
RIRE POSSESSIO DE PIGUNIA PUPLICAM PRO EO
10 QUOD PECCATIS INMENENTIBUS DE SEXAGENTA
ANNIS ALIQUID NON COMMEMORANT ET PAUCI
15 INUENIUNTUR QUI TANTUS ANNUS HABEAT
ITA STATUIMUS UT EXCEPTO QUI IAM PER NO
TITIAM INPUPLIGATUM EST UT ACTOR QUI
15 BENE CERTUS EST QUOD INTRA XXX · ANNUS
ALIQUA INUASATIO AUT FRAUS IN PECUNIĀ
20 PUPLICA PERACTUM EST IPSUM REQUIRAT
ET ADDUCAT AD NOSTRAM NODITIAM · SIC TA
MEN UT ANTEA NON PRESUMAT UUIFARE AUT
20 PIGNERARE · QUIA NOS UOLUMUS ISTA CAU
SA PER NOSMEDIPSUS AUDIRE ·

Singularum litterarum formas tabula nostra II. sub num. 1. *repraesentat; uberiora specimina in Vesmiana tabula II. continentur. Antiquiorem esse scripturam saeculo nono, nemini dubium videbitur; annis* 736—746 *adsignandam*
25 *esse, ideo verisimile est, quia in indice capitulorum Edictum legibus Liutprandi clauditur, leges vero, quas Ratchis et Haistulf Edicto adiecerunt, silentur. Scripturae compendia rara, sed tamen longe frequentiora sunt, quam in codice Sangallensi; nam praeter perpetuas numerorum notas alia etiam compendia inveniuntur, quae duplicis generis sunt: aut enim consistunt in duarum litterarum*
30 *contractione, v. c.* ac, ae, en, er, et, ex, ns, nt, ub, ui *(pro* vi *et pro* sex*)*, ur, us, ut, lx *(i. e.* sexaginta*)*, *quibus fol.* 138' *semel accedunt litterae* 'ter *uno nexu scriptae; aut litterae quaedam omittuntur compendii causa, v. c.* ciue *pro* ciuitate, dn̄s *pro* dominus, sculđ *pro* sculdahis; *omnesque illae, quarum indicem Vesmiana praefatio pag. XXI. XXII. exhibet.*
35 *Ceterum codicis folia nec numeros ferebant (qui postea adscripti esse videntur), nec recto semper ordine compacta erant, cum a me anno* 1822 *evolverentur.*

§. 14. *(Quid foliis superstitibus contineatur.) Ex Edicto Rothareni Grimoaldique legibus codex Vercellensis omnia exhibet, quae pro genuinis*
40 *habenda sunt; omittitur vero suspecta illa lex, quam Muratorius sub num.* 255 *edidit, Vesmius sub num.* 250 a *extra contextum posuit, nos in notam reiecimus ad cap.* 360, *ubi textui inserta habetur in libro Papiensi a Boretio edito. Suspectam esse, inter omnes constat; quo magis dolendum est, virum alioquin eruditione omnibus probatissimum nuper in manifestum errorem incidisse, cum*
45 *falsitatem exactius demonstrare conaretur* [60].

In legibus Liutprandi pariter Vercellensis codex omnia habet, quae suspicione non laborant; non habet, quae aliis codicibus partim desunt, partim vero inserta inveniuntur, legem scilicet 29 *(in codd. VII—IX), item prologos anno-*

60) Eugène de Rozière Mémoires sur l'histoire du
50 droit des Lombards. Paris 1864 (ex libro: Recueil de l'acad. de législation Tom. XII. 1863) pag. 19: *le mode de compter les jours par nuits, mode usité chez les Francs, mais étranger aux usages juridiques des Lombards* etc. Huius argumenti refutationem habes Roth. 274. 361. Liut. 61. 109 aliisque locis, quos in Indice nostro allegavimus.

rum 16.17.19.22.23 *(vid. notam* 63*) et Memoratorium de mercedibus commacinorum (in codd. III. VI—IX). Contra legibus anni* 21. *addit Notitiam de actoribus regis duobus vel tribus capitulis constantem (infra pag.* 180.181*); item in indice post leges anni* 23 *habet verba initialia legis incertae pro servis et aldionibus latae (pag.* 106.182*) quae ab Edicto prorsus aliena esse videtur, quamque ultimam Vercellensis codicis fuisse, ex adiectis verbis:* EXPLICIUNT CAPITULA . INCIPIT CAUSAS *colligi potest. Nam Ratchisi Haistulfique leges ab hoc codice semper abfuisse, ipsumque inter annos* 735 *et* 746 *exaratum esse nemini dubium esse videtur.*

De ordine, quo Vercellensis codex singula capita exhibet, id singulariter notandum est, omnes Rothareni, Grimoaldi atque Liutprandi leges continua numerorum serie ita exhiberi, ut Grimoaldi leges a numero 389, *Liutprandinae a numero* 398 *incipiant, omniumque legum summa* 552 *efficiatur. Sed ista numerorum continuatio, quae unum tantummodo Edictum fuisse apertissime demonstrat*[61]*, quaeque in Grimoaldi legibus etiam Gothani codicis auctoritate defenditur, ab ipso Liutprando instituta esse non videtur; quem novis cuiusque anni legibus specialem numerorum seriem tribuisse, eiusdem prologi anno quinto, octavo, nono, duodecimo, praesertim vero undecimo praemissi demonstrant. Quinimmo in ipso Vercellensi codice librarium illum, qui saeculo decimo lacunas quaternionum undecimi* (L), *decimi septimi* (R) *et duodevicesimi* (S) *explevit et in multis partibus veterem scripturam correxit, speciales istas numerorum series retinuisse videmus*[62]*. Sed nec regis intentio generaliter obtinuit, ideo fortasse, quia post communem deliberationem cum iudicibus et populo habitam novis curis opus erat, ut ceteris resectis*[62*]*, ea quae Edicto inserenda erant, in hunc finem separatim componerentur, librisque Edicti huc illuc dispersis aequaliter insererentur. Quin etiam prologos adiicere placuit, in quibus conscribendis tamen aliquid morae facile fieri poterat; ii enim prologi, quos inde ab anno decimo sexto nonnulli codices exhibent (solus annus* 21. *omnino prologo caret), a Vercellensi aliisque absunt; eos desuper qui ad annos* 15—17. *et* 19. *pertinent, communiter ita praeparatos esse patet, ut cuilibet anno pro lubitu praescribi possent*[63]*. Hinc incerta ista exordia:* Iam enim vicibus...., pluribus iam quidem vicibus, vicibus iam etiam...., sicut etiam.... vicibus, *adeo negligenter descripta, ut de numero praecedentium voluminum inserendo iam nemo cogitaret. Sic etiam evenire poterat, ut in duobus tantum codicibus qui nobis superstites sunt, (num. III et X) singulorum Liutprandi annorum leges separatis numeris distinguantur, alii vero sex (num. V—IX et XI) unam solam seriem Liutprandinarum legum exhibeant, quarum summa ad numeros* 152 *vel* 160 *crescit. Nullus autem codex praeter Vercellensem exstat, qui Liutprandi leges cum praecedentibus ita, ut diximus, numerorum continua serie coniungat.*

§. 15. *(De auctoritate codicis Vercellensis.) Iam vero ex his,*

61) Vid. supra pag. III, ubi in notis 17 et 18 etiam prologi Liutprandi ad annum quintum, item Ratchisi et Ahistulfi, et Ahistulfi capita 7. 9 alleganda erant. 62) Vid. infra p. 116 ad Liutpr. 19, et p. 123—129 ad Liutpr. 32—55. In supplementis legum Rothari, ab eadem manu quaternioni L insertis, pro capitibus 276. 277 habentur numeri 274. 275; reliqua capita (274. 275. 278—280) numeris prorsus carent. Vide infra pag. 66—68. 62*) Notitiam de actoribus ad Edictum nunquam pertinuisse palam est; quod etiam exactius Vesmius probavit (praef. pag. XCVIII. XCIX), quamquam in contextum Edicti ipse eam receperit (Li. 139. 140). De lege ultima indicis Vercellensis aliter vir doctissimus sentit; nam Edicto destinatam, non tamen vere insertam esse putat (praef. p. XCIX). Mihi probabilius videtur, utramque legem eo tempore in Vercellensem codicem irrepsisse, quo extremae partes Liutprandini Edicti nondum rite promulgatae, aut certe in paucos Edicti libros transscriptae erant. 63) Prologos annorum 16. 17. 19. abbreviatos exhibet cod. III, integros anni 16. codd. X. XII, annorum 17. 19. codd. VII—X; prologos annorum 22. et 23, qui suspicione non laborant, habent codices III. V. VII—XI.

quae de aetate atque substantia codicis Vercellensis attulimus, facile patet, primarium testem eum esse in omnibus, quae ad Liutprandi leges pertinent, quamvis cum ipso Edicto alias etiam eiusdem regis leges commiscuerit. Eadem vero ratio suadet, in legibus Rothareni Sangallensi codici primum locum deberi, 5 *quod etiam ex orthographia utriusque codicis in multis locis probari posse videtur. Nam Germanica verba, Sangallensi non ignota, Vercellensem scriptorem parum intellexisse, palam est: pro* silpmundia *habet* silmundia *(Roth.* 204*), pro* rahairaub *ponit* rahairaubus *(Roth.* 16*), pro* fulcfreae *(Ro.* 224. 225*)* fulfreae, *pro* fulborm *(Ro.* 154*)* fulfurn, *pro* pulslahi *(Ro.* 125*)* pluslais, *pro* metfyo *vel* 10 mitphio *(Li.* 103*)* mepfio, *pro* wergild *(Ro.*9. 11. 198. *Gri.*7. *Li.*35*)* wirigil, widrigil, widrigid, widrigilt *et* wirichild, *pro* launigild *(Ro.*175. *Li.*73*)* launechild; *pro verbo* cawarfida, *quod recte habet Li.* 133, *alias posuit* cadarfeda *(Li.* 77*); in verbis* haldius, haamund, haistan, hoberos, sculdahis *similibusque Italico more (nam habet etiam* eredes*) omittit litteram* h. *Hinc etiam illud* sit fegangi *pro* 15 id est fegangi *(Roth.* 253*), quod isto loco falsum esse, in indice sive glossario s. v.* fegangi *demonstrasse confido. Quin etiam verbis Germanicis vel Latinis minus usitatis alia substituere nonnunquam ausus est scriptor, ut* pugna *pro* camfio *(Ro.* 213*),* homo *pro* baro *(Ro.*376*),* iurare *pro* idoneare *(Ro.*345*), quod prius in* aduniare *male mutaverat (Ro.* 2.9*); quamquam in aliis merae negli-* 20 *gentiae talia tribuenda videantur. Nam Ro.* 152 *habet* flumine *pro* fulmine, *Ro.* 323 demoniaticus *pro* demoniacus, *Ro.* 340 provincia *pro* vicinia, *Ro.* 376 dixerit *pro* de cetero, *Gri.* 2 violentia *pro* molestia, *Li.* 108 fatiga *pro* fuga, *Li.* 118 pecuniae *pro* personae, *Li.* 132 dño *pro* non, *Li. notit. c.* 1 ut ea *pro* quia. *Nec suspicione carent addita verba* suam alii *et* aut fratris, *de quibus* 25 *vide notas nostras* g *et* x *ad Roth.* 199.

Alia de hoc codice habet ***Vesmiana*** *praefatio pag. XVIII—XXII. LXIII. LXIV. Singulari autem diligentia Vesmius egit de dubia lectione* gloriosissimus *vel* gloriosae memoriae *(praefationis pag. LXIX—LXXI), quae quidem quaestio Vercellensem codicem cum aliis communiter tangit*[64]*. Ceterum non pauca sunt,* 30 *in quibus Vesmiana collatio (de qua infra dicendum erit) a mea discrepat; quamobrem graviter, ut diximus, dolendum est, quod a rev. canonicis impetrare non potuimus, ut Eporediensium canonicorum exemplo (vid. num. III) codicem suum nobis in Germaniam transmitterent.*

De altero codice Vercellensi 122, *qui post Iuliani novellarum librum insertam* 35 *habet legem* Omnis parentela *s. Rothareni* 153, *manu Ambrosii iudicis scriptam, videndae notae nostrae ad legem* 153 *cit. Scripturae specimen olim dedi, cum* legem Dei s. Mosaicarum et Romanarum legum collationem *ex eodem codice ederem anno* 1833. *Ambrosium iudicem civitatis Mediolanensis et advocatum monasterii S. Ambrosii habemus anno* 892 *in Fumagallii codice diplomatico* 40 *pag.* 520. 522.

III. Codex Eporedianus num. 34.

§. 16. *De archivo et bibliotheca reverendissimi capituli ecclesiae Eporediensis ante* ***Peyronium*** *nemo publice tractasse videtur; indicem enim omnium scripturarum anno* 1785 *a* ***Taurellio***, *eiusdem ecclesiae clerico, confectum* 45 *canonici publici iuris non fecerunt. Peyronianos libellos*[65] *iam nuper lauda-*

64) Vaticanus codex (infra num. V), quem Vesmius non consuluit, omnibus locis habet *gloriosus* praeter duos (Liutpr. 8 et Ratchis prolog. med.), ubi *gloriosae memoriae* scriptum est. *Gloriosissimus* nusquam in hoc codice invenitur.

65) Notizia dell' archivio del reverendissimo capitolo d' Ivrea. Torino

vimus, cum de codice 33 eiusdem bibliothecae tractaremus[66]; sed de codice 34, quem paucissimis absolverat Peyronius[67], longe uberior fuit Vesmius, praefationis suae pag. XXII—XXVIII. LXIV. LXV. Sed nobis etiam anno 1857 omnia examinandi et plura notandi occasio data est, quam insigni reverendissimorum virorum, episcopi et canonicorum Eporediensium, liberalitati debemus, qui utrumque codicem anno 1856 nobis benigne transmiserant[68].

Codicis Eporediani 34 altitudo est millimetrorum 260, latitudo millimetrorum 169. Scripturae specimen ex folii 112 tergo exhibet tabula nostra II; alia, quae etiam glossas continent, in Vesmianae editionis tabula I praesto sunt.

Constat autem is codex ex duabus partibus, quarum prior capitularia annorum 779—825 continet, altera vero Edictum Langobardorum. Prior pars habet folia 56, octo fasciculis distributa; nam primi fasciculi, qui quaternio fuit, folium primum periit, quartus et septimus terniones sunt, octavus quinque foliis constat. Singulas leges hic enumerare opus non est; sufficiunt indices Vesmiani et Pertziani[69].

Altera pars, quae Edictum continet, constat quattuordecim quaternionibus integris, sive foliis 57—167, quorum numeros in margine editionis nostrae perpetuo allegari curavimus. Ipse tamen Edictus (ut Langobardorum sermone utar) finitur folio 166; folio 167 continetur capitulare anni 832, a manu paullo recentiore adscriptum, cuius finem codicis tegumentum olim excepisse, Vesmius recte coniecisse mihi videtur. Praeterea inter folium 116 et 117 duae membranarum schedae adsutae inveniuntur; adest etiam in fronte libri folium tegumenti causa praesutum, cui cum aliis formulae duae inscriptae sunt, pag. 650. 651 huius libri repetitae, cum in Vesmiana praefatione pag. XXVII in quibusdam minus recte editae essent. In aversa eiusdem folii parte habetur lex Liutprandi Si servus noster occisus (pag. 181 editionis nostrae), quae ad Edictum non pertinet; tum illa iuris ecclesiastici notitia, quam pag. 651 edidimus, Vesmiana lectione (praef. pag. XXVIII) emendatiorem.

Iis autem, quae praeter Edictum codex continet, adnumerandum est etiam Memoratorium de mercedibus commacinorum, post Grimoaldi leges fol. 107. 108 insertum, quo quidem loco praeter Guelferbytanum codicem (num. VI) alias non invenitur.

Liutprandi leges non continua serie numerantur, sed cuique anno propria capitum series tribuitur, ut ex indice pag. 96—106 nostrae editionis repetito apparet.

Glossis etiam et notis tam interlinearibus quam marginalibus instructus est codex, quarum tres, quae longioribus tractatibus constant, in schedis folio 117 adsutis repetuntur, ut ex editione nostra (infra pag. 648—650) plenius perspici potest.

Sed omnia ista non uno eodemque tempore scripta esse, certum est; quinimmo ipsius Edicti partes adeo inter se differunt, ut duobus diversis scriptoribus tribuendae esse videantur. Is enim, qui Edictum usque ad medias fere Liutprandi leges circa annum 830 scripsisse videtur, diligentiae laude omnimodo dignus apparet; reliquis Edicti partibus in multis desidia scriptoris ex-

1843. 8°. et Legum barbarorum fragmenta inedita ex codice Eporediensi; estratto dal Tom. VIII, serie II. della R. academia delle scienze. 66) Legum Tom. III. p. 511. 67) Notitiae pag. 22—27. 68) Vide Pertzium in commentationibus academiae Berolinensis anni 1857, num. 4. pag. 79—87. — De codice 33 specialiter dictum est in Archivo nostro Tom. XI. pag. 547—553 a Merkelio, et in praefationibus nostris ad leges Alamannorum, Baiuvariorum et Burgundionum, Legum Tom. III. 69) Cfr. etiam Boretius Die Capitularien pag. 39—42.

probranda est. Recentior autem ea manus est, quae capitulare anni 832 *in fine Edicti adscripsit, ideo nimirum, quia in priore parte codicis, quae capitularia Italica continebat, novissimae leges Olonnenses anni* 825 *erant. Cetera partim saeculo decimo, partim undecimo adiecta sunt. Nam ad saeculum undecimum pertinere formularum, de quibus supra dixi, alteram, ultima eius verba demonstrant*[70]*; inter glossas autem pariter duae sunt, quae ad saeculum undecimum pertinere verisimilius est: illae scilicet, in quibus verbum* sire *pro* rege *positum esse videtur. Nihilominus longe maior pars glossarum ita concepta est, ut saeculo nono sive decimo scriptae, vel potius ex alio codice ab homine illitteratissimo exscriptae esse videantur*[71]*; nec me movet, quod in quattuor capitularium Lodoici et Karloni allegationibus (num.* 11. 13.49*) verba libri Papiensis, saeculo undecimo confecti, repeti Boretio videantur, cum inter allegatas Lodoici leges una sit, quae ipso libro Papiensi non continetur, et genitivi forma* Karloni *a saeculo undecimo aliena sit. De verbo autem* sire *cum Diezium, collegam clarissimum et carissimum, consulerem, id responsum tuli: novum quidem esse, sed non incredibile, si quis Francogallos isto verbo iam saeculo decimo in confinibus Italiae usos esse contenderet. Fructus sane, qui ex istis glossis capi possit, valde exiguus ad iurisprudentiam redundabit: ad historiam linguae Italicae utiliorem fore confido.*

De iis codicis locis, in quibus lectio nostra a Vesmiana differt, infra dicendum erit.

IV. Codex Helmstadiensis, nunc inter Guelferbytanos 532.

§. 17. *Hic codex, qui olim coenobii cuiusdam Salisburgensis fuisse videtur, deinde a Matthaeo Flacio Illyrico, tam ab academia Helmstadiensi possessus, nunc in Guelferbytana bibliotheca adservatur sub num.* 532. *Ab aliis obiter vel minus exacte*[73]*, a Merkelio nuper accuratissime descriptus est in Archivo nostro, Tom. XI. pag.* 541—547. *Constat autem ex tribus partibus prorsus diversis; nam longe maxima pars (fol.* 2—85. 94—153*) nihil fere commune habet cum legibus et iurisprudentia*[74]*, minima vero (fol.* 86—93*) capitularium fragmenta continet, circa annum* 820 *scripta*[75]*; tertia denique pars, uno sexternione et uno quaternione constans*[76] *et litteris minutissimis saeculo decimo, ut videtur, exarata, integrae legi Baiuvariorum (fol.* 154—170 *med.)*[77] *excerpta capitula ex Edicto Rothareni adnexa exhibet*[77]. *Sunt autem capita Roth.* 281—297. 299—350 *et capita* 43—79. 81—109[78], *nec generali rubrica a lege Baiuvariorum separata, nec singulis capitum numeris distincta; habent*

70) Haec etiam verba, quae annum 1018 indicant, Peyronium fortasse induxerunt, ut totum codicem saeculo undecimo tribueret (Notizia p. 22); quamquam in errore tam manifesto calami vel typographi lapsum potius suspicari liceat; cfr. etiam Vesmius praef. pag. XXV. 71) Vide infra pag. 649. 650. num. 89. 117. 72) Negligentiae indicium id gravissimum est, quod in numeris 49—51 glossae marginales et schedae, quamvis ab eodem fonte derivandae, tamen in plurimis inter se differunt. 73) Cfr. Conring de orig. iuris Germanici cap. IX fi. Bruns Beiträge zu den Deutschen Rechten des Mittelalters aus den Handschriften der akademischen Bibliothek in Helmstädt. 1799. pag. 87. 113—121. Türk, die Langobarden und ihr Volksrecht. 1835. pag. 183. 74) Vide Merkelium, Archiv p. 542. 75) Vide Pertzium in praef. ad Legum Tom. I. pag. XXIV et Merkelium, Legum Tom. III. pag. 185 sub A 3, item scripturae specimen eiusdem T. III. tab. III ad pag. 261. num. 2 ex fol. 86. 76) Alia olim praecessisse, ideo credendum est, quia quaternio in fine numero *V* signatus est, ut Bethmannus me docuit. 77) Vide Merkelium ll. cc., et scripturae specimen ibid. tab. III. num. 2 ex fol. 154. Versuum numerum in unaquaque pagina 31—33 esse, Bethmannus quaerenti mihi amice respondit. 78) Habentur enim folio 170. 171: Roth. 281—297. 299—331; fol. 172: Roth. 332—350; folio 173 recto: Roth. 43—76; folio 173': Roth. 77—79. 81—109.

tamen rubricas speciales, easdem fere, quae in aliis codicibus reperiuntur, v. c. cap. 43. 48—53. 56 *etc.*

Quae quidem omnia indefatigabili diligentia sua ad litteram descripsit Merkelius; quod non mediocrem fructum nobis attulit, cum ista excerpta ex veteri codice optimae notae manasse satis certum sit. Brunsianas autem collationes saepe falsas, saepius mancas fuisse, facile est videre.

V. Codex Vaticanus 5359.

§. 18. *Hic codex, qui olim fuit Theodori a Malsen Ultraiectini, deinde ex Ursiniana bibliotheca, si recte conieci, in Vaticanam migravit*[79]*, nunc autem numerum fert* VMCCCLVIIII, *scriptus est saeculo vel nono exeunte vel decimo in membranis formae quadratae vel potius octavae*[80]*, versus* 19—21 *in unaquaque pagina continentibus. Maior membranarum pars, scilicet folia* 1—118 *et folium* 139 *palimpsestis adnumeranda est, nam prior scriptura psalmorum versione Latina litteris uncialibus exarata constabat. Scripturae recentioris specimina tria tabula nostra secunda exhibet; quartum, ab Heysio Magdeburgensi ex codicis folio* 137 *(non* 37*) sumtum, adest in Vesmiana tabula tertia sub num.* 2. *Ab imperito librario omnia confecta sunt, vel uno vel pluribus; nam a foliis* 119 *et* 143 *characteres, quamvis semper rudes, aliquantum tamen mutantur.*

Exacta codicis, quem totum[81] *contuli anno* 1822, *notitia iam Romae a me conscripta exstat in Archivo nostro*[82]*; quam plene nunc repetere opus non erit, cum etiam Vesmii praefatio (pag. XXVIII. XXIX) argumenta mea repetat. Erravit tamen vir clarissimus, cum Pertzio tribueret, quod meum erat; corrigendi sunt etiam numeri, quibus ea capita indicavit, quae vel scriptoris culpa vel posteriorum temporum iniuria a codice absunt.*

Supersunt enim nobis nunc folia 146, *a manu recentiore numeris distincta, ad quaterniones duodeviginti et unum ternionem pertinentia; perierunt vero folium primum quaternionis septimi, folium quintum quaternionis quinti decimi, et folium quartum et quintum ultimi ternionis. In his autem foliis deperditis scripta fuerant* 1*) Rothareni capita* 263 *fi.* — 267, 2*) Liutprandi capita* 103 *fi.* — 108 *init. nostrae editionis*[83], 3*) Lotharii capitularia partim Olonensia, partim incerta*[84].

Praeterea ipse librarius in contextu, non vero in indice omisit Roth. cap. 22 *et* 382[85], *item Liutpr.* 59 *med.* — 61 *med., quae scribi debuerant inter paginam rectam et versam folii* 101*; denique Liutpr.* 64, *quod etiam in Vercellensi et Guelferbytano codice desideratur.*

Ea vero, quae codex habet, haec sunt:

fol. 1—12*: Index capitulorum Edicti Rothareni;*
fol. 12—69'*: Edictus Rothareni praeter capita* 22 *et* 382.
fol. 69' *med.* — 73*: Grimoaldi prologus, index, institutio.*

79) Cfr. Iter meum italicum Tom. III. p. 42. 80) Partes scriptae membranarum non nisi millimetros 111-122 in latitudinem, 175—180 in altitudinem explent. 81) Excepto tamen Rothareni capite 165, de quo vide notam meam infra pag. 38. 82) Tom. IV. 1832. p. 372. 376—382. Tom. V. 1824. pag. 239—247. Codicis mentionem generalem primus fecerat Montfaucon in bibliotheca manuscripta Tom. I. pag. 120 A. 83) Pro his numeris olim ii, qui in ipso codice notati erant (Roth. 262 fi. — 266 et Liutpr. 102—206), non Muratoriani a me notati fuerant: quibus Vesmius substituendos crediderat Roth. 257—261. Li. 104—108. 84) Cfr. Archiv V, 245 et Mon. Legum T. I. p. XXVI. 85) Non omisit capita Roth. 288 et 362, quae deesse Vesmius contendit, nec caput Roth. 285 vel 284, quod mea culpa olim inter omissa notatum erat.

fol. 73′—78 *init. Index legum Liutprandi.*
fol. 78 *med.* — *fol.* 133. *Leges Liutprandi*[86] *praeter c.* 103 *fi.* — 108.
fol. 133′ — *fol.* 137 *med. Ratchis leges Edicto insertae sine indice.*
fol. 137 *med. Eiusdem regis capitula in breve statuta*[87].
5 *fol.* 138 *vel* 139—141. *Aistulfi leges sine prologo et indice.*
fol. 142—146. *Capitularia Lotharii, a posteriore manu fortasse adiecta.*
fol. 146′. *Exhortatio theologica et explicatio alphabeti Graeci*[88].

§. 19. *Quamquam autem, ut diximus, ab imperita manu is codex confectus sit, magni tamen pretii habendus est nobis, ideo praesertim, quia libel-* 10 *larius praeter orthographiam, quam parum curavit et pro sui temporis usu saepe mutavit, a vetere exemplari consulto recessisse non videtur. Quod ad ea etiam, quae singularia in isto codice sunt, pertinet: ad prologos scilicet Liutprandi et statuta Ratchisi (vide notas* 5. 6*), item ad rubricas, in quibus prologi legibus praemissi* argumenta[89], *ipsae vero leges* institutio[90] *dici solent; denique ad Roth.* 15 *cap.* 150, *ubi haec glossa textui inseritur:* ab astolesagaz id est ab inferiore iudice, non a sede regale[91]. *Incuria vero, quae in orthographicis scriptori exprobranda est, nonnunquam in Italicas verborum formas stilum labi passa est, v. c. in verbis* capitolo, quaranta, octonta, facia, inhabita, *pro* faciat, inhabitat; mancipio *pro* mancipius *vel* mancipium *(Ro.* 274. 275*). Saepius, idque* 20 *in Germanicis potissimum verbis, inter varias formas fluctuantem stilum deprehendimus. Sic legitur* Rothari, Rotthari, Rotheri, Rotherri; widrigild, widricild, widrichild; Langobardi *in Edicto Rothareni,* Langubardi *in sequentibus legibus. Verbum* oberos *in* ebreos *mutatum est Roth.* 278.

Quae tamen omnia tanti non sunt, ut Vesmium, cui sola legum Ahistulfi 25 *collatio ex hoc codice praesto fuit, recte coniecisse dicamus, quum nullum ex reliquorum collatione fructum sperari posse contenderet (praef. p. LXVII). Ceterum in Rothareni etiam prologo variantes Vaticani codicis lectiones nonnullas, non tamen omnes, Vesmiana editio profert.*

VI. Codex Guelferbytano-Blankoburgensis 130. 52.

30 *§.* 20. *De hoc codice nitide scripto saeculo decimo in civitate Augustana, primus retulit Pertzius tam in Archivo nostro*[92], *quam in ipsis Legum Monumentis*[93]*; de iis etiam, quae ad Edictum Langobardorum pertinent, specialiter egit Vesmius (praef. pag. XXXI. XXXII), Schoenemanni et Haenelii auxiliis instructus. Mihi istas codicis partes cum libris editis conferre licuit anno* 1836, 35 *cum Lubecae iudicis munere fungerer.*

Habetur autem Edictus in foliis primis 63, *hoc ordine:*

fol. 1′: Incipit edictum quem renouauit domnus Rothari .... Item prologus .... Explicit prologus. Incipiunt capitula.
fol. 30: Incipiunt aliquanta capitula a Grimoaldo rege addita.
40 *fol.* 32: Item alia capitula eiusdem Grimoaldi regis de mercedibus commacinorum .... Finit de Grimoaldo rege.

86) Prologos Liutprandi ad annos 22. et 23. ex hoc codice et Cavensi primum edidimus Archiv IV. pag. 378. 379. 87) Haec ex Vaticano codice primum 45 edidimus Archiv IV. p. 379—382. Pro *socropus* tunc *chirographûs* legendum cum Pertzio mihi videbatur; nunc veram lectionem *syngraphûs* esse contenderim, auctore Plauto in Captivis III, 2. v. 6. 88) Vide Archiv V. p. 246, ibique tabulam II. num. 2. 89) V. Roth. prol. Liutpr. prol. a. I. VIII. X. XIII. XIV. XXII. 90) Sic fol. 73′ in fine legum Grimoaldi, et fol. 133′ in fine legum Liutprandi. 91) De verbo *gloriosus* vide supra notam 64. 92) Archiv VII, 777—779. XI, 577—584. 93) Tom. I. pag. XXVII cum scripturae specimine tab. III. num. 3. Tom. III. pag. 8. 188. 512. 513. Scripturae specimen etiam Vesmius edidit tab. III. n. 5.

fol. 37: Incipit prologus de domno Liutprando rege.
fol. 56: CLIIII. Memoratorium de mercede comacinorum .... Expliciunt leges domni Liutprandi regis.
fol. 57′: Incipit prologus domni Ratchisi regis. Assidue ....
fol. 60′: Ista capitula qualiter superius scripta tenentur in edicto scribantur. 5 Finit de Ratchiso rege. Incipit quod domnus Aistulfus suo tempore adiuncxit. Quoniam prophetica...
fol. 63′: Et hoc placuit addi .... restituat. Finit edictus anterior et posterior, quod constitutum est a quibusdam regibus Langobardorum. 10

Iam vero ex hisce titulis legumque initiis facile est intelligere, librario, qui in lege Gundebata codicem Eporedianum XXXIII studiose descripsit (vid. Legg. T. III. pag. 512. 513*), in hac codicis parte non solum merum Edicti librum, sed extravagantes etiam Grimualdi, Liutprandi atque Ratchisi leges cum apocrypha Ahistulfi constitutione praesto fuisse; immo duobus diversis* 15 *exemplaribus eum usum esse, ideo contendi possit, quia Memoratorium de mercedibus commacinorum duorum regum, Grimualdi et Liutprandi, nomine repetit. In grammaticis minor fides Guelferbytano habenda est, cum correctoris munere intempestive librarius nonnunquam functus sit; habet enim* sculdassius, widrigildum, wadiam, aldius, *pro* sculdahis, wirgild, wadia, haldius; perpetrare *initio* 20 *codicis constanter scriptum est pro* penetrare, *et quae eius generis sunt In multis similior est iis codicibus, quos sub numeris VII. VIII. et IX tractabimus (praesertim Matritensi, cfr. Roth.* 48. *Liutpr.* 64. 92. 97. 105*), quam iis, quos antea sub numeris I—V recensuimus*[95].

VII. Codex Parisiacus 4613. 25

§. 21. *Huius codicis, qui olim Colbertinus* 1385 *vel Regius* 5192, 3 *fuerat, et a Baluzio Thuaneus appellabatur, post Labbeum, Baluzium et Montefalconium (Bibl. I,* 948 *D.) primam notitiam cum specimine scripturae dederat Pertzius noster, Legum Tom. I. pag. XXVII, et tab. III. n.* 2*; plenius autem de eodem idem tractavit in Archivi tom. VII. pag.* 773—777, *et Boretius Capit. pag.* 30 44. 45. *Alia notavit Vesmius praef. pag. XXIX et LXVI, addito etiam novo specimine in tab. III. num.* 2*; nostra autem editio, in qua Parisiacus* A *notari solet, specimen Pertzianum repetitum exhibet tab. III. num.* 7. *Est autem is codex, cuius primi quinque quaterniones* (A—E) *perierunt et sexti* (F) *partes nonnullae lacerae sunt, scriptus saeculo decimo, habentque membranae eius* 35 *in altitudinem millimetra* 283, *in latitudinem* 168. *Perierunt non solum Rothareni capita* 1—272, *sed prologus eiusdem et indices legum Rothari atque Grimualdi; fortasse etiam Origo gentis Langobardorum, Matritensi et Cavensi codici praemissa (infra p.* 641—647*); nam his codicibus Parisiacus in multis cognatus apparet, ut videre est in Liutprandi cap.* 29 *et in Memoratorio de* 40 *mercedibus commacinorum (infra pag.* 121. 176—180*).*

Sexti quaternionis initium (fol. 1*) est in verbis (do)*minus eum inuenerit, *Roth.* 273. *In sequentibus capitum numeri a vulgatis longe differunt; nam Roth. capita* 274—290 *ferunt numeros CLV—CLXVIIII, Ro.* 291—374 *parum congruenter numeris CL—CLXXXXVIIII, Ro.* 375—388 *numeris LXXXX—CIII* 45 *signata inveniuntur.*

95) De capitularibus, quae Edictum sequuntur (fol. 64—136) videndus Merkelius in Archivi Tom. XI. pag. 579—583 et Boretius, die Capitularien pag. 46—50.

Fol. 13 *med. habetur:* Explicit edictum ad domnus rothari rex uir excellentissimus. In nomine dn̄i nr̄i IHV XPI inp̄t edictum a domnus grimoald rege. Cap. 1. Superiorem . . . *Ideoque, cum prologus in caput primum mutatus sit, Grimualdi capita numerantur decem, pro novem.*

Folii 15. *maior pars, quae inferior est, resecta est: perierunt* 1) *in pagina recta ultima verba Grimualdi* non requiratur . . . ancillae, *et indicis Liutprandi capita* 1—7; 2) *in pagina versa eiusdem indicis capita* 16—31 *(vid. infra pag.* 96—98 *col. med.). Finis indicis habetur fol.* 18 *in numero CLII. Sed in ipso Edicti contextu capita Liutprandi CLXIIII numerantur, ideo praesertim, quia post varios errores*[96] *a numero CXXX ad CXL (*130 *editionis nostrae) librarius transilivit. Praeterea fol.* 52'. 53 *sub numero CLXV Memoratorium* de mercedis magistris commacinorum *adiecit, cuius in indice nulla mentio fit.*

Sequitur fol. 53 *med. haec rubrica:* Explič. a dnō liutprand. Incipit a domno rachis rege serenissimus augustus qualiter *rell., ut habentur infra pag.* 183 *sqq., exceptis tamen capitulorum indice (infra pag.* 186. 187*) et capitulis in breve statutis (pag.* 192. 193*).*

Folio 57, *cuius pars inferior avulsa est, legum Ahistulfi initium est sine indice; de quo specialius egimus infra in adnotatione pag.* 195. *Ultima lex (*22*) desinit fol.* 62' *med.; cui iungitur caput illud* Villa exceptro *rell., quod duce Vesmio (col.* 196*) Ahistulfi capitulis spuriis inseruimus (pag.* 205*), quamvis vere sit pars capituli* 279 *ex libro Benedicti capitularium, ubi habetur LL. Tom. II. append. pag.* 61.

Reliqua, quae in codice continentur a folio 62' *usque ad finem, ad capitularia regum Francorum pertinent, prout recensentur a Pertzio et Boretio ll. cc. Totius Edicti collationem anno* 1861 *confectam Boretio debemus; Vesmio singularum tantum partium collationes praesto fuerunt.*

VIII. Codex Matritensis regius D. 117.

§. 22. *Ex hoc codice, cuius primam notitiam anno* 1830 *Haenelius amicissime ad me miserat*[97], *anno* 1837 *Eugenius Duflot, legationi Gallicae tunc in Hispania adscriptus, precantibus nobis ea, quae in ultimis codicis partibus notatu digniora videbantur, insigni comitate describi curavit. Nihilominus multa nobis desideranda fuissent, nisi Heinricus Fridericus Knustius etiam huius codicis exactam cognitionem instituisset. Habemus inter reliquias viri de Monumentis nostris meritissimi integram legum Rothareni, Grimualdi et Liutprandi collationem anno* 1840, *cum iam morbo gravi et mortifero laboraret, confectam*[98]; *scripturae etiam imaginem eum parasse ex adversariis eius patet. Denique academiae Taurinensis rogatu in usum Vesmianae editionis iterum omnia recensuit D. Thomas de Sancha, de quo legenda Vesmii praefatio pag. XXXVIII. XXXIX. LXVI.*

Ipsum codicem olim possederat Marinus Frecze (vulgo Freccia s. Frezza), natus in civitate Ravello, magnum inter Neapolitanos iureconsultos et historicos lumen[99], *qui nomen suum anno* 1534 *quattuor vicibus primo, secundo*

96) Liutpr. 6 med. fert numerum VII; prologus anni 17. numerum CV, anni 19. numerum CXVII.

97) Cfr. Haenel catalogi librorum mss. col. 971. Lit. L.

98) Vide Knustii litteras ad Pertzium scriptas die 19. Ianuarii 1841, Archiv VIII, 216.

99) Vide Franc. Ant. Soria memorie storico-critiche degli storici Napolitani. 1781. 4°. pag. 266—268. 677. Giustiniani scrittori legali Napoletani, T. II. pag. 50 sqq. Iter meum Italicum IV, 51. „Vir gravis et in supremis dignitatibus positus peramplam bibliothecam innumeris mss. codicibus, qui hodie desiderantur, habebat" a Chioccarellio (catal. antist. Neap. p. 112) appellatur. Ex eiusdem bibliotheca manavit codex nunc Vaticanus 5001, Erchemperti

et ultimo codicis folio inscripsit[1], *aitque se ante aliquot annos hunc codicem in civitate Ravelensi cepisse. Post Frecciam, qui anno* 1560 *adhuc inter vivos erat (anno* 1562 *mortuum esse Giannonius refert), Hispanus quidam, cui nomen* *D i d a c u s d e C o l m i n a u s fuisse videtur, eundem codicem emit; de transitu in regalem Matritensem bibliothecam nihil compertum habeo.*

§. 23. *Constat autem Matritensis codex nunc foliis membranaceis* 162, *quorum forma a Knustio „folii" minoris, ab Haenelio et Vesmio „quarta" esse dicitur. Sane scriptos versus millimetra* 123—124 *tantum explere, ex scripturae speciminibus (Tab. III. num.* 6 *et Vesmii tab. II. num.* 2*) et ex regum principumque imaginibus (in Vesmii editione pag.* 21. 153, 165. 201*) docemur. Nonnullis codicis partibus aqua nocuisse videtur, ultimae prorsus perierunt; glossae etiam interlineares cultro abrasae sunt, eaedem fortasse, quae in fine codicis in glossarii formam redactae inveniuntur (infra pag.* 651. 652*). Scriptum esse codicem in partibus Beneventi vel Salerni, insertae principum Beneventanorum leges probant; scriptum esse saeculo decimo, non undecimo, scripturae specimina docent. Singularis est magna litterarum* a *et* t *similitudo, quae Duflotium vel eius amanuensem adeo fefellit, ut* trimannus *et* ahingare *pro* arimannus *et* thingare *legendum esse putaret; interpunctionis etiam forma* :ꝛ, *et accentus signum* ', *more Graeco non paucis syllabis superscriptum. De orthographia notandum, quod initio codicis habetur* longobardorum, longobardi, *mox vero constanter* langobardorum, langobardus *scriptum invenitur. Initialem litteram* h *Germanica verba plerumque amiserunt.*

Quaedam consulto mutasse vel omisisse scriptor videtur, e.g. verba id est similem, *Roth.* 147. 175. 330. 337. 349.

Folii primi pagina recta vacua est; in pagina versa habetur Origo gentis longobardorum *(infra pag.* 641 *sqq.).*

Folio 5 *med. habetur Prologus regis Rothari.*

Folio 6—15 *Index capitulorum Edicti Rothari.*

A medio fol. 15 *inseritur tractatus de theologia morali hoc exordio:* Omnis qui recte iudicat, statera in manu gestat. *Finitur in verbis:* hi in alienis pereunt peccatis :ꝛ Quia ut egregius mundi doctor ait: non solum qui faciunt sed et qui consentiunt :ꝛ *Quae quidem omnia ad picturam sequentis folii respicere videntur.*

Fol. 16 *habetur imago regis Rothari, cui adscribitur* ROTHARI REX, *additis angelorum hominumque variis figuris. Quarum ea, quae ad laevam regi proxima est, stateram in manu tenere videtur; nam ipse rex sceptrum gerit. Sequuntur infra episcopus et abbas, clerici deinde ac milites. Totam picturam adumbratam sine colore repraesentat Vesmii editio; sed ex iis, quae in Knustii adversariis notantur, colligimus nec regis coronam, nec instrumentum illud, quod modo stateram esse declaravimus*[2], *accurate artificem expressisse.*

A folio 16' *usque ad* 72' *habetur textus Edicti Rothari, ita ut in fine*

historiam cum chronico Salernitano continens (SS. III, 241. 467); Blasii etiam de Morcona commentarium in Lombardam, qui nunc est in bibliotheca Oratorii Neapolitani S. Philippo Nerio dicati (Iter Ital. IV, 44) Frecciam possedisse, ex ipsius libro *de Subfeudis baronum* (Nap. 1554. Francof. 1575. Venet. 1579) colligi potest. Quamobrem vix dubitari posse videtur, quin etiam Erchemperti *computus* et *rhythmica martyrologii Bedani compositio,* a Knustio in Matritensi bibliotheca inventa (Archiv VIII, 176. 187), ad Frecciae libros mss. olim pertinuerint.

1) Folio 1: *Leges Lombarde. Marini frecze* 1534. *XV xbus* (Decembribus). Fol. 2 in margine superiori: ... *civ.* (? civitate?) *Ravelensi a qua ip̄m cepi. sunt plures anni et feci ligare M. frecz* 1534. Ibid. in margine inferiori: *Marini Frecze* 1534. 15 *xbus.* folio 162': *Marini Frecze. P.* 1534.

2) Idem instrumentum, quod pro staterae parte superiore habendum esse censeo, repetitur in Aistulfi imagine, ad pag. 165 ed. Vesmianae.

capiti 386 *pro numero inscribatur* prologus, *sequenti (*387 *ed. n.) adscriptus sit numerus* 389, *ultimum sine numero habeat epilogum:* Explicit leges quas Rothari rex instituit.

Fol. 72' *sequuntur leges Grimoaldi*, *speciali capitulorum indice praemisso.* 5 *Proximum folium excidisse videtur; nam non solum regis imago desideratur*, *sed etiam prologus Grimoaldi cum initio capitis primi non adest. Reliqua habentur foliis* 73. 74.

Fol. 75. Incip. cap̄. quos Liudprand rex adiunxit. *Sed capitulorum index desinit fol.* 78' *in numero* CXLV; *reliqua cum imagine regis folium avulsum* 10 *continuisse videtur. Legum contextus a fol.* 79 *usque ad folium* 139 *vel* 140 *constat numeris* 153, *quos nostra editio pariter habet; tunc additur sub numero* CLIIII: De mercede magistri commacini *rell.*, *ut nostra editio p.* 177—180.

Fol. 141' *adest imago cum titulo* RACHIS REX, *quam adumbratam habemus in Vesmiana editione. Sequuntur ipsae leges sine indice numero* 12; *desunt* 15 *capitula in breve statuta (infra p.* 192. 193*).*

Fol. 148' *pictura inseritur hoc titulo:* AISTOLFUS REX, *pluribus figuris adornata*, *quarum ima iterum stateram gerere mihi videtur (vide supra notam* 2*). Ipsae leges Ahistulfi tam de primo quam de quinto anno*, *omisso tamen prologo anni quinti*, *omnes* 22 *sub numeris* 21 *habentur fol.* 149—157.

20 *Fol.* 157. *Imago trium personarum*, *cum titulo* ARECHIS DUX. *Sed Adelchim potius eum esse*, *cui princeps locus inter eos tribuitur*, *ex legum sequentium contextu apparet; quamobrem ex iis*, *qui principi adsident*, *unus pro Adone episcopo*, *Adelchis fratre*, *habendus esse videtur. Sequitur prologus Adelchis ducis Carolo Magno infestus*, *quem hic solus codex servavit; ipsae leges*, 25 *Matritensi cum Cavensi codice communes (infra pag.* 211. 212*) usque ad folium* 161 *continuantur.*

Denique folio 161 *usque ad finem folii* 162' *sub rubrica:* Item pauca de glosa *ea scripta sunt*, *quae infra pag.* 651. 652 *edidimus; quae cum omnia fere ex solis Rothareni legibus excerpta sint*, *procul dubio olim continuabantur* 30 *folio* 163, *nunc avulso.*

Codicem Matritensem in nonnullis cognatum esse Guelferbytano, *iam supra p. XXVI monuimus; proxime autem convenit cum Parisiaco (num. VII) et cum Cavensi (num. IX). Et haec quidem Cavensis codicis similitudo Pertzium olim moverat*, *ut capitularia etiam Franco-Langobardica*, *Cavensibus simillima*, *quae* 35 *nunc Romae in codice Chisiano F. IV.*75 *cum Chronico Benedicti*, *monachi S. Andreae*, *colligata habentur*, *pro avulsa Matritensis codicis parte habenda esse putaret*[3]; *quod cum aliis etiam viris doctis probatissimum visum esset*[4], *ipse tamen coniecturae auctor statim retractavit*, *postquam scripturae Matritensis specimen nactus erat. Ideoque*, *ne in re valde disputabili dubitatio renascatur*, *iterato* 40 *Chisiani codicis examine opus esse mihi videbatur; nam ex litterarum formis*, *quae ex chronico S. Andreae exhibentur SS. Tom. III. tab. IV*, *res decidi non poterat. Magnum igitur beneficium debeo D. Vincentio viro reverendo*, *in academia Romana* Sapienza *dicta professori*, *et in Vaticana bibliotheca scriptori*, *qui*, *petente Francisco Sentis collega meo Bonnensi in iure docendo*, *liberalis-* 45 *sime rem ita absolvit*, *ut iam pro certo affirmare possim*, *magnum inter Matritenses Chisianasque membranas esse discrimen*[5].

3) Cfr. Archiv V, 147. 308. VII, 770. SS. II, 439. III, 695 et Leg. T. I. praef. p. XXVI. 4) Cfr. Boretius Capitularien p. 50—53. Vesme praef. pag. 50 XXXVII. XXXVIII. 5) Chisianus codex in altitudinem habet millimetra 234, in latitudinem 153; constat nunc quaternionibus non numeratis quindecim, quorum octavus quinque foliis (primo, secundo, tertio, quinto et septimo) truncatus est.

IX. Codex Cavensis.

§. 24. De Cavensi monasterio — Trinità della Cava *vel* Corpo di Cava *vulgo dicitur — non procul a Salerno sito, eiusque immensa chartarum copia post Camillum Peregrinum multa viri docti protulerunt*[6]*; Edicti vero codicem, nunc celeberrimum, vel certe ipsum Edictum obiter tantummodo tetigerant Peregrinus anno* 1643[7], *et Petrus Giannonius anno* 1723[8]. *Longe uberius de nostro codice disputavit abbas de Rozan, clericus natione Francogallus, patriae exsul, cum de bibliothecae Cavensis thesauris narraret in epistola anno* 1800 *scripta, quam quattuor vicibus partim Gallica, partim Italica lingua typis impressam habemus*[9]. *Hunc Edicti codicem accuratius examinare et conferre Pertzio licuit anno* 1822, *mox Massmanno (vide infra p.*652*), denique Bethmanno anno* 1845*; quorum narrationes praesto sunt in Archivi nostri Tom. V. pag.* 247—262. *Tom. X. pag.* 359 *et in Monumentis Legum Tom. I. pag. XXVII. Pertzium plerumque sequitur Vesmius, praef. pag. XXXII—XXXVII. LXV.*

Altitudo codicis 242, *latitudo* 175 *millimetrorum est, singulae paginae versibus* 21 *constare solent. Scriptum esse in partibus Beneventi circa annum* 1005[10], *non solum ex historicis libri partibus*[11] *coniicere licet, sed etiam ex Beneventanis legibus Edicto adiectis, litterarumque formis, quarum specimina tria cum regis Rothari imagine huius voluminis tabula quarta continet. Aliud specimen in Vesmiana tabula III sub num.* 5 *habetur; tertium, quod non vidi, cum imagine principis Arechis in Silvestri libro,* Palaeographia universalis *dicti, repraesentari dicitur*[12. *].

In Cavense monasterium anno 1263 *ab ecclesia S. Angeli de Casali Rupto codicem translatum esse, Blasius, monasterii abbas, satis idoneis argumentis sibi aliisque*[13] *probavit. En ipsa viri meritissimi verba, codicis folio primo praefixa:*

„Codex, de quo nulla fit mentio in alphabeticis Indicibus ab Abbate D. Augustino Venereo compositis, neque in aliqua ex vetustis membranis. Puto autem, nec immerito, a Cavensi monasterio fuisse acquisitum anno 1263, quum Dominus Eustasius Archipresbyter Casalis Rupti tradidit Domino Goffrido Vestarario Cavensis Monasterii et Domino Alebrandino Armario (seu Archivistae) eiusdem bona ecclesiastica mobilia ecclesiae S. Angeli de Casali Rupto ad opus et fidelitatem Monasterii Cavensis conservanda Die Dominico undecimo Februarii VI. Ind., uti legere est in Registro I Thomae Abbatis fol. 23. praeter alia enim supellectilia extant plures libri, quo-

6) Cfr. Iter meum Italicum IV, 65—67 et Pertzium in Archivo nostro V, 15. 16. IX, 1—239. 7) Hist. principum Langob. in appendice. 8) Istoria del regno di Napoli, lib. IV. c. 6. 10. lib. V. §. 1. c. 1. 3. lib. VI. c. 3. 9) Gallica prima editio, quam non vidi, cum Itala versione convenire videtur, paginis 127 in forma octava constante, cui titulus est: *Lettera del Sig. N. N. al Sig. N. N.*, nec anni nec loci mentione addita, quaeque ad me anno 1821 dono Ludovici Marincolae, Cavensis monasterii archivarii, pervenit. Deinde vero tertia et quarta editio, auctiores, ut videtur, prodierunt anno 1822, his titulis inscriptae: *Lettre de l'abbé de Rozan à Mr. le bibliothécaire de la bibliotèque du roi à Naples.* 1800. *Avec la traduction Italienne en regard par le P. Morcaldi, lecteur de philosophie dans le monastère de la Très Sainte Trinité de la Cave. Naples chez V. Orsino* 1822. *(4°.) — Lettera dell' abate de Rozan ...* 1800. *Tradotto dal Francese dal Lettor Cassinese D. Gabriele Morcaldi.* 1822, ubi de nostro Edicti codice repeti videntur pag. 49—79, quae in prima editione habentur pag. 42—49. 93—101. 10) Monasterio Montis Cassini annoque 1023 originem codicis tribuendam esse, Merkelii sententia fuit, ideo quia eo anno iussu Teobaldi abbatis Cassinensis 23 codices conscripti sunt, inter quos *Historia Langobardorum* (Paulus Diaconus) et *Edictum regum* recensentur (supra p. III. nota 22). Quae tamen sententia, quamvis a Bethmanno pro explorata habeatur (Archiv V, 359. 373), certis probationibus nimis indigere videtur. Cfr. etiam Vesmius pag. XXXII. XXXIII. 11) scil. fol. 186. Cfr. Rozan pag. 43. 44 ed. 8°. Archiv V, 255. 256. Monum. Germ. SS. III, 216. Vesme praef. p. XXXII. 12) Paléographie universelle. Collection de fac-simile d'écritures etc. par M. Silvestre, Part. III. Paris 1841. *) specimina ibi ex foliis codicis 157 et 387 dari dicuntur. PERTZ. 13) Nam anni 1267 et 1463, qui in Italicis Rozanii editionibus proponuntur, meris typographi erroribus tribuendi esse videntur.

rum unus notatur: *Orogo Langobardorum*, ubi legendum censeo *Origo*. Hic autem codex incipit: *In nomine ..... incipit horigo*[14] (rell.) ..... Blasi, an. 1782".

Praeterea primo codicis folio praescriptum est: Istud codices habet quat. XXXIII et fol. CCLXV. *Dici tamen possit, tribus potius partibus manuscriptum codicem constare: antiquissimam eam esse, quae a quaternione nunc tertio, olim primo, Edicti verbis:* I. Si quis hominum *rell. incipit; postea adiectos quaterniones nunc primum et secundum, denique singulare folium vacuum, nunc omnium primum, tegumenti causa codici praemissum esse. Antiqua enim quaternionum numeratio ita se habet, ut is, qui nunc septimus est, numerum* V *ferat. Gravius est, quod sedecim folia vel temporis vel furum iniuria paucis vestigiis relictis interierunt. Desiderantur enim:*

quaternionis nunc primi folium secundum (folium 2[15]*),*
quaternionis nunc tertii, olim primi, folium septimum (folium 23*),*
quaternionis octavi, olim sexti folia omnia (fol. 57—64*),*
quaternionis undecimi folium octavum (fol. 88*),*
quaternionis vicesimi secundi folium primum (fol. 169*),*
quaternionis vicesimi septimi folium primum (fol. 209*),*
quaternionis trigesimi tertii folium sextum, septimum et octavum (folia 262—264*).*

§. 25. *(Quid foliis superstitibus contineatur.) Tripertitum totius libri argumentum est; nam folia prima* 186 *ad legem et historiam generalem regni Langobardorum pertinent, foliis* 187—208 *de legibus principum Beneventi, foliis* 209—264 *de legibus stirpis Karolinae agi videmus. Eorum vero, quae nobis supersunt, summa haec est:*

1*) folium ipsi codici praesutum paucos tantum versus continet de genealogia populorum:* Mulius rex tres filios habuit *rell., quae impressa sunt in Monum. SS. VIII,* 314 *sub num.* 5, *et in Vesmii praefatione pag. XXXIII. Scripta videntur ab eadem manu, quae ultimos codicis quaterniones explevit. Cfr. Archiv V,* 46. 247. 248.

2*) Folio primo ipsius codicis, sive initio* Primae Partis *Winniles favente Frea et Godano pugnantes depicti habentur, hac rubrica subiecta:* In nomine domini .... Incipit horigo gentis nostrae langobardorum *(infra pag.* 641*). Desinit textus folio* 4 *in verbis* vertari rex *(infra p.* 646*). Absunt tamen verba* Respondit godan .... non habue- *(ibid p.* 642. 643*) quae folio secundo, nunc deperdito, continebantur.*

3*) Folio* 5. 6 *habetur titulus Edicti cum prologo Rothari regis, adiecto ultimo capite:* Et hoc generaliter damus in mandatis *(*388 *med., vide infra pag.* 1—3. 90.*).*

4*) Fol.* 6—15*:* Capitula Rothari regis, *s. index capitulorum (infra p.*3—12*). Finitur verbis:* Presentis vero dispositionis nostre edicto Explicit Capitula. Incipit testum legis quam domnus rothari rex tempore suo instituit, *adiecta regis, leges notario dictantis, imagine. — Folium* 16 *s. ultimum secundi quaternionis vacuum est.*

14) Vide infra pag. 641.

15) In singulis foliis allegandis Pertzii numeros retinui, qui connumeratis foliis deperditis, sed non connumerato folio primo, toti codici 264, non 265 folia tribuit. Idem Bethmannum fecisse video, Archiv X, 257. Aliam rationem Vesmius secutus est, cuius numeri a nostris ita differunt ut pro 78, 79, 83 numerentur folia 69–74, pro 157—168 folia 147—158, pro 177—182 folia 166—171. Numeravit nimirum ea sola, quae supersunt, connumerato tamen folio tegumenti causa praesuto.

5) *Folia* 17—79 *textum Edicti Rothari continent*, *praeter capita* 32 *med.*— 38*fi.*, *et* 246*fi.* — 302*med.*, *quae foliis deperditis* 23 *et* 57 — 64 *scripta fuerant. Sed finis Edicti confusione laborat; nam folio* 78' *iterum regis cuiusdam pictura proponitur ad coenam sedentis; quam sequitur fol.* 79 Confirmatio legis qui supra rothari regis *(i. e. Roth.* 386*), adeo ut ad Rotharenem Grimualdumque pariter imago trahi posse videatur. Ultimae tamen Rothareni leges (*387 *et* 388*), quae hoc loco desunt*, *Grimualdi legibus intermixtae habentur.*

6) *Fol.* 79'—82*:* Explicit legem quod domnus rotharus rex renovavit cum primatos iudices suos; *deinde*, *post indicem undecim (non novem) capitulorum:* Explicit capitula. Incipit legem quam donus grimualdus instituit. *Sequuntur sub numeris I et II dictae Rothareni leges* 387. 388*; deinde prologo praemisso, sub numeris III—XI verae Grimualdi leges*

7) *Fol.* 83—158 *Liutprandi leges habentur praemisso indice*, *cum omnibus fere prologis et epilogis*[16], *hoc initio:* In nomine domini incipit capitula edicti, quas liuprandus rex tempore suo adiungere preuidit tranquillo, dum deo donante regnauit. *Adest etiam Liutprandi cap.* 29*; absunt vero ultimae indicis partes inde a cap.* 148, *cum regis imagine; quae folio exciso* 88 *contenta fuerant. Tacuisse indicem de Memoratorio circa mercedes commacinorum*, *quod contextu foliis* 157' *et* 158 *adiicitur*, *ideo verisimile est*, *quia in codicibus VII et VIII pariter indice memoratorium caret. In contextu titulum ferunt:* Ista capitula postea sunt adiuncta.

8) *Folio* 158'*:* Explicit leges quas domnus liuprandus rex instituit. Incipit prologus rachisi regis, quem deo iuuente addidit. Christi *rell. (vid. infra pag.* 185*). Ipsum prologum sequitur index capitulorum undecim numeros exhibens*, *deinde fol.* 160' *pictura*, *exhibens regem Ratchim*, *barbatum*, *sceptrum dextra manu tenentem; a dextra armiger*, *imberbis*, *a laeva duo viri adstant barbati*[17]. *Eadem pagina continuatur:* Incipit textum legis rachis regis I. In nomine domini .... contra nos *(infra pag.* 183. 184*)*. II. Si quis amodo .... honorificum est. Prologus. Ista .... simpliciter ueniant, eorum aditum tribuat *(infra pag.* 187—192 *med.*[18]*). Denique sub numeris X et XI tria illa capita sequuntur*, *quae infra pag.* 184. 185 *sub numeris* 2—4 *a nobis edita sunt.*

9) *Fol.* 168 *leges Ahistulfi sequuntur*, *praemisso titulo et indice*, *qualem infra pag.* 194. 195 *edidimus*, *aliis omnibus codicibus pleniore. Sed desideratur folium* 169 *cum regis imagine*, *anni primi praefatione*, *legeque prima atque initio legis secundae (infra pag.* 195. 196*); quorum bona pars felicissimo casu ex codicibus VII et VIII suppleri potuit*, *ut infra p.* 195. 196 *in notis demonstravimus. — Edicti leges finiuntur folio* 177' *his verbis:* in antea. Explicit capitula.

10) *Fol.* 177' 178. *Epistolae spuriae duae*, *imperatori Constantinopolitano et Karolo Magno adscriptae, a codice Casinensi Iohannis abbatis num.* 353, *ut videtur*, *derivandae*[19].

11) *Fol.* 178'—182. *Glossarium*, *cuius auctor ex alio Edicti codice*, *nonnunquam etiam ex Pauli Diaconi historia chartisque monasterii S. Sophiae glossemata Germana Latinave promiscue collegit (infra pag.* 652—657*).*

12) *Fol.* 182'—186'. Incipit de reges langobardorum quomodo regnauerunt

16) Cfr. Archiv IV, 375. 376. pag. XXXV; cfr. Archiv V, 252. IV, 379. Troya storia d'Italia IV, append. p. 71 sqq.

17) Ita Vesmius

18) Cfr. Archiv

19) Vide Bethmannum, Archiv X, 359. 396. Chron. Salern. c. 34. in Monum. SS. III, 488.

in hoc mundo. Alboin, qui primus ad Italiam uenit .... totonicum regnum suum[20].

13) *Fol.* 187—192 *sive initio partis secundae varia ad historiam principum Beneventi et Capuae pertinentia praemittuntur, quae pariter ex codice Casinate (XIV) manasse, Bethmannus testatur, Archiv* X, 359. 360.

14) *Fol.* 193—200 *praemissa imagine Arechis principis (cfr. supra not.* 12) *eiusdem capitula sequuntur fol.* 193'—198'; *item fol.* 199. 200 *post imaginem Adelchis principis eiusdem leges habentur. Vide infra pag.* 207—212.

15) *Fol.* 201—204: Item consuetudo leburie et pactum, *infra p.* 213—215.

16) *Fol.* 205—207 *praemissa crucis figura: Pactiones Gregorii ducis et Ioannis consulis Neapolitani (infra pag.* 215. 216), *quae ab alia manu eiusdem aetatis praescriptum habent* Capitulo adelchis priñ., *in fine vero fol.* 207' *imagine cum titulo* ioannes consul et dux *ornantur.*

17) *Fol.* 208: Quantas causas debet esse iudicata sine sacramentum *(infra pag.* 657. 658).

18) *Folio* 209, *sive quaternione XXVII, tertiae codicis partis, Karolingorum leges continentis, initium est. Sed ipsum folium* 209 *cum imagine Karoli Magni abscisum est; sequentium imperatorum imagines salvae supersunt, scilicet Loduici folio* 233, *Pipini folio* 245, *Luttharii folio* 251 *et iterum folio* 254. *De istis autem capitulis accuratius retulerunt Pertzius Archiv V,* 257. 258 *et Boretius Die Capitularien pag.* 51—53.

His vero, quibus contextus codicis Cavensis constat, in margine adiectae sunt notae paucissimae, quarum conspectum infra pag. 657 *dedimus. Omnes, praeter primam et secundam, quae iam in Archivo nostro Tom. V. pag.* 261 *editae inveniuntur*[21], *meras allegationes ex Edicto legibusque Beneventanis continent.*

In summa notandum est, codicem Cavensem proxime cognatum esse codicibus VII et VIII, immo in prima et secunda parte ex iisdem fontibus manasse, a quibus Matritensis codex (num. VIII) derivandus est, in tertia vero seu capitularium parte cum codice Chisiano (vid. pag. XXIX) mirabiliter convenire. Maxima autem eius auctoritas est in legibus post Liutprandum latis, minor in antiquioribus Edicti partibus. Linguae Germanicae librarium prorsus ignarum fuisse, glossarium eius (infra p. 652—657) *aperte demonstrat; veterem orthographiam eum non curasse, nemini mirum videbitur. Hinc constans usus litterarum* gua, gui, *pro* uua, uui, *omissio litterae* t (rachis), *item litterae* h, *aliaque his similia*[22].

§. 26. *(De apographis et collationibus codicis Cavensis.) Quattuor extant exemplaria, quae, picturis omissis, ex Cavensi libro descripta sunt; quorum primum, in ipso monasterio adservatum, bibliothecam festinanter visitantibus*[23] *tradi solebat, ne quotidiano usu archetypum atteratur. Cui subscripta haec leguntur:* **Extracta est praesens copia a suo pervetusto membranaceo Codice legum Langobardorum servato in Regali Tabulario Cavensi, cum quo collatione facta**

20) Vide Archiv V, 255. 256. X, 359. Partem eorum impressam habemus in Monum. SS. III, 216, ubi verbum *est* excidisse Vesmius p. XXXII recte monuit. Sed memet ipsum etiam errasse fateor, cum pag. 657 not. *k* huius voluminis populorum genealogiam *Mulius* rell. post glossarium scriptam esse dixerim. 21) Ita corrigendum, quod pag. 657 lin. 55 falso notavi. Praeterea supplenda est illa allegatio, quae infra pag. 174. lin. 50 ad Liutpr. c. 151 legitur. 22) Cfr. Archiv V, 259—261. Ex frequenti forma *aud* pro *aut* Italicum *o* derivandum esse videtur. 23) Horum in numero ipse fui, cum mense Decembri anni 1821 paucis horis in monasterio commorarer. Ipsum codicem aspicere potius, quam evolvere tunc mihi licuit. Vide Archiv IV, 372—382.

concordat *[non in omnibus]*, meliori tamen semper salva..... die XX[a] mensis Martii Anno Dnī 1808. Ego Dnus Aloysius Marincola Archivarius. *Altero apographo, quod in R. Archivo Neapolitano adservatur, Carolus Troya nonnunquam usus est, ut in glossario Cavensi edendo variantium lectionum cumulus augeretur*[24]. *Tertium, ex quo Bethmannus exscripsit* Originem gentis Langobardorum *(infra pag.* 641—646*), ipse invenit in imperiali Parisiensi bibliotheca*[25]. *Quartum denique ipse Carolus Troya, a Gamboa adiutus, mense Iunio anni* 1835 *confecit, et post aliquot annos Academiae historicae Taurinensi dono dedit; eoque Vesmius usus est, quotiens ad Cavensis codicis auctoritatem provocavit*[26].

Mihi vero in ipsis legibus Pertziana collatio, in glossario edendo Massmanniana editio praesto fuit. Id unum desideraveram, ut etiam in Origine gentis Langobardorum, a Pertzio olim non collata, Bethmanni collatione in ipso monasterio instituta (Archiv X, 359*) uti mihi liceret; sed praeter Parisiaci apographi lectiones, nonnunquam suspectas, nihil ad me pervenit, quod Vesmianae editioni adiici posset.*

Restat, ut aliquis artis peritus existat, qui picturas codicis Cavensis, quas foliis 1. 15. 78. 160. 193. 207. 233. 245. 251. 254 *exstare diximus, nobis repraesentet (cfr. supra pag. XXX. lin.* 19. 21*).*

X. Codex Parisiacus (B.) num. 4614.

*§.*27. *In hoc codice, cuius folio* 69 *inscriptum est:* Iac. Aug. Thuani, *olim Colbertino* 777, *s. regio* 4898, 4, *duo libri prorsus diversi compacti exhibentur, quorum alter saeculo decimo, alter tertiodecimo tribuendus est. Nam ea, quae post folium* 84 *habentur, ad librum legis Lombardae libellumque Roffredi de pugna pertinent, de quibus nunc dicendum non est; ea vero, quae praecedunt, reliquiae sunt longe vetustioris et quidem pretiosissimi codicis. Is integer olim maximae molis fuerat; nam foliis* 388 *constitisse videtur, ut ex numeris XXXVIIII — XLVIII, qui superstitibus quaternionibus inscripti sunt, colligi potest; singula vero folia cum tegumento in altitudinem habent millimetra* 443, *in latitudinem* 291. *Scriptura, cuius specimen ab Amedeo Champollion-Figeac confectum in Vesmiana tabula III sub num.* 1 *exhibetur, duabus columnis in unaquaque pagina dividitur.*

Folia, quae nobis supersunt, tres leges complectuntur: 1*) foliis* 1—55 *Edictum Langobardorum,* 2*) a folio* 55' *col.* 1 *med. legem Alamannorum,* 3*) a folio* 66' *legem Baiuwariorum*[27]. *Quae perierunt, Capitularium amplissimis collectionibus, lege Salica Ribuariorum, Burgundionum ceterisque barbarorum legibus constitisse videntur. Singularis vero libri praestantia in Langobardorum praesertim Edicto eo nititur, quod ex antiquissimo optimoque Edicti codice, sive uno sive pluribus, exscriptus est, cuius formam, pro temporis ratione diversam, religiose servavit; id quod de Vercellensi codice non aeque praedicari potest, cuius scriptor omnia ad sui temporis orthographiam — sive orthographiae incuriam dixeris — accommodavit. Sic Parisinus in antiquo Edicto habet* Hrotarit *(quod p.* 1 *et* 2 *in contextum recipere debueram); in legibus autem Liutprandi constanter scriptum fuisse* Rothari, Rotharene *et his similia, idem testis est. In legum contextu semper fere habet* haldius, haldia; *in capitulorum indicibus a librariis*

24) Codice diplomatico Longobardo P. II. pag. 458—464. Cfr. p. 425. 426 ibid. 25) Résidu S. Germain, carton 157. Vid. Archiv X, 359. 26) Vesmius praef. p. XXXVII. 27) De hac et Alamannorum lege egit Merkelius, Archiv XI. p. 585. 586 et LL. III. p. 8. 188.

minus caute confectis, promiscuis formis haldius *et* aldius *etiam Parisiacus utitur*[28]. *Verbum* fulborn *(Anglosax.* fulboren*) in foliis Sangallensibus non servatum, in omnibus aliis codicibus misere deformatum, soli Parisiaco debemus Roth. c.* 154. *In erroribus, quorum immunis non est, mire interdum cum San-*
5 *gallensi convenit, v. c. in voce* orbitaria, *Roth.* 25. 26*; item in verbo* libera, *Roth.* 208, *quem tamen errorem etiam codex Matritensis, Gothanus et liber Concordiae* 22, 19 *repetunt. Quin immo de Liutprandi legibus ex nostro codice coniectura capi potest, quomodo factum sit, ut non aequaliter in his Edictum continuari videatur; certe dubium non est, in nostro codice eas solas Liut-*
10 *prandi leges inveniri, quae vere Edicto destinatae fuerunt. Sed haec non sine speciali recensione eorum, quae codex Parisiacus habet, demonstrari poterunt.*

§. 28. *Codicis ergo singulae partes ad Edictum pertinentes hae sunt:*

fol. 1*:* In dei nomine hrotharit vir excellentissimus..... *Prologum sequitur index capitulorum, deinde fol.* 4′ *in fi. ipsarum legum* 388 *contextus.*

15 *fol.* 26. *col.* 2 *med.:* Item incipiunt capitula quas adiecit domnus grimuald rex *(num.* 1—9).

fol. 26 *in fine:* Item quod gloriosissimus grimuald rex addidit dicens. *(fol.* 26′*)* Superiorem paginam .....

fol. 27′. *col.* 1*:* Item capitula quod addidit domnus liutprant rex. Prologus. Leges
20 quas .... placuerunt. Primo omnium de successione filiarum. Incipiunt capitula. I. Si langobardus sine filiis ..... VI. ..... egrotauerit. Item. Incipit prologus *(scil. anni quinti).* Ego in dei ....

fol. 28*:* ... enitescat. Primum omnium de morgincap mulierum. Explicit prologus. Incipiunt capitula. I. Si quis langobardus morgincap .... VIIII. Si autem qua-
25 lescunque causae amodo emerserint.

fol. 28. *col.* 2*:* Incipit prologus quod addidit domnus liutprant rex anno octauo regni suo. Ego in dei omnipotentis .... Incipiunt capitula. I. De uadio et fideiussore .... IIII. De negotiatoribus uel magistris.

fol. 28′. *col.* 1 *in fine:* Incipit prologus c̄. s̄. *(scilicet anni noni).* Ego in dei nomine
30 .... Incipiunt capitula. I. De ętate in quantis annis esse debeat legitima ętas... X. Si quis causam suam habuerit, et sculdahis aut iudex. Expliciunt capitula.

fol. 28′. *col.* 2*:* Incipit prologus *(scil. anni undecimi).* Quoniam quidem superius .... reddere curauimus. Explicit prologus. Incipiunt capitula. I. De his feminis, quę uelamen .... XXIIII. Si quis seruum .... clericauerit.

35 *fol.* 29. *col.* 1*:* Expliciunt capitula. Incipiunt causae *(i. e. ipsae leges)* quas addidit domnus liutprand rex. Primo anno regni sui. I. Si quiscumque langobardus....

fol. 29′. *col.* 1*:* Incipiunt capitula quod addidit in quinto anno.

fol. 30′*:* Incipit de anno octauo.

fol. 31′*:* Incipiunt de anno nono.

40 *fol.* 33*:* Incipit de anno XI.

fol. 35*:* ... sicut uoluerit. EXPLICIT. Incipit prologus *(de anno duodecimo).* Scimus enim ..... hoc adiungere in edicto curauimus pagina, in uolumine quidem VI, antea fuerat multis superuenientibus causis obmissum: id est in primis de possessione *(abest index.)*...... Explicit prologus. Incipiunt causae. I. Si
45 quis cartulam ....

fol. 36′. *col.* 2*:* Incipit de anno XIII. Ego Liutbrand .... sicut et factum est, et postea deo propitio capitula . primum omnium id est *(abest index.)* Incipiunt causae. *(fol.* 37*)* I. De eo qui ....

fol. 37. *col.* 2*:* ... K. V.... quomodo et de seruo. K. VI. Iam quidem in antiquo edicto
50 corpore *(scil. prologus anni quartidecimi)* ... *(fol.* 37′*)* scriberentur. Explicit. *(Abest index.)* K. I. Si inter fratres ....

28) ***haldius:*** index Roth. 28. 376. Liutpr. 106. 111. 140. 143. 147. ***aldius:*** index Roth. 76—79. 205. 216—219. 235. 258.

fol. 39. *col.* 2: pagina adfiximus. Explicit. Incipit de quinto decimo anno. Iam enim uicibus .... (*fol.* 39′ *abest index*). ... propitium. I. Si quis timoris ...
fol. 41′: Incipit. Pluribus iam quidem uicibus .... (*Abest index anni XVI.*) K̄. I. Si quis pro causa sua ...
fol. 42. *col.* 2: Incipit de anno XVII. Vicibus iam itiam (*sic*) in uolumina ... nostris id est in primis. I. Si quis cuiuscumque habens legitimam uxorem (*continuatur index*) ... (*fol.* 42′) XIII. Si quis commutauerit terram aruum aut pratum uel siluam. Explicit. K̄. I. Si seruus.
fol. 44. *col.* 1 *fi.*: sicut ipsę cartulę leguntur. Expl. Incipit de anno nono decimo. Superstitiosae et uacuę .... (*Abest index.*). I. Si infans ....
fol. 46′. *col.* 1: medietatem ad ipsum puerum. Explicit. Incipit de anno XX (*sic pro* XXI). I. Si quis dederit coniugi .... (*sequuntur indices annorum* 21—23, *nulla tamen annorum mentione facta*) .... XXIV. De eo langobardo, qui se clericauerit. Incip̄. cap̄l. de anno XXI kl̄. mar̄. indict̄. I. Domni liutbrandi regis. I. Si quis dixerit.
fol. 48′. *col.* 2: ... ut diximus est adfixum. Incipit de anno XXII. indict. II. Pauca quidem ... (= *prologus*) ... indict̄. II. id est si haldius cuiuscumque ... (= *cap.* 1 *sine numero. Sequentia capita* 2—4 *numeros XI—XIII ferunt*).
fol. 49′. *col.* 1 *fi.*: De anno XXIII. In nomine domini (= *prologus*) ... adnotauimus. K̄. XIIII. Si cuiuscumque (= *cap.* 1) ... K̄ XXIIII (= *c.* 11) ... legem finire debeant.
fol. 51: Leges quas domnus ratchis instituit princeps. Christi dnī ih̄u et ... resecatum ita sancimus. I. De uuadio qui amodo ... submiserit. Expliciunt capitula (*vid. infra pag.* 187. *Sequuntur leges* 5—12 *nostrae editionis*).
fol. 53. *col.* 1: Leges quas domnus aistulfus instituit princeps. Incip. capitul. I. de langobardo ... (*infra pag.* 194. 195). Expliciunt capitula. (*col.* 2.) Incipit prologus. Quoniam prophetica ... inluminetur. Expliciunt capitula (*sic*). Incipiunt leges. I. Recolimus ...
fol. 55′. *col.* 1: et in antea. Incipiunt capitula legis Alamannorum.

Ex hac epitome apparet: 1) *primis undecim Liutprandi annis prologos et capitulorum indices ab ipsis legibus separatos exhiberi;* 2) *sequentibus octo annis prologum cuique anno specialiter praefixum inveniri, sed indicem praeter annum decimum septimum constanter desiderari;* 3) *ultimis legibus, scil. anni vigesimi primi, secundi et tertii, earumque prologis indicem generalem praescriptum esse;* 4) *legum anni primi, quinti, octavi, noni, undecimi et duodecimi sex volumina in prologis numerari, de quibus posteriores prologi silent*[29]. *Sane ipsis diebus Kalendarum Martiarum, cum in publico conventu singulae leges sanciebantur, nec ordinatio ac numeratio earum facile absolvi, nec prologi indicesque praemitti poterant; nam non omnia, quae tunc agebantur, etiam Edicto destinata erant. Scimus etiam, posteriores curas, quibus id reservandum erat, Potoni aliisve sacri palatii notariis esse commissas (infra pag.* 109. *lin.* 14). *Potonem autem eiusve successorem ab initio ita versatum esse videmus, ut legum cuiusque anni non solum propria series propriumque volumen constitueretur, sed ut cum prologo statim capitulorum index coniungeretur, ad quem verbis* Primum omnium (*pag.* 108. 110. 113. *lin.* 58. *p.* 134) *vel* Id est in primis (*p.* 116. *lin.* 48. *p.* 128. 150. 172) *vel:* Id est kapitulo primo (*p.* 122) *transitus fieret. Librarius vero, a cuius apographo noster codex descendit, anno regni undecimo quinque voluminum apparatum describendum simul accepisse, sed non satis intellexisse videtur, quomodo singuli prologi cum suis indicibus essent distribuendi; nam omnia uno tenore ipsis Liutprandi legibus vel*

29) Sunt haec eadem volumina, quae in Muratoriana editione *librorum* nomen ferunt, ita tamen ut in sexto libro omnes etiam sequentium annorum leges indiscrete coniectae habeantur.

causis (sic etiam in Vercellensi atque Eporediano appellantur) praemisit. Praeterea grandioribus litteris EXPLICIT *in fine additis significasse videtur, alia describenda* **tunc** *sibi non fuisse. Postea vero, cum sextum volumen parandum esset, ipse notarius aliquid morae fecisse fatetur, cuius excusandae causa in fine novi prologi ait:* in uolumine quidem sexto, quod antea fuerat multis superuenientibus causis omissum. *Nec indicem ipse addidisse videtur; librariis autem, quibus hunc conficiendum reliquerat, inter moras alii etiam modi in numerandis legibus novis, iam aliunde depromptis, placuerunt: vel Rothareni Grimualdique numeros continuando, vel una serie saltem Liutprandi leges complectendo*[30]. *Nam separatos singulorum annorum numeros praeter Parisiacum codicem solus Eporedianus et restitutor codicis Vercellensis servaverunt*[31]*; adeo ut etiam ille librarius, cuius exemplar in codice Parisiaco repetitur, qui prologorum quidem formas, longo ac trito sermone conceptas, religiose transscripsit*[32]*, sed in indicibus conficiendis raro operam consumpsisse videtur, ultimorum trium annorum leges* **una** *serie viginti quattuor capitum complexus sit.*

Restat monere, codicem Parisiacum a Pertzio primum, deinde a me cursim perlustratum, denique a Boretio mense Novembri a. 1861 *accuratissime collatum esse. Vesmius usus erat variantibus lectionibus ab Amedeo Champollion-Figeac ad eum missis; sed is vir cl. nec omnia notaverat, nec veritati semper plene satisfecisse videtur. Certe statim ab initio binis locis scriptum refert* Hrothari *(Vesme col.* 269. 272*), ubi lectio* hrotharit *et Pertzium et me et Boretium pariter testes habet.*

Alia de hoc Edicti codice leguntur Archiv VII, 764—767. *Adde Vesmium praef. p. XXX. XXXI. LXVII. CXI.*

XI. Codex Gothanus 84.

§. 29. *De hoc codice saepissime disputatum est a viris doctis*[33]*; quos tamen omnes antecellit* **Merkelii** *tractatus in Archivi nostri Tomo XI. pag.* 604—612. *Mihi vero, cum notabiliora ab aliis dicta repetenda essent, pauca etiam addendi occasio non defuit.*

Est enim codex grandis, ex genere eorum, qui tempore Ludovici Pii omnes fere leges in finibus imperii Romani valentes complecti debebant; a quibus praeter Mutinensem (num. XIII.) etiam Parisiacus B, Guelferbytanus, Eporediani duo, Heroldinus (num. XII.) descendere videntur. Sed Gothanus omnium, qui nunc supersunt, plenissimus exstat.

Scriptum esse codicem saeculo decimo vel certe initio saeculi undecimi in Fuldensis monasterii celeberrima tunc librariorum sede, multae rationes suadent[34]. *Moguntinae autem S. Martini ecclesiae usque ad saeculum sextumdecimum fuisse, ex nota primo folio praescripta:* Iste liber pertinet ad librariam S. Mar-

30) Sic etiam magna illa eiusdem prologi varietas explicari posse videtur, quae in libris manuscriptis quotannis deprehenditur.

31) Vide supra p. XX; infra p. 96. not. *c.* p. 116 et 123—129.

32) Nam eum, quem anno sexto decimo destinaverat notarius, praeter Heroldum (cod. XII.) solus Parisiacus codex servavit.

33) Cypriani catalogus codicum mss. bibliothecae Gothanae. 1714. p. 12-17. — Eccard Leges Francorum. 1723. praef. p. 4. — Chronicon Gottwicense 1732. p. 48. — Ritteri praefatio ad Cod. Theodosianum 1737. Tom. II. p. XII. — Haenelii praef. ad Cod. Theod. 4°. p. XXVII. — Eiusdem lex Romana Visigothorum praef. p. XLVI. n. 7. — Hauboldi opera T. II. p. CXXIX. n. 54. — Pardessus Loi salique p. XLIII. n. XL; p. 321. — Türk, Forschungen III, 149. — Monum. LL. Tom. I. p. XXVIII. Tom. II^{b}. p. 18. Tom. III. p. 4. 188. — Archiv VI, 81. X, 360—365. — Vesme praef. p. XXXIX. — Boretius Capitularien p. 37. 38. 149.

34) Inter vetustatis indicia notanda inprimis figura litterae *ɑ* pro *a*, quae praesertim in vocibus Germanicis, nonnunquam etiam in notis marginalibus deprehenditur, v. c. fol. 342. col. 2, et ad Roth. CCCV (308 nostrae editionis).

tini ecclesiae Moguntinensis. M. sindicus imp. 1479. *apparet; inde vero ante ducentos fere annos cum aliis libris mss.*[35] *in bibliothecam ducis Saxoniae Gothani migravit. Quadripertitam quaternionum seriem continet, quorum summa foliis membranaceis* 395 *constat, et praeterea papyraceis* 17 *(scil. foliis* 168. 185—192. 242—249*), quae in locum membranarum amissarum iam diu substituta habentur. Foliis tamen papyraceis* 185—192 *recentior manus numeros adscripsit; unde coniicere licebit, veteres membranas (scilicet quaternionem sextum partis secundae) hoc loco nondum defuisse, cum cetera numerarentur. Numeros* 255 *et* 281 *computantis incuria prorsus omisit, numerum* 157 *duabus paginis inscripsit; quo factum, ut omnium foliorum summam non* 412, *sed* 413 *ipse codex indicare videatur.*

§. 30. *Singulae codicis partes hae sunt:*

Prima quaternionum series (fol. 1—146*) Ansegisi collectionem cum Benedicti Levitae additionibus continet, praemissa imperatoris imagine, quae in Chronico Gottwicensi pag.* 48 *repetitur.*

In secunda serie (fol. 147—223*) singularum gentium leges: Salica, Ribuaria, Langobardorum (fol.* 165—194*), Alamannorum, Baiuwariorum et capitula imperatorum his legibus addita habentur, praemissa* successione imperatorum post domini nostri Iesu Christi incarnationem, *quae desinit in Hlodovico Karoli filio his verbis:* Obito eo, *ita ut inserendis nominibus eorum, qui post Hlodovicum imperium adipiscerentur, spatium vacuum relictum videatur. Item praemittitur prologus:* Moyses gentis *rell., a Merkelio ante legem Baiuwariorum p.* 257—260 *editus, et prologus legis Salicae:* Gens Francorum inclita . . . criminalis terminum. Extiterunt igitur[36], *ante finem abruptus, spatio tamen vacuo relicto. Folii* 148 *pars aversa imaginibus auctorum legis Salicae:* Wisegast, Aregast, Salegast *et* Bedegast *excipiendis destinata erat, si recte coniicio*[37]*; certe duorum virorum, qui soli apparent, picturam imperfectam esse, facile est videre. Repetita exhibetur in Chronico Gottwicensi pag.* 48.

Tertia series (fol. 224—337*) legem Romanam Wisigothorum continet, ita tamen ut ultimi capitis (ex corp. Hermog. tit.* 2, *pag.* 450 *ed. Haenelii) prima tantum verba exhibeantur, quibus, nec spatio nec rubrica interposita, Chronicon Gothanum (infra pag.* 641—647*) subiungitur.*

Quarta denique series (foliis 338—374*) Edictum Langobardorum continet, cui folio* 357, *post Liutprandi prologum anni primi, inseritur brevis vita Liutprandi (infra pag.* 647*) cum generali indice omnium legum eiusdem regis; item folio* 368 *inter leges anni septimi decimi* Memoratorium de mercedibus commatinorum *(infra p.* 154. *lin.* 47. *p.* 176 *sqq.). Finito Edicto, sequuntur folio* 375 *leges imperatorum ante annum* 832 *latae, ex Ansegiso potissimum repetitae, quibus folio* 408' *subiiciuntur leges Hludovici Secundi de anno* 855 *cum consultationibus episcoporum praemissis (LL. pag.* 396. 430—434*). Desinit codex folio* 413 *in verbo* restaurentur.

Duo igitur legum Langobardorum exemplaria hoc codice exhibentur; quae tamen longe inter se differunt. Nam id quod foliis 165—194 *habetur, in* Concordiae *formam redactum est, de qua infra sub num. XIII dicendum erit; ea vero, quae foliis* 338—374 *continentur, ex optimo antiqui Edicti codice diligentissime repetita esse videntur. Certe antiquiores verborum formae* haldius,

35) Cfr. Hänel Cod. Theod. 1842 praef. p. XXVII. not. 157. 36) Cfr. Waitz, Das alte Recht der Salischen Franken 1846. pag. 37. 37) Has enim codex Mutinensis (num. XIII) in ceteris nostro simillimus, offert.

haldio, haistan, hoberos, hictu, sculdahise, *in ipso contextu constantius retinentur, quam in indice vel in rubricis (ut Roth. XLII. CCXLIIII. CCLXXIIII. CCLXXV. Liutpr. XXVIII); praeterea variantium lectionum notae, quas non una manus nec uno eodemque tempore margini vel inter lineas adscripsit, nonnunquam statim in ipsum contextum irrepserunt, ut videre est fol.* 352. *col.* 1 *(Roth. CCLXXXVIII) in verbis* unus alias minus[38]. *Verba Germanica librarium non semper recte intellexisse, ex indicis verbis* fulcfreei de stamund *(Roth. CCXXII) coniici possit; alias constanter habet* fulcfret, *nonnunquam* actigyld, actygyld, actygild, uuirgyld. *Numeri plerumque, ut in Sangallensi, non notarum compendiis, sed plenis litteris scripti inveniuntur; compendia vero, quae adsunt, eo vitio saepe laborant, quod pro nongentis solidis XC notantur. In multis Parisiaco B (cfr. supra pag. XXXV. lin.* 6*), in dubia lectione* per cappur *(Liutpr. XIIII) etiam Vercellensi codici similis est*[39]*; in singulari vero appendice, quam Roth. CCLXXVI (ed.* 279*) habet, cum solo Matritensi codice nunc convenire videtur, cum Sangallensis et Cavensis codicis auxiliis hoc loco careamus. De proxima vero cognatione, quae inter Gothanum et Mutinensem codicem (num. XIII) intercedit, infra dicendum erit.*

Ceterum scripturae specimina, quae ex hoc codice exhibentur in Monumentis nostris Legum Tom. I. tab. III. num. 5, *quaeque pro parte repetuntur in Vesmiana tabula III. num.* 6, *non satis eleganter ab artifice sunt expressa. Veriora sunt ea, quae Ritterianae praefationi ad Theodosianum Codicem inserta habentur. De picturis in Chronico Gottwicensi repetitis iam supra dictum est.*

XII. Codex olim Fuldensis s. Heroldinus.

§. 31. *Basilius Ioannes Herold, cum anno* 1557 *Origines et antiquitates Germanicas ederet, quattuordecim aut amplius veterum legum exemplaria sibi conferenda fuisse testatur, quorum copiam novem virorum doctorum liberalitati debebat: Amerbachii scilicet, Celtae et Sphyractis Basileensium, Vicecomitis et Ghiringhelli Mediolanensium, Mauchii et Westermanni Wormatiensium, abbatis denique S. Mauritii in Valesia et Klenkardi Iureconsulti. Sed verum totius operis fundamentum Fuldensis codex fuit, a Wolfgango, tunc Fuldensis monasterii abbate, Heroldo concessus. Quem quidem codicem Heroldus magnis laudibus extollit, eumque ad saeculum nonum refert, si contortum eius sermonem recte intellexi; certe de* libris ab octingentis iam annis suppressis *loqui videtur. Sane antiquiorem non solum, sed etiam pleniorem Gothano codice (XI) fuisse, multae libri partes demonstrant; attamen in Langobardorum Edicto non habet Memoratorium de mercedibus commacinorum (pag.* 176*) et per omnia similior Parisiaco B (num. X) apparet, quam Gothano. Verae autem Fuldenses lectiones non semper nobis patent; nam quaedam ipse Heroldus absurde confinxit, multa ex aliis fontibus inepte admiscuit. Sic totius Edicti titulum ex Paulo Diacono IV,* 44 *composuit, rubricas etiam et paragraphorum distinctiones a se ipso adinventas ubique inseruit, Aistulfi leges eo ordine edidit, quo in libris Lombardae sibi succedunt*[40]. *Eadem que de causa factum esse videtur, ut tria Rothareni capita (*277. 278. 380*) cum capite* 34 *coniuncta inveniantur, alia duo*

38) Alia notarum marginalium specimina habes Roth. CCLXXVIIII: *scandala vel scindalas;* CCCXIIII (ed. 317) *acceptorem vel accipitrem;* CCCXVII (ed. 320) *acceptores vel accipitres.*

39) Lacuna etiam paucorum verborum Vercellensi cum Gothano communis est Liutpr. LXXV (ed. 74).

40) Hoc Boretius primus vidit. Cfr. pag. 198 infra, in nota ad cap. 10.

*(*279. 280*) inter Liutprandi leges aberraverint: edita enim sunt inter Liutprandi capita* 141 *et* 142, *cum in Lombardae titulo I,* 17 *caput* 141 *proxime praecedant*[41].

XIII. Codex Mutinensis et Concordia Gothana.

§. 32. *Hactenus de iis codicibus manuscriptis locuti sumus, quibus genuinus Edictus continetur; in Mutinensi vero et secunda parte Gothani codicis (num. XI.) eaedem leges alio ordine digestae inveniuntur: ita scilicet ut causae* omnes insimul adunate et concordate *essent*, ut legem querentibus facilius invenire queant quod cupiunt. *Sic quadraginta et sex tituli Rothareni leges omnes cum iis posteriorum regum legibus coniunctas exhibent, quae de eadem causa tractare videbantur; aliis vero quattuordecim titulis (*47—60*) illae Grimualdi, Liutprandi, Ratchis atque Ahistulfi leges continentur, quae ad antiquas Rothareni leges trahi non poterant. Et hi quidem sexaginta tituli tam Concordiae, quam libri legis Langobardorum nomine in utroque codice notantur (infra pag.* 235 *et* 237*); nos vero, cum alterum nomen etiam tribus libris, quos nunc Papiensem librum appellare solemus, tribuatur, Concordiae appellationem praeferendum esse credidimus.*

Concordiam istam iam ante annum 856 *compositam fuisse, Muratorius primus viderat*[42], *Merkelius plenius probavit*[43]; *Boretius vero specialiter annis* 829—832 *originem libri adsignavit*[44]. *Quorum argumenta, ex codicum nostrorum indole desumta, infra repetere licebit.*

§. 33. *De codice Mutinensi, in archivo canonicorum ecclesiae cathedralis adservato, et* Ord. I. n. 2 *membr. signato, post Muratorium*[45] *et Zaccariam*[46] *ipse pauca protuleram*[47], *antequam Merkelio omnia exactius examinandi occasio data esset mense Decembri anni* 1846 *et Ianuario sequentis anni*[48]. *Nemo tamen, quod doleo, de scripturae forma imitanda auctorumque imaginibus codici insertis depingendis curavit.*

Constat codex membranis 218 *formae quadratae, varia quaternionum numeratione distinctis, quorum summa, non connumeratis undecim foliis in fine codicis, viginti sex est. Perierunt folia tria, unum post folium* 39, *alterum post folium* 42, *tertium post folium* 156. *Primus autem quaternio, sine numero ceteris praefixus, inter alia foliis* 5—7 *continet* Originem gentis Langobardorum *(infra pag.* 641—646*), quam Gothanus codex (XI.) alio loco auctiorem habet (pag. XXXVIII. lin.* 31*); deinde foliis* 7. 8 *successionem imperatorum usque ad Hlodovicum Karoli filium, in Gothano codice folio* 147 *repetitam, ita ut in utroque codice post verba* Hlodouicus filius eius *(Gothanus addit:* Obito eo*) spatium vacuum sequentium imperatorum nominibus inscribendis relictum sit. Sequentia omnia*

41) Hoc non vidisse me fateor, cum infra pag. 67. lin. 59 dixerim, Rothareni capita 279 et 280 in cod. 12 desiderari. Notanda autem in primis erant ultima verba capiti 279 ab Heroldo adiecta: *Et si liber homo in capite non fuerit, ille prior servus, qui eos conduxit, moriatur. Servi vero reliqui qui cum eo fuerint, ex eodem consilio unusquisque servus XL solid. pro eo componat, medium regi, et medium cui malum fecerit;* hoc enim additamentum proxime cum eo convenit, quod pag. 67. lin. 66—68 ex codicibus 8 et 11 protuli. Aliae etiam similitudines inter codicem 8 et Heroldinum hinc inde occurrunt, v. c. Roth. cap. 315.

42) Muratori SS. Tom. I. P. II. p. 8-11. Eiusd. Antiqq. Ital. diss. 22 init.

43) Legum Tom. III. p. 3. 4 et Archiv XI. p. 596. 597.

44) Die Capitularien im Langobardenreich p. 35. 36.

45) Vide not. 42 et SS. Rerum Ital. IV, 147. Antiqq. Ital. l. c.

46) Zaccaria Bibl. di storia letteraria. Pesaro 1767. 8°. II, 377.

47) Iter Ital. I, 16. 17 et Archiv V, 262. Cfr. Pertz, Mon. LL. I. praef. p. XXIX. SS. III, 216.

48) Gratias maximas canonicis Mutinensibus egit Merkelius in Archivo storico Italiano Florentiae edito, Appendice Vol. III. pag. 784. Accuratam vero Merkelii notitiam habemus Archiv XI, 596—604; adde LL. III. p. 3. 4. 189 et Boretium, Die Capitularien p. 32-36.

eodem ordine se habent, quo in secunda serie codicis Gothani (foliis 147—223, *supra pag. XXXVIII) sequuntur, intermixtis tamen quibusdam, quae Gothanus omisit. Nam quae in Gothano desiderantur, haec sunt:*

1) *Folia* 10. 11 *codicis Mutinensis, scilicet* Carmen heroicum de totius speculatione huius preclari voluminis *(vide LL. III. pag.* 3. *not.* 2), *interrogationes atque responsa de variis iuris notionibus (Archiv XI,* 598. 599) *et pictura quattuor legis Salicae auctorum:* Wisegast, Aregast, Salegast, Bedegast, *cuius sola initia Gothanus fol.* 148 *exhibet;*

2) *imago* Eddanani, *legis Ribuariae auctoris, folio* 31 *codicis Mutinensis;*

3) *imagines regum* Ratchis *et* Aistulfi, *folio* 43 *codicis Mutinensis exstantes, quas in pagina anteriori, nunc avulsa, imagines Rothareni, Grimualdi et Liutprandi praecessisse credendum est;*

4) *populus Alamannorum, ante legem ipsorum depictus, fol.* 112. 113 *codicis Mutinensis (cfr. LL. III. pag.* 4);

5) Karoli *et* Pippini *imagines, ipsorum legibus folio* 156' *Mut. praemissae;*

6) *Omnia denique, quae foliis Mutinensibus* 178'—207 *habentur, a codicis Gothani parte secunda aliena sunt: capitularia scilicet quaedam Lotharii et Lodovici II, quorum non pauca tamen in quarta Gothani codicis parte cum Ansegisi capitulis coniuncta inveniuntur.*

Ultimas codicis partes, a folio 208—218 *recentiores manus suppleverunt; continent autem calendarium ab anno* 991 *usque ad annum* 1158. *Et hoc est, quod ipsum codicem ante annum* 991 *scriptum esse demonstrat. Ab eodem fonte derivatum esse, a quo Gothani codicis pars secunda, re ipsa patet; nec aliud vestigium eius libri, qui Concordia in utroque codice vocatur, ullum deprehenditur. In Mutinensi (fol.* 43—109) *plena superest; in Gothano (fol.* 165—194) *decem folia (*168. 185—192 *et post* 194) *prorsus perierunt, duo alia (*175. 176) *pro parte resecta sunt. In iis tamen, quae supersunt, Gothanus Mutinensi plerumque praeferendus est. Nam Mutinensis scriptor quaedam omisit, nonnunquam etiam Italam scribendi rationem rudi Langobardorum Latinitati substituit; Gothanus vero a primitivo exemplari, ex quo in hac parte exscriptus est, rarius recessisse videtur, adeo ut aliam orthographiae rationem in Concordia, aliam in Edicto eundem librarium observasse videamus*[49].

§. 34. *(De origine Concordiae.) Concordiam auctoritate* Evrardi, *comitis Raetiensis ac principis Foroiulianorum, compositam, maiorique legum libro in usum regni Italiae confecto insertam esse, versus folio* 10 *praescripti*[50] *aperte testantur:*

Hunc heros librum legum conscribere fecit
Eurardus prudens, prudentibus omnia uexit.
Quisquis amat cunctas legum cognoscere causas,
Arbiter et clarus uult omnibus ipse uideri,
Hunc auidus cupiens oculis animoque requirat.

et infra:

Effigies iam Langobardorum tercius ornat,
Collectam legem cernes mirabile uisu.

Confectum fuisse librum eo tempore, quo Hludowicus et Hlotharius imperium tenebant, hoc est inter annos 817 *et* 840, *sequentes versus demonstrant:*

En Hludowicus cesar quamque Hlotharius heros,
Ipsorum quantum et leges per cuncta tonantes.
Nunc fulgent, fulgebunt quod Deus addat et ultra.

49) Sic in Concordia semper scribit *aldius* et *deffendere,* nonnunquam *Rathgis*, e. g. in rubrica tituli II. Principalis vero Concordiae codex in quibusdam cum Guelferbytano (VI.) propius convenisse videtur (v. c. tit. 45, 8 in verbo *casas*); in aliis cum Matritensi (VIII.) (v. c. tit. 22, 19 in verbo *libera*), quocum etiam Originem gentis Langobardorum communiter recepit. Quaedam etiam sunt, quae proprio Marte auctor Concordiae mutasse videtur, ut totum Liutprandi cap. 124 in Conc. 10, 6; item Liutprandi cap. 35 (Conc. 2, 8) in verbis: *infiscentur ad publicum.*

50) LL. Tom. III. pag. 3. 4.

Hinc etiam illud facile explicari videtur, quod, ut supra diximus, uterque codex successionem imperatorum in Hludovico filio Karoli claudit, spatio tamen vacuo futurorum successorum nominibus inserendis relicto, additisque re vera in Gothano duobus verbis: Obito eius. *Proxime tamen Boretius rem attigisse videtur, cum annis* 829—832 *totum librum legum assignaret. Nam illae imperatorum leges, quas ipsius libri eiusque indicis veras partes in utroque codice fecisse videmus, annum* 829 *non egrediuntur; ceterae, quae inde ab anno* 832 *latae sunt, non nisi pro supplementis recentiorum codicum, arbitrio scribentium varie dispositis, haberi possunt.*

Everardus ille quis fuerit, dubium non est[51]*; scimus etiam in testamento eiusdem principis a.* 867 *condito hunc ipsum* librum de lege Francorum et Ripuariorum et Langobardorum et Alamannorum et Baiovariorum *filio suo Unrocho legatum esse*[52]. *Eidem Unrocho etiam Theodosianum codicem, s. Breviarium Alaricianum* (librum de constitutionibus principum et edictis imperatorum) *legavit, quem tertiam partem codicis Gothani efficere, supra vidimus. Scimus praeterea Hrabanum Maurum, qui annis* 822—842 *abbas Fuldensis, et inde ab anno* 847 *archiepiscopus Moguntinus fuit, cum Everardo principe Foroiuliano amicissime vixisse*[53]*; scimus, inter eos, qui usque ad annum* 837 *in monasterio Fuldensi Hrabano ductore erudiebantur, Lupum etiam fuisse, qui anno* 842 *abbas monasterii Ferrariensis (Ferrières prope Mosellam) factus est*[54]. *Quae cum ita sint, vix dubitari poterit, quin idem Lupus ille sit, qui folio* 10 *codicis Mutinensis se auctorem non totius libri, sed versuum praescriptorum esse profitetur his verbis:*

Hos tibi uersiculos prudens Eurarde beniuolos
Descripsi paucis infimus ecce Lupus.

Hoc autem litterarum commercio facile effici poterat, ut in Fuldense monasterium libri legum exemplar a Lupo transportaretur, a quo codicis Gothani partem secundam manasse diximus.

Nobis autem praesto fuerunt: 1) *Gothani codicis apographum, a Carolo Pertzio et Rogero Wilmans annis* 1851. 1852 *confectum, cum quo ipsum codicem conferre Merkelio mihique licuit;* 2) *variantes lectiones codicis Mutinensis, a Merkelio notatae, Boretii manu apographo Gothano insertae.*

XIV. Codex Casinas 353.

§. 35. *Beneventanos ac Salernitanos principes, qui priscorum ducum ac regum exemplo se* principes gentis Langobardorum *esse constanter gloriabantur*[55], *ipsum regum Edictum, in partibus Beneventi, Capuae et Salerni religiose observatum*[56], *suis legibus continuasse, testes sunt codices Matritensis et Cavensis (num. VIII. IX). Sed alii etiam libri manuscripti supersunt, quorum ope leges ac foedera Beneventana plenius edi potuerunt; quorum primus est codex Casinas* 353, *de quo ante nos locuti sunt Peregrinus et Pratillus*[57], *Montefalconius*[58], *Pertzius*[59], *Bethmannus*[60], *Tostius*[61], *et a quo in Cavensem codicem quaedam transiisse, supra pag. XXXII nota* 19 *indicavimus.*

51) Vide in primis Dümmlerum in Iahrbuch für vaterländische Geschichte. Wien 1861. p. 171—179. 52) Miraeus Opp. diplom. I, cap. XV. pag. 19 sqq. D'Achéry Spicilegium II, 876. 53) Ughelli Italia sacra III, 608. 54) Epistolae B. Lupi ed. Baluzio pag. 328. 79. 80. 55) Vide Blasi Series principum qui Langobardorum aetate Salerni imperarunt. Neapoli 1785 fol. Appendix num. 1. 85. 86. 36. 39 et aliis locis. 56) Hinc consuetae allegationes Edicti regum Langobardorum, quas usque ad annos 988. 1059. 1077. 1078. 1124 chartae Salernitanae repetunt (Blasi num. 64. 22. 23. 18. 1 et alias) quaeque iis addendae sunt, quas supra pag. XI in notis 20—22 attuli. 57) Vide infra pag. 208. not. *a*, et Muratorium SS. II, 260. Pratillum I, 179. III, 213. 58) Bibl. mss. pag. 226. 59) Archiv V, 134. 135. Mon. LL. I, 504; SS. III, 197. 222. VII, 636. 60) Archiv XI, 389—395. 61) Tosti Storia di Montecasino I, 100 sqq.

Constat autem is codex membranis 289, *splendide scriptis iussu Ioannis, qui Casinensis abbas fuerat annis* 915—934, *cuiusque imaginem folio primo pictam Tostius l. c. repeti curavit. Ipsius scripturae, ab una eademque manu duabus columnis in unaquaque pagina exaratae, specimen Pertzio debemus, SS. III. tabula* 2. *Mihi vero, cui omissis chronicis solae iuris partes tractandae erant, ultima tantum tria codicis folia*(287—289), *a Pertzio denuo collata, usui fuerunt: in Pacto scilicet divisionis inter Radelgisum et Siginulfum anno* 851 *inito* (*infra pag.* 221—225). *Nam constitutionem Hludowici secundi de expeditione Beneventana, anno* 866 *emissam, et circa folium* 280 *eiusdem codicis inventam, iam aliis Monumentorum nostrorum locis*[62] *repetitam habemus.*

XV. Codex Vaticanus 5001.

§. 36. *Hic codex, qui nunc constat foliis membranaceis* 162 *formae quadratae, scriptus est Salerni saeculo decimo tertio, anno vero* 1560 *eiusdem* Marini Frecciae *fuit, de quo supra pag. XXVII. XXVIII diximus. Continet in primis celebrem Erchemperti historiam, quam post Caracciolum, Peregrinum aliosque emendatiorem Pertzius edidit inter Scriptores, Tom. III. pag.* 240 *sqq.; deinde inter alia exhibet folio* 132 *Sicardi pactum anno* 836 *cum Neapolitanis factum* (*infra pag.* 216—221), *Radelgisi et Siginulfi pactiones, de quibus modo dictum est* (*§.* 35), *et folio* 139 *glossarium illud Cavensi et Matritensi simile, quod infra pag.* 652—657 *editum habetur. Quae quidem similitudo proximae etiam cognationis indicium est; nam in iis, in quibus a Cavensi glossario Vaticanum differt, cum Matritensi plerumque concordat, v. c. in glossis* 42. 45, *quae Matritensibus* 29. 45 *aequales sunt. Unde coniectura capi potest, reliquas etiam iuris ac iurisprudentiae Beneventanae particulas, quae nunc in tribus istis codicibus dispersae inveniuntur, olim in uno eodemque codice coniunctas fuisse. Maiorem tamen eius, qui Vaticanum codicem scripsit, diligentiam in ordine alphabetico observando laudavimus in notis nostris infra pag.* 652.

Inter apographa recentiora Vaticani codicis unum, a Marino Freccia anno 1560 *confectum, nobis superest in codice papyraceo Vaticano* 5000; *alterum, a Camillo Peregrino laudatum, olim Neapoli fuit in bibliotheca Andreae principis Marchesii. Nos usi sumus collationibus et exemplaribus partim Pertzianis, partim Massmannianis. Reliqua, quae codicem Vaticanum tangunt, copiose narraverunt Peregrinus*[63], *Pertzius*[64], *Bethmannus*[65].

XVI. Codex Parisiacus Graecus 1384[66].

§. 37. *Edictum Langobardorum graece interpretandi consilium quis ceperit, nescimus: Graecum fuisse, qui post mortem Ludovici II, fractis imperii occidentalis viribus, Graecorum dominationem in partibus Beneventi ac Salerni renasci videbat, satis certum est. Quod non ex pactionibus solum, qualem infra pag.* 215. 216 *ex codice Cavensi edidimus, sed ex ipsis etiam principum petitionibus colligi poterat, qui dominationis suae titulum in patriciatus dignitate similibusque privilegiis ab imperiali sede Constantinopolitana concessis ultro appetebant; unde si non iuris, certe tamen potestatum utriusque gentis confusionem quandam ortam esse, nemo mirabitur. Praeclarum autem eius rei*

62) LL. I, 504; SS. III, 223. 63) In editione Muratorii, SS. II. A, 232. 256; III, 198. 213. Pratilli Tom. I. p. 59. 64) Archiv V, 131—133; SS. III, 241. 467. 468. 511. VIII, 314. 65) Archiv XI, 371—375. 66) Numerus 1834, quo infra pag. 225 lin. 43 idem codex notari dicitur, typographi errore irrepsit.

specimen habemus in instrumento Guaimarii principis Salernitani anno 899 *scripto, quod ideo hic ex Blasii libro*[67] *repetere licebit, quia paucis tantum, in Germania praesertim, innotuisse videtur:*

In nomine Domini Dei Salbatoris Iesu Christi. Declaro Ego Waimarius Princeps et Imperialis Patricius: quia concessum est mihi a sanctissimis et piissimis imperatoribus Leone et Alexandro, per berbum et firmissimum preceptum bulla aurea sigillatum, integram sortem Benebentane Probincie, sicut divisum est inter Sichenolfum et Radelchisum Principem, ut liceret me exinde facere omnia, quod voluero, sicut antecessores mei omnes Principes fecerunt. Proinde concessimus in Ecclesia Beatissimi Maximi pro nostre salutis anime, quam Dominus Waiferius Princeps Pater meus a nobo fundamine construxit intus hanc nobam civitatem Salernitanam, hunc serbum Sacri nostri Palatii, Lupus filius Ragimperti cum uxore sua et filiis filiabus, nuris et nepotibus suis, cum omnibus rebus, substantia illorum movile adque immovile, et cum omnibus illorum pertinentiis; pro quo ipse Lupus cum Saracenis ambulavit, et pactuotes fuit, quando ipse storus *[stolus, classis?]* super hanc predictam civitatem resedit. Et proinde supradictum Lupus concessimus in predicta sancta ecclesia cum uxore sua et filiis filiabus, nuris et nepotibus suis, sicut supra dictum est, pro eo quod postquam nobis culpatus fuit, postea autem ipsa eiusdem mulier super annum spatium ipsum Lupum abuit birum, et ipsi filiis filiabus et nepotibus suis postea genuerunt, et iusta legem *[Adelchis cap.* 1 *?]* ad sacrum nostrum palatium perbenerunt potestatem cum omnibus rebus substantiis suis movile adque immovile, cum omnibus suis pertinentiis in supradicta sancta ecclesia concessimus securiter abendum. Et constituimus, ut nullus Basilico, nec Stratigo, nec Protospatarius, aud Spatarius Candidatus, aud Spatarius, aud Gastaldeus, aud Sculdais, aud qualiscunque alius Reipublicae Hactionarius, vel qualiscumque alius serbus sanctorum Imperatorum habeat potestatem in illos, vel in eorum rebus qualemcunque angariam, vel dationem exigendum, set ipsa iam dicta sancta ecclesia omni tempore securiter illos possideant, sicut illorum *[i. e. imperatorum]* sanctum berbum continet, quem nobis concesserunt: ut omnes homines nostri licerent suos dominare serbos cum omnibus rebus substantiis suis, vel aldionibus, ut omnes residerent subtus ficum suam habsque omni contradictione sancti imperii nostri. Iterum volumus, ut si Rector superscripte ecclesie illos vel illorum rebus substraere voluerit de potestate iam dicte ecclesie, rebertantur in potestatem de heredibus nostris, sicut per illorum superscripte potestatis nobis concessum est. Et ab illo tempore, quo ipse Lupus pactuotes fuit, et ad potestatem nostri palatii perbenit cum omnibus rebus substantie illorum, et usque modo cum omnia illorum pertinentiam sic in integrum in prefata sancta ecclesia concessimus, sicut supra dictum est, ad securiter abendum. Quod bero preceptum concessionis ex iussione superscripte potestatis scripsit ego Ursus Notarius. Actum Salerni de anno vicesimo tertio et de anno septimo principatus domini Waimarii Principis filio meus de mense Augustus secunda indictione.

§. 38. *His igitur temporibus facile evenire, poterat, ut ex magno eclogariorum numero, qui Romanas, Byzantinas, Mosaicas et ecclesiasticas leges in compendia redigere studebant, etiam unus alterve exsisteret, qui Langobardorum Edictum iis legibus adnumeraret, quae intra fines orientalis imperii valerent. In eo enim codice, qui Graecam Edicti epitomen nobis suppeditavit*[68]*, cuiusque accuratam notitiam Carolo Eduardo Zachariae a Lingenthal, viro doctissimo, debemus*[69]*, hi fere libri, multis tamen disruptis vel interiectis, continentur:*

67) Blasi Series principum in appendice num. 81. — Guaimarium sua sponte *(per semet ipsum)* iter Constantinopolitanum instituisse, in chronico Salernitano c. 133 narratur, SS. III, 539; cfr. Erchempertus c. 67, SS. III, 260.

68) An is codex idem sit, quem Ducangius inspexerat, cum in glossario ad scriptores mediae et inf. Graecitatis scriberet: κερατάριον cornu κέρας *leges Longobardorum graece versae, ex bibl. reg.*, nescio. Sane ad Edictum ista allegatio omnino trahi non potest, nec facile credendum est de *libris feudorum* graece versis Ducangium sensisse, immo eiusmodi versio nunquam exstitisse videtur. Errasse virum doctum in ista allegatione simpliciter contenderim.

69) Fragmenta versionis Graecae legum Rotharis Longobardorum regis, Heidelbergae 1835. 8°, in prolegomenis, cum quibus conferenda eiusdem Historiae iuris Graeco-Romani delineatio, 1839, in §§. 25. 26. 10. 21.

1) *Prochiron a Basilio imperatore cum filiis Constantino et Leone circa annum* 878 *editum, fol.* 1—79 *(cfr. Zach. delin. §.* 25*).*

2) *Ecloga Leonis et Constantini a.* 740 *edita (Zach. delin. §.* 10*) cum Epanagoge Basilii circa annum* 885 *confecta (idem §.* 26. 27*), fol.* 79′—95. 148—155. 104—106. 182—192.

3) *Appendices Eclogae, inter quas leges militares, navales, Mosaicae, rusticae, fol.* 106′—127. 136—139. 128—134 *(Zach. delin. §.* 21*).*

4) *Aliis appendicibus, inter quas excerpta ex codice Iustiniani, inserta est minor Ecloga Edicti Langobardorum,* 35 *capitibus non numeratis constans, fol.* 135. 140. 141 *(infra pag.* 231—234*).*

5) *Quinta excerptorum series inter alia maiorem Eclogam eiusdem Edicti,* 58 *capitibus numeratam continet, foliis* 175. 177—179 *(infra pag.* 225—231*).*

Utraque compilatio titulum suum fert: nam minori inscriptum est: Νόμος περὶ ποινῶν καὶ μωλώπων τῶν δικαίως τυποθέντων, *maiori vero:* Προοίμιον τοῦ νόμου Ῥούταρι τοῦ ὑψηλοτάτου ῥηγὸς τῶν Λογουβάρδων. *Sed olim omnia inter se et cum aliis nunc deperditis capitulis coniuncta fuisse videntur; nam caput nunc quinquagesimum octavum maioris eclogae numerum fert* ρνή (158 = *Roth.* 314), *adeo ut plus quam centum capita eatenus excidisse videamus. Disiecta ergo membra tantummodo nobis supersunt in codice nostro, qui inde a folio* 170′ *scriptus est anno* 1166[70], *et constat nunc membranis male ordinatis, ut videtur,* 196 *in forma octava. Eum vero, ex quo exscriptus est, non ante tempora Basilii II s. Bulgaroctoni (*976—1025*) confectum fuisse, argumentis valde ingeniosis Hasio duce probavit Zachariae pag.* 19. 20. 33. *De auxiliis, quae Anschützio et Pottio in emendandis paucis locis debeo, dictum est infra pag.* 225.

Eodem loco dixeram, eclogam a codice quodam manasse, qui Vaticano, s. quinto ex nostris similis fuisse mihi videbatur. Cuius rei probationes afferuntur pag. 226, *not.* 2 *et* 6; *adde pag.* 233 *in Roth.* 65, *ubi verba* quod est medianus, *a solis codd. V et XI omissa, etiam in Ecloga nostra desiderantur. Sed nec tacuisse velim, Roth.* 66 *verba* de manu *desiderari, quae a solis codicibus IX et XI absunt. Numeros solidorum, poenae nomine solvendorum, eclogarii non semper cum iis convenire, quae ipso Edicto proponuntur, Zachariae recte monuit. Sic habetur:*

Roth. 9:	νομίσματα ρη′	(108) *pro*	wergild,
„ 26:	„ λ′	(30) „	900,
„ 50:	„ κδ′	(24) „	viginti,
„ 73:	νομισμάτων τριῶν	„	solidis 2.

In aliis etiam eclogarium errasse dicendum est; veluti Roth. 262, *ubi de commendatario, quem pro furto res reddere Edictus iubet, simpliciter dicitur:* ὁ κλεπτοδόχος ὡς κλέπτης τιμωρηθήσεται; *praesertim vero Roth.* 43, *ubi de homine plagato, qui* sibi contemtus *esse iubetur, ita praecipitur:* ἔστωσαν πεπληγμένος καὶ ὑπόδικος *[sit plagatus et* iudicio detentus*]!*

Nihilominus non pauca sunt, in quibus pro vera et genuina lectione Edicti non contemnendum testem in codice nostro habemus; veluti Roth. cap. 65. 67. 69. 117. 119. 231. 287. 300. 301; *quorum in numero non pauca sunt, quae quasi discrepantia Zachariae notanda erant, quia solis Muratorianis lectionibus, ex libro Papiensi haustis, is vir de tota re meritissimus uti poterat.*

70) Sic verba folio 170′ inscripta: ,ϛχοδ′ ἔτει ἐγράφη ἰνδ. ιδ′ a Zacharia pag. 21 intelleguntur; certe indictionem decimam quartam cum anno 1166 convenire, nemo negabit. Sed Anschützius scriptum invenit: ,ϛχοδ′ ἔτει ἐγράφη + περὶ πν̃ικῶν ἀδελφῶν + ἰνδ. ιδ′ +, nec de numeris prorsus certa refert.

Sed haec hactenus. Finem facio, ut Boretium de libro Papiensi audiamus; post quem mihi ipsi et de libro Lombarda *dicto, et de nostra aliorumque legum Langobardorum editionibus paucis docendum erit.*

B. IN LIBRUM LEGIS LANGOBARDORUM PAPIENSEM DICTUM PRAEFATUS EST

ALFREDUS BORETIUS I. U. D.

Caput I. De capitularibus inde a Karoli Magni aetate usque ad saeculum undecimum in Italia editis.

§. 1. *Comparanti rerum Langobardicarum statum qualis post Italiam a Francis expugnatam viguit cum illo qui ante Desiderium regno deiectum fuerat tam iuris privati quod in italia valebat copia admodum adaucta quam rerum publicarum forma pluribus rationibus mutata videbitur. Nam cum in Langobardorum regno a Francis nondum subacto duae tantum nationes Langobardorum et Romanorum propriis ipsorum legibus Langobarda et Romana vixissent*[1]*, iam post Karoli Magni victoriam a Langobardis reportatam advenae plurimi et quidem omnibus nationibus orti in regno Francorum coniunctis in Italiam transierunt, sive a Karolo Magno illuc deducti, ut novarum rerum fundamenta firmiora inter Langobardos antiquae libertatis cupidos iacerent, sive Italiae beatis ruribus coeloque sereno allecti, quorum memoria omni aetate septentrionalium nationum animis trans Alpes migrandi desiderium iniecit. Iique regni Italici incolae novi omnes secundum proprias ipsorum leges in causis privatis vivebant, in iudicium vocati contra actores se defendebant, laesi mulctas poenasque exigebant, ut iam praeter iura Langobardorum et Romanorum, quae populi devicti secundum morem Francorum in usu retinebant, leges quoque Salica, Ribuaria, Alamannorum, Baiwariorum, Gundobada, Gothorum in Italia valerent*[2]*.*

Si vero rei publicae Italicae formam Karolorum gente regnante mutatam spectaveris, duplicem eius naturam facile cognoscere poteris. Quadam enim ratione Langobardorum regnum inde ab anno 774 Francorum regno quasi pars eius accrevisse videtur, ut Italia iam membrum tantum fieret unius atque totius corporis, *quod Karolus Magnus ipse regnum sibi subiectum dixit*[3]*. Quare non solum in utroque regno iidem domini iam regnabant, sed multa etiam regni Francorum instituta, ea quidem maximi momenti, in Italiam paullatim transferebantur. Ita* comites*, quorum in Langobardorum regum edicto nunquam fit mentio et qui in documentis Italicis vel apud rerum Italicarum scriptores perraro et ea tantum ratione commemorantur, ut comitum appellatio titulum potius aliis magistratibus adscriptum quam propriam dignitatem significare videatur*[4]*, iam post Langobardorum regnum debellatum per Italiae civitates constituebantur*[5] *iisque, ut equidem opinor, veteres Langobardici magistratus iudicesve, gastaldii, sculdasii, decani, saltarii, loco positi quasi ministri subdebantur*[6]*. Ita* episcopi et abbates*, quos*

1) Roth. 367; Liutp. 91 ed. Bluhme. 2) Leges I. p. 43, c. 7. 8; p. 46, c. 4; II. p. 33, c. 9. Cfr. etiam additio III. ad librum Papiensem. 3) Divisio imperii a. 806 in praefatione; Leges I. p. 140. 4) H. Pabst in Forschungen zur Deutschen Geschichte, tom. II. p. 441. 442. 5) Annales qui Einhardi dicuntur a. 776. M. G. Scriptt. I. pag. 155. 6) Leges I. p. 43. c. 7—9; p. 44 in epilogo; p. 104. c. 12; p. 111. c. 15

antea Langobardorum reges a rei publicae regimine firma manu arcuerant, iam tamquam comitum socii et adiutores ad res publicas accedebant[7] *atque adeo primatum in Karolidarum regum consiliis obtinebant*[8]. *Ita* ***missi dominici****, qui in Francorum provincias inde a Karoli regni initio ablegabantur, ut quasi regis vicarii quae in rei publicae administratione corrigenda essent corrigerent, in Italia discurrebant*[9]. *Ita permulti homines in Italia viventes tam in regum quam in privatorum* ***vassallagium*** *se commendabant*[10], *et* ***beneficia*** *de rebus ecclesiae comitibus et regum fidelibus concedebantur*[11]. *Ita* ***scabini*** *denique qui ante Francorum regnum in Italia conditum illic omnino incogniti erant iam cum iudicibus in iudiciis residebant et sententias iisdem suggerebant*[12]. *Altera contra ratione Langobardiae etiam cum Francorum regno coniunctae peculiaris rei publicae constitutio ac propriae leges relinquebantur; procerum quoque Italicorum necnon et populi Langobardici conventus a regibus Francorum seu in Italiam profectis seu in ipso Langobardorum regno constitutis antiquo modo saepius habebantur, ita ut Italia post annum quoque 774, etiamsi Francorum regni quodammodo pars, tamen et proprii liberique regni retineret naturam.*

§. 2. Quae quidem duplex regni Langobardici natura in capitularibus potissimum cognoscitur, quibus post Desiderium regno expulsum ius Langobardicum antiquum tam publicum quam privatum vel mutabatur vel augebatur. Alia enim capitularia in generalibus Francorum conventibus vel in Francorum regum consiliis deliberata sunt, et promulgata Francis cum Langobardis communia fuere, alia contra vel in ipso solo Italico edita vel a Francorum regibus in Italiam tantum transmissa sunt et nonnisi regni Italici incolas spectaverunt. Quibus de capitularibus post Italiam expugnatam editis, de eorum origine maxime et natura, iam antea fusius egi in libro meo cui inscriptum est Die Capitularien im Langobardenreich. Halle 1864, *quem librum et pro fundamento libri Papiensis, qui a viro beatae memoriae Iohanne Merkel dictus est, critica ratione a me edendi et pro supplemento huius meae praefationis esse volui. Quamobrem de singulis capitularibus, quae inde a Langobardorum regum edicto finito et absoluto usque ad librum Papiensem confectum per duo saecula et dimidium fere in Italia promulgabantur non mihi hic disserendum erit, ac tantum ipsa capitularia, temporum et auctorum ratione habita et secundum duplicem eorum naturam distincta, brevi conspectu hic enumerare sufficiet, ut inde intellegi possit, qualis apparatus fuerit, qui in capitularium collectione edicto Langobardorum in libro Papiensi subnexa a collectore adhibitus est vel potius adhiberi potuit. In his autem capitularibus dinumerandis Pertzii editionem quae in Legum tomis primo et secundo parata est respexi, simul vero, quod ad capitularium formam, aetatem et originem attinet, eas sententias secutus sum quas in libro meo supradicto defendi.*

§. 3. Sunt autem Francorum regum capitularia quae in Italia in usu fuisse inveni haec:

I. Karoli Magni:

A. Capitularia generalia, tam Francica quam Italica:

1) Capitulare Haristalli datum mense Martio anni 779. *Leges I. p.* 36—39, *forma* Francica *a Pertzio dicta; cfr. librum meum p.* 57. 58.

2) Capitulare ab episcopis institutum initio, ut videtur, anni 780. *Leges I. p.* 39. 40; *cfr. librum meum p.* 66.

3) Capitula missis praecepta anno, ut videtur, 786. *Leges I. p.* 51. 52. *cap.* 6—9; *cfr. librum meum p.* 130—135[13].

4) Admonitio generalis Aquisgrani mense Martio anni 789 *emissa. Leges I. p.* 53—67; *cfr. lib. meum p.* 66—70.

5) Legationis edictum item Aquisgrani et eodem tempore constitutum. Leges I. p. 67. 68. *cap.* 1—16 *et p.* 68. 69. *cap.* 1—21; *cfr. l. m. p.* 66—70.

6) Legationis capitula Aquis in palatio ineunte anno 802 *data. Leges I. p.* 91—96; *cfr. l. m. p.* 71—73.

7) Capitula in leges addita ineunte a. 803. *Leges I. p.* 113. 114; *cfr. l. m. p.* 75—83.

8) Capitula missorum a. 803 *data. Leges I. p.* 114. 115; *cfr. l. m. p.* 83. 84.

9) Capitula in legem Ribuariam mittenda, a. 803 *concepta. Leges I. p.* 117. 118. *c.* 1—13; *cfr. l. m. p.* 75—79. 83.

10) Capitulare missorum duplex in Theodonis villa exeunte a. 805 *datum. Leges I. p.* 131—135. *cap.* 1—16 *et* 1—22; *cfr. l. m. p.* 85—87.

11) Capitulare missorum initio a. 806 *Niumagae editum. Leges I. p.* 143. 144. *c.* 1—10; *cfr. l. m. p.* 87. 88.

12) Capitulare circa idem fere tempus constitutum. Leges I. p. 144. 145. *c.* 1—8; *cfr. l. m. pag.* 88. 89.

13) Capitula per missos cognita facienda cum capitibus missis praeceptis, item circa annum 806 *concepta. Leges I. p.* 146. 147. *cap.* 1—3 *et* 4—6; *cfr. l. m. p.* 89—92.

14) Capitula Aquis in palatio anno 809 *constituta et*

15) Capitulare ibidem et eodem tempore missis iniunctum. Leges I. p. 155—157; *cfr. l. m. p.* 92—96.

16) Capitulare anno 810 *vel* 811 *editum. Leges I. p.* 169. 170. *cap.* 1—4; *cfr. l. m. p.* 96—98.

17) Capitulare Bononiae mense Octobri anno 811 *datum. Leges I. p.* 172. 173; *cfr. l. m. p.* 98.

18) Capitula pro iustitiis faciendis constituta et missis iniuncta circa annum, ut videtur, 812. *Leges I. p.* 174. 175; *cfr. l. m. p.* 98.

19) Capitulare intra annos 774 *et* 800 *constitutum. Leges I. p.* 121. *cap.* 15 *sub fine,* 16—22; *cfr. l. m. p.* 121. 122.

7) Leges I. p. 41. c. 6; p. 104. c. 5. 8) Leges I. p. 40. c. 1; p. 42 in prologo; p. 70. c. 4. 9) Leges I. p. 71. c. 11. 10) Leges I. p. 70. c. 4; p. 41. c. 11. 11) Leges I. p. 104. c. 6. 12) Leges I. p. 104. c. 14. 13) In libro meo capitula ista anno 792 adscripsi: hanc vero sententiam oppugnavit Sigurd Abel in Iahrbücher der Deutschen Geschichte. Karl der Grosse. tom. I. p. 434 sqq., et hoc missorum capitulare a. 786 editum esse putavit. Etiamsi de horum capitum origine nunc quoque dubitari posse credo, tamen Abelii sententiam melioribus argumentis niti quam illam antea a me defensam concedo.

20) *Capitulare a Karolo Magno, ut videtur, sed incerto anno constitutum. Leges I. p.* 135. *cap.* 23. 24; *cfr. l. m. p.* 87.

21) *Capitula duo a Karolo M., ut videtur, emissa. Leges I. p.* 196. *cap.* 1. 2; *cfr. l. m. p.* 98 *et* 99.

B. Karoli Magni capitularia Italica tantum haec sunt:

1) *Notitia die* 20. *mensis Februarii a.* 781 *emissa. Leges I. p.* 241; *cfr. l. m. p.* 99—104.

2) *Capitulare episcoporum circa annum* 781 *constitutum. Leges I. p.* 237; *cfr. l. m. p.* 104—108.

3) *Capitulare Mantuae in placito generali notum factum, anno, ut videtur,* 781. *Leges I. p.* 40. 41, *cap.* 1—13; *cfr. l. m. p.* 108—112.

4) *Karoli epistola ad iudices Italicos data ante a.* 801 *anno fortasse* 786. *Leges I. p.* 81; *cfr. l. m. p.* 112. 113.

5) *Capitulare Mantuanum duplex ineunte anno* 787 *editum. Leges I. p.* 109—111; *cfr. l. m. p.* 113-119.

6) *Capitula ad legem Langobardorum addita anno* 801. *Leges I. p.* 83. 84 *praef. et cap.* 1—7 (8?); *cfr. l. m. p.* 119. 120.

7) *Karoli epistola ad Pippinum filium data circa annum* 807. *Leges I. p.* 150; *cfr. l. m. p.* 123.

8) *Capitulare missorum intra annos* 782 *et* 810 *editum. Leges I. p.* 151; *cfr. l. m. p.* 123. 124.

9) *Capitula duo incertae originis, sive a Karolo sive a Pippino filio constituta. Leges I. p.* 69; *cfr. l. m. p.* 70.

10) *Capitulare item incertae originis. Leges I. p.* 86. *cap.* 23. 21. 22. 20. 19; *cfr. l. m. p.* 122.

11) *Capitula tria item quoad originem incerta a Baudi di Vesme primo edita in* Edicta regum Langobardorum *p.* 197—199. *c.* 1—3; *cfr. l. m. pag.* 136—138.

12) *Capitulum incertae originis a Karolo M., ut videtur, intra annos* 801—814 *emissum. Leges I. p.* 112. *c.* 6; *cfr. l. m. p.* 119.

II. Pippini Italiae regis capitularia Italica:

1) *Capitulare intra annos* 782—786 *cum iudicibus Italicis deliberatum. Leges I. p.* 42—44; *cfr. l. m. p.* 125—130.

2) *Capitulare anno fere* 787, *fortasse medio mense Octobri, constitutum. Leges I. p.* 70. 71; *cfr. l. m. p.* 125—130.

3) *Capitulare intra annos, ut videtur,* 787—792 *statutum. Leges I. p.* 46. 47; *cfr. l. m. p.* 125—130.

4) *Capitulare ab episcopis deliberatum et fortasse a Pippino circa annum* 792 *confirmatum. Leges I. p.* 50. 51. *cap.* 1—5; *cfr. l. m. p.* 130-132. 135.

5) *Capitulare ecclesiasticum a Pippino, ut videtur, nescio quo anno constitutum; Baudi di Vesme, Edicta regum Langobardorum p.* 197—199. *cap.* 4—6; *cfr. l. m. p.* 136—139.

6) *Capitulare intra annos* 801—810 *editum; Leges I. p.* 103—105. *cap.* 1—20; *cfr. l. m. pag.* 135. 136.

III. Hludowici Pii capitularia generalia, tam Francica quam Italica:

1) *Capitulare anno* 814 *vel* 815 *datum. Leges I. p.* 195 *praef. et ibid. p.* 84. 85. *cap.* 9—11; *cfr. l. m. p.* 140—143.

2) *Capitulare anni* 816. *Leges I. p.* 195. 196. *cap.* 1—3; *cfr. l. m. p.* 140—143.

3) *Capitula ad ordines ecclesiasticos pertinentia a.* 817. *Leges I. p.* 206—209; *cfr. l. m. p.* 143. 144.

4) *Capitula legibus addita a.* 817. *Leges I. pag.* 210—213; *cfr. l. m. p.* 144. 145.

5) *Capitula per se scribenda a.* 817. *Leges I. p.* 214. 215. *c.* 1—8; *cfr. l. m. p.* 145. 146.

6) *Capitula missorum a.* 817 *concepta. Leges I. p.* 216—219. *c.* 1—29. *cfr. l. m. p.* 146. 147.

7) *Capitulare anni* 820. *Leges I. p.* 228. 229. *c.* 1—5; *cfr. l. m. p.* 147. 148.

8) *Capitulare anni* 821. *Leges I. p.* 230; *cfr. l. m. p.* 147.

9) *Capitulare anni* 822. *Leges I. p.* 231; *cfr. l. m. p.* 147.

10) *Capitulare circa a.* 825 *constitutum. Leges I. p.* 243—246.

11) *Capitulare missorum anno fere* 828 *datum. Leges I. p.* 354. 355. *c.* 1—4 (5?) [14].

12) *Capitulare pro lege habendum Wormatiae a.* 829 *constitutum. Leges I. p.* 353. 354.

13) *Capitulare per se scribendum eodem loco et tempore editum. Leges I. p.* 350. 351. *c.* 1—10.

14) *Capitulare missorum item Wormatiae eodem anno datum. Leges I. p.* 351—353. *c.* 1—15. [15]

IV. Hlotharii imperatoris capitularia Italica tantum haecce ad nos pervenerunt:

1) *Capitulare per se scribendum Olonnae anno* 822—823 *deliberatum. Leges I. p.* 235. 236. *c.* 1—6; *cfr. l. m. p.* 149. 150.

2) *Memoria comitibus praecepta eodem fere anno et loco. Leges I. p.* 234. 235. *c.* 1—14; *cfr. l. m. p.* 150—153.

3) *Privilegium ab imperatore circa idem fere tempus concessum. Leges I. p.* 233. 234. *c.* 12—14; *cfr. l. m. p.* 154. 155.

4) *Constitutio Romana a.* 824 *edita. Leges I. p.* 239. 240; *cfr. l. m. p.* 156.

14) Hoc capitulare, quod in codicibus manuscriptis omni nota aetatem et originem indicante caret, in libro meo p. 148 cum Pertzio anno 829 adscribendum esse duxi. Iam vero capitulis istis accuratius collatis cum capitulari absque dubio anno 829 tribuendo persuasum mihi est, capitulare nostrum missorum iam ante annum 829 editum esse. Nequaquam enim dubito, quin de rebus ecclesiasticis definitio, quae in missorum capite primo ad proximum generale placitum ita reservatur: *Volumus ut omnes res ecclesiasticae eo modo contineantur, sicut res ad fiscum nostrum continere solent, usque dum nos ad generale placitum nostrum cum fidelibus nostris invenerimus et constituerimus, qualiter in futurum de his fieri debeat,* tradita nobis sit in capite anno 829 tali modo concepto (Leges I. p. 351. c. 10): *Ut de rebus ecclesiarum quae ab eis per triginta annorum spatium sine ulla interpellatione possessa sunt, testimonia non recipiantur, sed eo modo contineantur, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent.* Horum duorum capitum qualis sit ratio, vix quisquam erit qui dubitet. 15) In libro meo p. 148 hoc capitulare inter ea quae *per se scribenda* dicuntur numerandum esse contendi; sed capitibus 2. 3. 4. 9. 12. 15 probatur, idem missis potius fuisse iniunctum.

antea Langobardorum reges a rei publicae regimine firma manu arcuerant, iam tamquam comitum socii et adiutores ad res publicas accedebant[7] *atque adeo primatum in Karolidarum regum consiliis obtinebant*[8]. *Ita missi dominici, qui in Francorum provincias inde a Karoli regni initio ablegabantur, ut quasi regis vicarii quae in rei publicae administratione corrigenda essent corrigerent, in Italia discurrebant*[9]. *Ita permulti homines in Italia viventes tam in regum quam in privatorum vassallagium se commendabant*[10], *et beneficia de rebus ecclesiae comitibus et regum fidelibus concedebantur*[11]. *Ita scabini denique qui ante Francorum regnum in Italia conditum illic omnino incogniti erant iam cum iudicibus in iudiciis residebant et sententias iisdem suggerebant*[12]. *Altera contra ratione Langobardiae etiam cum Francorum regno coniunctae peculiaris rei publicae constitutio ac propriae leges relinquebantur; procerum quoque Italicorum necnon et populi Langobardici conventus a regibus Francorum seu in Italiam profectis seu in ipso Langobardorum regno constitutis antiquo modo saepius habebantur, ita ut Italia post annum quoque* 774, *etiamsi Francorum regni quodammodo pars, tamen et proprii liberique regni retineret naturam.*

§. 2. *Quae quidem duplex regni Langobardici natura in capitularibus potissimum cognoscitur, quibus post Desiderium regno expulsum ius Langobardicum antiquum tam publicum quam privatum vel mutabatur vel augebatur. Alia enim capitularia in generalibus Francorum conventibus vel in Francorum regum consiliis deliberata sunt, et promulgata Francis cum Langobardis communia fuere, alia contra vel in ipso solo Italico edita vel a Francorum regibus in Italiam tantum transmissa sunt et nonnisi regni Italici incolas spectaverunt. Quibus de capitularibus post Italiam expugnatam editis, de eorum origine maxime et natura, iam antea fusius egi in libro meo cui inscriptum est* Die Capitularien im Langobardenreich. Halle 1864, *quem librum et pro fundamento libri Papiensis, qui a viro beatae memoriae Iohanne Merkel dictus est, critica ratione a me edendi et pro supplemento huius meae praefationis esse volui. Quamobrem de singulis capitularibus, quae inde a Langobardorum regum edicto finito et absoluto usque ad librum Papiensem confectum per duo saecula et dimidium fere in Italia promulgabantur non mihi hic disserendum erit, ac tantum ipsa capitularia, temporum et auctorum ratione habita et secundum duplicem eorum naturam distincta, brevi conspectu hic enumerare sufficiet, ut inde intellegi possit, qualis apparatus fuerit, qui in capitularium collectione edicto Langobardorum in libro Papiensi subnexa a collectore adhibitus est vel potius adhiberi potuit. In his autem capitularibus dinumerandis Pertzii editionem quae in Legum tomis primo et secundo parata est respexi, simul vero, quod ad capitularium formam, aetatem et originem attinet, eas sententias secutus sum quas in libro meo supradicto defendi.*

§. 3. *Sunt autem Francorum regum capitularia quae in Italia in usu fuisse inveni haec:*

I. Karoli Magni:

A. Capitularia generalia, tam Francica quam Italica:

1) *Capitulare Haristalli datum mense Martio anni* 779. *Leges I. p.* 36—39, *forma* Francica *a Pertzio dicta; cfr. librum meum p.* 57. 58.

2) *Capitulare ab episcopis institutum initio, ut videtur, anni* 780. *Leges I. p.* 39. 40; *cfr. librum meum p.* 66.

3) *Capitula missis praecepta anno, ut videtur,* 786. *Leges I. p.* 51. 52. *cap.* 6—9; *cfr. librum meum p.* 130—135[13].

4) *Admonitio generalis Aquisgrani mense Martio anni* 789 *emissa. Leges I. p.* 53—67; *cfr. lib. meum p.* 66—70.

5) *Legationis edictum item Aquisgrani et eodem tempore constitutum. Leges I. p.* 67. 68. *cap.* 1—16 *et p.* 68. 69. *cap.* 1—21; *cfr. l. m. p.* 66—70.

6) *Legationis capitula Aquis in palatio ineunte anno* 802 *data. Leges I. p.* 91—96; *cfr. l. m. p.* 71—73.

7) *Capitula in leges addita ineunte a.* 803. *Leges I. p.* 113. 114; *cfr. l. m. p.* 75—83.

8) *Capitula missorum a.* 803 *data. Leges I. p.* 114. 115; *cfr. l. m. p.* 83. 84

9) *Capitula in legem Ribuariam mittenda, a.* 803 *concepta. Leges I. p.* 117. 118. *c.* 1—13; *cfr. l. m. p.* 75—79. 83.

10) *Capitulare missorum duplex in Theodonis villa exeunte a.* 805 *datum. Leges I. p.* 131—135. *cap.* 1—16 *et* 1—22; *cfr. l. m. p.* 85—87.

11) *Capitulare missorum initio a.* 806 *Niumagae editum. Leges I. p.* 143. 144. *c.* 1—10; *cfr. l. m. p.* 87. 88.

12) *Capitulare circa idem fere tempus constitutum. Leges I. p.* 144. 145. *c.* 1—8; *cfr. l. m. pag.* 88. 89.

13) *Capitula per missos cognita facienda cum capitibus missis praeceptis, item circa annum* 806 *concepta. Leges I. p.* 146. 147. *cap.* 1—3 *et* 4—6; *cfr. l. m. p.* 89—92.

14) *Capitula Aquis in palatio anno* 809 *constituta et*

15) *Capitulare ibidem et eodem tempore missis iniunctum. Leges I. p.* 155—157; *cfr. l. m. p.* 92—96.

16) *Capitulare anno* 810 *vel* 811 *editum. Leges I. p.* 169. 170. *cap.* 1—4; *cfr. l. m. p.* 96—98.

17) *Capitulare Bononiae mense Octobri anno* 811 *datum. Leges I. p.* 172. 173; *cfr. l. m. p.* 98.

18) *Capitula pro iustitiis faciendis constituta et missis iniuncta circa annum, ut videtur,* 812. *Leges I. p.* 174. 175; *cfr. l. m. p.* 98.

19) *Capitulare intra annos* 774 *et* 800 *constitutum. Leges I. p.* 121. *cap.* 15 *sub fine,* 16—22; *cfr. l. m. p.* 121. 122.

7) Leges I. p. 41. c. 6; p. 104. c. 5. 8) Leges I. p. 40. c. 1; p. 42 in prologo; p. 70. c. 4. 9) Leges I. p. 71. c. 11. 10) Leges I. p. 70. c. 4; p. 41. c. 11. 11) Leges I. p. 104. c. 6. 12) Leges I. p. 104. c. 14. 13) In libro meo capitula ista anno 792 adscripsi: hanc vero sententiam oppugnavit Sigurd Abel in Iahrbücher der Deutschen Geschichte. Karl der Grosse. tom. I. p. 434 sqq., et hoc missorum capitulare a. 786 editum esse putavit. Etiamsi de horum capitum origine nunc quoque dubitari posse credo, tamen Abelii sententiam melioribus argumentis niti quam illam antea a me defensam concedo.

20) *Capitulare a Karolo Magno, ut videtur, sed incerto anno constitutum. Leges I. p.* 135. *cap.* 23. 24; *cfr. l. m. p.* 87.

21) *Capitula duo a Karolo M., ut videtur, emissa. Leges I. p.* 196. *cap.* 1. 2; *cfr. l. m. p.* 98 *et* 99.

B. Karoli Magni capitularia Italica tantum haec sunt:

1) *Notitia die* 20. *mensis Februarii a.* 781 *emissa. Leges I. p.* 241; *cfr. l. m. p.* 99—104.

2) *Capitulare episcoporum circa annum* 781 *constitutum. Leges I. p.* 237; *cfr. l. m. p.* 104—108.

3) *Capitulare Mantuae in placito generali notum factum, anno, ut videtur,* 781. *Leges I. p.* 40. 41, *cap.* 1—13; *cfr. l. m. p.* 108—112.

4) *Karoli epistola ad iudices Italicos data ante a.* 801 *anno fortasse* 786. *Leges I. p.* 81; *cfr. l. m. p.* 112. 113.

5) *Capitulare Mantuanum duplex ineunte anno* 787 *editum. Leges I. p.* 109—111; *cfr. l. m. p.* 113-119.

6) *Capitula ad legem Langobardorum addita anno* 801. *Leges I. p.* 83. 84 *praef. et cap.* 1—7 *(8?)*; *cfr. l. m. p.* 119. 120.

7) *Karoli epistola ad Pippinum filium data circa annum* 807. *Leges I. p.* 150; *cfr. l. m. p.* 123.

8) *Capitulare missorum intra annos* 782 *et* 810 *editum. Leges I. p.* 151; *cfr. l. m. p.* 123. 124.

9) *Capitula duo incertae originis, sive a Karolo sive a Pippino filio constituta. Leges I. p.* 69; *cfr. l. m. p.* 70.

10) *Capitulare item incertae originis. Leges I. p.* 86. *cap.* 23. 21. 22. 20. 19; *cfr. l. m. p.* 122.

11) *Capitula tria item quoad originem incerta a Baudi di Vesme primo edita in* Edicta regum Langobardorum *p.* 197—199. *c.* 1—3; *cfr. l. m. pag.* 136—138.

12) *Capitulum incertae originis a Karolo M., ut videtur, intra annos* 801—814 *emissum. Leges I. p.* 112. *c.* 6; *cfr. l. m. p.* 119.

II. Pippini Italiae regis capitularia Italica:

1) *Capitulare intra annos* 782—786 *cum iudicibus Italicis deliberatum. Leges I. p.* 42—44; *cfr. l. m. p.* 125—130.

2) *Capitulare anno fere* 787, *fortasse medio mense Octobri, constitutum. Leges I. p.* 70. 71; *cfr. l. m. p.* 125—130.

3) *Capitulare intra annos, ut videtur,* 787—792 *statutum. Leges I. p.* 46. 47; *cfr. l. m. p.* 125—130.

4) *Capitulare ab episcopis deliberatum et fortasse a Pippino circa annum* 792 *confirmatum. Leges I. p.* 50. 51. *cap.* 1—5; *cfr. l. m. p.* 130-132. 135.

5) *Capitulare ecclesiasticum a Pippino, ut videtur, nescio quo anno constitutum; Baudi di Vesme, Edicta regum Langobardorum p.* 197—199. *cap.* 4—6; *cfr. l. m. p.* 136—139.

6) *Capitulare intra annos* 801—810 *editum; Leges I. p.* 103—105. *cap.* 1—20; *cfr. l. m. pag.* 135. 136.

III. Hludowici Pii capitularia generalia, tam Francica quam Italica:

1) *Capitulare anno* 814 *vel* 815 *datum. Leges I. p.* 195 *praef. et ibid. p.* 84. 85. *cap.* 9—11; *cfr. l. m. p.* 140—143.

2) *Capitulare anni* 816. *Leges I. p.* 195. 196. *cap.* 1—3; *cfr. l. m. p.* 140—143.

3) *Capitula ad ordines ecclesiasticos pertinentia a.* 817. *Leges I. p.* 206—209; *cfr. l. m. p.* 143. 144.

4) *Capitula legibus addita a.* 817. *Leges I. pag.* 210—213; *cfr. l. m. p.* 144. 145.

5) *Capitula per se scribenda a.* 817. *Leges I. p.* 214. 215. *c.* 1—8; *cfr. l. m. p.* 145. 146.

6) *Capitula missorum a.* 817 *concepta Leges I. p.* 216—219. *c.* 1—29. *cfr. l. m. p.* 146. 147.

7) *Capitulare anni* 820. *Leges I. p.* 228. 229. *c.* 1—5; *cfr. l. m. p.* 147. 148.

8) *Capitulare anni* 821. *Leges I. p.* 230; *cfr. l. m. p.* 147.

9) *Capitulare anni* 822. *Leges I. p.* 231; *cfr. l. m. p.* 147.

10) *Capitulare circa a.* 825 *constitutum. Leges I. p.* 243—246.

11) *Capitulare missorum anno fere* 828 *datum. Leges I. p.* 354. 355. *c.* 1—4 *(5?)*[14].

12) *Capitulare pro lege habendum Wormatiae a.* 829 *constitutum. Leges I. p.* 353. 354.

13) *Capitulare per se scribendum eodem loco et tempore editum. Leges I. p.* 350. 351. *c.* 1—10.

14) *Capitulare missorum item Wormatiae eodem anno datum. Leges I. p.* 351—353. *c.* 1—15.[15]

IV. Hlotharii imperatoris capitularia Italica tantum haecce ad nos pervenerunt:

1) *Capitulare per se scribendum Olonnae anno* 822—823 *deliberatum. Leges I. p.* 235. 236. *c.* 1—6; *cfr. l. m. p.* 149. 150.

2) *Memoria comitibus praecepta eodem fere anno et loco. Leges I. p.* 234. 235. *c.* 1—14; *cfr. l. m. p.* 150—153.

3) *Privilegium ab imperatore circa idem fere tempus concessum. Leges I. p.* 233. 234. *c.* 12—14; *cfr. l. m. p.* 154. 155.

4) *Constitutio Romana a.* 824 *edita. Leges I. p.* 239. 240; *cfr. l. m. p.* 156.

14) Hoc capitulare, quod in codicibus manuscriptis omni nota aetatem et originem indicante caret, in libro meo p. 148 cum Pertzio anno 829 adscribendum esse duxi. Iam vero capitulis istis accuratius collatis cum capitulari absque dubio anno 829 tribuendo persuasum mihi est, capitulare nostrum missorum iam ante annum 829 editum esse. Nequaquam enim dubito, quin de rebus ecclesiasticis definitio, quae in missorum capite primo ad proximum generale placitum ita reservatur: *Volumus ut omnes res ecclesiasticae eo modo contineantur, sicut res ad fiscum nostrum continere solent, usque dum nos ad generale placitum nostrum cum fidelibus nostris invenerimus et constituerimus, qualiter in futurum de his fieri debeat,* tradita nobis sit in capite anno 829 tali modo concepto (Leges I. p. 351. c. 10): *Ut de rebus ecclesiarum quae ab eis per triginta annorum spatium sine ulla interpellatione possessa sunt, testimonia non recipiantur, sed eo modo contineantur, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent.* Horum duorum capitum qualis sit ratio, vix quisquam erit qui dubitet.

15) In libro meo p. 148 hoc capitulare inter ea quae *per se scribenda* dicuntur numerandum esse contendi; sed capitibus 2. 3. 4. 9. 12. 15 probatur, idem missis potius fuisse iniunctum.

5) *Capitulare in curte Maringo mense Februario a.* 825 *institutum. Leges I. p.* 242; *cfr. l. m. p.* 156.

6) *Capitulare mense Maio a.* 825 *in curte Olonna datum. Leges I. p.* 248. 249. *c.* 1—10; *cfr. l. m. p.* 156. 157.

7) *Capitulare ibidem eodem tempore editum. Leges I. p.* 250. *c.* 1—6.7*. *p.* 355.356. *c.* 1—4; *cfr. l. m. p.* 157. 158.

8) *Capitulare eodem anno et loco, ut videtur, constitutum. Leges I. p.* 251. 252; *cfr. l. m. p.* 158.

9) *Capitulare Papiae mense Februario a.* 832 *datum. Leges I. p.* 360—362. *c.* 1—14; *cfr. l. m. p.* 158. 159.

10) *Capitulare eodem tempore missis iniunctum. Leges I. p.* 437. 438. *c.* 1—13; *cfr. l. m. p.* 159.160.

11) *Capitulare de expeditione ad opprimendos in Benevento Saracenos facienda, datum in Francia a.* 846. *Quod in codice eccl. cath. Novariae XXX traditum primus publici iuris fecit a.* 1864 *F. Maassen in actis academiae Vindobonensis, tom. XLVI. pag.* 68—71.

12) *Capitula data abbatibus ad monasteria visitanda missis, Hlotharii fortasse aetate. Leges I. p.* 236. *c.* 7. 8; *cfr. l. m. p.* 155.

13) *Capitula alia, eiusdem, ut videtur, naturae. Leges I. p.* 249. 250; *cfr. l. m. p.* 157.

14) *Capitula incertae originis, Hlotharii forsan aetate orta. Leges I. p.* 233. *c.* 11; *p.* 235. *c.* 16-18; *p.* 250. *c.* 7; *cfr. l. m. p.* 153. *p.* 151. *not.* 2. *p.* 157.

V. *Hludowici II. imperatoris capitularia Italica tantum:*

1) *Capitularis intra annos* 844 *et* 850 *editi caput unicum quod reliquum est. Leges I. p.* 388; *cfr. l. m. p.* 161.

2) *Capitulare circa annum, ut videtur,* 850 *datum. Leges I. p.* 405—407; *cfr. l. m. p.* 163.

3) *Capitula ab episcopis deliberata et a Hludowico imperatore anno* 855 *confirmata. Leges I. pag.* 430—433. *c.* 1—17. *p.* 434. *c.* 1—3; *cfr. l. m. pag.* 163—167.

4) *Capitula in legem data die* 20. *mensis Iulii anni* 855. *Leges I. p.* 436. 437. *praef. c.* 1—3; *cfr. l. m. p.* 163—167.

5) *Capitula pro lege tenenda ineunte anno* 856 *statuta. Leges I. p.* 435.436. *praef. c.* 1—5; *cfr. l. m. p.* 163—167.

6) *Capitulare Ticini datum die* 4. *mensis Februarii a.* 865. *Leges I. p.* 433. 434. *praef. c.* 1—7; *cfr. l. m. p.* 163—167.

7) *Capitula missis eodem tempore data. Leges I. p.* 434. *c.* 1—5; *cfr. l. m. p.* 163—167.

8) *Constitutio de exercitu Beneventum promovendo data anno* 866 *vel* 867. *Leges I. c.* 504—506; *cfr. l. m. p.* 167. 168.

9) *Capitula incerto tempore a Hludowico II. data. Leges I. p.* 437. *c.* 1. 2; *cfr. l. m. p.* 167.

10) *Capitulum incertae originis. Leges I. p.* 437. *c.* 4; *cfr. l. m. p.* 166. *not.* 3.

VI. *Karoli secundi imperatoris capitulare Ticini editum mense Februario anni* 876. *Leges I. p.* 530—532.

VII. *Widonis capitulare die primo mensis Maii anni* 891 *statutum. Leges I. p.* 556—558; *cfr. l. m. p.* 170—172.

VIII. *Lamberti imperatoris* (892—898) *ut videtur, capitulare. Leges I. pag.* 564. 565. *c.* 1—12.

IX. *Ottonis primi imperatoris capitularia Italica:*

1) *Capitulare Veronae die* 29. *mensis Octobri a.* 967 *editum. Leges II. p.* 32. 33; *cfr. l. m. pag.* 172—175.

2) *Capitulum unicum Papiae datum a.* 971. *Leges II. p.* 35; *cfr. l. m. p.* 175.

X. *Ottonis tertii imperatoris capitularia Italica:*

1) *Capitulare die* 20. *mensis Septembris a.* 998 *datum. Leges II. p.* 37; *cfr. l. m. p.* 176.

2) *Capitulum intra annos* 996 *et* 1002 *editum. Leges II. p.* 36; *cfr. l. m. p.* 176.

3) *Capitulare intra eosdem annos deliberatum. Leges II. p.* 34; *cfr. l. m. p.* 176. 177.

XI. *Heinrici primi imperatoris capitulare (secundi huius nominis regis Germanici) Argentorati anno* 1019 *datum. Leges II. p.* 38.

XII. *Conradi secundi edictum de beneficiis Italicum die* 28. *mensis Maii a.* 1037 *datum. Leges II. p.* 39.

XIII. *Heinrici secundi imperatoris (tertii regis) edicta Italica Turegi mense Februario anni* 1054 *deliberata. Leges II. p.* 42.

§. 4. *Quorum quidem capitularium indoles atque natura pluribus rationibus admodum diversa videtur. Talem unam diversitatem, et maximi sane momenti in peculiari capitularium vi et notione recte diiudicanda, in libro meo de capitularibus Italicis scripto (pag.* 15—18) *iam indicavi: discrimen dico capitulorum legibus additorum, per se scriptorum, missis datorum. De alia autem diversitate, generalium scilicet et Italicorum capitularium, hoc loco agendum erit, cum ipsa non solum ad rerum legumque Italicarum statum spectet, sed etiam in libri Papiensis natura et auctoritate recte cognoscenda haud exigui ponderis esse videatur.*

Capitularia enim generalia, in antiquis regni Francorum provinciis edita et a viris natione Francorum ortis plerumque deliberata, in multis abhorrent a rerum legumque Italicarum statu, qui omnino alius erat quam quem capitularium generalium auctores spectabant, abhorrent etiam ab ipso Italicarum nationum vulgari sermone, qui Karolo Magno in Italiam intrante certo ei quo hodie Itali utuntur iam similior erat quam Germanicarum nationum sermoni trans Alpes colentium. Ita, ut pauca tantum harum rerum exempla afferam, furtorum poenae in Karoli capitulari generali a. 779. *c.* 23 *(Leg. I. p.* 39) *tali modo constituuntur, ut difficile sane dictu sit, quomodo hoc novum ius antiquis Lan-*

gobardorum legibus furtorum mulctas statuentibus vel derogaverit vel subrogaverit[16] *et ut in ipsa Italia multae inter iureconsultos controversiae de eo ortae fuerint, qualis iuris antiqui et novi ratio esse debeat*[17]. *Ita in eiusdem generalis capitularis capite decimo quinto (Leges I. p. 37) cerarii tabularii cartularii dicuntur, quae libertinorum genera in Italia vel omnino incognita erant vel alia nomina gerebant: qua causa id effectum est, ut iureconsulti Italici capitulum istud sensu acciperent, qui prorsus alienus erat ab eo quem Karolus ipsi inesse voluerat*[18]. *Ita denique in capitularibus generalibus verba linguae Francicae multa obveniunt, quae Italis prorsus incognita erant, ut vocem* trustis[19], *quae comitatum vel sequelam significat, alii pro servitio regali, alii pro hoste id est exercitu, alii pro conspiratione acciperent*[20], *ut* mitium[21], *quod territorium est domino alicui subiectum, pro progenie haberetur*[22], *ut mulctae pars regi vel iudici apud Francos solvenda et* fredus *dicta sed Langobardis omnino incognita pro banno aestimaretur*[23], *ut* herisliz, *quod crimen ii qui exercitum ignavi deserebant apud Francos committere dicebantur*[24], *et* arischild, *quod verbum antiquum Langobardicum seditionem a compluribus hominibus factam significat*[25], *pro eadem re haberentur*[26] *et utrique verbo eadem notio inesse putaretur quae vere inest verbo Francico* scaftlegi, *notio scilicet armorum depositionis, bello finito factae*[27]. *Quae perversae Francicorum verborum interpretationes compluribus quidem seculis post ipsa capitularia generalia promulgata conceptae sunt, attamen iam inde a Karoli aetate verba illa Italis incognita fuisse eo confirmatur, quod in capitularibus eodem tempore sed ab Italis in Italia constitutis memorata illa verba nunquam*[28], *alia autem Francicae linguae vocabula perpauca*[29] *tantum occurrunt.*

Istam vero capitularium generalium naturam si considero, eo sane adducor, ut affirmem, eorum maximam partem nullo tempore Italicis civibus vel iudicibus agendi vel iudicandi normam praebuisse. Data quidem sunt capitula generalia eo consilio, ut in Italia quoque valerent, transmissa etiam sunt in Italiam a Karolo Magno et Hludowico eius filio, per complura saecula a scriptoribus codicum iuris Italici tradita et descripta sunt, magistri denique in scholis ea interpretari conati sunt et iureconsulti de iis disputaverunt: in usu vero perpauca tantum, ne dicam nulla fere, vigorem in Italia obtinuerunt. Hoc autem eo quoque probatur, quod in cartis et documentis Italicis ante undecimum saeculum datis illorum capitulorum generalium nullum vestigium reperitur, nulla mentio fit.

Alia contra natura capitularium vere Italicorum est. Licet enim in iis etiam pluribus modis antiquum Langobardicum ius mutatum et multa nova, ut supra dixi, in Italiam introducta videmus, simul tamen eundem rerum publicarum ac privatarum statum, eadem iuris principia, eandem adeo dicendi rationem atque in Langobardico edicto cognoscimus. Nec raro in capitularibus Italicis ipsius edicti leges vel verbis[30] *tenus vel quoad sensum*[31] *ipsarum in memoriam revocantur, idque maxime in Pippini et Hlotharii capitularibus.*

§. 5. Etiamsi igitur capitularia haec Italica bene cum Langobardico edicto congruunt, nulla tamen ratione pro ipsius additamentis habenda sunt, ita ut nonnisi Langobardis data videri possint. Immo capitularia tam Italica quam generalia omnium nationum in Francorum regno coniunctarum cives Italicos tenebant et, ut in capitularium quodam codice Italico legitur[32], congruentia omnium legum *erant, nisi vel ex ipsis capitulis collegendum*[33] *vel ex capitularium historia atque origine*[34] *cognoscendum erat, singula capitula vel capitularia singulis tantum nationibus data fuisse. Capitulare adeo unicum illud nobis relictum, quod* edictis legis Langobardicae additum *dicitur*[35], *capitibus secundo usque ad ultimum octavum non solos Langobardos sed omnes regni Langobardici cives respicit, quos ipsos primum etiam capitulum, cuius*

16) Lib. Pap. Roth. 253; Liutp. 150. 17) Cfr. lib. Pap. expos. §. 3 ad Roth. 253. 18) Cfr. expos. ad Karol. M. 12. 19) Leges I. p. 37. c. 14. 20) Cfr. gloss. et expos. ad Karol. M. 11. 21) Capitulare missorum a. 803. c. 10 (Leges I, 115). 22) Gloss. ad. L. Pap. Kar. M. 25. 23) Gloss. ad L. Pap. Kar. M. 88. 125. 24) Cap. Lang. a. 801. c. 3 (Leg. I. p. 83); cap. gener. 810. c. 12 (Leg. I. p. 163); cap. gener. 811. c. 4 (Leg. I, 173). 25) Liutp. 134; Roth. 19 ed. Bluhme. 26) Cfr. lectiones variantes ad Lib. Pap. Hloth. 57. 27) Cfr. Lib. Pap. Hloth. 57 et expos. ad Lib. Pap. Kar. M. 80. 28) Leguntur quidem in capitulari Italico a. 801 a Karolo dato (Leg. I. p. 83. c. 3) verba *quod nos Teudisca lingua dicimus herisliz*, sed iis ipsis probatur, hoc capitulare a Karolo et eius comitibus Francorum genere ortis, non ab Italis conceptum esse. Cfr. de ipso capitulari a. 801 dato l. m. p. 21. 29) Exceptis verbis talibus, qualia sunt *scabini*, *vassi, bannus,* quae cum ipsis scabinorum et vassallorum institutis sub Francorum regno in Italiam, ut supra (§. 1) dixi recepta sunt, unum tantum in capitularibus vere Italicis inveni quod Francicum putari potest, verbum scilicet *forcapium*, quod praemium significat ei concessum qui hominem fugacem cepit, et quod in Hludowici Pii capitulari Francico a. 817. c. 1 reperitur (Leg. I. p. 214), sed etiam in Pippini Italiae regis capitulari (Leg. I. p. 105. c. 19). Attamen hoc verbum pro Langobardico aestimaverim quod ad Pippini usque aetatem apud Langobardos in usu fuerit, atque coniecerim, verbum illud etiam Rotharis et Liutprandi aetate in Italia notum fuisse, cum verbum *presura* in eorum regum legibus positum et eandem omnino rem significans accurate verbum *forcapium* Latino sermone explicare videatur (Roth. 264 ed. Bluhme: *presura autem non queratur;* Liutp. 44: *et habeat pro presura de ipso servo solidos duos).* Quam ob rem verbum *forcapium* paucis verbis adnumeraverim, quae — sicuti et vox *wirigild* — pari modo in Francorum et Langobardorum legibus inveniuntur. Posteriori sane aetate verbi quoque *forcapium* sensus a iureconsultis non intellegebatur, quod corrupta lectio in libro Papiensi Kar. M. c. 74 recepta: *fur camphius* nos docet, qua lectione vera huius capitis notio prorsus obscura facta est. 30) Cfr. Pip. cap. Leg. I. 43. c. 7 (Lib. Pap. Pip. 7) verba: *Et si forsitan attenderit ad gasindios vel parentes et amicos suos seu premium, et legem non iudicaverit,* quae repetita sunt ex Rachis regis capite sexto. Cfr. Leges I. p. 50. c. 1.4 cum Liutpr. capp. 30. 33. 34 ed. Bluhme. 31) Cfr. Pip. cap. Leg. I. p. 43. c. 9 = Liutpr. 44 ed. Bl.; Pip. cap. Leg. I. p. 47. c. 9. 11 = Liutp. 65. 22; Hloth. cap. Leg. I. 235. c. 13 = Liutp. 83; Hloth. cap. Leg. I. p. 233. c. 12—14 = Liutp. 24. Roth. 250. 251. 375; Widonis cap. Leg. I. p. 557. c. 8 = Liutp. 22 ed. Bluhme. 32) Cfr. libr. meus de capitularibus Italicis p. 33. 33) Cfr. Leges I. p. 71. c. 13; p. 236. c. 3; p. 240. c. 3. 5. 34) Capitula legi Ribuariae a. 803 addita; a. 819 legi Salicae addita (Leg. I. p. 117. 225). 35) Leges I. p. 83; cfr. praefatio ibidem.

initium est: Si quis Langobardus, *fortasse iam ex Karoli Magni opinione respicere voluit, certo autem e posteriorum opinione respexit* [36].

§. 6. *Capitularium natura cum talis qualem ostendi fuerit, mirari sane non possumus, quod ipsa capitularia in edicti volumen ius tantum Langobardicum continens nunquam recepta sunt, etiamsi ante Karoli Magni aetatem praeter edictum constitutiones quoque capitularibus similes, notitiae scilicet et capitula in brevi, in authentico illo volumine locum obtinuisse videntur* [37]. *Sed sicuti in ceteris regni Francorum partibus ita etiam in Italia singula capitularia singulis membranis inscripta, in placitis et concionibus recitata, hominibus privatis ad describendum et tradendum relicta sunt. Haud pauci codices capitularia exhibentes et in usum Italorum scripti ad nostram usque aetatem servati sunt. Descripsi ipsos accuratius et de eorum fide disserui in libro meo saepe dicto pag.* 28—54, *ut iam breviter eos enumerare sufficiat et de uno tantum pluribus agendum sit, cuius notitia post librum illum publici iuris factum ad me pervenit.*

§. 7. *Sunt igitur codices Italici in quibus capitularia traduntur secundum aetatem enumerati isti:*

1) *Codex Sangallensis n.* 733 *initio saeculi noni scriptus.*

2) *Codex monast. S. Pauli in Karinthia saec. IX (ante annum fere* 830*).*

3) *Codex ecclesiae cathedralis Eporediensis n.* 34, *medio saec. IX confectus.*

4) *Codex eccl. cath. Epor. n.* 33; *saec. IX—X.*

5) *Codex biblioth. Vatic.* 5359 *saec. IX—X.*

6) *Codex olim Tegernseensis, iam bibl. reg. Monac. m. G.* 43 *(hodie aliud signum mihi incognitum fert) saec. X.*

7) *Codex bibl. imp. Parisiensis n.* 4613 *saec. X.*

8) *Codex olim Blankenb., hodie Guelferbytanus n.* 130. 52. *saec. X.*

9) *Codex bibl. duc. Gothanae n.* 84 *saec. X.*

10) *Codex eccles. cathedr. Mutinensis Ord. I.* 2, *anno* 990 *vel* 991 *confectus.*

11) *Codex bibl. Chisianae F. IV.* 75, *saec. X.*

12) *Codex monasterii Cavensis initio saeculi undecimi scriptus.*

§. 8. *Accedit ad hos duodecim codices in libro meo descriptos pars quaedam codicis Vaticani bibliothecae reginae Christinae n.* 263, *quem in schedis viri b. m. Iohannis Merkel tali modo breviter descriptum reperi. Codex Reg. Vat. n.* 263 *hodie quattuor partes e totidem antiquioribus codicibus collectas continet. Prima pars, quae folia* 204 *amplectitur, saeculo decimo quarto confecta est et Petri Blesensis epistolas offert. Secunda pars, quae inde a folio* 205 *initium sumit et in folio* 226 *desinit, saeculi duodecimi manu exarata est et iuris canonici est, acta praesertim synodi a.* 595 *a Gregorio Magno habitae exhibens. Folia quattuor (*227—230*), quae canones continuo excipiunt, tertiam codicis partem efficiunt, quae sola capitularia praebet, cum quarta (fol.* 231 *sqq.) saeculo XII scripta* Ex vita Pipini regis *nonnulla contineat. Tertia autem huius codicis pars, quae saeculo decimo scripta videtur, capitularium fragmenta tali ratione digesta offert:*

Fol. 227. *Capitulare missorum a.* 832 *a Hlothario datum (Leg. I.* 438*) inde a verbis capitis secundi:* solidos conp̄ vel totidem hictus *usque ad capitis sexti verba* expromittere eos conpellant. *Capita autem* 3—6 *in hoc codice numeris XXXI—XXXIIII signata sunt.*

Fol. 227'. Finiunt capitula. Incp̄ statuta domno lodoicus gloriosissimo imperatore primum de ecclesiis.

I. Ut ecclesias restituant qui ibidem sacro utuntur baptismate.

II. Ut de rebus earum inquisitio a nobilioribus homines circummanentibus fiat.

III. Ut decime pleniter dentur et a quibus retente sunt de primo retentu (prima contentu *codex habet)* sit culpabilis qui eas retenuit solidos VI, ipsa decima sub iuramento.

IV. De secundo conponat bannum nostrum et eidem sacerdoti qui preest solidos VI sit culpabilis et tandiu extra ecclesia communicentur donec sacerdotes satisfaciat; de tertio autem ut si sacrilegus habeant sit in exilium missus et res eius in fiscum nostrum redigantur.

V. = *Leges I.* 133. *c.* 11.

VI. = *Leges I.* 557. 558. *c.* 9 *usque ad verba:* componat quem leserit.

Fol. 228. | cium habent ad medietatem ..... persolvere debit convenit., *quae ultima pars est capitis quinti LL. I. p.* 350 *editi.*

Incipit capitula Lotharii regi.

I. Hoc enim rectum nobis rectum comparuit cum nri iudicibus de nonis et decimus quod domnus lotharius imperator iussi primo anno quod in italia accessit. cum primatos iudices et episcopis et abbatibus et monachos et sacerdotes et pluribus hominibus qui in suo placito fuerunt in alomna instituit.; *(cfr. inscript. Leges I. p.* 232*).*

Fol. 228'. *II.* = *Leges I. p.* 111. *c.* 19 = *Leg. I. p.* 249. *c.* 11 *e cod. Blank.*

Fol. 229. Incipit capitula quas domnus Wido imperator instituit. *Leges I. p.* 556. *c.* 1 *usque ad capitis sexti verba:* ..... idoneam efficiant. Inter *in quibus pagina exit.*

Fol. 229'. legibus subiaceat humanis postea. quod si fecisse contigerit excommunicatione episcopalis constrictus ad ultimum. ipsa cappella que magis contentione quam utilitatem aliquam prestat destruatur.

X. Ut plebes ecclesiastice nullatenus aut episcopi aut episcoporum basallis aut ullis laicis in beneficia tribuantur. Ut in domibus

36) Cfr. expos. §. 3 ad Lib. Pap. Kar. M. 78. Coniicio autem, iam Karolum Magnum omnes regni Langobardici cives, Romanis tantum exceptis, in constitutione illa intellexisse dicendo: *Si quis Langobardus;* similiter etiam Pippinus rex omnes regni sui Germanicos incolas Langobardos dixisse videtur in capite loco 22 inter Pippini capitula in libro Papiensi recepto.

37) Cfr. liber meus de capit. Italicis p. 9. 12. 13.

ecclesiarum neque missus neque comes vel iudices quasi pro consuetudinem neque placitum neque hospitium vendicent sed in publices rebus domus restituant in quibus placitum teneant et secundum antiquam consuetudinem ospitentur.

Fol. 230. *X.* = *Leges I.* 191. *c.* 2.

Fol. 230'. *XI.* = *Leges I.* 192. *c.* 3. *Ex codice mon. sent.*

XIII—XVI. = *Leges I. p.* 36—38. *c.* 3.5.8.12 *usque ad verba* factum testimonium, *sed ea capita non vulgari forma, sed forma Langobardica a Pertzio dicta.*

Miseras sane atque omnino disiectas codicis reliquias haec quattuor folia servaverunt: ea quae diversis foliis, et partim etiam ea quae binis singulorum foliorum paginis inscripta sunt non cohaerent, sed octo paginae totidem fere diversa fragmenta praebent. Attamen folia illa alicuius momenti sunt in capitularibus recensendis, cum aliquot capitula adhuc inedita[38] *ac praeterea Widonis capitulare contineant, quod hactenus e recentiori tantum capitularium collectione in libro Papiensi recepta editum erat.*

§. 9. *Capitularium collectiones, quae in codicibus supra nominatis inveniuntur, omnes privatorum hominum cura factae sunt, neque ulli in regno Francorum vel Langobardorum publica fuit fides*[39]. *Canon certus atque legitimus cui debemus, quod Langobardorum edictum inde a Rotharis aetate usque ad nostrum tempus iuxta ordinem digestum atque integrum traditum est, in capitularibus servandis et ordinandis omnino defuit, ut codicum scriptoribus relictum esset, quot qualique modo capitularia aequalibus et posteris tradere vellent. Quare maxima in capitularibus recensendis varietas in diversis codicibus observatur, prout consilium diversum erat, quo scriptores in codicibus conficiendis ducebantur*[40]. *Capitularium praefationes notaeque chronologicae, quae servatae summi nobis pretii forent, plerumque quasi superfluae omittebantur; capitularia mox secundum aetatem ipsorum digerebantur, mox materiae ratione habita similia similibus coniungebantur, nec raro etiam admodum detruncabantur, dissectis capitulis, quae vel obsoleta viderentur, vel alias ob causas scriptoribus displicerent. Alia autem ex parte a scriptoribus parum doctis et artis criticae minime studiosis capitularibus multa etiam aliena immiscebantur alicubi inventa, dummodo legale aliquod praeceptum iis inesse videretur. Ita factum est, ut hodie in capitularium codicibus haud paucos conciliorum canones*[41], *abbatum statuta*[42] *vel alia iuris canonici capitula*[43] *inveniamus, ut legum Salicae*[44], *Ribuariae*[45], *Baiwariorum*[46], *Langobardorum*[47] *capitula capitularibus intermixta sint, ut Romanorum imperatorum constitutiones*[48] *inter capitularia occurrant, ut ipsum librum Augustini de civitate Dei scriptum capitularium codicis cuidam scriptori materiam dedisse videamus*[49], *ut capitula a iureconsultis glossis aucta vel mutata in capitularium codices irrepserint*[50], *ut iudicia*[51] *denique vel notae ab hominibus privatis conceptae*[52] *capitularibus inserta sint. Quae codicum natura ei qui ad capitularia critica arte edenda aliquando accedet haud exiguas sane difficultates afferet, animoque ad capitularium indolem perspiciendam attento, ad ipsorum diversitatem cognoscendam callido, fontium omnium iuris Germanici antiqui, canonici, Romani perito opus erit, qui tenebras multa per saecula illis rebus obductas discutiat et capitularia diversa quam maxime genuina restituat, suo quodque auctori et tempori tribuat.*

§. 10. *Capitularia autem, ut supra dixi, per diversos codices publica fide carentes dispersa esse grave sane aequalibus cum in Francia tum in Italia videri oportuit. Non mirum igitur, quod homines privati exstiterunt, qui capitularia disiecta certis rationibus coadunare studerent, et quod tales collectiones a clericis, iudicibus et magistratibus gratis animis acceptae, saepe descriptae, et quasi pro authenticis capitularium libris habitae sunt. Talem capitularium collectionem iam a.* 827 *Ansegisus, monasterii Fontanellensis abbas confecit. In praefatione huius* libri legiloqui *ab Ansegiso fortasse dicti auctor causam etiam profert, qua commotus capitularia collegerit, quae verba, cum ea quae modo dixi partim affirment, hoc loco repetere non abs re nostra esse videtur. Dicit igitur Ansegisus:* Fuerant namque *(capitula ab Ansegiso adunata)* quondam tempore magni domni Karoli imperatoris necnon et...hoc in tempore domni piissimi Hludowici augusti et praeclari Hlotharii caesaris iussu per intervalla temporum ..... edita. Sed quia in diversis sparsim scripta membranulis per diversorum spatia temporum fuerant, ne oblivioni traderentur, ...

38) Capitula quae in averso folio 229 scripta sunt Hludowici dicuntur; hanc vero inscriptionem pro falsa aestimaverim, cum capita quinto et sexto loco proposita a Karolo Magno potius et Widone data fuerint. Ceterum ista capitula numeris 1 — 4 signata et hactenus inedita, quorum de sinceritate non dubitandum esse credo, haud exigui momenti videntur. Primo enim in cap. 1 et 2 ius inquisitionis ecclesiis concessum, de quo anno 1865 H. Brunner in Actis acad. Vindob. (tom. LI. p. 343 sqq.) accuratius primus egit, distinctius quam in ullo alio capitulari commemoratur. Deinde vero cap. 3 et 4 ea fortasse sunt, quae Karolus M. quasi *anno praeterito denuntiata* respicit in capitulo Leg. I. p. 111. c. 13 edito. Quod si verum vel veri simile est, reiicienda est coniectura quam de aetate epistolae Leg. I. p. 81 editae in libro meo de cap. Ital. p. 112. 113 proposueram.

39) Capitularium collectio quae in codice Tegernseensi supra loco sexto dicto exstat ab eo qui primus ipsius codicis auxilio capitularia edidit, a Vito Amerpach, pro opere Hlotharii imperatoris iussu confecto habita est. Quam sententiam secuti sunt, multa de hoc Hlotharii opere verba facientes, Baluze et Biener, recte falsam demonstravit G. H. Pertz (Leges I. p. XXVI), nihilominus autem quasi certam et omni dubitatione carentem repetierunt Eichhorn, Gengler, Zoepfl, Schulte in libris de iuris Germanici historia scriptis.

40) Cfr. l. m. p. 24—27.

41) Cfr. Leges I. pag. 41. 77—81. 87—89. 106—109. 124. 125. 138. 139. 148 et saepius.

42) Leges I. 439—441; cfr. l. m. p. 191.

43) Leges I. 191. c. 3.

44) Leges I. 191. c. 1.

45) Leges I. 86. c. 24; cfr. l. m. p. 122. 123.

46) Leges I. 216. c. 13.

47) Leges I. 370. c. 1; cfr. l. m. p. 190.

48) Leges I. 191. c. 2; cfr. l. m. p. 188.

49) Leges I. 370; c. 2; cfr. l. m. p. 190. 191.

50) Leges I. 36—39, forma Langob. a P. dicta; cfr. l. m. p. 58—65.

51) Leges I. 118. cap.: *De homine qui;* cfr. l. m. p. 84. 85.

52) Leges I. p. 34. 35; cfr. Waitz, Deutsche Verfassungsgeschichte III. p. 275. not. 2.

placuit mihi praedicta in hoc libello adunare quae invenire potui capitula praedictorum principum iussu descripta.

Cui Ansegisi operi in omnibus quidem Franciae partibus, ut satis notum est, magna fuit auctoritas, in Italicorum vero iudicum et iureconsultorum usum collectio ea non pervenit[53]. *Unde factum est, ut in Italia nova capitularium collectio, sed longo demum tempore post Ansegisianam, oriretur quae libri legis Langobardorum a me editi pars est. Prius autem quam de huius collectionis origine et natura agam, de codicibus manuscriptis referendum erit in editione a me parata adhibitis.*

Caput II. De codicibus manuscriptis quibus liber legis Langobardorum Papiensis dictus nititur.

§. 11. *(Codex Venetus.) Codex olim Morellii n.* 39 *nunc bibliothecae Venetae S. Marci* V. 81 *membranaceus saeculo undecimo exeunte vel initio duodecimi scriptus, folia* 44 *continet. Vide quae de eo retulit Bluhme in Archivi tomo V. p.* 295. 296. *Textum recognovit Merkel. Capitum ordo in codice servatorum inde a folio primo hic est: Roth. prol. usque ad verba:* in hoc membrano adnotari iussimus. *Roth. c.* 1[54] — 53. 56. 54. 55. 58. 57. 59—233. *Post caput* 233 *quod in folio* 16 *invenitur duo folia exciderunt, ut iam desint c.* 234—260; *prima in folio* 20 *verba sunt:* omne furtum quod fecit componat *quae in medio capite* 261 *exstant. Cuius capitis finem sequuntur c.* 262—377. *c.* 378 *in duo capita divisum est, c.* 379—388. *Ultimum Rotharis c.* 389 *abest a codice. Rotharis edictum in folio* 30 *Grimowaldi prologus et leges novem excipiunt, quas in folio* 31 *Liutprandi prologus primus insequitur et deinde Liutp. c.* 1—14, *epilogus ad c.* 14. 15—18, *prologus voluminis quarti, c.* 19—34. *Roth.* 360. *Liutp.* 35—74. 76—78. 80—82. *In huius ultimi capitis* 82 *verbis* tantummodo qui unum *exeunt codicis reliquiae quae supersunt. Absunt ab hoc codice omnes placitorum formulae, omnes rubricae et numeri quibus capita numerantur. Glossae duo tantum, alia manu scriptae, in margine exstant, quas dedit Bluhme l. c. — Huius Veneti codicis lectiones in editione mea numero* 2 *indicavi.*

§. 12. *(Codices Mediolanenses.) Codices duo membranacei in bibliotheca Ambrosiana Mediolani servati et signis* O. 33 *et* 55 *servati inde ab origine paria fata habuerunt et recte pro uno aestimandi sunt. Maxima utriusque codicis pars unius tantum scriptoris manu initio saeculi undecimi (fortasse ante annum* 1019*) exarata est, qui scriptor ipse nomen suum dicit in verbis sub fine codicis* O. 55 *positis:* Secundus notarius scripsit oc manus suas. *Codices Papiae scripti esse videntur: nam, uti L. Bethmann Iohanni Merkel communicavit, in regum catalogo codici* O. 53 *inscripto et Scriptorum tomo tertio p.* 216 *(cfr. lin.* 27*) edito ibidem leguntur verba:* fuit coronatus ad rege ic Papie. *E bibliothecarii Mediolanensis, nomine Olgiati, nota utrique codici a.* 1606 *inscripta apparet, codices e coenobio quodam Oscela, quod vulgo dicatur Susa di Savoia, Taurinum, hinc autem Mediolanum a.* 1606 *transmissos esse. Codices cum editis iam contulerunt Palatini socii quos Muratori legum Langobardicarum editionem praefatus dicit (Murat. SS. rer. Ital. I,* 1. *p.* 13*) et quidem patientissime, ut crediderat Muratori usum illius collationis faciens, neglegentissime, ut demonstravit G. H. Pertz (Archiv V,* 264—267 *in notis). Codices accuratius descripsit F. Bluhme (Archiv V,* 264—277*); legum autem textum admodum corruptum neque F. Bluhme neque G. H. Pertz accurate cum editis contulerunt sed* paucas tantum in edicto, frequentiores in capitularibus adnotaverunt lectiones variantes. In editione mea ambo codices eodem numero* 3 *indicantur. Codicibus quae insunt hoc ordine, si recte intellexi ea quae Pertz et Bluhme in usum nostrum de ipsis collegerunt, disposita sunt:*

a) Codex O. 53. *Quae in folio primo et secundo inveniuntur, a recentiori manu quam qua codices ipsi scripti sunt suppleta videntur: nam post brevem tractatum de potestate amoris,* firmissimi quod in universa rerum natura exstat vinculi, *scriptum (fol.* 1*) Liutprandi quattuor leges* 79. 82—84 *numeris I — IIII. signatae (fol.* 1'. 2. 2'*) suppletae sunt, cum inter leges Liutprandi in ipso codice collectas eae desiderentur. In folio* 3 *verba:* Incipit liber huius edicti, *prologo Rotharis omisso, statim sequuntur Rotharis leges hoc quidem ordine: Roth. c.* 1—85. 360. 86—153. 156. 157. 159. 162—175. 178 —186. 188—223. 224 *initio (maximam huius capitis partem scriptor primus omisit).* 225 *initio (huius capitis finem recentior manus in margine supplevit).* 226. 229. *Post folium illud, cuius extremam partem c.* 229 *explet, iam folia duo addita sunt, in quibus recentior ille scriptor folii primi et secundi Rotharis leges ante omissas supplevit, ita scilicet: capitis* 224 *partem supra omissam; totum c.* 225. 227. 228. 154. 155. 158. 160. 161. 175 *(quod etiam primus scriptor receperat).* 176. 177; *in fine denique folii suppleti secundi verba:* Ista sup̄sc̄p c de istas IIII. paginas requi retro in isto LIBPXIGIS. — *Iam in ipso codice Rotharis capita prima manu ita continuantur: c.* 230—251. 252 *initio (nam finis in margine recentiori manu suppletus est).* 253—389. *Summa horum Rotharis capitum a scriptore numeris perpetuis distinctorum* 382 *est. Rotharis ultimum caput subsequitur Grim. prol. c.* 1—9. *Inscriptio legum Liutprandi et omisso eiusdem regis prologo primo c.* 1—7. Incipit de anno V. *c.* 8—16. 17—20. 21—28 *cum epilogo. (Capita* 17 *et* 21 *maioribus litteris initialibus insignia sunt; quae initium voluminis Liutprandi legum tertii et quarti indicant.)* Incipit de anno X. *Liutp. c.* 29—67. Explicit de anno XIII. Incipit de anno XIIII. *Prologi Liutprandi anno XIV concepti pars posterior. Liutp. c.* 68—78. 80. 81. 85—94. *In margine capiti* 94 *subnexa sunt verba:* Hic debet esse duo capitula (95. 96) Si quis

53) Cfr. l. m. p. 148. 149. 54) Capitum numeri editionem meam spectant. *) quo uno opus erat. P.

pro causa sua et Si quis alii pulsaverit de servo. *c.* 97—114. *Capiti* 114 *in margine apposita sunt verba:* Alia lex ic debet esse (115) Si quis comparaverit; c. 135; *huic autem capiti in marg. verba adscripta sunt:* hic non debet esse. *c.* 95. 96 Incipit *(sic!)* de anno XVII. Incipit de anno XVIIII. *Prologus de Liutprandi anno* 19. *c.* 116—128. Explicit de anno XVIIII. Incipit de anno XXI. *c.* 129—134. *In margine c.* 134: hic debet esse *(c.* 135*)* Item annunciatum est nobis. *c.* 136. 137. Explicit de anno XXI. Incipit de anno XXII. *c.* 138—141. Incipit de anno XXIII. *c.* 142—146. 114. 115. *In margine c.* 114 *adscripta sunt verba:* ic non debet esse. in loco ubi sunt cap. liuprandi CXIII. *c.* 147—152. Explicit edictus quod constituit gloriosissimus Liuprandi rex. Incip̄ legis quas addedit sanctissimus vir Ratchis rex. *Ratchis c.* 1—8, *prologo omisso.* Explicit legis. Incip̄ legis domnus Astulfus rex addedit. *Aist. c.* 1—13, *omisso prologo.* — *Iam post edictum finitum tria folia et dimidium inveniuntur, quae partem quaternionis priorem efficiunt, cum reliqua huius quaternionis pars abscisa sit. His foliis inscripta sunt post brevem regum Italicorum inde ab Ugone usque ad Berengarium indicem (Scriptt. III,* 216*) monita et quaestiones infra p.* 590 *sqq. edita, ea quidem quae §§.* 1—20 *comprehendi; in iis exit codex, qualis hodie est.*

b) *Codex* O. 55. *Capitularium collectionem Italicam continet ab eadem manu, ut iam dixi, scriptam quae edictum in codice* 53 *exaravit. Sicut autem in illo codice ita etiam in codice* 55 *folia ab initio posita quaedam a reliquis quae in codice inveniuntur aliena offerunt. In folio enim primo et secundo quaestiones et monita, ut Muratorii verbis utar, inscripta sunt, ea scilicet quae infra p.* 592. 593. *§§.* 21—30 *dedi. Folium autem tertium et quartum vere finem codicis efficiunt, nam ea quae iis inscripta sunt continuant illa quae sub fine codicis infra descripto inveniuntur. Initio enim folii tertii leguntur haec:* VII. Si quis lectori percuserit det pena auri libras III. oc est solidos CCXVI *(cfr. Leges I. p.* 191. *c.* 3 *sub fine). Deinde sub numero VIII. caput quoddam in synodo Ravennate a Iohanne octavo a.* 877 *(Mansi XVII,* 337*) de raptoribus constitutum positum est, quod subsequitur chronici Italici pars (Scriptt. III,* 216*:* Die sabbati ..... millesimo vicesimo octavo.*) et Heinrici primi imperatoris leges cum prologo earum*[55] *(Leges II,* 38. *IV,* 581*). Iam demum capitularium collectio Italica in codice invenitur hoc scilicet ordine: Karol. M. prol. c.* 1—15. 72. *In margine autem c.* 72 *adscripta sunt verba:* istud cap̄ ic non debet esse. *c.* 17—44. Cap̄m quod domnus imperator aquis palatio istituit. *c.* 45—71. 16, *cui in margine adscribuntur verba:* cap̄ De mancipiis que venduntur (72) ic debet esse. 74. 73. 75—89. 91. 90. 92—99. Cap̄ que in lege Salicha mittenda sunt. de occisione clericorum. 100—132. 136. 135. 133. 134. 137—139. 141. 142. *In margine inveniuntur verba:* Hic debet esse Sicut consuetudo nostra est ut Langobardus *(c.* 143*)*, halium Sancitum est *(cap. extravag.* 36, *cfr. infra p.* 589*). c.* 140. *Hloth. c.* 105. *Hoc caput ultimum est Karolo Magno adscriptum.* — *Pippini prologus c.* 1—34. 14 *(secunda igitur vice).* 35—43. *Kar. M.* 143. *Cap. extrav.* 20. 24 *(cfr. infra p.* 587*). Hoc caput ultimum est Pippini nomine recensitum.* — Incipit capitula secundum lodoici impefris filius lothari imphr., *quam inscriptionem quadraginta tria capita sequuntur (cfr. infra p.* 587. *c. extrav.* 21*). In margine autem capiti, a me numero* 20 *inter extravagantia numerato, adscripta sunt verba:* Istis capitulis deinceps usque ad cap̄. lo. Si quis in aliena *(Hludow. P.* 1*)* non sunt in ceteris. — In nomine domini Lodoicus a Deo coronatus serenissimo aug' omnibus abatibus ducibus comitibus et cunctis fidelibus nostris cap̄. conposuit de causis oportunis. Ec sunt. *Hludow. P. c.* 1—5. Quomodo loduicus imperator de diversis que misi et comites habere debent de ecclesiarum. Capitulo sesto. *c.* 6—20. 22—25. *Pippin. c.* 44. *Hludow. P. c.* 26—39. *Capiti* 39 *in margine adscripta sunt:* Non debet esse ic istum capitulum; inantea est in Lotharius capl. LXIII. *Post hanc notam recentiori manu in marg. scriptum est breve caput inter extrav. num.* 22 *(infra p.* 587*) positum.* — *c.* 40—57. *Cap. extrav.* 25. *In margine hoc loco suppleta sunt capp. extrav.* 24 *(quod iam anteriori loco in codicem receptum est).* 26. — *Iam Hlotharii capitula sequuntur, tali inscriptione praefixa:* Cap. que domnus lotarius imperator anno imperii sui co aces in Italia generale placitum curte olonna. *Hloth. c.* 1—24. 26—71. 74—96. 98. *Cap. extrav.* 32 *(cui in marg. adscripta sunt:* non sunt in ceteris*). Hloth.* 102. *Capp. extrav.* 33. 34. *Hloth.* 100. 101. *Sub fine horum Hlotharii capitum in margine adscripta sunt verba:* Hic debet esse II loduicus, filius ipsius lotherius. — *Hlotharii leges Widonis novem capita sequuntur, deinde, omisso prologo, Ottonis primi capita undecim, quibus quasi duodecimum Ottonis tertii caput unicum subnectitur. Huic vero subscripta sunt:* Explicit capitulariis Secundus Notarius scripsit oc manus suas. — *Ita finitur capitularium collectio quae codici inest, folia duo ultima additamenta continent, quaestiones scilicet et monita infra p.* 593. 594. *§§.* 31 *et* 32 *comprehensa, deinde post inscriptionem:* In nomine domini incipit cap̄r quas singulas regibus vel imperatoribus institutum est *constitutio a G. H. Pertz Leges I. p.* 191. *c.* 2 *edita*[56], *quam, praefixa inscriptione:* ex codico et nom̄ canonum sententia, *denique sequitur capitis tertii ibidem a Pertzio editi pars prior, in duo capita divisa et numeris* IV *et* V *numerata; posterior enim ipsius capitis pars folio huius codicis tertio, sicut supra iam dixi, inscripta est.*

Placiti formulae in codicibus O 53 *et* 55 *non exstant, sed glossae in margine et inter lineas multae legibus et capitibus adscriptae sunt; quae glossae utrum ab eo qui edictum et capitularium collectionem manu exaravit, an a scriptoribus duobus paullo recentioribus scriptae sint, Bluhmio dubium visum est. Capitum rubricae haud raro inveniuntur; omnibus autem capitibus a scriptore ita numeri perpetui praefixi sunt, ut singulorum regum vel imperatorum leges singulis distinctionibus numeratae sint.*

55) In codicis descriptione a Bluhmio (Archiv V, 277) data Heinrici leges sub fine codicis positae dicuntur. Hoc autem errore tantum vel apographi vel typographi factum esse descriptionis illius auctor mihi refert.

56) Cfr. l. m. p. 188.

§. 13. *Codex Londiniensis in Museo Britannico,* Addition of Ayscough 5411 *mbr. fol. min; olim in dominio bibliopolae Veneti nomine Pinelli fuit, eoque anno* 1780 *mortuo in Museum Britannicum pervenit. Codicem a G. H. Pertz saepius inspectum (cfr. Archiv V,* 291—295. *VII,*779—782*) ipse Londinii evolvi. Codex folia* 192 *continens tribus codicibus compositus est, quorum duo proxime cohaerent et pro uno aestimari possunt, tertius contra naturae omnino ab aliis diversae est.*

a) Pars prima (fol. 1—115*) Langobardorum regum edictum, secunda (fol.* 116—179*) capitularium collectionem Italicam offert. Pergamenae in utroque codice idem genus, eadem magnitudo et latitudo est, utriusque codicis maxima pars ab eodem librario saeculo undecimo (circa annum ut videtur* 1030*) scripta est, cuique utriusque codicis paginae vicenae octonae lineae insunt. Edicti et capitularium codices nihilominus ab initio diversos et postea demum coniunctos fuisse, eo probatur, quod folii* 116 *pagina prima, similiter ac primi folii pagina prima a primo scriptore vacua relicta est, probatur etiam ea ratione qua folia in utroque codice coniuncta videntur. Post tredecim enim foliorum quaterniones (fol.* 1-104*) codex primus sexternione (fol.* 105-115*) finitur, cuius ultimum folium hodie sane cum Aistulfi legum fine abscisum est. In secundo vero codice iterum post septem quaterniones (fol.* 116—170*)*[57]*, foliorum quinternio numeratur (*171—179*), cuius ultimum folium cum capitularium fine item hodie dissectum est. Sexternio ille quaternionibus iam insertus indicare videtur, in ipso primi codicis fuisse finem.*

Codicis utriusque maximam partem uni tantum scriptori esse tribuendam iam supra dixi: sed genuinus hic legum et capitum textus tribus aliis manibus additamentis instructus vel mutatus est. Secunda enim manus, prima illa non multo recentior, textum universum saepe correxit, iis quae ante scripta erant radendo deletis et aliis verbis in locis rasis superscriptis; praeterea etiam eadem manus interdum sub singulorum capitum fine verba nonnulla adiunxit. Quae correcturae et additamenta semper fere consentiunt cum lectionibus quas codicis Estensis infra descripti pars prior (codex a me numero 1 *signatur) praebet. Iste secundus scriptor etiam numeros perpetuos capitibus ita praefixit, ut singulorum regum capita singulis numerorum seriebus distinguantur. Sed inde a Karoli M. c.* 123 *numeri desunt, et initio tantum Hludowici Pii capitum inveniuntur. Tertia manus, quae saeculi duodecimi esse videtur, loca quae primus scriptor vacua reliquerat, explevit et sub fine codicis secundi capitula etiam post primi scriptoris aetatem edita supplevit. Pauca denique quarta quadam manu suppleta sunt; haec ipsa manus Rotharis capitibus etiam adnotavit, in quali Lombardae libri titulo singulae leges inveniuntur, vel ipsius notae loco verba scripsit:* In lombarda non reperitur *vel* In lombarda non legitur. *Ab istis autem quattuor manibus eae diversae sunt, quae glossas plurimas in margine vel inter lineas addiderunt. Hae enim glossae nequaquam uni auctori tribui possunt, sed a diversis iureconsultis vel scholaribus, qui huius codicis usum fecerunt, saeculis undecimo et duodecimo scriptae sunt; qua glossarum origine evenit, quod saepius eadem glossa bis iisdem fere verbis repetita invenitur. Codicis autem Londiniensis pars prima et secunda, quas in editione mea numerus* 4 *spectat, leges et capitula hoc ordine praebent:*

Primi folii pagina prior a primo scriptore vacua relicta erat, hodie autem in ea Rotharis prologus cum versu hexametro: Rothar iura dedit quae lector prima videbit *tertia manu scriptus invenitur. In aversa primi folii pagina primus scriptor initium scribendi fecit in exordio Rotharis edicti: inde ab ipsa pagina scripta sunt Roth. c.* 1—22. 24. 23. 25—32. 34. 35. 33. 36—176 *(c.* 177 *prima manu omissum secunda manu in margine suppletum est). c.* 178—251. 252 *initio (nam finis, qui et in cod. Ambr. prima manu omissus est, omnino abest).* 253—359. 361. 360 *(cuius capitis finis secunda demum manu suppletus est).* 362—389. Incipit prologus libri secundi. *(fol.* 51*) Grimowaldi prologus, cui tertia manus versum hexametrum* Attulit hic magnus legis bona rex[58] Grimoaldus *praefixit. Grim. c.* 1—9. Explic. kap. Grimualdi. Incipit praefatio Liutprand. *(fol.* 53'*) Versus hexameter tertia manu (cfr. editionem meam). Liutprandi prologus de anno primo Liutp. c.* 1—6. Item de anno quinto indicione quarta. *c.* 7—18. Item de anno nono, *corr.* decimo. *c.* 19—28. *cum epilogo.* Item de anno undecimo. *c.* 29—52. Incipit de anno duodecimo. *c.* 53—62. 64—82. 63. 83—141. De anno vigesimo tertio. 142—152. Expli. kap. domni liutprandi regis. Incipit prologus domni rachis regis. *(fol.* 106'*) Ratch. prol. c.* 1—8 *(c.* 7 *in in codice bipertitum est).* Expl. Ratchis. Incipit praefatio Aistulf. *(fol.* 111'*) Aist. prol. c.* 1—10; *c.* 11—13 *desunt, cum folium partis primae ultimum, ut supra dixi, abscisum sit.*

Inde a folio 116 *altera huius codicis pars initium sumit: ipsius pagina prima, a primo scriptore vacua relicta, tertia manu expleta est. In hac enim pagina pictura aspicitur, quae Karolum Magnum repraesentat in solio residentem, coronatum et sacram lanceam manu tenentem: a Karoli parte dextra vir clypeo et hasta, a sinistra parte vir gladio armatus intellegitur. Cui imagini subiectus est prologus capitum Karoli Magni versusque hexameter:* Quae gens multa petit Karolus sua iussa peregit. *In folii* 116 *pagina aversa primus scriptor Karoli caput primum posuit quod numero caret, deinde Karoli Magni c.* 2—10, *numeris I—IX signata; cap. extrav.* 1 *(infra p.* 586*) = cap. X; Karol. M. c.* 11-15 *= XI—XV; Karol. M.* 72 *= XVI; c.* 17. 18 *= XVII. XVIII; c.* 19 *= XVIIII. XX; c.* 44 *= XXI.* Kapitula quae domnus imperator aquis palatio constituit. *c.* 45 *= XXII. XXIII;* 46-48 *= XXIV—XXVI; c.* 49—53 *= XXVII—XXXI; c.* 20—23 *quae in codice numeris carent; c.*24—36*=XXIII—XXXV; c.* 37 *a primo scriptore in duas partes divisum a secundo autem scriptore pro uno XXXVI numeratum est; c.* 39—43 *= XXXVII—XLI; c.* 54—122 *= LIII-CXXII. (Capitula quae sequuntur numeris carent.) Post legem* 122 *primus scriptor c.* 123 *scripserat, hoc*

57) Haec quinquaginta quinque tantum folia sunt, nam quinquagesimum sextum hodie deest, cum post folium 149 unum abscisum sit. 58) In editione mea typographi errore *res* legitur, quod corrigas.

vero secundus scriptor radendo delevit et in loco raso caput quod in mea editione Hlotharii septuagesimum est posuit. Deinde Karol. M. c. 124—135. 137. 136. 138—143. *Cap. extrav.* 36. 16. *Hoc ultimum caput in aversa pagina folii* 136 *invenitur, reliquam huius paginae partem primus scriptor vacuam reliquit, eo animo, ut videtur, ut Pippini regis imagini locus esset. Tertia autem manus in hoc loco vacuo cap. extrav.* 14 *et in infima paginae parte versum hexametrum cum Pippini prologo infra a me edito posuit et quarta denique manus Pippini prologo cap. extrav.* 7 *praefixit. Quibus tamen omnibus lacuna a primo scriptore relicta non expletur. Inde a folii* 137 *initio primus scriptor Pippini capita manu exaravit: c.* 1—44. *Cap. extrav.* 27, *quod a scriptore primo in pagina aversa folii* 143 *positum est, reliqua huius paginae parte et ab illo et a posterioribus scriptoribus vacua relicta. In folio* 144 *Hludowici Pii capita primus scriptor incipit, versu hexametro a tertio scriptore capiti praefixo. Hludow. P. c.* 1—20. 22. 23. *In medio capite* 23 *exit folium* 149; *folium proxime id sequens hodie abscisum est, ut iam desint finis capitis* 23, *c.* 24—29 *et prior capitis tricesimi pars. Folii* 150 *initio capitis* 30 *finis invenitur, quem subsequuntur c.* 31—57. *Hoc c.* 57 *ultimum est Hludowici capitum a primo scriptore receptorum et folio* 154 *initio inscriptum est; maior autem ipsius paginae pars primo vacua relicta fuit; tertia autem manus hoc loco addidit capp. extrav.* 23. 24 *et quarta manus cap. extr.* 25. *Inde ab aversa folii* 154 *pagina primus scriptor Hlotharii capita descripsit, quibus tertia manus versum hexametrum anteposuit. Hloth. c.* 1—32. 34. 33. Item kapitula que domnus lotharius imperator ad limina beati Petri apostoli secus urbem romam tempore domni Eugenii papae instituit. kap̄. 1. *Hloth. c.* 35—61. *c.* 62 *secunda demum manu additum est. Loco capitis* 63 *invenitur nota:* De placitis quidem quae liberi homines. Require retro, *qua nota lector ad caput Hludow. P.* 39, *quod eiusdem argumenti est, remittitur. Hloth. c.* 64—69. *Primus scriptor post haec c.* 70 *receperat; secundus autem scriptor hoc totum caput exceptis tantum verbis ab initio positis* De feminis *radendo delevit et in loco raso Karoli Magni c.* 123 *cuius initium idem est scripsit, quod, cum brevius sit Hlotharii capitulo, locum rasum non prorsus explet. Hloth. c.* 71. 73—84. 105. 85—96. 98. 100. 101. *Cap. extrav.* 29. *Hloth. c.* 107. *cap. extrav.* 30. 35. *Hloth. c.* 102. *Hlotharii capitibus in folio* 171 *tali modo finitis, ipsius folii altera pagina maiori parte vacua, sub fine vero initio Widonis capitum expleta est, quibus tertius scriptor versum hexametrum praefixit. Widonis c.* 1—9, *quae in folio* 174 *exeunt; sub fine paginae dimidia pars primo vacua relicta a tertio scriptore partim Hlotharii capite* 72 *expleta est. Otto I. prol. c.* 1—3. 5. 4. 6—11. — *fol.* 176: *Versus hexameter tertia manu scriptus, Ottonis tertii caput unicum primi scriptoris manu exaratum.* Expl. liber Ottonis. Incipit liber Enrici imperatoris. *Tertia paginae pars vacua; versum hexametrum tertius scriptor in ipsa posuit. Heinr. I. prol. c.* 1—3. DEO GRATIAS. *In iis verbis quae aversa pagina folii* 177 *leguntur primus scriptor scribendi finem fecit: tertius scriptor addidit Conradi caput unicum et Heinrici secundi imperatoris capita cum hexametris versibus. In medio Heinrici secundi capite quinto codex omnino exit (fol.* 179*), nam ultimum folium hodie abscisum est.*

b) Tertia codicis Londiniensis pars folia 180—192 *continet, sexternionem scilicet foliorum et folium (*192*) singulare. Ab anterioribus partibus multis rationibus differt. Folia enim digiti latitudine minora sunt, quam anteriora, si eorum longitudinem spectas: cuique paginae* 52 *vel* 51 *lineae insunt, litterae admodum minutae sunt, ut difficiles lectu sint, et manum saeculi duodecimi produnt, nulli in anterioribus partibus inventae similem. Codicis ista tertia pars, quam in editione mea numero* 10 *indicavi, haec praebet:*

Fol. 180 *primo vacuum fuit; ea quae ipsi insunt litteris minimis sed ab alia manu scripta sunt, quam quae reliquam codicis* 10 *partem confecit. Prima pagina formulas offert quas infra p.* 604. 605 *in additionibus quinta et sexta edidi; in pagina aversa edicti capita secundum materiam, de qua in iis agitur, composita sunt. Qui breves conspectus a iureconsulto quodam Italico confecti in codicibus etiam Florentino et Vindobonensi occurrunt; ipsos hoc loco proponere iuvabit, ita tamen ut singula capita, quae in illis codicibus verbis ab initio positis indicantur hoc loco numeris tantum significem, quos ipsa capita in editione mea prae se ferunt:*

Publica placita

Roth. 1. 3—8. 10. 11. 14. 15. 18. 19. 35—40. De veneficis. *Roth.* 139—142. 163. 166. 165. 186. 187. 189. 190. 192. 195. 198. 202. 203. 211—213. 241—243. *Liutp.* 17. 20. 34. 47. 59. 62. 83. 120. 121. 129. 133. 137. 138. *Ratch.* 5. 6.

Maleficia iuris privati

Actio furti clam de re furtiva. absque vi est.
Aliud est furtum rei subiectae dominio
- *Aliud manifestum est.* — *Roth.* 16. 253. 254. 257. 258. 281. 283. 286. 288. 290. 293. 347. 297. 299. 316. 329. 341. 358. *Liutp.* 58. 134.
- *Aliud nec manifestum est.* — *Roth.* 255. 259—262. 229. 282. 284. 287. 289. 335. 336. 291. 294. 296. 298. 313. 318. 343. 351. *Grim.* 9. *Liutp.* 48. 110.

Actio vi bonorum raptorum quae de scacho dicitur et tulti malo ordine dicitur. semper cum vi est.
Aliud rapina privatae rei subiectae dominio
- *Roth.* 31. *Roth.* 205—210. 246. 280. *Liutp.* 36. 38—40. 134.

Actio dampni.
Aliud dampnum rei subiectae dominio
- *Roth.* 14. 19. 76—138. 141. 146—150. 145. 236. 237. 265. 274. 276. 300—305. 309. 310. 314—317. 322—330. 332. 333. 337. 338. 344—346. 349. 355—357. 369. 380. *Liutp.* 44. 45. 59. 71. 123. 125. 140. 145. 150.

Actiones iniuriarum [...] *tivocae sunt. haec om*[...] *fiunt in personam*
Aliud iniuria
- *Roth.* 13. 20—24. 26—28. 30. [...] —44. 46—75. 151. 193. 194. [...] 238—241. 248. 273. 277. 346. [...] 381—385. *Grim.* 6—8. *Liutp.* [...] 110. 122. 124. 145. 147. [...]

Quasi malefitium

Roth. 32. 33. 75. 138. 214. 265. 269—272. 274. 307. 319—321. 327. 379. 388. *Liutp.* 20. 21. 48—51. 80. 85. 90. 97. 128. 131. 135. 136. 140. *Ratch.* 3. 7. *Aist.* 12.

Contractus

Consensu.	*Re.*	*Verbis.*	*Litteris.*	*Permutatio.*
Roth. 227. 230 —232. *Liutp.* 22. *Ratch.* 4. *Aist.* 7.	*Roth.* 223. 174. *Liutp.* 16. 109. 130.	*Roth.* 173. 361. 362. *Liutp.* 15. 35—39. 116. *Ratch.* 1.	*Liutp.* 66. 106.	*Liutp.* 115.

Quasi contractus.

Roth. 167. *Liutp.* 14. 95.

Nudum pactum.

Liutp. 8.

Actio in rem corpoream.

Roth. 153. 227. 230—232. *Grim.* 1. 2. *Liutp.* 113. *Aist.* 9. 13.

Actio in rem incorpoream.

Roth. 165.

Actio nudae possessionis.

Roth. 228.

Omnis appellatio fit

aut in personam	*aut in rem*
ut de viae antestitura et ceterae plures quae appellationes fiunt bene scilicet per usum. Set aliter debet esse secundum valentes.	*corpoream vel incorpoream vel nudae possessionis quae actiones omnimodo fiunt male a stultis iudicibus; debent enim fieri ut indiget Romana lex* [59].

Inde a folio 181 *placitorum et appellationum formae, in editione mea singulis capitibus subiectae, secundum legum ordinem scriptae sunt: formae cuique prima ipsius legis, ad quam forma pertinet, verba praefixa sunt. Rotharis c.* 228 *inter placitorum formas suo loco recepta est, eo autem tenore, quo caput istud in codicibus Parisiensi et Vindobonensi conceptum est. In aversa pagina folii* 184*:* Explicit Rotharis actiones. Incipiunt Grimoald *ac deinde:* Incipiunt Liuprandi actiones. *Placiti formae ad Liutprandi legem* 62 *alia placiti forma glossata addita est (fol.* 185'*), quae in aliis codicibus non exstat: dedi ipsam in additione quarta infra p.* 602—604. — *Fol.* 188'*:* Finitis aedicti appellationibus scriptor laetatur. *Post ea verba hoc monitum invenitur, quocum conferas glossam sub fine Rotharis c.* 9 *infra editam:* .....Quosdam Hoc sapias primum, quod in omnibus appellationibus quae sunt in aedicto debet interrogari appellator, si potest probare. Si non potuerit probare, det wadiam qui appellatus est, si se recordatus fuerit, quod emendet. Sin autem, exdicat se *(alia manus addidit:* secundum quosdam).

Actor init lites hoc dogmate rite, quirites,
Sitque satis tutus reus haec praecepta secutus.

Deinde subscriptionum iudicis et notarii formulae complures a librario receptae sunt, quae illis persimiles sunt, quas infra p. 592 *in additionis secundae* §. 21 *ex alio codice edidi. Quarum formularum pars alia manu in loco a primo scriptore vacuo relicto addita est: eademque manu placiti etiam forma ad Karoli Magni c.* 22 *pertinens et a primo scriptore omissa hoc loco suppleta est. Post haec demum supplementa placitorum formae ad capitularia fictae secundum ordinem scriptae sunt; placitorum formulis ad Ottonis primi capita conceptis capita extravagantia* 39. 40 *(infra p.* 589*) insertae sunt. In aversa folii* 191 *pagina formularum finis est; folii ultimi* 192 *pagina prior cognationum stemma, tertii libri Institutionum titulo sexto congruum, propositum est, cui hexametri versus leonini adscripti sunt:*

Sanguinis has metas docuit quas nube repletas
Grecus conventus, sapiat Romana iuventus.
Hinc sic doctus ego nullius dicta timebo.

Aversa folii ultimi pagina vacua est.

§. 14. *Codex Florentinus membr. in bibliotheca Laurentiana servatus et in ipsius catalogo* Pluteus LXXXVIIII superior n. 86 *signatus, saeculo undecimo exeunte scriptus. Codicem, de quo egit Bluhme in Archivo V,* 277—282, *in usum nostrum evolverunt Bluhme et Merkel, in editione mea numero* 5 *indicavi. Codex duabus haud dubie partibus componitur, ab initio non cohaerentibus sed ab eo demum qui supplementa in parte secunda addidit, ut videtur, coniunctis. Quae duae partes an ab eodem scriptore confectae sint, apud Bluhmium et Merkelium non liquet. Scriptori, qui primam partem scripsit, nomen* Widolinus *vel* Wedele *fuit, ut versus hexametri Rotharis prologo inserti et subscriptio Aistulfi legum nos docent.*

a) Prior pars (fol. 1—88*) undecim quaternionibus componitur, numeris I—XI signatis, et edictum praesertim continet. Cui parti quae insunt hoc ordine inveniuntur. Folio primo a posteriore scriptore hymnorum fragmenta inscripta sunt. In folio secundo Rotharis prologus legitur, cui medio hexametri versus sex inserti sunt. Inscriptionem* In Christi nomine incipit aedictum *rell. tum sequuntur Roth. c.* 1—176. 178—180. 182. 181. 183—355. 357. 356. 358—386. 389. Explicit edictum quod domnus Rothar rex fieri iussit. Incipit quod domnus Grimoaldus rex adiungere precepit. *(fol.* 40*) Grim. prol. Roth.* 388. *Grim.* 1—9. *(fol.* 42*) Liutp.* 1—15. 17—62. 64—77. 80. 81. 85—90. 92—98. 100—131. 133—152. *(fol.* 76*) Ratchis c.* 1. 3—8. *(fol.* 78*) Aistulf. c.* 1—13. Explicit edictum domni Astulfi regis. Deo gratias amen. WEDELE.

Haec subscriptio quae in imo folio 83 *invenitur hoc loco codicis finem fuisse probat; folia quinque ultima quae sequuntur (fol.* 83'—88*) alia manu expleta sunt, tali scilicet ratione: fol.* 83' *et* 84 *edicti capitum conspectus continent, quos supra e codicis Londiniensis parte tertia iam edidi. Fol.* 84'—88'*, in quo pars prima codicis exit, placiti formas ad has Rotharis leges, quarum verba ab initio posita cuique formae praefixa sunt, praebet: Roth. c.* 143. 153 *(cum tractatu de successionum ordine infra p.* 318. 319 *edito)* 182. 197. 227. 228. 231.

b) Altera codicis pars (fol. 89—138*) sex foliorum quaterniones litteris* a—f *signatos continet,*

59) Cfr. plac. form. sub fine ad Roth. 232.

quibus duo folia ab alio scriptore sub fine addita sunt. Haec vero duo folia hodie non finem codicis efficiunt, sed a bibliopega tali ratione in codicem inserta sunt, ut ultimum quaternionem (fol. 130—137*) amplectantur; quare folia suppleta ea sunt quae hodie numeris* 129 *et* 138 *numerantur, et folium* 129 *falso loco receptum rectum capitum ordinem omnino turbat. Est autem capitum ordo hic:*

Fol. 89*: Karol. M. prol. c.* 1—75. 77. 76. 78—99. *Cap. extrav.* 4.[60] *Karol. M.* 100—107. *Cap. extrav.* 5. *Karol. M.* 108—143. *Cap. extrav.* 36. 15. *Pippin. c.* 44. *Cap. extrav.* 16—19. Expliciunt capitula Karoli regis. Incipiunt capitula Pipini filii eius *(fol.* 104*). Pippin. prol. c.* 1—16. 21. 17—20. 22—43. Expliciunt capitula Pipini Karoli filii. Incipiunt capitula Loduici imperatoris. *(fol.* 110*) Hludow. P.* 1—5. Si quis ex levi causa aut sine causa hominem. Require inantea infra Lotharii capitula in tali signo Γ, *quibus verbis lector remittitur ad Hloth. c.* 58, *quo Hludow. P. c.* 6 *repetitur. Hlud. P.* 7—20. 22—38. De placitis quidem quae liberi homines. Require inantea infra Lotharii capitula in tali signo ϒ, *quibus verbis lector ad Hloth. c.* 63 *remittitur. Hludow. P.* 40—54. Expliciunt capitula domni Loduyci regis. Incipiunt capitula domni Lotharii. *(fol.* 118*) Hludow. P.* 55. *Cap. extrav.* 12. *Hludow. P.* 56. *Hloth.* 1-61. 63—71. 74—96. 98. *Cap. extrav.* 29. *Hloth.* 100. 102. 73. 72. 104. 101. Expliciunt capitula Lotharii regis. Incipiunt capitula domni Widonis. *(fol.* 133*) Wido c.* 1—9. Expliciunt capitula domni Widonis. Incipiunt capitula domni Ottonis. *(fol.* 135*) Otto I. prol.* 1—4. 6. 5. 7—11. Expliciunt capitula domni Ottonis. Incipiunt capitula Ottonis tertii imperatoris. *(fol.* 136*) Otto III. c. unicum.* Expliciunt capitula domni tertii Ottonis. Incipiunt capitula domni Henrici imperatoris. *Heinr. I. prol. c.* 1—3. Expliciunt capitula domni Henrici imperatoris seu ceterorum. *In hac subscriptione, quae in imo folio* 137' *invenitur, codicis finem fuisse verba* seu ceterorum *probant. Alia autem manus et eadem, ut videtur, quae in codicis prima parte legum conspectus et placiti formas supplevit, in extrema ipsius folii linea addidit verba:* Incipiunt capitula Ottonis tertii imperatoris *ac deinde folio suppleto* 138 *capitulare inscripsit in Legum tomo II. p.* 34 *editum*[61]. *Ipsius capitularis finem sequuntur verba* Explicit Ottonis kapitula. In nomine sancte et individue trinitatis Cunradi gratia Dei, *et sic Conradi constitutio, quae iam usque ad ipsius verba* cum suo seniore et paribus *ultima in codicis folio* 138' *scripta est. Ipsius constitutionis reliqua pars et caetera, quae secundus scriptor fortasse addidit, hodie desunt. — Restat autem referre de iis quae in folio* 129 *cohaerenti cum folio* 138, *ut supra dixi, suppleta sunt: ibi enim inveniuntur Hloth. c.* 105. *c. extrav.* 3. 7. 14. *Pip.* 45. *c. extrav.* 24. 27. 23. 28. 38. *Haec autem duo ultima capita partim folio* 130 *inscripta videntur, si recte Merkelii schedas intellego.*

Codicis utrique parti multae glossae insunt, in margine et inter lineas scriptae: maxima earum pars ab eadem manu addita videtur quae placitorum formas et capitula in utraque parte sub fine supplevit. Eadem manus versus etiam hexametros plurimos singulorum regum legibus praefixisse videtur.

§. 15. *Codex Patavinus, in seminario, quod dicitur, episcopali servatus et numero* 528 *signatus, olim in monasterio S. Benedicti Padolironensi n.* 397*; mbr. saec. XI. exeunte scriptus. Codicem Wilihelmus Giesebrecht primus ab oblivione vindicavit, Iohannes Merkel evolvit, in editione mea numero* 6 *indicavi. Continet codex folium singulare* (1)*, octo foliorum quaterniones signis carentes (fol.* 2—81*) et dimidiam quaternionis partem, cuius ultimum folium hodie abscisum est (fol.* 82—84*). Omnia quae codici insunt ab eadem manu Merkelio scripta videntur, excepto quod glossarum pars in margine scriptarum saeculi decimi quarti scriptorem indicat. Cuique paginae tricenis octonis lineis leges inscriptae sunt. Ecce eorum quae codici insunt ordinem: fol.* 1 *et fol.* 1' *cartularii initium infra in additione tertia (p.* 595 *sqq.) a me editi continent, inde a prima placiti forma usque ad septimae verba sub fine posita:* dicis tu abbas ita? — Dico. — Et tu *in quibus folium primum exit*[62]. — *Fol.* 2*:* Lex a Longobardorum ac Francorum regibus edita. *Roth. prol., post quem undecim lineae vacuae relictae sunt. Roth. c.* 1—56. 58. 57. 59—87. 89—110. 112—122. 124—176. 178—281. 283. 282. 284. 287. 285. 288. 286. 289—294. 296. 295. 298. 297. 299—355. 357. 356. 358—389. *(fol.* 25*) Grim. prol. c.* 1—9. *Liutp.* 1—15. 17—62. 64—74. 76—78. 80. 81. 85—90. 92. 93. 95—98. 101—131. 133—152. *Ratch.* 1. 3. 4—8. *Aist.* 1—9. 11—13. *(fol.* 51*) Karol. M. prol. c.* 1—95. 97. 96. 98—143. *(fol.* 60*) Pip. prol. c.* 1—45. *(fol.* 62*) Hludow. P.* 1—20. 22—56. *Cap. extrav.* 23. 24. *(fol.* 68*) Hloth. c.* 1-103. *Cap. extrav.* 4. *Hloth.* 104-107. *Wido c.* 1—6. *Hloth. c.* 72. *Wido c.* 7—9. *Otto I. prol. c.* 1—11. *Otto III. c. unic. Heinr. I. prol. c.* 1—3. *Conradi c. unic. Heinr. II. c.* 1—6. *Ita finiuntur quae codici insunt in folio* 84.

Numeri et rubricae capitum in codice desunt: diversorum autem regum leges plerumque distinguuntur pluribus lineis vacuis relictis, quibus inscriptiones ponere scriptori fortasse in animo erat. Glossae haud multae in margine adscriptae sunt: placitorum formae et hexametri versus omnino desunt, nisi quod in folio primo formulae quaedam, ut supra dixi, inveniuntur.

§. 16. *Codex Parisiacus, in bibliotheca imperiali servatus, nunc numero* 9656, *antea* Suppl. Lat. 1109 *signatus. Codex olim monasterii S. Eufemiae Veronensis fuit* (P. I. 37 *signatus), postea ad comitem Veronensem Paolino de' Gianfilippi pervenit, cuius post mortem a bibliopola Mediolanensi emptus et Parisiacae bibliothecae venditus est. Codicis usum fecerunt primi Lucius Dolleonius canonicus Bellunensis et Philippus Trivisiani: eaque, quae ipsi in hoc codice cum Muratoriana legum Langobardorum editione collato nova atque inedita invenerant, edidit Paulus Canciani in barbarorum legum collectione, tom. II. p.* 461 *sqq., tom. V. p.* 3 *sqq.* 54 *sqq. Deinde F. Bluhme codicem cum editis contulit et in Archivo V. p.* 282—290 *descripsit, postremus autem ipse Lutetia Parisiorum Berolinum transmissum evolvi. In editione mea codicem numero* 7 *notavi. Sicuti alii codices de quibus ante egi ita hic quoque Parisiacus pluribus partibus constat non ab initio in unum codicem coniunctis. Prima pars (fol.* 1—68*)*

60) Archiv V, 280 non recte dicitur hoc caput capiti nostro centesimo postpositum esse.
61) Cfr. de ipso l. m. p. 176.
62) Finem huius septimae formae a codice 6 abesse, infra in editione adnotare supersedi.

edictum, secunda (fol. 69—108*) capitularium collectionem Italicam, tertia (folia* 109—115*) prologi partem posteriorem legibus Baiwariorum vulgo praefixi (cfr. Leges III. p.* 259. 194*) et legis Salicae titulos I—XLII. §.* 13 *(secundum textum quintum apud Pardessus datum) exhibet. Quas diversas partes ut distinguam, eo adducor, quod prima pars folio singulari finitur foliorum quaternionibus subnexo*[63]*, praeterea eo, quod secunda pars a scriptore in complures libros inde a numero primo numeratos divisa est, denique eo, quod in tertia parte cuique paginae lineae quadraginta duae insunt, cum contra in prima et secunda parte singulae paginae lineas tantum quadragenas offerant. Secundum Bluhmii iudicium duo librarii codicis textum, diversas legum partes in vices scribendo, paraverunt: equidem codicem etiam plus quam duorum scriptorum manibus exaratum crediderim. Quae diversae manus eiusdem saeculi, ac quidem undecimi exeuntis, et Bluhmio et mihi visae sunt. Ii autem qui primi codicem confecerant interdum loca vacua reliquerant: quas lacunas duo saeculi duodecimi scriptores expleverunt, primus anno* 1137*, secundus post ipsum annum. Leges tali ordine in codicem receptae sunt:*

Fol. 1. *Roth. prol.* 1. 3[64]—6. 9. 2. 7. 8. 10—23. 25. 24. 26—143. 146—152. 144. 145. 153—176. 178. 177. 179—210. 212. 211. 213—232. 233 *bipertitum est.* 234—362. *c.* 363 *et* 364 *uno tenore coniuncta sunt. c.* 365—389. — *Fol.* 35*:* Deo gratias semper. exemplar edicti *(quae verba corrupta fortasse sunt et pro* explicit edictum *in aliis codicibus Rotharis edicto subscriptis posita). Grim. prol. c.* 1*; quod caput exit in linea* 34 *primae paginae folii* 35*; huius paginae finis et eiusdem folii aversa pagina vacua relicta erant. Post ipsam lacunam, quae primo fuerat, Grimowaldi c.* 2 *initio folii* 36*, quod novi quaternionis primum est, invenitur, qua re collegi potest, hanc secundam codicis partem seu ante primam quaterniones* 1—4 *continentem fuisse scriptam, seu eodem tempore, quo prima ab alio scriptore confecta fuerit. Lacuna autem, ut antea indicavi, a posterioribus scriptoribus expleta est. In ima enim folii* 35 *parte inveniuntur verba:* quando fuit capto castelum quod dicitur iovennoldo erat anni domini mill. centeximo tregeximo septimo in kal. setembris. *Eadem manus, qua ista verba scripta sunt, in aversa pagina folii* 35 *primo Rotharis c.* 177 *posuit, hoc tamen loco quodammodo diversum a textu quem saeculi undecimi scriptor in codice tradiderat, et postea orationes nonnullas dominicas, quas scriptores ecclesiastici dicunt. Secunda denique recentior manus sub fine paginae diploma iuris privati Conradi tertii Germaniae regis aetate conditum descripsit. — Iam quidem leges quae codici insunt ita continuantur: fol.* 36. *Grim.* 2—9. *Liutp. prol. de anno primo. Liutp. c.* 1—28. 30. 29. 31—152. *Ratch. prol.* 1—8. *Aist. prol. c.* 1—13. *Aistulfi leges et simul edictum in fol.* 68 *finiuntur, cuius aversa pagina primo vacua relicta a secundo autem saeculi duodecimi scriptore commutationis forma expleta est*[65].

In folio 69 *initium est secundae codicis partis capitularium collectionem continentis.* Incipit kapitulare domini Karoli regis. *Karol. M. prol. c.* 1—33. *cap. extrav.* 2. *Karol. M. c.* 34—36. *c.* 37 *et* 38 *uno tenore coniuncta. c.* 39—41. *c.* 42 *bipertitum. c.* 44—48. 43. *c.* 49 *et* 50 *uno capite comprehensa. c.* 51—64. *Pippin. c.* 44. *Karol. M. c.* 65—69. 71—78. *Cap. extrav.* 3. *Karol. M.* 79—107. *Cap. extrav.* 5. *Karol. M.* 108—122. *Hloth. c.* 70. *Karol. M. c.* 124. 125. *Cap. extrav.* 6. *Karol. M. c.* 128. 126. 127. *c.* 129 *et* 130 *uno tenore coniuncta. c.* 131—133. *c.* 134 *et prima capitis* 135 *pars in uno comprehensa. Cap. extrav.* 7. — *Karol. M. capitis* 135 *altera pars. Karol. M.* 137. 136. *Cap. extrav.* 8. 9. *Karol. M.* 139. 138. 146. 142. *Cap. extrav.* 10—14. *Pippin.* 45. *Karol. M. c.* 141. Primus liber explicit incipit secundus. *Pippin. prol. c.* 1—43. *Karol. M.* 143. Explicit liber secundus. tercius incipit. *Hlud. P.* 1—3. 57. 4—5. 7. 6. 8—18. *c.* 19 *et* 20 *uno tenore coniuncta. c.* 21—30. *capitis* 31 *initium. Hlotharii c.* 43. *Hlud. P.* 32—50. 52. 51. 53—56. *Cap. extrav.* 23—25. Explicit liber tercius. incipit quartus. *Hloth. c.* 1—8. 10. 9. 11—24. *Cap. extrav.* 27. *Hloth.* 25—27. *c.* 28 *et* 29 *uno tenore coniuncta. c.* 30—42. *Hlud. P.* 31, *omisso autem eius initio. Hloth. c.* 44—48. *c.* 49—51 *in uno capite comprehensa. c.* 52. 53. 55. 54. 56—60. *c.* 61 *et* 62 *uno tenore coniuncta. c.* 63—69. *Karol. Magn.* 123. *Hloth. c.* 71. 73—96. 98. 100—102. 107. *Cap. extrav.* 31. Explicit liber quartus. incipit quintus. *Iam Hludowici secundi nomine haec octo capita recepta sunt: Hloth.* 104. 103. 105. *cap. extrav.* 35—38. *Hloth.* 99. Explicit quintus. incipit sextus. *Wido* 1—6. *Hloth.* 72. *Wido* 7—9. *Otto I. prol.* Explicit liber sextus. incipit septimus. *Otto I. c.* 1—11. *Otto III. c. unicum. Heinr. I. prol. c.* 1—3. *Conradi c. unicum. Heinr. II. c.* 1. *c.* 2 *et* 3 *in unum coniuncta; c.* 4 *et* 5 *in unum coniuncta; c.* 6. *Primus saeculi duodecimi scriptor hoc loco verba* Explicit lex Lombarda. Deo gratias. amen *posuit. Iam capitularium collectione Italica in aversa pagina folii* 104 *finita scriptor qui partes quasdam codicis confecit (e. gr. fol.* 71—99*) cartularium in additione tertia a me editum descripsit, ordine tamen genuino mutato. Inveniuntur enim primo formulae* 17—23, *deinde* 1—10. 12—16. 24. 25. *Formulae autem* 16. 24. 25 *compluribus manibus posterioribus et ab iis quae in ipso codice inveniuntur diversis scriptae sunt. — Cartulario tali modo in folio* 108 *absoluto ultima codicis, qualis hodie est, pars legis Salicae titulos quadraginta duos, ut supra notavi, praebet.*

Edicti et capitularium collectio quae in hoc codice Parisiaco recepta est pluribus rationibus differt ab iis quae in codicibus antea a me descriptis inveniuntur, ut in huius praefationis capite quinto exposui. In margine autem multae glossae, multa quoque signa, exempli gratia B. V. ₮. ꝋ. ꝗ. A., *inveniuntur, quorum alteram partem ii qui ipsum textum manu exaraverunt, alteram diversi alii saeculi undecimi et duodecimi scriptores confecisse videntur. Signis aliis multis, glossis et textui pari modo superturbatur, numeris autem in margine iam prima manu adscriptis ad reliquorum codicum exemplum recte indicatur.*

63) Folia 1—32 quatuor quaterniones efficiunt, fol. 33—35, in quibus Rotharis leges exeunt, singularia sunt, fol. 36—67 quatuor quaterniones componunt, quos fol. 68 singulare sequitur. Folia 69—108 quaterniones quinque repraesentant. Folia 109—115 quaternionis sunt, cuius ultimum tamen folium periit. 64) Tali modo sincerus capitum 2—9 ordo

65) Communicavi ipsam cum novissimo formularum editore Eugène de Rozière, in tomo formularum collectionis tertio edendam.

scriptis indicatur, quae capitum verba quaque glossa explicentur, eaque signa iis simillima sunt, quae in codicibus etiam corpus iuris Iustinianei continentibus observantur.

§. 17. *Codex Vindobonensis bibliothecae imperialis numero* 210 *inter codices iuris civilis numeratus; anno* 1453, *ut in primo ipsius folio notatur, ecclesiae Gurgensis fuit. Vir b. m. G. Pirsner et G. H. Pertz codicem primo cum editis contulerunt, accuratius ipse Vindobona Berolinum transmissum evolvi. In editione a me parata codicem numero* 8 *notavi. — Omnia quae codici insunt saeculo undecimo scripta videntur et maxima eorum pars a duobus librariis. Nam hic quoque codex duabus partibus ab initio diversis componitur: prima pars (fol.* 1—92*), quae post undecim foliorum quaterniones duobus foliis singularibus et duobus aliis cohaerentibus finitur, edictum continet, altera pars (fol.* 93—141*), quae sex quaternionibus et uno folio singulari (fol.* 133*) inter quintum et sextum quaternionem suppleto componitur, capitularium collectionem Italicam alia manu scriptam praebet. Capitularium autem collectioni cartularium in additione tertia editum subnectitur, quod cum in secunda parte absolvi non posset, in iis foliis a secundo scriptore ad finem usque perductum est, quae primus scriptor sub primae partis fine vacua reliquerat. Qua re collegi potest, utramque codicis partem iam ante secundam finitam in uno coniunctam fuisse. Codex hic Vindobonensis et codex Parisiacus antea descriptus duo eiusdem archetypi exemplaria esse videntur: nam omnibus fere rationibus, si legum capitumque ordinem ac dispositionem, si versus hexametros legibus praefixos, si placitorum formas, si glossas textui insertas, si glossas in margine adscriptas, si singulorum denique verborum lectiones et ipsos scribendi errores respicis, duo illi codices accurate consentiunt. Quamobrem ea quae codici insunt hoc loco distinctius non indicavi, sed tantum adnotavi, quibus modis hic Vindobonensis a Parisiaco codice differat. Prima folii primi pagina vacua est; ipsius aversa pagina cum priori folii secundi legum conspectus offerunt, quos supra in §.* 13 *e codice Londiniensi dedi. In aversa folii secundi pagina Rotharis legum initium est, quae eodem ordine recensitae sunt, qui in codice Parisiaco observatur: abest autem Roth. c.* 287. *Rotharis edictum in prima folii* 46. *pagina finitur verbis* Deo gratias semper. exemplar edicti, *post quae undecim ultimae lineae in hac pagina vacuae relictae sunt. In aversa folii* 46. *pagina Grimowaldi prologus invenitur, quem ipsius regis, Liutprandi, Ratchis, Aistulfi leges similiter atque in Parisiaco codice sequuntur. In aversa folii* 90 *pagina finiuntur ea quae prima manu scripta sunt in verbis* voluntarie deservivit *(Aist. c.* 13*); reliqua huius Aistulfi capitis pars cum placiti forma ad idem pertinenti a recentiore scriptore in margine ipsius paginae et paginae sequentis suppleta est. In folio* 91 *et* 92, *quae ultima sunt in prima codicis parte, cartularii pars in additione tertia editi ab eo qui secundam codicis partem manu exaravit descripta est: formae scilicet* 5—10. 12—14 *et inscriptio cum sex primis verbis formae* 15. *Reliqua huius formae pars et forma* 16 *fortasse cum folio uno absciso perierunt. In folio* 93 *secundae codicis partis ab alio scriptore confectae initium est: prima eius pagina ab initio vacua relicta litteram, quae formata dicitur, anno* 1009 *datam continet. In aversa pagina capitularium collectio incipit pariter atque in codice Parisiaco disposita. Desunt autem notae omnes quae collectionis divisionem in libros complures factam indicant; praeterea suo loco adest Karoli M. c.* 70, *quod in Parisiaco deest. In aversa folii* 139 *pagina exit capitularium collectio (in Heinrici secundi imperatoris capitulis), quam denique cartularii formae* 17—23. 1—4 *subsequuntur, ultimam codicis partem efficientes.*

Glossae quae in margine atque inter lineas in utraque codicis parte plurimae occurrunt ab eodem qui ipsum textum confecit scriptae, saepe autem aliis verbis appositae sunt quam quae ipsis glossis explicantur.

§. 18. *Codex Estensis, Mutinensis bibliothecae olim ducalis. Pellegrino Prisciani ducum Estensium historiographus aulicus circa annum* 1490 *civitatis Ferrariensis annales compluribus voluminibus conscripsit. In ipsius operis quarto volumine capite decimo septimo, cui inscripta sunt verba:* Quibus legibus et principum constitutionibus senatusque tunc consultis Ferrariensis populus sit usus *edictum quoque cum collectione capitularium Italica receptum invenitur (fol.* 60'—133*). Huius codicis a Priscianio scripti iam Muratori (Rerum Italicarum scriptores tom. I. pars. II) usum fecit, ita ut semper fere ipsius auctoritatem Estensis dicti in edendis Langobardorum legibus sequeretur; accuratius codicem cum editis contulit vir b. m. Merkel. Leges et capita tali ordine in codice digesta sunt: Rotharis prologum (fol.* 60'*) sequuntur versus hexametri quinque. Initio folii* 61 *versus hexameter* Rothar iura dedit que lector prima videbit *Rotharis legibus praefixus est. Roth. c.* 1—157. 159. 158. 159. 160—250. 360. 251—359. 361—367. 369—386. 388. 389. *Grim. prol. c.* 1—9. *Liutp. prol. de anno quinto. Liutp. c.* 1—14 *cum epilogo. Liutp. prol. de anno octavo. c.* 15-18. *Liutp. prol. de anno nono. c.* 19-28. *Liutp. prol. de anno undecimo. c.* 29—52. *Liutp. prol. de anno duodecimo. c.* 53—62. 64—152. *Ratchis prol. c.* 1—8. *Aistulf. prol. c.* 1—13. *Iam paginae tertia pars et pagina tota vacuae relictae sunt; deinde in fol.* 104 *capitularium initium fit, quae tali ordine digesta sunt, ut ubique fere cum codice Vindobonensi consentiant. Abest autem a codice Estensi Karoli M. c.* 47; *Pippini c.* 27 *bipertitum est; Hludow. Pii c.* 3 *loco capitis* 16 *et caput* 16 *loco capitis tertii scriptum est; Hludowici Pii c.* 56 *antepositum est capiti Hlud. P.* 54; *Hlotharii c.* 76 *postpositum invenitur ipsius capiti* 77. *Ottonis primi vel, ut in hoc codice legitur, secundi capita hoc ordine recepta sunt:* 1. 3. 2. 4—8. *cap. extrav.* 39. *Ottonis c.* 9. 10. *cap. extrav.* 40. *Ottonis c.* 11. — *Exit capitularium collectio in folio* 133 *et in Heinrici secundi capite quinto, nam sextum abest a codice. Brevi prooemio a Priscianio praemisso lex Salica Langobardorum leges sequitur quae usque ad ultimum codicis folium* 146 *scripta est.*

Codex quidem quem Pellegrino Prisciani sua manu confecit ad nostram usque aetatem servatus est, ille autem quem Ferrariensium annalium auctor in describendis Langobardorum legibus pro arche-

typo habuit aut periit aut alicubi in abscondito iacet. Pauca tantum de ipso retulit Prisciani in praefatione ad leges Langobardorum tali modo scripta: Longobardorum deinde regum iugo Ferraria collum subdens novas eorum leges et nova edicta ut Italie provincie relique omnes magistras habuit. imo quelibet natio legibus suis iudicabatur, ut Longobardus Longobarda, Salichus Salicha, Romanus Romana, Francus suis propriis, ut sequenti capitulo demonstrabimus. Habuimus itaque et Longobardorum leges, post Salicham id est (!) Gothicam et varias. Nam novus quisque gentis illius rex novas aliquas semper leges constituebat. Et has omnes licet summo studio et diligentia longaque perquisitione tandem reperimus, originalemque librum barbaro etiam more repaginatum habuimus, venerationem quandam pre se ferentem. Et quoniam rari et raris apparent codices ipsi et a multis ignorantur Longobarde leges ille, quarum etiam meminerunt nonnulli iurisconsulti, ut omnibus innotescant, et quo varii fructus ab hoc pomerio nostro haberi possint, nobis labori haud fuit leges eas omnes hic transcribere. *Iam post brevem Langobardorum historiae usque ad Rotharis regem narrationem edictum et capitularia, ut supra notavi, descripta sunt.*

Non dubito, quin Pellegrino Prisciani in describendis Langobardorum legibus codicem quem pro archetypo habuit saeculo fortasse undecimo scriptum accurate secutus sit, nihil addiderit, nihil omiserit. Nam omnia quae codici Estensi insunt iis omnino confirmantur quae in aliis codicibus multo antiquioribus traduntur, ut ipsae singulorum verborum lectiones in codice Estensi servatae ab aliis codicibus ubique fere defendantur. Attamen hunc codicem Estensem minime tanti aestimandum esse duco, quanti Iohannes Merkel ipsum habuit[66]*, neque id rectum esse existimo, quod Merkel hunc codicem peculiare quoddam opus et absolutissimam legum Langobardicarum collectionem continere credidit*[67]. *Immo persuasum habeo, librarium qui codicem pro archetypo codicis Estensis habendum scripserit duos codices quoad originem omnino diversos adhibuisse et ipsis codicem a se scriptum et in Estensi libro traditum composuisse. Inde enim ab initio edicti usque ad Liutprandi legem* 101 *librarius ille codicem secutus est, qui inter antiquissimos codices edictum continentes adnumerari potest et proxime accedit ad codicem Vaticanum in Bluhmii editione adhibitum et ab ipso editore numero* 5 *notatum. Inde autem a Liutprandi lege* 102 *usque ad capitularium finem idem librarius alium codicem prae se habuit et descripsit, qui codicum Parisiacae et Vindobonensis simillimus fuit. Hunc vero secundum codicem librarius aliquoties in prima etiam parte secutus est, versibus praesertim hexametris ex ipso codice secundo receptis et initio edicti positis, fortasse etiam Rotharis capite* 360, *quod ab antiquioribus codicibus abest et in recentioribus tantum invenitur, inserto. Contra autem secundae partis initio, fere usque ad Liutp. c.* 114, *interdum antiquiorem codicem secutus est et ea omisit quae recentioribus codicibus propria habenda sunt. Qua de codicis Estensis origine vix quisquam dubitabit, qui ipsum in universo tantum respexerit et cum aliis comparaverit: adsunt enim similiter atque in Vindobonensi et Parisiaco codicibus in hac secunda parte versus hexametri, placitorum formae, glossae textui insertae, quae omnia in prima parte similiter atque in antiquioribus codicibus desiderantur. Adsunt contra in prima parte singulorum Liutprandi voluminum prologi et epilogi fere omnes, qui in recentioribus codicibus et secunda codicis nostri parte omnino omissi sunt. Sed etiam lectionum varietatem accuratius respicientem codicis origo modo descripta non effugiet. Quod cum ita se habeat, diversas codicis Estensis partes diversis etiam numeris in editione mea notavi: primam scilicet partem in Liutprandi capite* 101 *exeuntem, quae melius fortasse ad Bluhmii editionem ablegenda erat, numero* 1 *indicavi, secundam contra inde a Liutprandi capite* 102 *initium capientem numero* 9 *distinxi.*

Glossae in margine et inter lineas raro tantum in codice Estensi inveniuntur.

§. 19. *Codex Neapolitanus mbr. in bibliotheca Brancatiana servatus et signis* II. B. 28 *signatus. Litteris quae Beneventanae dicuntur seu saeculo undecimo exeunte seu duodecimi initio manu exaratus est ducentaque folia continet. In folio primo inscriptionem* Incipit liber sub tituli (sub titulis? subtitulatus?) cum expositionibus singulorum capitulorum *subsequitur praefatio:* In exordio huius libri *rell., quam infra p.* 290. 291 *edidi. Ipsam verba:* Legis Langobardorum liber primus incipit de maleficiis *excipiunt, quae libro Lombarda vulgo dicto praefixa sunt. Hic enim* liber cum expositionibus singulorum capitulorum *maximam codicis partem explet. Plurimis Lombardae legibus expositiones continuo subnexae sunt, ita tamen ut semper verba quae initium legis expositae efficiunt (e. gr.:* Si quis hominum. Si quis cum rege) *et saepe etiam rubrica:* Expositio. Exp. Alia expositio. Alia. *expositioni praefixa sint. Lombardae liber tali modo expositus finitur in aversa pagina folii* 195 *verbis:* Explicit liber legis Longobardorum. *Versu qui leoninus dicitur* Contemptor legis ducitur ad atria regis[68] *intermisso, deinde cartularium infra in additione tertia p.* 595—601 *editum descriptum est. Ultimo denique folio* 200 *capita quaedam iuris canonici, regulae iuris et Aistulfi legum duarum expositiones in ipso libro omissae inscripta sunt. Cfr. de hoc codice Brancatiano Archiv IV,* 373. *V,* 297—301 *et Merkel, Die Geschichte des Langobardenrechts, pag.* 1 *sqq. Huius codicis usum fecerunt G. H. Pertz, Otfried Müller, Iohannes Merkel, Keil Erlangensis, Ludovicus Bethmann. Qui cum omnes obiter tantum codicem inspexissent vel nonnullas tantum expositionum partes, prout libido facultasve cuique erat, exscripsissent, G. H. Pertz codicem Neapoli Berolinum transmitti curavit. Itaque expositiones et cartularium accurate describere, antea iam exscripta iterum recensere mihi licuit.*

§. 20. *Huiusmodi igitur sunt codices, quorum ope libri Papiensis editio a me parata est. Alios paucos passim tantum adhibui, ut infra adnotavi*

66) Die Geschichte des Langobardenrechts. Berlin 1850. pag. 20. 21. 67) Cfr. ibidem et pag. 28. pag. 49. not. 18. 68) Cfr. Karol. M. c. 91.

ubi de consilio disserui, quod in editione mea secutus sim. Restat denique, ut duorum codicum hodie deperditorum memoriam faciam. Alterius mentionem facit Zaccaria in libro cui inscriptum est: Excursus litterarii per Italiam, *in cuius pag.* 153 *tali modo de ipso refertur:* Longe omnibus (codicibus) praestat Langobardicarum legum codex, quem doctissimus noster P. Stanislaus Bardetti serenissimi ducis Francisci III. theologus servat. Nam et pervetustus est et a docto aliquo viro cum aliis codicibus XV seculo ut videtur collatus ac notulis quibusdam explicatus. Do ex eo specimen variarum lectionum quod ad ducenta priora legum Rotharis capita spectat. *Iam quidem pag.* 153—164 *e laudato codice lectiones notantur, quae a Muratorianis lectionibus discrepant. Hae lectiones a Zaccaria traditae semper fere consentiunt cum codicibus numeris* 1—6 *in editione mea notatis, ut illius codicis iacturam leviter ferre possimus. Ad alterum autem codicem hodie deperditum fragmentum Florentinum dictum pertinere videtur, quod Carolus Dati anno* 1675 *primus edidit. Datii librum equidem indagare non potui: fragmentum autem Florentinum in ipso editum iterum typis dedit Baluze in capitularium regum Francorum editione, tomo secundo pag.* 321—328. *Ex hac Baluzii editione cognosci potest, fragmentum illud Florentinum capita in capitularium collectione Italica Hlotharii nomine sub numeris* 1—22 *et* 70—80 *recepta continuisse. Cum autem haec capita e capitularibus genuinis varie excerpta atque in nullo alio capitularium codice tali ordine congesta sint nisi in capitularium nostra collectione Italica, recte coniici potest, fragmentum illud Florentinum a Datio dictum codicis capitularia Italica nostra continentis et Patavino quidem codici simillimi fuisse partem.*

Caput III. De capitularium collectionis Italicae Capitulare *in Italia dictae origine atque natura.*

§. 21. *In compluribus codicibus saeculo undecimo in Italia scriptis capitularium collectio invenitur, cuius formam tam maxime genuinam quam vulgarem servaverunt codices supra descripti Ambrosianus* O. 55, *Londiniensis, Florentinus, Patavinus, in editione mea numeris* 3—6 *notati. Cum antiquiores codices omnes prorsus inter se diversi videantur, si capitularia in ipsis recepta, si capitulorum ordinem in omnibus fere turbatum et certis legibus carentem respexeris, illi contra quattuor codices, etiamsi et ipsi in paucis differunt, in universo tamen respecti eadem capitula eodem ordine digesta continent, ita scilicet ut capita quae Karoli eiusque in regno Italico successorum habebantur singulis voluminibus temporum ratione habita ordinatis comprehenderentur, interdum etiam capita singulis voluminibus collecta numeris perpetuis signarentur. Tali igitur ratione capitula antea varie per codices vagantia certo canone stricta et ita a librariis descripta et tradita sunt.*

§. 22. *Quae capitularium collectio pro uno iuris Italici corpore habita, edicto opposita et* capitulare κατ᾽ ἐξοχήν *nominata est, quod nomen iam Aistulfi regis aetate constitutionum in edicto non receptarum collectioni fuisse mihi videtur*[70]. *Nomen collectionis nostrae tale fuisse ostendit subscriptio in codice Mediolanensi servata:* Explicit capitularius, *ostendunt quoque glossae, placitorum formae et expositiones legibus Langobardicis subnexae, e. gr. glossa Rotharis c.* 9 *addita (pag.* 294*):* in omnibus appellationibus quae sunt in edicto debet interrogari appellator, si potest probare ..... exceptis illis appellationibus unde leges infra se precipiunt hominem iurare per edictum quidem: sed per kapitulare fit probatio de omnibus ubi testes per iudicium producendi sunt; *item glossa in codice Florentino verbis* sicut anterius a edictum *(Ratch.* 6*) adscripta:* aliter per capitulare; *et expos.* §. 2 *ad Roth.* 188*:* licet absque parentum voluntate (mulier) ad maritum ivisset, tamen non est raptus, neque per capitulare, neque per edictum, neque per canones. *Eodem nomine in diplomatis etiam et iureconsultorum scriptis capitularium collectio appellatur, velut in documento Papiae anno* 1018 *edito:* et iusta capitulare Langobardorum in qua inter cetera continere videtur, ut sicut mulier cum viro suo abet potestatem res suas venundandum ita et donandum[71], *quae verba ad Pippini c.* 34 *spectant; vel in libro, qui* Brachylogus iuris civilis *vulgo dicitur et saeculo undecimo in Italia confectus est, in quo verba:* Quod autem clericus adversus laicum testis esse non possit vel econtra, in capitulari legis Langobardicae cautum est *(lib. IV. tit.* 4. §. 18*; ed. Boecking p.* 131*) ad capitularium collectionem nostram et Hludowici P. c.* 57 *referenda videntur.*

§. 23. *De persona ipsius qui primus hoc* capitulare *collegerit vix quidquam pro certo dici potest. Ignoramus nomen auctoris: nam Wedele vel Widolinus non pro* capitularis *collectore — quod Iohannes Merkel credidisse videtur*[72] *— sed pro librario alioquin incognito haberi debet, qui codicis Florentini priorem partem edictum continentem manu sua confecit et hanc ob rem nomen suum sub edicti fine litteris dedit et in hexametris versibus ex alio codice repetitis loco nominis Walcausi proprium nomen pro more librariorum collocavit*[73]. *Item Mediolanensis etiam codicis scriptor nomen suum memoriae tradidit verbis capitulari subscriptis:* Secundus notarius scripsit oc manus suas; *quae verba codicis quidem antiquissimi scriptorem, minime autem* capitularis *collectorem indicant.* Capitulare *in usum scholarium a magistro quodam Papiensi collectum esse contendit Iohannes Merkel*[74]. *Quod neque confirmare neque refellere in animo est, sed coniectura tantum etiamsi probabilis videtur, pro qua id quoque pugnat, quod codex Mediolanensis antiquissimus* capitulare *continens Pa-*

70) Aistulfi prol. de anno primo (Leges IV. p. 195). Cfr. lib. meus de capit. p. 12. 13. 71) Murat. Antiq. Ital. dissert. septima I. p. 651. 72) Merkel, Geschichte des Langobardenrechts p. 20 et in Savigny, Geschichte des Römischen Rechts im M. A. (ed. altera) IV. p. 574. 73) Cfr. supra quae de codice Florentino retuli pag. LVII. 74) Geschichte des Langobardenrechts p. 13.

piae scriptus esse videtur, ut iam supra monui ubi de ipso codice egi; de qua tamen et recte dubitari potest, cum iudicum quoque et notariorum per totum Langobardorum regnum constitutorum interesse deberet, capitularia per multos codices et quidem per alios alia ratione disiecta coniungi et certo ordine recenseri.

§. 24. Quaerenti quidem, quo tempore capitulare *collectum sit, id primo spectandum erit, quod in antiquissimo codice Mediolanensi Ottonis tertii capitulo unico* capitulare *finitur — ut verba ipsi capiti subscripta* Explicit capitularius. Secundus notarius scripsit oc manus suas *nos docent — et Heinrici primi imperatoris capitula a recentiore demum scriptore in ipso codice suppleta sunt. Qua re probari videtur,* capitulare *iam ante Heinrici capitula promulgata, ante annum scilicet* 1019, *collectum et constitutiones inde ab Heinrico primo imperatore editas* capitulari *iam absoluto additas esse. Illa autem aetate, qua* capitulare *Heinrici primi capitulis additis finiebatur, codices Londiniensis et Florentinus scripti sunt. Nam subscriptio in codice Londiniensi Heinrici primi imperatoris capitibus subnexa:* Deo gratias *(cfr. pag.* 583. *cap.* 3. *not.* f.) *et subscriptio in codice Florentino eodem loco posita:* Expliciunt capitula domni Henrici imperatoris s e u c e t e r o r u m *demonstrant, Heinrici primi capitula aliquo tempore* capitularis *finem effecisse, ut Conradi et Heinrici secundi imperatoris capitula postea demum in iis addita videantur.*

Quod autem hic de tempore quo capitulare *ortum sit e codicibus manuscriptis collegi, documentis etiam Italicis confirmari videtur. Inter omnia enim quorum cognitio mihi contigit aetate primum est, quod* capitularis *vestigium praebet, Heinrici primi imperatoris documentum Ravennae mense Ianuario anni* 1014 *datum. In hoc enim documento Langobardo cuidam nomine Sigezo, qui sororem suam occiderat, bona sua e Langobardorum lege illius criminis causa fisco obnoxia ab Heinrico rege denuo conceduntur, cuius concessionis verba ad rem nostram pertinentia sunt haec:* omnes [75] res in nostrum sunt redactae dominium, legis suae (Sigezi) ipsius Longobardae praemonstrante capitulo, cuius capituli totum textum in hac praecepti nostri pagina scribi duximus: Quicumque propter cupiditatem rerum patrem aut sororem vel nepotem vel alium propinquum suum interfecerit, hereditas interfecti ad alios suos legitimos heredes perveniat. Interfectoris vero hereditas in fiscum redigatur, ipse vero ordinante episcopo publicae penitentiae detur. *Hoc capitulum ab ipso Heinrico postea denuo cum additamento promulgatum (cfr. pag.* 582. *cap.* 2) *primo a Hludowico Pio a.* 829 *in capitulari generali Wormatiensi editum et in* capitulari *Langobardico inter Hlotharii capitula loco* 59° *receptum est. Inde autem, quod allegatum caput in diplomate illo* legis Longobardae capitulum *dicitur, pro certo collegi potest, diplomatis auctorem (cancellarium Heinricum Parmensem episcopum) non Hludowici Pii capitulare generale sed* capitulare *potius Langobardicum in compluribus codicibus legi Langobardae (i. e. edicto) vere subnexum spectasse, itaque* capitulare *Langobardicum iam anno* 1014 *collectum fuisse. Deinde capitulare nostrum in documento Papiensi a.* 1018 *dato allegatum esse inveni, in quo verba:* et [76] iusta c a p i t u l a r e Langobardorum in qua inter cetera continere videtur, ut sicut mulier cum viro suo abet potestatem res suas venundandum ita et donandum *Pippini c.* 34 *respiciunt, ut iam supra monui.*

Quodsi igitur capitulare *iam anno* 1014 *collectum fuisse apparet, tamen etiam non multo ante ipsum annum* capitulare *ortum esse dicendum erit. Cuius rei duplex afferri potest argumentum. Primum scilicet, quod inter codices haud paucos* capitulare *continentes nullus tamen ineunte saeculo undecimo antiquior, et antiquissimus ipse Ottonis tertii capitulari (intra annos* 996 *et* 1001 *edito) recentior est; alterum autem argumentum eo positum mihi videtur, quod per totum saeculum decimum et usque ad undecimi saeculi initium capitularia in Italia non secundum certum ac constantem canonem postea receptum sed pro scriptorum libidine vario ordine in codicibus descripta inveniuntur, uti supra in huius praefationis capite primo exposui. Ita enim codices Tegernseensis, Parisiacus, Blankenburgensis, Gothanus, Chisianus saeculo decimo scripti sunt, Mutinensis anno* 991, *Cavensis saeculi undecimi initio manu exaratus: codices autem capitularia genuina continentes Cavensi recentiores non exstant, ut igitur antiquissimus secundae classis codex, Mediolanensem dico, in codicum ordine ratione aetatis digesto vel aequalis videatur primae classis codici recentissimo, Cavensi scilicet, vel ipsum continuo subsequatur. Talibus igitur rationibus eo adducor, ut* capitulare *vel* capitulare Langobardorum *in Italia vulgo dictum intra annos* 1000 *et* 1014 *primo collectum* [77], *capitularia post ipsum demum*

75) Morbio, Storie dei municipi Italiani tom. I. pag. 57. 76) Muratori Antiq. Ital. dissert. sept. tom. I. p. 651. 77) Haec mea sententia iis refelli videtur, quae Augustinus Theiner in *disquisitionibus criticis in praecipuas canonum et decretalium collectiones*, Romae a. 1836 publici iuris factis pag. 271—290 de canonum quadam collectione in codice Vaticano n. 1339 servata refert. In hac enim collectione haud dubie *capitularis Langobardici* usus factus est: secundum Theineri autem iudicium, *utcumque aliunde res se habet, ante saeculi d e c i m i finem codex Vaticanus exaratus est* (p. 284) et canonum ipsa collectio intra annos 919 et 936 confecta est, qua de re Theinerus talia verba facit (p. 278. 279): *Imprimis enim plurimos ex iure Romano exhibet (canonum collectio) locos eosque omnes secundum Iulianum citatos; his adiungi solent loci tum ex Caroli Magni tum ex Francorum et Longobardorum regum capitulariis desumpti. Propterea hic reperiuntur excerpta ex legibus regum Rotharis Aistulfi Pipini Ludovici Pii et imperatoris Lotharii primi. Recentiores autem leges praeter tria brevia fragmenta ex imperatoris Henrici primi legibus maritimis desumpta hic non habentur. Atqui imperator Henricus I qui Auceps appellabatur mortuus est anno* 936, *ergo tempus quo conscripta est haec collectio ad imperium huius imperatoris, scilicet ad annos* 919—936 *referendum videtur.* Quibus doctissimi viri verbis quae opponi possunt haec sunt. Heinricus rex qui Auceps male dicitur et saeculo decimo vixit nunquam imperator factus est. Heinricus primus i m p e r a t o r apud omnes Italos nomen est Heinrici secundi Germaniae regis. Heinricus primus Germaniae rex nunquam *leges maritimas*, quae ipsae a Theinero l. c. p. 305 *leges de naufragio* dicuntur, promulgavit. Heinricus sane primus imperator anno 1019 constitutionem in procerum Italorum conventu tribus capitulis compositam edidit. Cuius constitutionis primo capitulo m a r i t i s ius in hereditatem uxorum succedendi conceditur, quam ob causam

tempus promulgata collectioni subnexa esse affirmem[78].

§. 25. *Capitularia genuina, tam generalia quam Italica, non unam tantum nationem sed omnes nationes in Francorum vel Italico regno coniunctas in universo tenuisse, et raro tantum singula capitula Salicorum, Ribuariorum, Baiwariorum aliorumve ius particulare spectasse, supra capite primo ostendi. Idem autem etiam de capitularium nostra collectione dicendum est.* Capitulare *breviter dictum minime ad edicti exemplum ius tantum Langobardicum continet, sed maxima parte ius omnibus nationibus in Italia degentibus, tam Germanicis quam Romanae commune amplectitur, et raro tantum capitula specialiter Langobardica*[79], *Salica*[80], *Ribuarica*[81], *Romana*[82] *generalibus intermixta offert. Iudicum igitur et iureconsultorum erat discernere, qualis cuiusque capituli esset natura*[83], *qua de re multas illi controversias movebant*[84], *multum quoque in errore versabantur*[85]. *Nec mirum: cum difficile sane iudicibus, aetate rerum historicarum atque iurisprudentiae pariter ignara viventibus, videri deberet vim legum ante complura saecula latarum recte cognoscere. Ii qui antea de* capitulari *nostro scripserunt, ipsius naturam minus recte intellexisse mihi videntur, cum recentissimi etiam scriptores, ni fallor, capitularium illam collectionem universam pro iuris Langobardici particularis corpore aestimaverint*[86]. *Attamen sententiam a me propositam propius ad veritatem accedere, cuique collectionem accurate recensenti et capita in notis* 79—82 *a me laudata maxime respicienti, ut opinor, persuasum erit.*

Sed de eo, quod capitularis *maximam partem ius omnibus nationibus in Italico regno viventibus generale continere dixi, pauca adhuc ex ipsis capitulis glossisque ad ipsa scriptis afferre liceat. Omnium nationum in Italia viventium ratio habetur potissimum in capite Karoli M. tributo et loco* 87 *in* capitulari *recepto:* si dominus servi fugitivi Francus sive Alamannus aut alterius cuiuslibet nationis sit; si vero Longobardus aut Romanus *rell.; item in Heinrici primi imperatoris capite primo:* Quicumque ex quacumque natione legitimam uxorem accepit *rell. Praeterea* capitulari *ius generale contineri, aperte indicat expositionis auctor ad Karoli M. c.* 100 *conceptae, dicendo:* Hoc capitulum et haec quattuor capitula subsequentia in lege Salicha prius fuere apposita, sed Carolus, volens ea esse generalia, hic (*scil.* in capitulari) apposuit. *De quinque illorum capitum origine quidem glossator errat, sed de capitularis vi ac notione pariter recte iudicavit atque alius saeculi duodecimi glossator, qui in Lombardae codice Laurentiano LXXVII,* 1 *Hlotharii capiti* 19° *(Lomb. vulg. II.* 7, 1*) haec adnotavit:* Leges quandoque regum proprie dicuntur leges Longobardorum, quia reges non habebant potestatem, nisi inter Longobardos (?). Constitutiones vero imperatorum non tantum Longobardorum dicuntur, verum etiam Romanorum, quia generalem iurisdictionem habuerunt. *Denique* capitulare *fuisse omnibus Italiae civibus generale etiam cognosci potest capite Karolo Magno a collectore tributo et loco* 143 *posito, vere autem, ut videtur, a iureconsulto quodam saeculo fortasse undecimo concepto. Ipso enim capite statuitur, ut tam Langobardi quam Romani secundum proprias ipsorum leges hereditates capiant, cartas concipiant, sacramenta praestent, compositiones accipiant, ac dein pergitur:* de ceteris vero causis communi lege vivamus, quam dominus exc. Karolus rex F. a. L. in edicto adiunxit, *qua* communi lege *auctor haud dubie universam capitularium collectionem edicto vulgo additam indicare voluit.*

Si quis autem glossam e Lombardae illo codice repetitam et capitulum Karolo Magno tributum respiciens affirmaret, capitulare *ius tantum Langobardorum et Romanorum, non autem Salicorum reliquarumque nationum in Italia viventium continuisse, talia dicenti haec obiici posse puto. Iam Karoli Magni aetate Langobardorum nomine interdum omnes regni Langobardici cives quacumque natione Germanica orti appellantur*[87]*: haec autem illius nominis notio eo usitatior facta esse videtur, quo magis diversae Germanicae nationes, sibi invicem genere, moribus et iuribus propinquae, decursu temporis exaequa-*

in compluribus codicibus Heinrici capitibus versus suprascriptus est hexameter: *Regis Henrici laetantur lege mariti.* Has autem maritales leges pro maritimis, et inde maritos pro naufragis v. cl. Theiner accepisse videtur. Cum autem in hac canonum collectione Heinrici primi imperatoris leges excerptas videamus, ipsam canonum collectionem, quae *capitularis* nostri haud dubie usum facit, post annum demum 1019 confectam et ipsum codicem Vaticanum non *ante saeculi decimi finem* sed medio undecimo saeculo manu exaratum esse dicendum erit. 78) In glossis quoque Eporediensibus infra pag. 648—650 a Bluhmio editis *capitularis* capita pluribus vicibus allegantur (Gloss. 11. 13. 49. 101. 114). Non enim dubito, quin glossator iam *capitulare,* non autem anteriora capitularia genuina spectaverit, cum capitum allegatorum auctores ii ubique a glossatore nominentur, quibus in *capitulari* etiam capita adscribuntur. Bluhmius contra *capitulare* a glossatore non spectari (supra praef. p. XXIII) dicit, *cum inter allegatas Lodoici leges una sit, quae ipso libro Papiensi (cuius pars est capitulare) non continetur.* Sane non continetur in libro Papiensi a me constituto, sed inter extravagantia capita num. 25 ablegata est; continetur autem in codicibus librum Papiensem exhibentibus Londiniensi, Parisiaco, Vindobonensi, Estensi et in iis omnibus Hludowico Pio tribuitur, quorum unum glossator spectasse videtur in gloss. 49 dicendo: *secundo (*scil. *loco) et lodoici* rell. Unde non Hludowicum secundum, ut Bluhmius infra pag. 649. not. 12 coniecit, glossator illius capitis auctorem habuisse videtur. Ita igitur equidem glossas istas Eporedienses (sicuti et alia in ipso codice postea addita) *capitulari* recentiores et undecimi saeculi initio tribuendas esse duco. Similiter I. Merkel iudicasse, videtur qui in *archivio storico Italiano* appendice III. p. 727 ipsas glossas ante Heinrici primi imperatoris aetatem conceptas esse contendit. 79) Pip. 32; Hlud. P. 55; Hloth. 70. 80) Kar. M. 76. 77. 139; Hlud. P. 2. 81) Kar. M. 26. 27. 36. 92. 129. 130; Hlud. P. 13. 82) Hloth. 35—41. 83) Cfr. Exp. §. 1 ad Hlud. P. 17. 84) Cfr. Exp. §. 3 ad Kar. M. 78; Exp. §. 3 ad Kar. M. 106 et saepe. 85) Ita complura capita a. 803 in leges addita pro capitulis Salicis habebantur (cfr. Gloss. et expos. ad Kar. M. 100), capitula Ribuarica pro Salicis (e. gr. Kar. M. 27) vel pro generalibus (e. gr. Kar. M. 26. 92). 86) Merkel, Geschichte des Langobardenrechts pag. 20: *Unter Heinrich II. hat die schule zu Pavia eine sammlung aller bis* 1020 *erlassenen Langobardischen gesetze veranstaltet.* Stobbe, Geschichte der Deutschen rechtsquellen, tom. I. p. 595: *Zunaechst stellten sie alle für die Langobarden erlassenen gesetze in chronologischer ordnung zusammen, nicht bloss die gesetze der einheimischen könige, sondern auch der Karolinger* et cetera. 87) Cfr. supra p. LI. not. 36.

bantur. Romani contra tenacius indolem sibi propriam, maxime autem ius suum privatum a legibus Germanicis admodum diversum retinebant. Qua re factum est, ut saepe duae tantum nationes in regno Italico, Langobardorum scilicet et Romanorum, iuris praesertim diversitate respecta distinguerentur [88], quae saeculo denique decimo tertio in unam gentem Italicam, iure Romano in paucis tantum mutato viventem, coalescebant.

Dicta autem iuris privati Romani et Langobardici magna diversitas generalem capitularis Langobardici naturam, quam antea probare volui, non omnino sane intactam et immutatam relinquere potuit. Nam ea capitularis pars, qua ius privatum Germanicum constitutum erat, iuri Romano ita contraria esse debebat, ut in causis Romanorum vigorem habere non posset. Hoc etiam glossatores indicasse mihi videntur. Nam multis capitularis nostri capitibus maxime ad ius privatum et modum in iudicio procedendi spectantibus in complurium codicum marginibus litterae N. R., interdum etiam n̄ ē ro adscriptae inveniuntur [89]. Haec autem sigla, quae in edicti margine ius tantum Langobardicum continentis nunquam inveni, pro non Romanum, non est Romanum accipienda esse, mihi quidem persuasissimum est, etiamsi non nego, litteras illas eadem ratione et multis aliis capitibus apponi debuisse, quibus hodie in codicibus nostris ipsae adscriptae non sunt.

§. 26. Sicuti autem capitulare generale omnium nationum in Italia viventium ius continebat, ita generalem etiam omnium capitularium inde a Karolo Magno in usum Italiae editorum collectionem conficere in animo erat collectoris. Nequaquam enim auctor ipse capitula tantum quae sua aetate in usu adhuc erant colligere, sed omnia inde ab anno 774 ad suam usque aetatem promulgata, quotquot accipere poterat, uno corpore comprehendere sibi proposuerat. Quam ob rationem non solum capita perpetuo ex auctorum animis valitura, sed ea etiam quorum auctoritas temporalis tantum fuerat capitularis conditorem collegisse neque ea ipsa omisisse intellegimus, quae specialia tantum mandata ad certos regum missos directa continerent. Ita Karoli Magni c. 23, cuius initium est: De aribanno volumus, ut missi nostri h o c a n n o fideliter exactare debeant, missis tantum exeunte anno 805 in Francorum regnum ablegatis a Karolo iniunctum fuit, quo de heribanno anno tantum 806 exigendo instruerentur [90]; ita Pippini c. 20: Stetit nobis, ut missos nostros, unum monachum et alium capellanum direxissemus infra regnum nostrum, iuris praeceptum non continet, sed tantum refert, Pippinum regem anno, ni fallor, 787 missos quosdam monasteria Langobardica visitare iussisse; ita Pippini capitibus 37.38 rerum status tangitur omnino alienus ab eo qui undecimo saeculo in Italia fuit; ita Hlotharii denique constitutio anno 824 Romae edita inter Hlotharii capita 35—41 recepta est, etiamsi praeceptum de pontifice Romano eligendo, quod capite 37 continetur, undecimo saeculo obsoletum videri debebat et aliis capitibus 38. 40 ipse Hlotharius nullo modo ius perpetuum constituerat sed populum Romanum s e m e l de iure, quo vivere vellet, interrogari, iudices Romanos s e m e l, anno scilicet 824, sibi repraesentari iusserat [91]. Supradictum autem collectoris nostri consilium capitularia quam plurima neque ius tantum sua aetate valens uno volumine stringendi eo etiam cognosci potest, quod haud raro idem iuris praeceptum pluribus vicibus in capitulari forma tantum mutata invenitur, saepe vero antinomiae quoque in ipso occurrunt. Ita Karoli Magni capitibus 50 et 66 repetitur quod antea iam capite 21 receptum erat; ita Karoli Magni capita 6 et 62 pari modo idem omnino praecipiunt atque eiusdem imperatoris capita 44 et 84, quod ad argumentum attinet, prorsus consentiunt; ita praesertim Hludowici Pii c. 6 et 39 a collectore recepta sunt, etiamsi in Hlotharii c. 58 et 63 ipsa recurrunt paucis tantum verbis mutatis vel additis. Antinomiae autem in capitulari apparent e. gr. collatis Karoli Magni capitibus 23 et 34, Karoli Magni capite 76 et Hludowici Pii capite 2, Karoli Magni capite 123 et Hlotharii capite 70.

§. 27. Etiamsi igitur collectori in animo fuisse videtur, collectionem quam amplissimam conficere, multum tamen abest, ut collectio capitularium Italica omnia capitularia inde a Karolo Magno usque ad collectoris aetatem in usum Italiae edita contineat. Haud pauca capitularia in capitulari Italico vel omnino desiderantur vel mutila tantum inveniuntur, et codices capitulari anteriores constitutionum copiam multo maiorem nobis praebent quam ipsa collectio. Collegit itaque auctor noster Italicus quidquid capitularium colligere potuit, ut, quod Ansegisus abbas de opere suo dixit in praefatione: sed quia in diversis sparsim scripta membranulis per diversorum spatia temporum fuerant, ne oblivioni traderentur, placuit mihi in hoc libello adunare q u a e i n v e n i r e p o t u i c a p i t u l a, auctor etiam Italicus non immerito dicere potuisset.

§. 28. Qualis autem codicum apparatus collectori praesto fuerit, hodie non licet cognoscere. Etiamsi enim capitum in codicibus Chisiano et Cavensi receptorum maxima pars in collectione quoque Italica invenitur, etiamsi capitularia genuina in codicibus Chisiano et Cavensi pari modo mutilata et disiecta videntur quam in collectione nostra [92], tamen auctor noster codicem dictis illis similem tantum, non autem ipsum alterutrum prae se habuisse videtur, cum non pauca capitula in antiquioribus illis codicibus descripta in collectione nostra desiderentur, alia autem complura in ipsa inveniantur, quae a Cavensi Chisianove codice absunt.

88) Cfr. etiam Hloth. c. 14. 89) Cfr. e. gr. Kar. M. 28. 29. 44. 81; Pip. 7. 23; Hlud. P. 9—11; Hloth. 1. 2; Wid. 6. 90) Cfr. capita similia Pipp. 41: *Quicumque post missam sancti Iohannis latroni mansionem dederit;* Hlud. P. 42: *Ut pontes publici . . . . . anno praesenti . . . . . restaurentur.* 91) Cfr. de ipsa Hlotharii constitutione Savigny, hist. iuris Romani in medio aevo tom. I. §. 45 (editio secunda). Quae loco isto de duplici huius constitutionis forma inveniuntur, minus recte dicta videntur. Constitutionis forma una tantum exstat genuina, quae integra edita est Legum tomo primo p. 239. 240 et duobus capitibus omissis in capitularium collectione nostra recepta est. Forma Romana a Savigny dicta in canonum demum collectione a Deusdedit facta invenitur et ab hoc ipso collectore secundum morem ipsius ficta esse videtur. 92) Cfr. codicum descriptionem, quam in libro meo pag. 50 sqq. dedi.

§. 29. *Quae vero capitularia vel capitula collectionis auctor in* capitulari *Italico congesserit, cui imperatori vel regi singula capitula adscripserit et quo loco ipsa collocaverit, tabula infra posita demonstrat, qua cum capitularium in Italia unquam promulgatorum dinumeratione (confer. supra §. 3) collata id quoque cognosci potest, quae capitularia Italica vel capitularium partes in collectione nostra omissa sint. Excerpsit igitur collector*

I. Karoli Magni:

A. Capitularia generalia tam Francica quam Italica:

1) *Capitulare Haristalli datum a.* 779 *forma glossata*, Langobardica *a Pertzio dicta.*
  Prol. c. 1—6.9 *initio.* = *K. M. prol. c.* 1—6. 9.
  c. 10.11. = *Pip.* 43.44.
  c. 12. = *K. M.* 83.84.
2) *Capitulare Haristalli dat. a.* 779 *forma communis*, Francica *a Pertzio dicta.*
  c. 7.8.9 *sub fine.* 10 *initio.* 14—18. = *K. M.* 7—15.
  c. 19. = *K. M.* 72.
  c. 20—23. = *K. M.* 17—19.44.
3) *Admonitio generalis Aquisgr. a.* 789.
  c. 23.28.31.33.43.45.62 *sub fine.* 63 *sub fine.* = *K. M.* 135. 134. 133. 137.40.138.41.37.38.
  c. 51. = *Hloth.* 97.
4) *Capp. in leges addita a.* 803.
  c. 1—11. = *K. M.* 100—107. 89. 90.24.
5) *Capp. missorum a.* 803.
  c. 4-6.8.10-13.15.17.20.22. = *K. M.* 91.97.108.109. 25.110.111.124.112—115.
6) *Capp. in legem Ribuar. a.* 803.
  c. 5.7—9.12.13. = *K. M.* 26.27.130.92. 36.129.
  c. 10.11. = *Pip.* 12.
7) *Capit. missorum duplex in Theodonis villa a.* 805 *datum.*
  a) c. 14. = *K. M.* 39.
  b) c. 5.11.12.15.19. = *K. M.* 20—22.120.23.
8) *Capp. per missos cognita facienda circa a.* 806.
  c. 1—3. = *Pip.* 40—42.
9) *Cap. Aquis in palatio a.* 809 *const.* = *K. M.* 45—56.28.
10) *Cap. anno* 810 *vel* 811 *editum.*
  c. 1—4. = *K. M.* 29—32.
11) *Cap. Bononiae a.* 811 *datum.*
  c. 1. = *K. M.* 34.
12) *Cap. missorum a. fere* 812.
  c. 2—4. = *K. M.* 42.43.35.

B. Karoli Magni capitularia Italica tantum:

1) *Notitia die* 20. *Febr. a.* 781 *emissa.*
  c. 1. = *Hlud. P.* 4.
2) *Capit. Mantuanum secundum a.* 787.
  c. 1.4.5.6. = *K. M.* 98.118.99.119.
  c. 7.8. = *Hloth.* 42.43.
3) *Capit. ad leg. Langob. add. a.* 801.
  c. 1—8. = *K. M.* 78—80. 85. 81. 82.86.87.
4) *Karoli ad Pippinum epist. a.* 807. = *K. M.* 141.142.
5) *Cap. missorum intra a.* 782—810 *ed.*
  c. 13. = *K. M.* 96.
6) *Capitulare incertae originis.*
  c. 5. = *K. M.* 140.

II. Pippini Italiae regis capitularia Italica:

1) *Cap. intra a.* 782—786 *deliber.*
  prol. c. 1—10. = *Pip. prol. c.* 1—10.
2) *Cap. anno fere* 787 *constit.*
  c. 1—4.6—9.11—14. = *Pip. prol. c.* 11.13-23.
3) *Cap. intra a.* 787—792 *stat.*
  c. 1—13.15—17. = *Pip. prol. c.* 24—39.
4) *Cap. intra a.* 801—810 *edit.*
  c. 1.4—9.11—20. = *K. M.* 57—64.66—71. 16.73—75.

III. Hludowici Pii capitularia generalia, tam Francica quam Italica:

1) *Cap. a.* 814 *vel* 815 *datum.*
  c. 2.3. = *Hlud. P.* 1.2.
2) *Cap. a.* 816.
  c. 1. = *Hlud. P.* 3.
  c. 2.3. = *K. M.* 76.77.
3) *Cap.*[93] *ad ordin. eccles. pert. a.* 817.
  c. 21.24. = *K. M.* 123.122.
  c. 27. = *Hloth.* 93.
4) *Capp. legib. addita a.* 817.
  c. 1—21. = *Hlud. P.* 6—27.
5) *Capp. per se scrib. a.* 817.
  c. 1.2. = *Hlud. P.* 28.29.
  c. 3. = *K. M.* 117.
  c. 4—6.8. = *Hlud. P.* 30—33.
6) *Capp. missorum a.* 817.
  c. 4.1.2.5 *initio.* 12—22.24. 25 *initio.* 23.26.8. = *Hlud. P.* 34—52.
  c. 25 *sub fine.* = *K. M.* 116.
  c. 28. = *Hloth.* 86.
7) *Capitulare anni* 820.
  c. 5. = *K. M.* 139.
8) *Capitulare anni* 821.
  c. 1. = *Hlud. P.* 54.
9) *Capitulare circa a.* 825.
  c. 9 *sub fine.* = *K. M.* 136.
10) *Capitulare pro lege hab. Wormat. a.* 829.
  c. 1.2.4—6. = *Hloth.* 58—64.
  c. 3. = *K. M.* 131.
11) *Capitul. per se scrib. a.* 829.
  c. 1—3.6.7. = *Hloth.* 44—48.
12) *Capitulare missorum a.* 829.
  c. 2—7.10.12.14. = *Hloth.* 49—57.

93) Hoc capitulare iam a Karolo Magno Aquisgrani a. 794 editum et a Hludowico denuo tantum fortasse cum additamentis promulgatum esse mihi persuasum est. Collectionis auctor hoc Karoli edictum Aquisgranense vel eius relliquias an prae se habuerit et ita recte duo eius capita Karolo, non Hludowico, adscripserit, sane dubitari potest. Absque dubio autem Ansegisus abbas hoc Karoli edicto Aquisgranensi usus est, cum in ipsius collectione secundum capitularium aetatem digesta hoc ecclesiasticum capitulare non inter Hludowici capitularia libro secundo sed inter Karoli Magni capitula libro primo post admonitionem generalem a. 789 emissam et ante capitulare anni 805 collocatum inveniatur. Ista autem Hludowici Pii capitula ecclesiastica primo a Karolo M. fuisse edita, iam Baluze (cap. regum Francor. II, 1059) recte cognoverat: optime de hoc Karoli edicto Aquisgranensi a. 794 deliberato disseruit P. Roth in libro suo „Feudalität und Unterthanenverband. Weimar 1863." pag. 107—113.

IV. Hlotharii capitularia Italica tantum:

1) *Capitulare per se scrib. Olonnae a.* 822—823.
c. 1—5. = *Hloth.* 87—91.
2) *Memoria comitibus praecepta a.* 823.
c. 1—12. = *Hloth.* 1—12.
3) *Privilegium eodem tempore concessum.*
c. 1. 2 *initio.* 3. = *Hloth.* 75—77.
4) *Constitutio Romana a.* 824 *edita.*
c. 1—3. 5. 6. 8. 9. = *Hloth.* 35—41.
5) *Capitul. primum Olonnae a.* 825 *datum.*
c. 1—5. 8. 10. = *Hloth.* 15—21.
6) *Capitul. alterum Olonn. a.* 825 *datum.*
c. 2—14. = *Hloth.* 22—34.
7) *Capitulare Papiense a.* 832.
c. 1. 5—7. 11. 13. 14. 12. = *Hloth.* 65-69. 71. 73. 100.
8) *Cap. missorum Papiae a.* 832.
c. 5. = *Hloth.* 98.
9) *Capitula Hlotharii incerta.* = *Hloth.* 13. 14. 74.

V. Hludowici II. imperatoris capitularia Italica tantum:

1) *Capitul. intra a.* 844 *et* 850 *editum.*
c. unicum = *Hloth.* 83.
2) *Capp. in legem data a.* 855.
c. 1—3. = *Hloth.* 78—80.
3) *Capp. pro lege tenenda a.* 856.
c. 1. 3—5. = *Hloth.* 70. 85. 92. 72.

VI. Widonis capitulare a. 891 *stat.*
c. 1—9. = *Wid.* 1—9.

VII. Ottonis I. capitulare a. 967.
prol. c. 1—11. = *Otto I. prol. c.* 1-11.

VIII. Ottonis III. capit. intra a. 996—1002.
c. unicum = *Otto III. c. unicum.*

IX. Heinrici primi imperat. cap. a. 1019.
prol. c. 1—3. = *H. I. prol. c.* 1—3.

X. Conradi constitutio a. 1037.
= *Conr. c. unicum.*

XI. Heinrici secundi imperat. cap. a. 1054.
= *Heinr. II. c.* 1—6.

§. 30. *Haec sunt capitularia vel capitula in Italica collectione recepta, quae certis regibus vel imperatoribus adscribi possunt. Inveniuntur autem praeterea in* capitulari *haud pauca capitula, quorum de origine recte dubitari potest vel quae capitularium partes a quocumque rege editorum minime aestimanda sunt. Quae diversi generis praecepta a collectore animo capitularia genuina corrumpendi ipsis intermixta esse, equidem non affirmaverim. Imo non dubito, quin auctor ipsa iuris praecepta pro capitulis habuerit et bona fide in collectione sua collocaverit, cum plurima iam in antiquioribus codicibus, qui ad nos pervenerunt, capitularibus intermixta inveniantur*[94].

Ipsis collectionis nostrae capitulis, quae dubitationem aliquam movent, primo adnumeranda sunt, quae erratica et singillatim scripta in codicibus antiquioribus inveniuntur et pro fragmentis genuinis capitularium hodie maxima parte deperditorum habenda sunt, certis autem temporibus vel auctoribus tribui non possunt. Quod quidem de collectionis Italicae capitulis Karol. M. 93 *et Hloth.* 84[95], *Hloth.* 94 *et* 104[96], *Hlud. P.* 5[97] *et Hlud. P.* 55[98] *dicendum est. Alia capitula in antiquioribus quidem codicibus non exstant ac tantum collectione Italica servata sunt, nihil autem continent, quo minus pro veris capitularium partibus habeantur, ut e bono sed nobis ignoto fonte a collectore hausta videantur: capita dico Kar. M.* 33.[99] 35.[1] 121. 126. 127 *et Hloth.* 81. 82. 102. *Legis Ribuariae titulum ultimum, in antiquioribus etiam codicibus capitularibus intermixtum*[2], *continent capp. Kar. M.* 88. 125, *et Aistulfi quaedam lex in recentioribus edicti codicibus omissa*[3] *invenitur in Hlotharii capite* 99. *Ius consuetudine Italica statutum et ab aliquo iureconsulto ut videtur verbis conceptum tradunt capita Kar. M.* 143[4] *et Hlud. P.* 53.[5] *Iuris denique canonici sunt Kar. M.* 94 *et Hloth.* 103 *e statutis Rhispacensibus desumta*[6], *Kar. M.* 128, *quod tricesimum est in canonibus concilii Cabillonensis a.* 813 *habiti, Hlud. P.* 56, *quod e concilii Moguntini (a.* 813. *c.* 50) *canonibus fluxit, Hloth.* 95. 96. 101, *quae in concilio Romano a.* 826 *(can.* 36. 37. 19) *statuta sunt, Hloth.* 105. 106, *quae e synodi Ticinensis canonibus (a.* 850. *c.* 10. 20) *derivanda sunt*[7], *et Hlud. P. cap.* 57, *quod e decretalium collectione prodiit, quae Pseudoisidori vulgo dicitur*[8]. *Item iuris canonici videntur esse capita Kar. M.* 95[9], *Pip.* 45[10], *Hloth.* 107[11], *quorum tamen originem indagare non potui.*

§. 31. *Iam, postquam subsidia quae collectori praesto erant recensui, oritur quaestio, qua ratione quibusque legibus collector subsidia illa ordinaverit atque digesserit. Quod ut cognosci possit, tabulam infra proposui, qua capitum ordinem a collectore institutum secutus accurate indicavi, quibus e capitularibus aliisve fontibus singula capita fluxerint ubique capita a collectore excerpta in capitularium editione a G. H. Pertz parata locum obtineant. Quam ecce tabulam:*

94) Cfr. supra pag. LII. not. 41—52. 95) Cfr. Leges I. p. 215. c. 11 et 9. 96) Apud Ansegisum I, 149 et II, 37 ipsa duo capita recurrunt. 97) Cfr. Leges I. p. 196. c. 1 et liber meus de capitularibus Italicis p. 98. 99. 98) Cfr. liber meus p. 182. 183 sub numero 2. 99) Cfr. l. m. p. 96—98. 1) Cfr. l. m. p. 177—179. 2) Cfr. l. m. p. 122. 123. 3) Cfr. editio Bluhmii p 197. c. 8 initio. 4) Cfr. l. m. p. 180 sub num. 6. 5) Cfr. l. m. p. 182 sub num. 2. 6) Cfr. Leges I. p. 178. c. 13. 14. 7) Cfr. Leges I. p. 398. 402. 8) C. 2 et 5 excerptorum quorundam ex synodalibus gestis sancti Silvestri papae. Cfr. Pseudoisidori collectio ed. Hinschius p. 449. 9) Hoc caput etiam apud Ansegisum (I, 152) exstat, qui praeter capitularia canones etiam excerpsit. 10) Cfr. l. m. pag. 181, sub num. 13. Quo loco caput ipsum in Lombardam non transiisse errore dixi: immo libro Lomb. II, 58, 4 receptum est. 11) Concordat canoni 38 in concilio Romano a. 826 instituto.

Capitula Karoli Magni nomine collecta.

Editio mea.	*E quo fonte capita hausta sint:*	*Leges I.*
Prol. — c. 6.	*Capitulare Haristallense a.* 779, *forma glossata*[12]. *Prol. — c.* 6.	*pag.* 36.
c. 7. 8.	*idem, forma communi. c.* 7. 8.	*p.* 36.
c. 9.	*idem, initio forma glossata, sub fine f. communi. c.* 9.	*p.* 36. 37.
c. 10.	*idem, forma communi. c.* 10 *initio.*	*p.* 37.
c. 11—15.	*idem, forma communi. c.* 14—18.	*p.* 37. 38.
c. 16.	*Capitul. Pippini a.* 801—810. *c.* 18 *initio.*	*p.* 105.
c. 17—19.	*Capitul. Haristall. a.* 779, *forma communi. c.* 20—22.	*p.* 38. 39.
c. 20—23.	*Capitul. Theodonisvill. generale a.* 805. *c.* 5. 11. 12. 19.	*p.* 133. 134.
c. 24.	*Capp. in lege addita a.* 803. *c.* 11.	*p.* 114.
c. 25.	*Cap. missorum a.* 803. *c.* 10.	*p.* 115.
c. 26. 27.	*Capp. in legem Ribuar. add. a.* 803. *c.* 5. 7.	*p.* 117.
c. 28.	*Cap. Aquisgran. per se scrib. a.* 809. *c.* 14.	*p.* 156.
c. 29—32.	*Cap. etiam apud Ansegisum III,* 64—66 *servatum a.* 810. 811?	*p.* 307.
c. 33.	*Incertae originis.*	
c. 34.	*Cap. Bononiense a.* 811. *c.* 1.	*p.* 172. 173.
c. 35.	*Capitulare a.* 812? *c.* 4.	*p.* 174.
c. 36.	*Capp. in leg. Ribuar. add. a.* 803. *c.* 12.	*p.* 118.
c. 37. 38.	*Admonitio gener. a.* 789. *c.* 63 *sub fine.*	*p.* 63.
c. 39.	*Capit. Theodonisvill. eccl. a.* 805. *c.* 14.	*p.* 132.
c. 40. 41.	*Admonitio gener. a.* 789. *c.* 43. 62 *sub fine.*	*p.* 61. 63.
c. 42. 43.	*Capitul. a.* 812? *c.* 2. 3.	*p.* 174.
c. 44.	*Capitul. Harist. a.* 779 *forma comm. c.* 23.	*p.* 39.
c. 45—56.	*Capitul. Aquisgran. per se scrib. a.* 809. *c.* 1—7. 9. 8. 10—12.	*p.* 155. 156.
c. 57—64.	*Capitul. Pippini a.* 801—810. *c.* 1. 4—9. 11.	*p.* 103. 104.
c. 65.	*Incertae originis.*	
c. 66—71.	*Capitul. Pippini a.* 801—810. *c.* 12—17.	*p.* 104. 105.
c. 72.	*Cap. Haristall. a.* 779. *form. comm. c.* 19.	*p.* 38.
c. 73—75.	*Cap. Pippini a.* 801—810. *c.* 18 *sub fine — c.* 20.	*p.* 105.
c. 76. 77.	*Capitul. Hludow. Pii a.* 816. *c.* 2. 3.	*p.* 196.
c. 78—82.	*Cap. in leg. Lang. add. a.* 801. *c.* 1—3. 5. 6.	*p.* 83. 84.
c. 83. 84.	*Cap. Haristall. a.* 779. *form. gloss. c.* 12.	*p.* 38.
c. 85—87.	*Cap. in leg. Lang. add. a.* 801. *c.* 4. 7. 8.	*p.* 84.
c. 88.	*Lex Ribuaria tit.* 89. *inscriptio (cfr. Leg. I. p.* 86. *c.* 24*).*	
c. 89. 90.	*Capp. in lege add. a.* 803. *c.* 9. 10.	*p.* 114.
c. 91.	*Capitul. missorum a.* 803. *c.* 4.	*p.* 115.
c. 92.	*Capitul. in leg. Rib. a.* 803. *c.* 9.	*p.* 118.
c. 93.	*Incertae originis (cfr. Leg. I. p.* 215. *c.* 11*).*	
c. 94.	*Incertae originis (cfr. Leg. I. p.* 78. *c.* 13*). Stat. Rhisp. c.* 13.	
c. 95.	*Incertae originis (cfr. Anseg. I. c.* 152*).*	
c. 96.	*Capitul. incerti anni (ante a.* 810.*) c.* 13.	*p.* 151.
c. 97.	*Capitul. missor. a.* 803. *c.* 5.	*p.* 115.
c. 98. 99.	*Cap. Mantuan. secund. a.* 787 *(?) c.* 1. 5.	*p.* 110. 111. *c.* 12. 16.
c. 100—107.	*Capp. in lege add. a.* 803. *c.* 1—8.	*p.* 113. 114.
c. 108—115.	*Cap. missor. a.* 803. *c.* 6. 8. 11. 12. 15. 17. 20. 22.	*p.* 115.
c. 116.	*Cap. missor. Hludow. P. a.* 817. *c.* 25 *sub fine.*	*p.* 218.
c. 117.	*Cap. per se scrib. Hludow. P. a.* 817. *c.* 3.	*p.* 214.
c. 118. 119.	*Cap. Mantuan. secund. a.* 787 *(?) c.* 4. 6.	*p.* 111. *c.* 15. 17.
c. 120.	*Cap. Theodonisv. gener. a.* 805. *c.* 15.	*p.* 134.
c. 121.	*Incertae originis.*	
c. 122. 123.	*Cap. eccles. Hlud. P. a.* 817. *c.* 24. 21.	*p.* 208.
c. 124.	*Cap. missor. a.* 803. *c.* 13.	*p.* 115.
c. 125.	*Lex Rib. tit.* 89 *(cfr. Leg. I. p.* 86. *c.* 24.*)*	
c. 126. 127.	*Incertae originis.*	
c. 128.	*Concil. Cabillonense a.* 813. *c.* 30.	
c. 129. 130.	*Cap. in lege Rib. add. a.* 803. *c.* 13. 8.	*p.* 118.
c. 131.	*Cap. Hlud. P. pro lege hab. a.* 829. *c.* 3.	*p.* 353.
c. 132.	*Concil. Cabillon. a.* 813. *c.* 31.	
c. 133—135.	*Admonit. gener. a.* 789. *c.* 31. 28. 23.	*p.* 59. 58.

12) Cfr. supra not. 50.

Capitula Karoli Magni nomine recensita.

Editio mea.	*E quo fonte capita hausta sint:*	*Leges I.*
c. 136.	*Cap. Hludow. P. (a.* 825?*) c.* 9.	*p.* 244.
c. 137. 138.	*Admon. gener. a.* 789. *c.* 33. 45.	*p.* 59. 61.
c. 139.	*Capit. Hludow. P. a.* 820. *c.* 5.	*p.* 229.
c. 140.	*Cap. incertae originis, cfr. Leg. I. p.* 86. *c.* 19.	
c. 141. 142.	*Karoli ad Pippinum filium epistola a.* 807 *data.*	*p.* 150.
c. 143.	*Incertae originis.*	
	Pippini Italiae regis capitula.	
prol. — c. 10.	*Capitulare Pippini a.* 782–786. *prol. — c.* 10.	*p.* 42—44.
c. 11.	*Capitulare Pippini a.* 787. *c.* 1.	*p.* 70.
c. 12.	*Capp. in legem Rib. a.* 803. *c.* 10. 11.	*p.* 118.
c. 13—23.	*Capit. Pippini a.* 787. *c.* 2–4. 6–9. 11–14.	*p.* 70. 71.
c. 24—39.	*Capit. Pip. post a.* 787 *dat. c.* 1—13. 15—17.	*p.* 46. 47.
c. 40—42.	*Capit. a Karolo data et per missos cogn. fac. a.* 806? *c.* 1—3.	*p.* 146.
c. 43. 44.	*Cap. Haristall. a.* 779. *form. gloss. c.* 10. 11.	*p.* 37.
c. 45.	*Incertae originis.*	
	Capitula Hludowici Pii nomine recensita.	
c. 1. 2.	*Hludowici capitulare a.* 814 *vel* 815 *datum c.* 2. 3.	*p.* 84. 85. *c.* 10. 11.
c. 3.	*Hludowici capitulare a.* 816. *c.* 1.	*p.* 195.
c. 4.	*Capitulare Karoli a.* 781. *c.* 1.	*p.* 241.
c. 5.	*Incertae originis.*	*p.* 196. *c.* 1.
c. 6—27.	*Capitulare legibus addendum a.* 817. *c.* 1–21.	*p.* 210—213.
c. 28—33.	*Cap. per se scribendum a.* 817. *c.* 1. 2. 4–6. 8.	*p.* 214. 215.
c. 34—52.	*Capitulare missorum a.* 817. *c.* 4. 1. 2. 5 *initio.* 12—22. 24. 25 *initio.* 23. 26. 8.	*p.* 216—218.
c. 53.	*Incertae originis.*	
c. 54.	*Cap. apud Ansegisum etiam (IV,* 1*) servatum.*	
c. 55.	*Incertae originis (cfr. Baudi di Vesme, edicta regum Langob. p.* 200*).*	
c. 56.	*Concilium Moguntinum a.* 813. *c.* 50.	
c. 57.	*Concil. Roman. Pseudosilvestri papae a.* 325 *can.* 2. 5. *(ed. Hinschius p.* 449.*)*	
	Capitula Hlothario adscripta.	
c. 1—12.	*Hlotharii memoria comitibus a.* 823 *data c.* 1—12.	*p.* 234. 235.
c. 13. 14.	*Capitula incertae originis, ad eandem fortasse memoriam pertinentia.*	*p.* 235. *c.* 17. 18.
c. 15—21.	*Hlotharii capitulare Olonnae a.* 825 *datum c.* 1—5. 8. 10.	*p.* 248. 249.
c. 22—34.	*Hlotharii capitulare alterum Olonnae a.* 825 *datum c.* 2—14.	*p.* 251. 252.
c. 35—41.	*Hlotharii constitutio Romana a.* 824 *edita c.* 1—3. 5. 6. 8. 9.	*p.* 239. 240.
c. 42. 43.	*Karoli M. capit. Mantuanum alterum a.* 787. *c.* 7. 8.	*p.* 111. *c.* 18. 19.
c. 44—48.	*Hlud. P. cap. Wormatiense a.* 819. *c.* 1–3. 6. 7.	*p.* 350. 351.
c. 49—57.	*Hludow. P. cap. missorum Wormat. a.* 829. *c.* 2—7. 10. 12. 14.	*p.* 351. 352.
c. 58—64.	*Hludow. P. cap. legib. add. Wormat. a.* 829. *c.* 1. 2. 4—6.	*p.* 353. 354.
c. 65—69.	*Hlotharii capit. Papiense a.* 832. *c.* 1. 5–7. 11.	*p.* 360. 361.
c. 70.	*Hlud. II. cap. pro lege ten. Ticin. a.* 856. *c.* 1.	*p.* 435.
c. 71.	*Hlotharii capit. Pap. a.* 832. *c.* 13.	*p.* 361.
c. 72.	*Hlud. II. cap. pro lege ten. Ticin. a.* 856. *c.* 5.	*p.* 436.
c. 73.	*Hloth. capit. Pap. a.* 832. *c.* 14.	*p.* 362.
c. 74.	*Hlotharii, ut videtur, cap. incerti anni.*	*p.* 233. *c.* 11.
c. 75—77.	*Hlotharii constitutio circa a.* 823 *data c.* 1. 2 *initio.* 3.	*p.* 233. *c.* 12 *sub fine.* 13 *initio.* 14.
c. 78—80.	*Hludowici II. capp. in leg. data a.* 855. *c.* 1–3.	*p.* 436. 437.
c. 81. 82.	*Incertae originis.*	
c. 83.	*Hludowici II. cap. incertae originis.*	*p.* 388.
c. 84.	*Incertae originis.*	*p.* 215. *c.* 9.
c. 85.	*Hlud. II. cap. pro lege ten. Ticin. a.* 856. *c.* 3.	*p.* 435.

Editio mea.	E quo fonte capita hausta sint:	Leges I.
	Capitula Hlothario adscripta.	
c. 86.	*Hludowici P. cap. missorum a.* 817. *c.* 28.	p. 218.
c. 87—91.	*Hlotharii cap. per se scrib. a.* 823. *c.* 1—5.	p. 235. 236.
c. 92.	*Hludow. II. cap. pro l. ten. Ticin. a.* 856. *c.* 4.	p. 435.
c. 93.	*Hludowici P. cap. ecclesiast. a.* 817. *c.* 27.	p. 209.
c. 94.	*Capit. apud Ansegis. etiam (I, 149) servatum.*	
c. 95. 96.	*Concilium Romanum a.* 826. *c.* 36. 37.	
c. 97.	*Karoli M. cap. eccles. a.* 789. *c.* 51.	p. 62.
c. 98.	*Hlotharii cap. missorum a.* 832. *c.* 5.	p. 438.
c. 99.	*Aistulfi regis lex a.* 750 *data c.* 8 *initio. Cfr. Leges IV. p.* 197.	
c. 100.	*Hlotharii capitulare Papiense a.* 832. *c.* 12.	p. 361.
c. 101.	*Concilium Romanum a.* 826. *c.* 19.	
c. 102.	*Incertae originis.*	
c. 103.	*Statuta Rhispacensia a.* 799 *edita c.* 14. *Cfr. Leges I. p.* 78.	
c. 104.	*Capit. apud Ansegis. etiam (II, 37) servatum.*	
c. 105. 106.	*Synodus Ticinensis a.* 850 *habita c.* 10. 20. *Cfr. Leges I. p.* 398. 402.	
c. 107.	*Incertae originis.*	

Editio mea.	E quo fonte capita hausta sint:	Leges I.
	Widonis capitula.	
c. 1—9.	*Widonis capitulare a.* 891 *editum.*	p. 556—558.
	Ottonis I. capitula.	
praef. c. 1-11.	*Ottonis I. capitulare a.* 967 *datum.*	Leg. II. p. 32. 33.
	Ottonis III. capitulum.	
c. unicum.	*Ottonis III. edict. intra a.* 996—1001 *editum.*	p. 36.
	Heinrici I. imperatoris capitula.	
praef. c. 1-3.	*Heinrici I. imp. capitulare a.* 1019 *const.*	p. 38.
	Conradi I. imperatoris capitulum.	
c. unicum.	*Conradi I. imp. edictum a.* 1037.	p. 39. 40.
	Heinrici II. imperat. capitula.	
c. 1.	*Heinrici II. edictum Arimini a.* 1047 *dat.*	p. 41.
c. 2. 3.	*Heinrici II. edictum Turegi a.* 1054 *dat. prim.*	p. 42.
c. 4. 5.	*Heinrici II. edict. Turegi a.* 1054 *dat. secund.*	p. 42.
c. 6.	*Incertae originis.*	

§. 32. *Qua tabula respecta, collectorem singulorum Italiae imperatorum vel regum inde a Karolo Magno usque ad Ottonem tertium capita singulis voluminibus secundum legislatorum aetatem ordinatis collegere voluisse cognoscimus. Karoli tantum secundi et Lamberti capitularia, quae nunquam fortasse in vigore fuerant, omnino omissa, Hludowici secundi capita peculiari volumine non descripta, Heinrici primi autem imperatoris, Conradi, Heinrici secundi constitutiones* capitulari *quasi additamenta adnexae sunt. Sed in capitulis digerendis et certis auctoribus tribuendis collectorem non raro errasse videmus, ut* capitulare *Italicum de receptorum capitum origine testimonium admodum suspectum praebeat. Ita praesertim capita Hludowici secundi omnia quae collegit Hlothario auctor adscripsit, item etiam Hludowici Pii capitularia Wormatiensia omnia inter ipsius Hlotharii constitutiones recensuit et multa alia capita, ut e tabula supra posita apparet, falso loco collocavit. Quod quidem mirum videri non potest antiquiorum codicum capite primo a me descriptorum naturam consideranti, in quibus genuina capitularia mutila tantum et dissecta, prologis aliisve notis capitularium originem indicantibus plerumque omissis, traduntur, consideranti praeterea collectoris aetatem, quae a capitularium collectorum origine centum quinquaginta annis, vel duobus saeculis vel maiori etiam intervallo distat. In iis contra capitularibus ordinandis, quae ad collectoris aetatem propius accedunt, ipsum nunquam errasse videmus.*

§. 33. *Sicuti autem diversa volumina secundum legislatorum aetatem deinceps scripta sunt, ita in singulis etiam voluminibus capita saepe ita ordinata invenimus, ut eorum aetatis collectorem rationem habuisse palam sit. Quod in Pippini potissimum capitulis apparet, sed etiam in iis quae Hludowico Pio et Hlothario tribuuntur, et aliquatenus in Karoli quoque capitulis, quorum ordinem capitulare anni* 779 *ducit, quod vere aetate primum est. Sane autem hunc capitum ordinem, qui chronologicus hodie dicitur, persaepe turbatum esse cognoscimus, quod non solum collectoris erroribus sed ei quoque tribuendum esse videtur, quod etiam aliis rationibus auctor in ordinandis capitibus ductus fuerit.*

Primo enim collector respecto a r g u m e n t o *quod capitibus inest ipsa non raro composuit vel ita collocavit, ut iam erratica videantur. Ita in Karoli Magni capitulis capitulari Haristallensi (c.* 1—19*) caput quoddam inseritur (c.* 16*), quod e Pippini capitulari desumtum est, ipsi contra Pippini capitulari (Karol. M. c.* 57—75*) caput Haristallense supra omissum (c.* 72*) immiscetur. Haec autem duo capita, quae eiusdem argumenti sunt, eam ob causam inverso ordine collocata esse existimo, ne Karoli caput, quod accurate et distincte de mancipiis vendendis agit, Pippini capiti antecedat, quod quasi summa tantum e Karoli illo capite excerpta videtur, sed ut potius breviloquens Pippini constitutio Karoli capite locupletiori explicetur*[13]. *Similem etiam rationem collectorem in digerendo Hludowici Pii capitulari anno* 816 *edito secutum esse videmus. Nam ipsius capitularis caput primum recte Hludowico Pio adscriptum invenimus (Hlud. P. c.* 3*), cum contra reliqua duo capitula in Karoli Magni volumine (c.* 76. 77*) recepta sint, idque eam, ut mihi videtur, ob causam, quia auctor duo alia capita Hludowici Pii nomine (c.* 1. 2*) iam recensuerat, quae capitulis illis duobus anno* 816 *datis tali modo vel contraria vel simillima sunt, ut incommode ipsi videri deberet quattuor illa pariter Hludowico tribuere et magis placeret ea partim Karolo partim eius filio adscribere. Sed alio etiam modo collector in ordinandis capitulis ipsorum argumentum spectasse videtur, iungendo scilicet capita origine quidem diversa, argumento autem similia. Ita, ut huius etiam rei exempla afferam, Haristallensis capitularis capitulo (K. M. c.* 19*) caput subnectitur e capitulari Theodonis villae dato desumtum (c.* 20*), quo utroque de hominibus faidosis agitur. Eademque ratione iuris prae-*

13) Iureconsulti Langobardici Karoli caput 16 capite 72 non explicari sed rumpi affirmaverunt, ut glossae ipsis capitibus adscriptae demonstrant, et ita minus recte de duorum capitum ratione iudicasse videntur.

cepta, quae e fontibus diversis fluxerunt, connexa sunt in Kar. M. c. 83—86, *Kar. M. c.* 88. 89, *Kar. M. c.* 124. 125, *Hlud. P. c.* 33. 34, *quia de latronibus, de fredis, de poenis exigendis, de viis et pontibus curandis capita connexa pariter statuunt.*

Deinde autem collector codicum *etiam qui sibi praesto erant exemplum in capitibus ordinandis secutus est, potissimum autem codicem Chisiano Cavensique similem. Quod quidem maxime in Karoli Magni capitibus* 101—117 *cognoscitur, quae e diversis capitularibus genuinis excerpta sunt et eadem ratione excerpta atque ordinata in duobus illis codicibus inveniuntur*[14]. *Eundem vero* capitularis *Italici et Cavensis codicis consensum in Hludowici Pii capitibus* 1—33 *in* capitulari *numeratis observare licet, necnon et in Karoli M. c.* 77. 78. 89—91, *in Pippini capitulis*[15], *in Hlotharii c.* 15—34, *aliisque etiam locis multis. Interdum autem aliis etiam codicibus* capitulare *consentaneum esse videmus: nam Hlotharii c.* 1—14 *ad Blankenburgici*[16] *fere, ipsius imperatoris c.* 44—48 *quodammodo ad Gothani et Mutinensis codicis exemplum ordinata sunt.*

Denique autem eam rationem collector secutus esse videtur, ut capita quorum originem ignorabat vel quae in codicibus suis singillatim scripta ut puta e canonibus excerpta invenerat sub singulorum voluminum fine collocaret, quod e tabula supraposita cognosci potest. Quamobrem ea capita, in quibus singula volumina exeunt, maiores etiam de sinceritate et origine dubitationes movent quam reliqua omnia in capitulari *collecta.*

§. 34. *Caeterum codices quattuor huius capitis initio dicti et in editione mea numeris* 3—6 *notati minime in* capitulari *recensendo consentiunt sed haud paucas varietates praebent, tam capitibus vario modo ordinatis quam singulis etiam in singulis codicibus omissis vel aliis novis insertis, ut inspicienti codicum descriptiones, quas supra capite II. dedi, satis apparebit. Quos inter codices Ambrosianus codex* O. 55 *(in editione mea codex* 3*) antiquissimus videtur, qui proxime ad codices capitularia genuina magis forma tradentes accedit, quia non solum capitularium, quibus collectio composita est, titulos et inscriptiones plerumque servavit*[17], *sed interdum etiam capitum ordinem qui in genuinis capitularibus erat minus turbatum quam reliqui codices ostendit*[18].

Codici Ambrosiano tam in aetate proximus quam in dispositione simillimus est Londiniensis, in quo ad exemplum Mediolanensis illius capitularium inscriptiones genuinae complures servantur. Huius autem codicis scriptor initio voluminis Karolo Magno tributi duos diversi generis codices pro archetypis habuit et in scribendo secutus est: alterum scilicet antiquiorem capitularia genuina exhibentem, alterum recentiorem et Mediolanensi similem cui collectio nostra Italica inerat. Primo enim librarius e codice antiquiori totum capitulare Haristallense a. 779 *datum forma eius communi descripsit, ipsum tamen e codice recentiori formam glossatam continente interdum supplens atque corrigens. Huius autem capitularis Haristallensis forma communis respondet collectionis nostrae Italicae capitulis Karol. Magn. c.* 1—10, *capiti primo inter extravagantia a me posito, Karol. M.* 11—15. 72. 17—19. 44. *Hoc autem ultimum caput Haristallense in collectione Italica Aquisgranense sequitur capitulare a.* 809 *editum, cuius inscriptionem et capita* 1—3. 5—9 *codicem antiquiorem secutus iam Londiniensis libri scriptor exemplavit, quae in* capitulari *nostro Karol. Magn. c.* 45—47. 49—53 *sunt. Deinde vero codicem rursus recentiorem* capitulare *continentem scriptor adhibuit atque suppletis prius capitibus, quae antea omissa erant, capitibus scilicet* 20—43. 48, *inde a Karolo Magno* 54 *collectionem tantum Italicam descripsit.*

*Codices denique Florentinus et Patavinus (*5 *et* 6 *in editione mea) longius quidem quam Ambrosianus et Londiniensis a codicibus genuina capitularia continentibus distant, cum praesertim capitularium inscriptiones nullas fere nisi singulorum voluminum initiis offerant, eam autem collectionis Italicae formam praebent quae maxime vulgaris in Italia facta esse videtur, cum in libro etiam Lombardae componendo codex his duobus simillimus et potissimum cum Patavino congruens haud dubie adhibitus sit. Sane autem in hoc etiam utroque codice varietates interdum observantur a reliquis codicibus alienae, capita aliquot omissa, alia voluminibus finitis addita sunt, et praesertim in Florentino codice capitum ordo saepius turbatus est et multa capita suppleta sunt, quae in reliquis codicibus omnibus desiderantur. Haec quidem omnia e codicum descriptione supra capite nostro secundo proposita accuratius possunt cognosci.*

§. 35. *Tractantibus nobis de* capitularis *Italici origine atque natura oritur denique quaestio, utrum capitula immutata a collectore recepta sint necne. Iam supra autem ostendi, ea etiam capitula, quibus rerum status spectatur ab undecimo saeculo omnino alienus vel quibus ab auctoribus tantum* praesenti anno *vel* hoc anno *quid fieri praecipitur, in collectionem nostram eo modo immutata transiisse, ut ne illius anni quidem nota deleta sit. Simili ratione per totum* capitulare *codices quos pro archetypis habuit accurate collector descripsisse videtur. Quod maxime in Pippini c.* 36. 37 *cognosci potest, in quibus* Placuit nobis, ut illos liberos homines *rell. et* illos aldiones recipiant *secundum antiquiorum codicum exemplum legitur, etiamsi verbum* illos *ad ipsorum capitum inscriptiones* De liberis hominibus ad servilia opera non cogendis *et* De aldionibus palatii *referendum est et propterea a collectore, qui capitum inscriptiones omnino omisit, vel delendum vel mutandum erat*[19].

Sane autem, si quis legum textum, qui in col-

14) Cfr. tabula §. 31 posita cum codicum Chisiani et Cavensis descriptione quam in libro meo de capitularibus Italicis p. 51. 52 dedi. Karoli illa capita in codicibus antiquioribus numeris XLVI—LXV signantur. 15) In libro autem meo p. 52. lin. 18 falso scripsi: *I—X Pippins Capitular S.* 40—42; legendum enim est: *S.* 42—44. 16) Cfr. l. m. p. 48. 17) Cfr. supra p. LIV. 18) Ita Karoli M. c. 16 et 72, quae in collectione Italica inverso ordine collocata esse supra §. 33 exposui, in codice Ambrosiano suo loco inveniuntur. Minime autem codex Ambrosianus *capitularis* formam continet omnino diversam ab ea quae in reliquis codicibus exstat, ut Iohannes Merkel in historia Langobardici iuris pag. 19. 20 codicibus quos ego adhibui minus accurate perspectis iudicavit. 19) Capitum rubricas non a codicum scriptoribus additas sed genuinas esse eum qui capitulare, e quo Pippini capita 36. 37 prodierunt,

lectione nostra traditur, cum capitularibus Legum tomo primo editis contulerit, persaepe alterum ab altero textum paucis differre cognoscet. Lectionum tamen varietatem a G. H. Pertz selectam accuratius inspicienti simul apparebit, ea etiam verba, quae in capitularis *Italici textu mutata videantur, saepe iam in antiquioribus quibusdam codicibus legi et potissimum Chisiani Cavensisque lectionibus defendi. Ita quidem sub fine Karoli Magni capitis* 79 *verba inveniuntur, quae, si a textu quem G. H. Pertz Leg. I. p.* 73 *constituit differunt, concordant tamen cum varia lectione e codicibus illis ibi sub littera* n *adnotata. Pariter etiam Hludowici Pii capiti* 16 *sub fine verba in collectione Italica adduntur quae in nullo antiquiori codice leguntur nisi in Chisiano Cavensique, ut Legum tomo primo pag.* 212 *sub littera* d *adnotatum est. Alias contra collectionis Italicae varietates Pertziana quidem editio non tuetur, sed eam modo ob causam quia capitularium editor selectam tantum lectionum varietatem exhibere voluit easque variantes lectiones omisit quae sibi nullius momenti esse viderentur. Ita, ut huius etiam rei exempla afferam, Karoli capitulum Haristallense (Leg. I. p.* 37. *c.* 14*)* De truste facienda nemo praesumat *in collectione nostra (Kar. M. c.* 11*) verbis augetur e Pippini c.* 15 *repetitis:* ad nos venienti mansionem vetare; et quae ei necessaria sunt, sicut vicino suo vendat[20]. *Haec autem verba non demum in* capitulari *Italico, sed iam in antiquiori codice Mutinensi addita inveniuntur, ut ex iis quae vir b. m. Merkel de ipso codice retulit cognovi. Ita similiter verba quae in collectione Italica sub fine Hludowici Pii c.* 2 *leguntur:* et ita sicut supra scriptum est componatur[21] *desunt quidem in capitis textu Legum I. p.* 85. *c.* 11 *edito, exstant autem in Chisiano Cavensique codice, ut e schedis a Pertzio adhibitis cognoscere mihi licuit. Ita collato Hludowici Pii capite nostro* 37 *cum ipsius capitis textu a Pertzio edito complura quidem verba sub fine capitis a collectore nostro omissa videntur, quae tamen item a codice Chisiano antiquiori abesse Pertzianae schedae ex ipso codice descriptae probant*[22]. *Ita denique initium Pippini c.* 24 *non in nostris tantum codicibus* 3. 5. 6 *legitur:* De quibusdam autem in primo capitulo de senodochiis iussimus, *sed pari modo in Chisiano Cavensique, ut iterum schedae demonstrant, se habet*[23].

Quo collectionis nostrae cum antiquioribus codicibus consensu eo adducimur, ut illis etiam locis quibus capitularis *Italici textus varietates praebet, quas antiquiores codices non defendunt, ipsum non cum consilio mutatum habeamus sed potius credamus, collectorem codices esse secutum, quorum hodie nulla nobis cognitio sit. Tales autem varietates frequentes etiamsi exiguae collectionem nostram cum capitularibus conferenti obveniunt. Ita Karoli M. c.* 19 *verba* tunc ad nos sit transmissus *addita vel ex antecedentibus repetita videmus; Karoli M. c.* 36 *verba supplentur:* et sic iuret; *Karol. M. c.* 76 consuetudo est *legitur loco* constitutum est; *Karol. M. c.* 86 *prope* ducem aut comitem *iudex quoque nominatur, qui sane magistratus Italicus erat; Pippini c.* 8 *sub fine verba aliquot inveniuntur in codicibus Chisiano et Cavensi, qui soli praeter collectionem nostram hoc capitulare continent, omissa*[24], *sed ut mihi videtur, genuina; Hludowici Pii c.* 51 *in locum verborum* quandiu prope beneficia fuerint *verba substituta inveniuntur rebus Italicis magis consentanea* usque quo infra suam iudiciariam vel terminum fuerit; *Hlotharii denique c.* 55 *loco* centenarii *Francorum* sculdais *Langobardicus magistratus nominatur.*

§. 36. *Etiamsi igitur collector capita in* capitulari *recepta mutare noluisse videtur, saepe tamen, ut opinor, textum vel parum intellectum vel perperam in codicibus sibi traditum corrigere et ita non quidem mutare sed genuinum potius quem putabat restituere conatus est. Qua re factum est, ut Karoli, Pippini, Hludowici, Hlotharii constitutiones multis locis depravatas in collectione Italica inveniamus, quod sane consideranti, quanto temporis intervallo collectoris aetas a Karolidarum regum aetate distet, mirum non videbitur*[25]. *Ita exempli gratia Karolus Magnus praeceperat (Leg. I. p.* 38. *c.* 21*):* Si comes in suo ministerio iustitias non fecerit, missos nostros de sua causa soniare faciat (*hoc est* missos curet[26] iisque victum praebeat), usque dum iustitiae ibidem factae fuerint. *Collector autem, verbum* soniare *non intellegens et fortasse pro* emendare *vel* providere *accipiens, Karoli verba corrupit scribendo (Karol. M.* 18*)* missus noster de sua causa soniare faciat. *Simili modo vocem Germanicam in Kar. M. c.* 30 *a collectore non intellectam esse videmus, cum verba Karoli M.* secundum legem et ewam illi componat *vel omnino corrupta vel mutilata in collectionis nostrae codicibus legantur. Karoli vel potius Pippini deinde praeceptum, ne quis pro servo fugitivo reddendo forcapium (hoc est praemium pro eo quod servum comprehenderit et reddiderit) accipiat, collectori nostro tam obscurum visum est, ut illud mutaret in praeceptum (Kar. M. c.* 74*): ne quis in litibus de mancipiis agendis furem camphium (i. e. pro camphione) recipiat. Simili autem ratione* capitularis *auctor capita a se recepta parum intellexit scribendo in Karol. M. c.* 45*:* aequaliter inter illos iudicium terminetur, *loco* qualiter i. i. i. t.; *in Karol. M. c.* 99*:* Si vero culpabiles fuerint, sicut in capitulare, *loco* sin vero, sicut in capitulare; *Karol. M. c.* 141*:* conditam habeamus *loco* condictam habeamus; *in*

accurate recenset (Leg. I. p. 46. 47) fugere non potest. Dubitavi autem, an verbum illud *illos* non pro articulo Italico *gli* vel *i* habendum sit. Sed etiamsi in diplomatis Italicis saeculis nono vel decimo conditis saepe verbum *ille* pro articulo positum invenitur, in Pippini tamen capitularibus Italicis usus ille nondum observari potest, ut verbum *illos* pronomen potius demonstrativum habendum sit. 20) Verba illa a librario qui Karoli caput non intellegebat et trustem pro servitio regali habebat falso addita sunt. Cfr. supra pag. L. not. 19. 20. 21) Quali modo haec lectio sane corrupta orta sit ostendi in libro meo de capitularibus Italicis p. 141. 142. 22) Cfr. Leg. I, 217. c. 5. not. d. In *capitularis* codicis Londiniensi verba ipsa suppleta sunt, cum huius codicis scriptor antiquiorem etiam codicem capitularia magis genuina continentem adhibuerit, ut supra §. 34 adnotavi. 23) Verba supra allegata in editione mea p. 519 in notis collocavi, sed rectius in ipso textu collocanda erant. Londiniensis codicis scriptor eam tantum ob causam ipsa omisisse videtur, quia alterum capitularium codicem a collectione nostra alienum saepe adhibuit. 24) Cfr. Leg. I. pag. 43. c. 8. 25) Cfr. etiam quod supra §. 4. 32 dixi. 26) soniare = Francog. *soigner*.

Pippini c. 30*:* per diversos comitatus, *loco* per d. comites; *in Pippini c.* 33*:* ubi lex deest, praecellat consuetudo *loco* ubi lex est, praecellat consuetudinem (*hoc est:* consuetudinem sibi contrariam rumpat); *in Hludowici Pii c.* 11*:* fideiussori investituram donet *loco* fideiussores vestiturae donet, *et* ipse fideiussor faciat eidem investituram *loco* ipse fideiussionem faciat eiusdem investiturae; *in Hloth. c.* 44*:* aut aliam ariscadam *loco* aut aliam harmiscaram; *in Hloth.* 57 eriliz *loco* scaftlegi *vel alia perverse scripta.*

§. 37. *Iam, postquam de tota* capitularis *Italici indole ac dispositione disserui, paucis comprehendere liceat, qualis auctoritas ei tribuenda sit. Quaerentibus nobis de Karoli, Pippini, Hludowici primi et secundi, Hlotharii capitularium origine, aetate, sinceritate perexiguae tantum ne dicam nullius fidei collectio Italica esse videatur, ut paucis tantum capitulis dubitatione carentibus, quae in aliis codicibus manuscriptis non traduntur, ad Karolidarum aetatem melius cagnoscendam quid conferat. Widonis contra successorumque eius constitutiones integrae nonnisi collectione Italica nobis traditae sunt, in ea autem ita, ut nulla de ipsarum origine vel verbis dubitatio moveatur. Praeterea autem collectionis momentum in eo positum est, quod ipsa per totum saeculum undecimum saepe descripta, in iudiciis pro iuris libro authentico eo tempore adhibita et postea per centum quinquaginta fere annos quasi libri Lombardae pars pro fonte iuris Langobardici habita est. Sed tota Italica collectio tam inepte composita est et pingue ingenium, quod ineunte saeculo undecimo in Italia vigebat, adeo probat, ut scholasticis potius studiis et disputationibus eam locum dedisse quam bonas et commodas iudicandi normas iudicibus praebuisse equidem crediderim. Nec mirum igitur, quod collectio Italica, cuius maxima pars fortasse iam saeculo undecimo ineunte in usu non erat, cum ipso edicto tota in desuetudinem paullatim abiit et iuri Romano in paucis tantum consuetudinibus Langobardicis et Germanicis mutato cessit.*

Caput IV. De capitulari *Italico cum Langobardorum edicto coniuncto.*

§. 38. *Etiamsi, ut §.* 25 *ostendi,* capitulari *non Langobardorum tantum ius, sed omnium nationum undecimo saeculo Italiam colentium continetur, tamen capitularium collectionem Italicam in codicibus manuscriptis omnibus Langobardorum edicto, secundum quod maxima sane Italicorum civium pars vivebat, additam videmus. Nihilominus autem edictum et* capitulare *pro operibus diversis semper fere habebantur, quae duos diversos codices Mediolanenses hodie etiam explent, in codicibus Londiniensi et Florentino uno quidem libro hodie coniuncta sunt, sed ita ut uterque codex binis partibus ab initio diversis composita videatur* [27]*, et in codice tantum Padolironensi adeo cohaerent, ut quasi una* lex a Longobardorum et Francorum regibus edita *in inscriptione comprehendantur. Ad dictos quattuor codices Langobardorum edictum continentes et in editione mea numeris* 3—6 *notatos duo alii accedunt, qui edictum mutilum tantum servaverunt: Estensis scilicet codicis pars prior, quae in Liutprandi capite* 101 *exit et cuius lectiones numero* 1 *in editione mea notavi, et codex Venetus, in quo Liutprandi caput* 82 *ultimum est, quemque in editione mea numerus* 2 *spectat. Iam autem oritur quaestio, utrum edicti forma quae in sex illis codicibus* capitulari *fere aequalibus legitur a certo quodam auctore, uti Iohanni Merkel persuasum fuisse videtur, denuo recensita ac fortasse mutata sit, an potius cum iis edicti formis consentiat, quae iam in antiquioribus traduntur codicibus. Qua de re ut iudicari possit, videamus, quibus rationibus edicti editio ope codicum nostrorum* 1—6 *parata ab ea differat, quam Fridericus Bluhme ex antiquioribus codicibus proposuit.*

§. 39. *Absunt primo a codicibus recentioribus capita, quae in edicto locum non obtinuerant vel edicti partes nunquam habebantur, cum vel in breve tantum tempus vel a regibus solis statuta nec populi auctoritate edita essent* [28]*. Absunt, quia, cum* capitulare *Italicum collegeretur, istorum capitum extra edictum vagantium memoria iam pridem omnino exstincta erat. Nam iam Bergomas quidam presbyter, qui saeculo nono Langobardorum historiam a Paulo diacono scriptam excerpsit et ad suam usque aetatem continuavit, Ratchisi et Aistulfi capita extra edictum posita ignorasse videtur scribendo tantum de Ratchiso:* posuit in edicto capitula octo *et de Aistulfo:* posuit in edicto capitula tredecim [29]*. Ita codicum etiam saeculis octavo nono vel decimo scriptorum et edictum exhibentium nullus omnia illa capita tradidit, sed alii alia quasi fortuito servaverunt et in Parisiaco codice* 4614*, quem Bluhme numero* 10 *indicavit, aeque atque in codicibus a me ipso adhibitis nullum capitum extra edictum vagantium vestigium exstat. Quamobrem edicti formae cum* capitulari *iuncti peculiare haberi non potest, quod capita a Langobardorum regibus praeter edictum data omissa sunt.*

§. 40. *Secundo loco notandum est, quod prologi et epilogi a regibus capitibus praefixi vel subnexi in recentioribus codicibus saepe quasi superflui omissi sunt et Liutprandi potissimum prologi anno eius quinto et sequentibus annis scripti omnes fere*

27) Cfr. codicum descriptiones supra p. LV. LVII. 28) Quorum de capitum extra edictum vagantium origine et natura accurate egi in libro meo de capitularibus Italicis scripto pag. 6—14. Illic quae exposui hodie etiam contra Fridericum Bluhme, qui de quibusdam aliter iudicavit (cfr. Bluhmii editio p. 176. not. 2; p. 180; p. 181. not. 34; p. 195. not. 1), defenderem, nisi longum videretur. De una tantum re aliter hodie sentio quam ante hos quattuor annos. Duo scilicet capita, de quibus in libro meo p. 8. 9 sub littera *b* disserui (capita dico a F. Bluhme pag. 181. 182 quarto et quinto loco edita) non intra annos 735—744 sed anno potius 713 vel 714 a Liutprando fuisse promulgata mihi probatissimum videtur. Cuius rei certissimum mihi argumentum est, quod Liutprandus in capite illo quinto verbis *et quia ecce nos modo omnia de talibus causis propter Deum et animae mercedem relaxavimus* edicti leges anno 713 ortas quasi recens editas respicit, quibus fisci iure hereditario sublato filiabus et sororibus in patrum fratrumque hereditatem in totum succedere permittitur. 29) Mon. Germ. Script. III. p. 231. c. 3.

desunt. Sed antiquiorum quoque codicum scriptores ipsos prologos et epilogos nullius pretii aestimaverant et propterea non raro omiserant, et contra in singulis etiam recentioribus codicibus (num. 1—4 *in editione mea notatis) singuli prologi interdum occurrunt, ut igitur eo quoque edicti forma antiqua a nova non differat, quod, ut quis dicere posset, prologi et epilogi in alteram recepta in altera omissa sunt.*

§. 41. *Tertio deinde in recentioribus nostris codicibus multa etiam ipsius edicti capita omissa sunt. Ita scilicet in codicis Estensis parte priori (cod. noster* 1*) desunt Roth. c.* 368, *Liutp.* 63; *in codice Veneto (*2*) Liutp.* 75. 79; *in codice Ambrosiano (*3*) prima manu omissa et secunda demum suppleta sunt Roth.* 154. 155. 159. 160. 161. 176. 177. 187. 227. 228. *Liutp.* 79. 82—84. 95. 96. 115. 135 *et Roth. capitum* 224. 225. 252 *partes posteriores; in codice Londiniensi (*4*) Roth.* 177 *et capitis* 252 *pars posterior; in codice Florentino (*5*) Roth.* 177. *Liutp.* 16. 63. 78. 79. 82—84. 91. 99. 132. *Ratch.* 2; *in codice denique Patavino (*6*) Roth.* 88. 111. 123. *(quae casu tantum aliquo praetermissa sunt)* 177. *Liutp.* 16. 63. 75. 79. 82—84. 91. 94. 99. 100. 132. *Ratch.* 2.[30] *Quorum capitum pars maxima non fortuito vel scriptorum neglegentia sed secundum certam quandam rationem omissa est, cum plurima sane, quae a codicibus nostris absunt, saeculo undecimo iam obsoleta videri deberent. Sed neque his capitibus omissis vetus edicti forma a recentiori vere differt, cum codices nostri hac in re minime consentiant sed potius in aliis alia capita omittantur*[31].

§. 42. *Quartum autem inter utramque edicti formam discrimen eo positum videri potest, quod antiquiores codices in rebus grammaticis maximam casuum modorum generum turbationem ostendunt et omnino linguam loquuntur ad Italorum sermonem hodiernum iam sese appropinquantem, in recentioribus contra codicibus edictum secundum linguae Latinae regulas grammaticas correctum apparet. Sed etiam hac linguae diversitate non eo adducor, ut edictum quod in codicibus a me adhibitis legitur denuo recensitum habeam. Nam in antiquioribus etiam codicibus, potissimum Guelferbytano, Parisiaco* 4614, *Gothano, a Bluhmio numeris* 6. 10. 11 *notatis, edicti textus pariter artis grammaticae habenis strictus invenitur. Et quod ad recentiores codices attinet, Ambrosianus etiam, quantum ex iis quae F. Bluhme et G. H. Pertz de ipso retulerunt iudicare licet, linguam illam quam maxime rusticam et barbaram loquitur, quae exitu decimi et initio undecimi saeculi omnium fere Latini sermonis peritorum hominum in Italia fuisse videtur. In aliis autem codicibus recentioribus Italicus ille sermo, quo edicti auctores usi fuisse videntur, minime eadem omnino ratione corrigitur, id quod esse deberet, si codices nostri certae edicti recensionis exempla praeberent, sed in iis ipsis correctionibus codices nostri saepissime variant. Quod quidem Bluhmiana et mea editione accuratius collata cognosci poterit.*

§. 43. *Quinto vero loco Bluhmiana edicti editio ab ea quam ego institui eo differt, quod ipsa edicti verba non raro diversa sunt, interdum etiam alter in altera editione verborum sensus invenitur, ut hac igitur ratione recentiorem textum certo consilio mutatum habere posses. Haec autem quae in recentioribus codicibus correcta videntur partim quidem ipsis omnino propria sunt, partim vero iam in antiquiori aliquo codice pari modo leguntur, ac praeterea correctiones illae interdum quidem omnibus recentioribus codicibus communes sunt, interdum contra in nonnullis tantum occurrunt, ut reliqui antiquiorum lectiones servaverint. Lustrantibus igitur utriusque edicti formae illas diversitates obvenit primo, quod in omnibus nostris codicibus qui Rotharis prologum tradunt ipsius initium cum edicti inscriptione coniunctum apparet et ipsius prologi textus tredecim locis etiamsi in parvis tantum mutatus est, ita tamen ut codices nostri Venetus et Londiniensis pluribus vicibus textum Bluhmianum repraesentent*[32]. *Deinde Rotharis capite* 20 *codices omnes*[33] *verba* contempserit ad iustitiam *illustrant addito verbo* faciendam. *Rotharis capite* 31 *verba genuina* Walapaus est qui se furtim vestimentum aliud induerit, *crimine quod walapaus dicitur iam parum intellecto, mutantur in* W. e. q. se furtivum vest. aliud induerit. *Rotharis capite* 33 *verba* liberet se *(scil. servus) uno codice Veneto excepto codices omnes bono consilio corrigunt ad exemplum antiquioris Guelferbytani* liberet eum dominus eius. *Rotharis capite* 144 *verbis, quibus in domo aedificanda homo aliquis casu interfectus esse dicitur, adduntur in omnibus excepto nostro Londiniensi:* aut quodlibet damnum fieri, *quae in antiquioribus omnibus desunt. Rotharis capite* 221 *codices nostri, exceptis duobus vel tribus, verbis* tunc liceat gastaldio regis *subnectunt:* aut actori[34], *cuius magistratus gastaldio suppositi in nullo antiquiori codice hoc loco mentio fit. Rotharis capiti* 383 *iidem illi codices verba inserunt omnino superflua:* nam si fecerit, sicut in hoc edicto legitur, componat ei. *Grimoaldi caput* 1 *initio verbis quibusdam ad antiquioris Eporediensis codicis exemplum insertis mutatur, ut iam magis lucide quam antea loquatur. Liutprandi capite* 4 *codices omnes praeter Patavinum verba* sorores et filias in capillo *transponunt ut* filias et sorores in capillo, *sensu quem Liutprandus rex legi inesse voluerat mutato, iam legatur. Haec autem lectio mutata* nova *in glossis codicum Parisiaci et Vindobonensis, Wilihelmi iureconsulti in expositione codicis Neapolitani dicitur. Liutprandi porro capite* 29 *(ed. Bluhme* 30*) in textu a Bluhmio constituto legitur:* si postea alter eam *(scil. quae stirpe regia orta et alteri iam sponsa est)* oxorem

30) In omnibus nostris codicibus abest caput pro Liutp. c. 29 a Bluhmio e tribus tantum codicibus editum. Hoc vero caput equidem pro spurio habeo. Fictum esse videtur a librario quodam ad exemplum Liutprandi capitis 22, eo scilicet consilio, ut non solum de muliere maritata rem aliquam vendere volente, sed etiam de non maritata muliere rem alienante lege statuatur. Genuinam autem legem, quae de puellis vel viduis rem vendentibus agit continet caput Roth. 204, ut superflua igitur lex illa fictitia sit. 31) In antiquioribus sane codicibus a Bluhmio adhibitis edicti capita obsoleta non omittuntur, et unum tantum Liutp. c. 63 (ed. Bluhme 64) in nostris codicibus quibusdam omissum in tribus etiam antiquioribus deest. Quod caput 63 fortasse volumini iam absoluto postea additum et eam tantum ob causam ab antiquis nonnullis librariis praetermissum est. 32) Cfr. editionis meae textum; verba mutata plenis litteris imprimi curavi. 33) Codicis tantum Ambrosiani (3) lectiones tam hoc loco quam multis etiam aliis ignoramus. 34) Verba ista in notis posui; dubito autem an in textu potius collocanda sint.

ducit culpaviles invenitur solidos sexcentos[35]; *quattuor autem codices a Bluhmio adhibiti, et inter eos tres antiquissimi, sensu prorsus mutato, lectionem offerunt:* si postea *(sponsus scilicet parentis regiae)* alteram uxorem ducit, *quam omnes nostri codices recentiores sequuntur, in quibus praeterea mulcta ad Grimoaldi capitis* 6 *exemplum mutatur, ut quingentorum tantum iam statuatur. Simili ratione mulctam quandam mutatam videmus Liutprandi capite* 41, *ubi in omnibus nostris recentioribus codicibus ei qui treugas rumpit trecentorum solidorum poena iniungitur, quae in omnibus antiquioribus ducentorum est. Eiusdem regis capite* 60 *sub fine recentiores codices falsa lectione usi habent* ipse cui sacramentum interdixerit, *verbis genuinis* ipse cui sacramentum in terra dederit *parum intellectis. Liutprandi capite* 65 *in codicibus nostris omnibus sicuti in Bluhmii codicibus* 6—12 *notatis legitur:* sed nec suam libertatem habeant, *codices autem a Bluhmio adhibiti antiquissimi* 2. 3. 5: sed suam libertatem habeant, *quae genuina videtur lectio, quamvis contraria etiam non abiectis argumentis nitatur. Liutprandi capite* 77 *in recentioribus codicibus verbis* data fuisset et *ad Matritensis antiquioris exemplum insertis ipsius capituli praeceptum illustratur. Liutprandi denique capite* 104 *post verba* nati sunt *(exemplo, ut videtur, Liutprandi capitis* 31*) adduntur* vel nascuntur, *et sub ipsius capitis fine verba subnectuntur:* et inantea, *quae iam in antiquiori Cavensi leguntur. Ista sunt quae in edicti textu recentiori cum antiquiori comparato mutata inveni.*

§. 44. *Sexto denique loco codices edicti recentiores tria quoque additamenta praebent, quibus iuris praeceptum omnino novum statuitur. Nam quod genuino Rotharis capitulo* 279 *praecipitur, in additamento huic capiti subnexo adaptatur ad servorum seditiones non a libero homine, quod in genuino capite statutum erat, sed a servo commotas, nongentorum solidorum mulcta in capitis poenam mutata. Sed hoc additamentum iam in antiquioribus duobus Matritensi et Gothano (ed. Bluhme cod.* 8. 11*) invenitur et praeterea in nostris recentioribus codicibus diversa ratione variatur. Simili modo Rotharis capiti* 347, *quo is quem pecus aliena sequeretur ipsam domino restituere iubetur, in codicibus a me adhibitis omnibus additur, quod, si inventor pecudem illam non restituerit, quasi pro furto nec manifesto secundum Rotharis c.* 255 *puniendus sit, quod praeceptum in nullo antiquiori codice legitur. Postremo autem totum capitulum omnino novum in recentioribus codicibus invenitur, quod in editione mea trecentesimum sexagesimum inter Rotharis regis capita est et duplici forma traditur, breviori et pleniori. De ipsius capitis origine iam accuratius agendum est.*

Abest hoc caput ab omnibus codicibus a Bluhmio adhibitis, abest ab editione Heroldina Bluhmianae proxima, abest a libro Concordia dicto. Primum eius vestigium invenitur in codice Eporediano (ed. Bluhme cod. 3*), in quo corrector exeunte decimo vel ineunte undecimo saeculo, ut mihi videtur, breviorem capituli formam in margine supplevit sub fine scilicet Rotharis capitis, quod in editione Bluhmii* 360, *in editione mea* 361 *est. Eodem loco, subnexum scilicet capiti* 361, *caput nostrum exstat in codice Londiniensi (cod.* 4 *in ed. mea) breviori forma a primo scriptore positum, longiori autem forma a recentiori quadam manu suppleta. Consentit etiam, quod ad locum attinet quo caput nostrum invenitur, cum duobus illis codicibus Lombardae liber, quo item Rotharis legem* 361 *caput nostrum excipit; de forma Lombardae codices variant. Capiti vero* 361 *id de quo agitur antepositum est in codicibus Veneto, Florentino, Patavino (*2. 5. 6 *in editione mea), quibus accedunt Parisiacus et Vindobonensis (*7. 8*) breviorem formam codex Venetus, longiorem reliqui praebent, quam Venetus etiam ante Liutprandi c.* 35, *nostro igitur capite in hoc codice iterato, repraesentat. In codice Estensi (cod.* 1*) Rotharis capiti* 250 *plenior illius forma postponitur et similem etiam codicem glossator Cavensis spectasse videtur, allegato scilicet in margine Liutprandi capitis* 35 *(ed. Bluhme c.* 36*):* Roth. CCXLV[36]. *Ambrosiani denique codicis (cod.* 3*) scriptor Rotharis legi* 85 *formam capitis nostri pleniorem subnexuit.*

Iam his codicibus solum respectis, quibus Rotharis c. 360 *habetur vel non habetur, non immerito negari potest genuinam Rotharis legem ipsi inesse, cum caput in omnibus antiquioris notae codicibus desit et in recentioribus saeculi undecimi tam diverso loco quam forma diversa positum sit. Fictitia igitur videtur lex et cognosci quoque posse opinor, qualem ob causam qualique ratione ficta sit. Spectat enim huius capitis origo ad Liutprandi legem* 35 *(ed. Bluhme* 36*), qua leguntur haec:* Si quis dederit wadiam et eam recipere neglexerit, componat sicut in anteriori edicto legitur. *Quaeritur, quo* anterioris edicti *capitulo compositio hoc loco laudata statuatur? Existimo nullo omnino. Nam neque Rotharis caput* 362 *(ed. Bluhme c.* 361*) spectatum dici potest, sicut Baudi a Vesme*[37] *et dubitandi modo F. Bluhme*[38] *crediderunt, qua nulla compositio statuitur, sed tantum praecipitur, ut is qui wadiam de sacramento praestando datam sacramento vere praestito non liberaverit causam, qua de probanda wadia data est, amittat et pro condemnato habeatur, neque, ut I. Merkel coniecit, Liutprandi lex* 15 *allegatur*[39], *cuius cum Liutprandi lege* 35 *ratio omnino nulla est. Cum autem in universo edicto etiam nulla alia lex inveniatur, quae Liutprandi capite* 35 *spectata dici potest, eo neces-*

35) Sexcentorum solidorum mulcta, quae in edicto hoc solo capite invenitur, non iuris communis sed singularis, regii scilicet, fuisse videtur: *si quiscumque parentem nostram saecularem disponsat.* 36) Vide infra pag. 125 in notis. 37) Edicta regum Langobardorum in praefatione. 38) Infra pag. 125. not. 13. 39) Merkel in *Archivio storiso* Append. III. pag. 697 et seqq. Putavit enim vir b. m., in Liutprandi lege 35 legendum esse: *Si quis wadiam dederit et eam recipere neglexerit, per fideiussorem componat sicut* rell., et verba *per fid. componat* ita intellegenda esse, ut fideiussor loco debitoris secundum Liutprandi c. 15 posse pignorari dicatur, et tali modo debitor *per fideiussorem componere* videatur. Huic autem interpretationi praeter alias dubitandi rationes id maxime obiicitur, quod verba *per fideiussorem* ab omnibus melioris notae codicibus absunt, et, si in uno codice et a recentiori correctore in duobus aliis adduntur, ab ipsis librariis cum antecedentibus, non cum sequentibus verbis coniuncta sunt.

sario adducimur, ut ipsius capitis auctorem, dicendo sicut in anteriori edicto legitur, errasse et consuetudinem quandam Langobardicam in edicto non, ut ille putabat, receptam respexisse credamus. Secundum hanc autem consuetudinem iureconsultus quidam Langobardicus, ut exstaret in edicto caput in Liutprandi lege 35 allegatum, novum caput ad eiusdem legis similitudinem finxisse[40] et Rotharis capitibus 359 vel 360 (ed. Bluhme) adiunxisse videtur. Apud eum qui primo hoc caput confecit ipsius finis iam in verbis componat solidos 36 fuit, ut verba dein sequentia, quae omnia e Liutprandi lege 35 desumta et in compluribus codicibus omissa sunt, a posteriori demum librario addita videantur. Hac igitur ratione, ni omnia me fallunt, ortum est capitulum quod in editione mea inter Rotharis capita est trecentesimum sexagesimum[41].

§. 45. Iam si omnia illa respicimus, quibus Bluhmiana edicti editio a textu quem codices nostri 1—6 repraesentant vel differt vel differre videtur, edictum cum capitulari coniunctum denuo et ex professo esse recensitum omnino denegamus. Paullatim sane antiqua edicti verba secundum artis grammaticae regulas correcta sunt, paullatim etiam variantes quaedam lectiones usu receptae in codices recentiores irrepserunt, paullatim paucis quoque additamentis edictum genuinum instructum est: sed ea omnia longo temporum decursu et in diversis codicibus diversa ratione evenerunt. Et quidem scholasticis maxime haec quae mutata sunt tribuenda esse censeo, qui post turbulentas saeculi noni et decimi tempestates Ottonum imperatorum aetate tranquilliori edictum et capitularia arte quadam quamvis inerudite tractare coeperunt.

§. 46. Cui doctrinae scholasticae debemus etiam glossaria in codicibus Matritensi, Cavensi, Vaticano servata et a Bluhmio infra p. 651—657 edita, quae ad edictum recte cognoscendum omnino nihil conferunt et nihil nisi ineptum et ineruditum auctorum ingenium probant. Idem de plurimis glossis dicendum est in codice Londiniensi (ed. meae cod. 4) edicto et capitulari in margine vel inter lineas adscriptis, quae vere nugae sunt et pueriles scholarium, qui ipsius codicis usum fecerunt, animos egregie testantur. Melius de glossis codicis Eporediani (ed. Bluhme infra p. 648—650) et Ambrosiani (in ed. mea cod. 3) iudicandum videtur, quae, etiamsi barbaro illo undecimi saeculi ineuntis sermone conceptae sunt, tamen non incommode leges interpretantur vel dubitationes movent atque decidunt. Glossarum denique in Londiniensi, Florentino, Patavino (codd. 4—6) codicibus scriptarum aliae quidem et interdum non inutiles ab ipsis scriptoribus inventae atque conceptae videntur[42], aliae autem ex edicti et capitularis Italici certa quadam collectione descriptae et transsumtae sunt. Qua de collectione iam agendum est.

Caput V. De edicto et capitulari Walcausi auctoritate recensitis.

§. 47. In codicibus Parisiaco et Vindobonensi, item in codicis Estensis parte posteriori (in edit. mea cod. 7. 8. 9) edictum et capitulare peculiari quadam ratione recensita et adornata leguntur[43], et eorum quae huic legum et constitutionum Italicarum collectioni propria sunt nonnulla in alios etiam codices transierunt, potissimum in Londiniensis codicis partem recentiorem, numero 10 a me signatam. Prius quam de huius collectionis glossatae, ut breviter dicam, origine et auctoritate agimus, videamus, quibus rationibus ipsa ab edicto et capitulari in reliquis codicibus recensitis differat.

§. 48. Primo quidem notandum est, quod, cum in codicibus, de quibus tertio et quarto nostro capite disseruimus (cod. 1—6) edictum et capitulare mutila tantum tradantur et ab aliis scriptoribus capita alia omissa sint, glossatae contra collectionis auctor id sibi proposuit, ut quam absolutissimam ipsam conficeret neque ulla capita quasi superflua omitteret. Italici enim capitularis duo tantum desiderantur, Hloth. 97 et 106, quae capita in Neapolitano quidem codice commentariis instructa et in Lombardae etiam librum recepta sunt, sed in uno tantum codice libro Lombardae antiquiori, Patavino scilicet, leguntur[44]. Edicti contra nulla lex in collectione glossata desideratur[45]. Prologi singulorum regum capitibus singuli praefiguntur, ut omissi sint omnium Liutprandi voluminum prologi, primo tantum excepto.

§. 49. Secundo autem glossata a non glossata collectione eo differt, quod capitum ordo in illa saepe mutatus invenitur, ita ut collectionis non glossatae digestio propius accedat ad genuinum edicti et capitularium ordinem. Pluribus quidem vicibus cognosci potest, glossatae collectionis auctorem certo quodam consilio in capitum ordine priori mutando ductum fuisse. Ita, si dictus auctor Karoli M. caput 123 in glossata collectione loco Hlotharii capitis 70, hoc autem ipsum loco illius transposuit, meliorem haud dubie rationem inter edicti et capitu-

40) Roth. c. 360 vere Langobardicam consuetudinem continere eo fortasse probatur, quod codices Matritensis et Cavensis (cod. 8. 9 in ed. Bluhm.) sub fine Liutp. c. 36 addunt *id est solidos XXXVI*, quae mulcta eadem est quae Rotharis capite 360 statuitur. 41) In quibusdam similiter, in plurimis aliter de hoc capite iudicaverunt Baudi a Vesme, *dell' edizione delle leggi Langobardiche* rell. (a. 1847) pag. 19 et in praef. ad Edicta regum Langobardorum; I. Merkel in *archivio storico* append. III. p. 697 sqq.; Anschütz in *Kritische Ueberschau* IV. p. 274. Cfr. etiam Bluhme in *Archiv der Gesellschaft* V. p. 235. Quid contra horum virorum doctorum sententias proferri possit, ex iis quae supra exposui emanat. 42) His glossis interdum iam iuris Romani praecepta et actiones potissimum iure Romano datae spectantur. Conf. gloss. ad Roth. 9. 15. 150. 167. 170. 354 *(per institutionum kapitulum sata solo cedunt)*. 363. 367. Grim. 1. Liutp. 47. 79. Ratch. 6. Hloth. 31. 35. 43) In istis etiam tribus codicibus *capitulare* et edictum duo opera diversa apparent (cfr. huius praefationis §. 38), cum Karoli Pippini reliquorumque capita *liber primus*, *liber secundus* vel similiter inscripta sint. Aliis contra rationibus opera duo in recensione qua de agitur pro uno tantum legum corpore habentur. 44) Scriptorum tantum neglegentia in codice 7 Kar. M. c. 70, in cod. 9 Kar. M. c. 47 excidisse videtur. 45) Roth. c. 287 casu quodam omissum est in cod. 8.

laris *capita diversa efficere voluit, quam quae antea erat*[46]. *Is enim qui primus* capitulare *composuit inter Karoli M. loco* 122. 123 *duo Hludowici Pii capita etiam receperat edicto Langobardorum omnino incongrua. Nam quod Karoli M. c.* 123 *dicitur:* De feminis quae viros amittunt placuit nobis ne se, sicut hactenus, indiscrete velent, sed ut triginta dies post decessum viri sui expectent *legi Liutprandi* 99 *contrarium sane est, qua mulieribus viduis anno demum post mariti mortem peracto velum suscipere, non autem, id quod capite illo legitur,* indiscrete se velare *permittitur. Illi autem Karoli Magni capiti* 123 *pariter incongruum est Hludowici secundi quoddam caput inter Hlotharii capita loco* 70 *a* capitularis *primo collectore receptum. Nam quod ipsius c.* 70 *initio legitur:* De feminis, quas defunctis viris lex Longobardorum prohibet ante anni spatium velum suscipere, petierunt nostram licentiam, ut mox, dum divina pietas inspiraverit eas, indemnes liceat suscipere, *omnino neglegit illud Karol. M. c.* 123, *qua mulieres non anni spatium sed triginta tantum dies post mariti mortem expectare iubentur, antequam velum suscipiant. Quod utrumque incongrue dictum glossatae collectionis auctor corrigere voluit Karoli M. c.* 123 *et Hloth. c.* 70 *inverso ordine collocando, ut iam Karolus Liutprandi legem* 99, *Hlotharius autem Karoli capitulum recte respicere et allegare videatur.*

Simili ratione ductus glossatae collectionis auctor initio capitis Hludowici Pii 31 *subnexuit Hlotharii c.* 43, *illius contra Hludowici capitis finem loco Hlotharii c.* 43 *collocavit, quia melius auctori visum est, Hlotharii caput, quo de decimis exigendis accurate et plene agitur anteponere Hludowici Pii capiti, quo summatim tantum statuitur,* ut qui decimas dare neglexerit, illas cum lege sua *(Hlotharii scilicet capite dicta)* restituat.

Aliorum autem capitum locum glossatae collectionis auctor mutasse videtur, ut capita argumento similia coniungeret. Ita Rotharis capita 144. 145 *legi ipsius* 152 *postposuit, quae tres leges de operariis pariter statuunt; Pippini c.* 44 *Karoli M. capiti* 65 *subnexuit, quibus ambobus de periurio probando agitur; et Hlotharii c.* 72 *Widonis capiti cum illo de cartis praecipienti postposuit. Interdum etiam capitum ordo, qui in glossata collectione mutatus videtur, cum antiquissimis codicibus consentit: nam quod Rotharis lex* 211 *sequitur legem* 212 *codici Vercellensi, et quod Karoli Magni c.* 143 *sub fine Pippini capitum positum est Ambrosiano codici est consentaneum. Sed aliis etiam locis capita aliter atque in collectione non glossata ordinata inveniuntur, ita autem ut cognosci nequeat, qualem ob causam anterior capitum ordo turbatus sit. Quod e tabula infra §.* 52 *proposita potest intellegi.*

§. 50. *Tertio deinde glossatae collectionis auctor proprium Hludowici secundi capitum volumen confecit, quattuor scilicet capitibus e Hlotharii volumine desumtis et quattuor praeterea noviter additis*[47]. *Nam in collectione non glossata (quam libri Lombardae auctor secutus est) Hludowici secundi capita proprio volumine non recensentur sed Hlotharii volumini immiscentur.*

§. 51. *Quarto vero loco* capitulare *Italicum in collectione glossata capitibus viginti uno auctum legitur, in editione mea intra capita extra librum Papiensem vagantia positis. Quali ratione ductus collectionis glossatae auctor haec capita* capitulari *immiscuerit, hodie cognosci non potest. Minor tantum eorum pars in genuinis etiam capitularibus legitur, plurima vel incertae originis sunt vel e canonibus vel aliunde fluxerunt, uti infra praefationis huius capite septimo exposui.*

§. 52. *Ordo autem capitum in collectione glossata receptorum talis est*[48] *collatus cum ordine, qui in non glossata collectione observatur:*

Collectio glossata.		*Collectio non glossata.*
Roth. prol. c. 1	=	*Roth. prol. c.* 1.
c. 2—5	=	c. 3—6.
c. 6	=	c. 9.
c. 7	=	c. 2.
c. 8—9	=	c. 7. 8.
c. 10—23	=	c. 10—23.
c. 24. 25	=	c. 25. 24.
c. 26—143	=	c. 26—143.
c. 144—150	=	c. 146—152.
c. 151. 152	=	c. 144. 145.
c. 153—176	=	c. 153—176.
c. 177. 178	=	c. 178. 177.
c. 179—210	=	c. 179—210.
c. 211. 212.	=	c. 212. 211.
c. 213—232	=	c. 213—232.
c. 233. 234	=	c. 233.
c. 235—363	=	c. 234—362.
c. 364	=	c. 363. 364.
c. 365—389	=	c. 365—389.
Grim. prol. c. 1—9	=	*Grim. prol. c.* 1—9.
Liutp. prol. c. 1—28	=	*Liutp. prol. c.* 1—28.
c. 29. 30	=	c. 30. 29.
c. 31—152	=	c. 31—152.
Ratch. prol. c. 1—8	=	*Ratch. prol. c.* 1—8.
Aistulfi prol. c. 1—13	=	*Aistulfi prol. c.* 1—13.
Karol. M. prol. c. 1—33	=	*Karol. M. prol. c.* 1—33.
c. 34	=	*Cap. extrav.* 2.
c. 35—37	=	*Karol. M. c.* 34—36.
c. 38	=	c. 37. 38.
c. 39—41	=	c. 39—41.
c. 42. 43	=	c. 42.
c. 44—48	=	c. 44—48.
c. 49	=	c. 43.
c. 50	=	c. 49. 50.
c. 51—64	=	c. 51—64.
c. 65	=	*Pipp. c.* 44 + *Kar. M.* 65.
c. 66—68	=	*Kar. M. c.* 66—68.
c. 69	=	c. 69. 70.
c. 70—77	=	c. 71—78.
c. 78	=	*Cap. extrav.* 3.
c. 79—107	=	*Kar. M. c.* 79—107.
c. 108	=	*Cap. extrav.* 5.
c. 109—123	=	*Kar. M. c.* 108—122.
c. 124	=	*Hloth.* 67.
c. 125. 126	=	*Kar. M. c* 124. 125.
c. 127	=	*Cap. extrav.* 6.
c. 128	=	*Kar. M. c.* 128.
c. 129. 130	=	c. 126. 127.

46) Eundem capitum ordinem recentior etiam manus in cod. 4 instituit et glossator quidam in margine codicis 5 nota quadam indicavit. Cfr. infra not. ad Kar. M. 123.
47) Vide infra tabulam §. 52 propositam. 48) Collectionis etiam glossatae codices interdum, etiamsi raro tantum, inter se variant in capitibus ordinatis, ut e codicum descriptionibus supra datis licet cognoscere.

Collectio glossata.	Collectio non glossata.
Karol. M. c. 131	= *Kar. M.* c. 129. 130.
c. 132—134	= c. 131—133.
c. 135	= c. 134 + 135 *initio*.
c. 136	= *Cap. extrav.* 7.
c. 137	= *Kar. M.* c. 135 *sub fine*.
c. 138. 139	= c. 137. 136.
c. 140. 141	= *Cap. extrav.* 8. 9.
c. 142. 143	= *Kar. M.* c. 139. 138.
c. 144. 145	= c. 140. 142.
c. 146—150	= *Cap. extrav.* 10—14.
c. 151	= *Pippin.* 45.[49]
c. 152	= *Kar. M.* c. 141.
Pippin. c. 1—43	= *Pippin.* c. 1—43.
c. 44	= *Karol. M.* 143.
Hlud. P. c. 1—3	= *Hlud. P.* c. 1—3.
c. 4	= c. 57.
c. 5. 6	= c. 4. 5.
c. 7. 8	= c. 7. 6.
c. 9—19	= c. 8—18.
c. 20	= c. 19. 20.
c. 21–30	= c. 21[49]—30.
c. 31	= c. 31 *initio*.
c. 32	= *Hloth.* c. 43.
c. 33—51	= *Hlud. P.* c. 32—50.
c. 52. 53	= c. 52. 51.
c. 54—57	= c. 53–56.
c. 58—60	= *Cap. extrav.* 23—25.
Hlothar. c. 1—8	= *Hloth.* c. 1—8.
c. 9. 10	= c. 10. 9.
c. 11—24	= c. 11—24.
c. 25	= *Cap. extrav.* 27.
c. 26—28	= *Hloth.* c. 25—27.
c. 29	= c. 28. 29.
c. 30—42	= c. 30—42.
c. 43	= *Hlud. P.* 31, *omisso initio*.
c. 44–48	= *Hloth.* c. 44—48.
c. 49	= c. 49—51.
c. 50. 51	= c. 53. 52.
c. 52. 53	= c. 55. 54.
c. 54—58	= c. 56—60.
c. 59	= c. 61. 62.
c. 60—66	= c. 63—69.
c. 67	= *Karol. M.* c. 123.
c. 68	= *Hloth.* c. 71.
c. 69—92	= c. 73—96.
c. 93	= c. 98.
c. 94—96	= c. 100—102.
c. 97	= c. 107.
c. 98	= *Cap. extrav.* 31.
Hludowici II. c. 1—3	= *Hloth.* c. 104. 103. 105.
c. 4—7	= *Cap. extrav.* 35—38.
c. 8	= *Hloth.* c. 99.
Widonis c. 1—6	= *Widonis* c. 1—6.
c. 7	= *Hloth.* c. 72.
c. 8—10	= *Widonis* c. 7—9.
Ottonis I. capita	= *Ottonis I. capita.*
Ottonis III. caput	= *Ottonis III. caput.*
Heinrici I. capita	= *Heinrici I. capita.*

§. 53. Quinto deinde loco glossata a non glossata collectione eo differt, quod legum et capitum textus non raro diverso modo legitur. In e d i c t o *glossatae collectionis lectiones saepe quidem cum antiquioribus et melioris notae codicibus a Bluhmio adhibitis consentiunt*[50]*, et interdum codicis Guelferbytani (in ed. Bluhmii cod. 6) quendam similem glossatae collectionis auctor secutus esse videtur; saepe autem ipsius lectiones antiquioribus codicibus non defenduntur, ut consilio mutatae et correctae videantur et alium intellectum praebeant, quam qui genuino textu inerat*[51]*. In* c a p i t u l a r i *vero glossatae collectionis lectiones propius ad genuina capitularia accedunt, quam non glossatae collectionis. Quamobrem collectionis glossatae auctor, sicut capitulis illis recens additis codices capitularia* g e n u i n a *continentes in* capitulari *recensendo haud dubie adhibuit (supra §. 51), ita in textu etiam instituendo et emendando eosdem illos codices secutus esse videtur*[52]*. Quae quidem glossatae collectionis litterae variantes saepe etiam in codicibus nostris 1—6 a glossatoribus vel recentioribus scriptoribus inter lineas vel in margine notantur.*

§. 54. Sexto autem collectioni nostrae qua de agitur peculiare est, quod diversorum regum legibus et imperatorum capitulis versus hexametri, qui rhythmici et leonini in medio aevo dicuntur quasi lemmata praefixi sunt: quinque scilicet Langobardorum edicto in universo, singuli autem singulorum regum vel imperatorum legibus et capitulis inde a Rothari rege usque ad Heinricum primum imperatorem et Italiae regem. Versus illi hexametri, quos elegantissime composuisse ipse auctor haud dubie sibi visus est, animum tamen parum poeticum produnt. Pluribus quidem vicibus praecepta quae legibus insunt versus hexametri spectant[53]*, saepius autem legumlatorum laudes vanis et interdum tam obscuris verbis celebrant, ut difficile intellectu sit, quid elegans poeta dicere voluerit*[54]*. Caeterum versus hexametri etiam in prima codicis Estensis parte numero* 1

49) Pippini c. 45 et Hludowici Pii c. 21 in codicibus tantum glossatam collectionem exhibentibus exstant, in codicibus autem 3—6 omnino desiderantur. Nihilominus utrumque caput ab antiquiorum codicum scriptoribus quasi obsoletum omissum non autem a glossatae collectionis auctore recens additum videtur. Leguntur enim duo illa capita in Lombardae libro, cuius auctor glossatam collectionem in legibus systematice componendis non adhibuit. Praeterea Pippini illud capitulum etiam in commentario Neapolitano ad collectionem non glossatam scripto laudatur (cfr. expos. §. 2 ad Grim. 2) et Hludowici Pii c. 21 e capitulari anno 817 dato excerptum suo loco inter alia eiusdem capitularis capita invenitur (cfr. tabula supra §. 31 proposita), ut igitur hoc ipsum a nonnullis scriptoribus omissum potius quam ab aliis postea suppletum videatur. 50) Cfr. e. gr. Roth. 62. 137 in inscriptione. 253 (*sit fegangi*). 362. Grim. 2 (*permansisset*). Grim. 4 (*pugnam*). 51) Cfr. e. gr. Roth. 167 (*communicet* loco *commune sit*). Roth. 173 (*quod est laib* loco *lidinlaib* vel *lidĕlaib*). 177. 179. 181. 185. 200 (*tribuatur* loco *revertatur*). 214. 225 (*iudicis* loco *ducis*). 235 (addito verbo *aliquem*). 237. 373. 389 (*iniciante* loco *inchoate; exemplar edicti* loco *explicit edictum*). 52) Ita, ut exemplum afferam, inscriptio quae in codd. 7—9 Hlotharii capiti 65 praefigitur illius ope composita est, quae genuino capitulari inscripta invenitur Legum tomo primo pag. 360. 53) Cfr. versus hexametros Ottonis primi, tertii et Heinrici primi capitulis praefixos. 54) Cfr. versum hex. Aistulfi legibus additum, quo fortasse, sicuti etiam in versu Liutprandum celebrante, ad imaginem regis in margine codicis positam respicitur, quae in codicibus quibusdam singulorum regum legibus praefixa videtur. — Versu qui Grimoaldi leges antecedit typographi errore *r e s Grimoaldus* in editione mea legitur loco *r e x Grimoaldus*.

a me indicata inveniuntur, item in margine codicum Londiniensis et Florentini (4. 5) partim recentiori demum manu scripti et in compluribus recentioribus codicibus Lombardae librum exhibentibus (e. gr. cod. Paris. 4617) leguntur.

§. 55. Septimo deinde loco edicti et capitularis *recensio quae in codicibus* 7—9 *a me notatis traditur peculiares habet multas glossas vel ipsarum legum textui continuo insertas vel singulis legibus sub fine additas vel ab initio praefixas. Interdum ipsae glossae in codicis Estensis parte quoque priori (cod.* 1*) inveniuntur, interdum autem in codicibus tantum* 7. 9 *leguntur et in codice* 8 *desiderantur, ita quidem ut dubitari possit, utrum in illis codicibus glossae recens additae an in hoc ultimo omissae sint. Hae autem glossae constanter in codicibus* 7. 8 *certis signis distinctae sunt, duobus scilicet tribusve punctis (: ∴) iis verbis superimpositis, quae glossas et proxime antecedunt et proxime subsequuntur, praeterea etiam plerumque littera* a *primo glossematis cuiusque verbo superscripta*[55]. *Quae signa Bluhmio a recentioribus demum scriptoribus suppleta, mihi autem ab iis qui ipsius textus verba scripserunt confecta visa sunt. Si quidem is qui textum in codicibus* 7. 8 *inspicit glossas tali modo insignes statim quasi emblemata cognoscere potest, in codice contra* 9 *nullo signo glossemata distinguuntur, ut pro ipsarum legum partibus a lectore haberi possint.*

Quarum glossarum pars longe maxima eo consilio textui inserta est, ut indicetur, quali modo singulis legibus sequentium legum in edicto et capitulari *positarum praecepta derogent vel subrogent, et ut earum glossarum ope cognoscatur, quatenus qualique ratione singula collectionis capita mutata fuerint et glossatoris aetate vigorem habuerint. Verbo tenus plerumque ista glossarum pars ex illis capitibus hausta est, quae anterioribus derogant vel quid addunt, et ea ipsa capita persaepe etiam in codicum* 7. 8 *marginibus allegantur, ut igitur raro tantum de harum glossarum origine dubitari possit*[56]. *Aliae autem glossae non legibus capitibusve*[57] *sed consuetudinibus Italicis nituntur, iisque non raro in margine codicum* 7. 8 *verba* per usum *adscripta inveni*[58], *semel* per usum tractum a Salica *scilicet lege*[59]. *Aliae et multae quidem sensum qui capitibus inest explicant et ex interpretatione legum vel ipsarum quibus glossae additae sunt vel aliarum in collectione receptarum prodierunt, quam glossarum originem interdum verba in margine illorum codicum addita* per intellectum *indicant*[60]. *Nonnullae denique glossae ex iure Iustinianeo fluxerunt, quae singulae hoc loco enumerandae mihi videbantur, cum corpus iuris civilis iam ante medium saeculum undecimum iureconsultis Langobardicis non incognitum fuisse aperte demonstrent. Glossa Rotharis capiti* 309 *addita, quae* per intellectum legis Romane *in margine dicitur, ad verbum consentit cum §.* 13 *Inst. rerum divis. (II,* 1*). Eiusdem regis capiti* 277 *verba a glossatore adduntur haud dubie e §.* 8 *Inst. iniur. (IV,* 4*) repetita. Hludowici Pii capiti* 16 *glossa inserta est, quae partim quoad verba partim quoad sensum hausta intelligitur e L.* 1. 2. *Cod. requir. reis (IX,* 40*). Iuliani novellarum epitomen (XXXIV,* 6*) respicit glossa Rotharis legi* 199 *inserta, cui in margine adscripta sunt* per novellam De collatione, *quibus verbis ad locum illum lector remittitur. Dubito an in glossa quae capiti nono loco inter extravagantia a me posito additur Digestorum etiam locum auctor prae se habuerit: cuique certe iuris Iustinianei perito glossatoris verba illi capiti addita* nisi aliud pro alio solverit consentiente creditore *in memoriam revocabunt Pauli verba notissima in L.* 2. *§.* 1 *Dig. rebus creditis (XII,* 1*) recepta:* quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest. *Glossae Liutprandi legibus* 29 *et* 75 *additae et sive in ipso textu sive in margine* per legem Romanam *dictae ad certam quandam legem in iure Iustinianeo positam referri non possunt, et aeque in glossa Rotharis capiti* 232 *inserta et* per intellectum legis Romane *dicta auctor iuris Romani praecepta communiter tantum respexisse videtur. Ad Aistulfi legem nonam tempora quibus secundum legem Romanam res mobiles vel immobiles inter praesentes vel inter absentes usucapiuntur glossatorem recte indicasse videmus, Institutionum fortasse titulo respecto. In glossis denique Liutprandi capitibus* 12. 22. 116. 128 *insertis pubertatis aetatem non secundum legem Langobardam sed potius Romanam definitam intellegimus.*

Plurima autem haec glossemata, quae hodie legum textui immixta leguntur, ab eo qui ipsa capitibus inseruit non inventa sed ex alio codice descripta sunt. Et pro certo habeo, glossas in eo codice, quem glossatae nostrae collectionis auctor prae se habuit, ita capitibus in margine adscriptas fuisse, ut illud capitis ipsius verbum ad quod glossa pertinebat in margine etiam positum et ipsi verbo glossa addita fuisset. Ita igitur, ut exemplum huius rei afferam, Rotharis capiti 146 *in codice quem auctor ille pro archetypo habuit, in margine adscriptum erat legis ipsius verbum* incenderit *eique additum glossema* ita ut focus non sit convivatus in silva per kap. Lotharii Volumus ut si qua persona. *Iam vero glossatae nostrae collectionis auctor eam glossae partem, quae legi bene adaptari poterat* (ita ut focus non sit convivatus in silva) *in ipsum textum post verbum* incenderit *inseruit, alteram autem partem glossematis originem indicantem vel textus verba nimis turbantem* (per kap. Lotharii Volumus ut si) *mox omnino omisit mox item in margine collocavit. Talem quidem glossarum nostrarum originem fuisse complures glossae falsis locis textui insertae aperte demonstrant. In Rotharis enim capite* 232 *post verba* nec scit de quo comparasset *glossam insertam legimus quae eo loco minime tolerari potest et illic inserta textum legis omnino obscurum reddit; ea tamen glossa suo loco posita videtur si post verba* cum pretio suo comparasset *paullo post sequentia eam inserimus. Hinc igitur colligendum est, collectionis*

55) Ut unum tantum exemplum exhibeam, initium Rotharis capitis 4 in codicibus 7. 8 tali modo legitur: *Si quis inimicos regis intra provinciam* rell. 56) Huius rei exemplum sit Rotharis c. 1, ubi glossae textui additae *aut qualiter regi placuerit componat* in margine adscribitur: *per legem istius* (scil. Rotharis) *Si quis qualem.* Glossam in margine positam ad glossam in textum receptam pertinere, plerumque littera *a* indicat, utrique glossae superimposita. 57) Tali scilicet modo in glossis et expositionibus edicti et *capitularis* partes distinguuntur: edictum legibus, capitulare capitulis compositum ubique dicitur. 58) e. gr. Roth. 232. 347. 361. 59) Roth. 232. 60) Cfr. Roth. 75. 155. 170. 181.

nostrae auctorem in archetypo suo glossam invenisse additam verbo comparasset, *eam autem, cum id verbum bis deinceps in textu positum esset, falso loco in textum recepisse. Pari modo glossarum originem prodit, quod Hlotharii capiti octavo in vocem* continet *exeunti glossa in codicibus* 7—9 *addita invenitur, quae non ad illud Hlotharii caput sed ad ipsius imperatoris decimum eodem verbo* continet *finitum pertinet*[61]. *Aliis autem glossis in codicis archetypi margine positis non ipsae textus voces, ad quas pertinerent, adscriptae, sed littera tantum* a *superscripta fuisse videtur, qua littera ad illum textus locum remittebatur, cui eadem littera superscripta erat. Cuius rei Aistulfi lex secunda pro argumento est: ei enim glossa hodie inseritur quae in omnibus tribus codicibus* 7. 8. 9 aut voluntas et ordinatio adimpleatur defuncti *legitur, in archetypo autem codice haud dubie legebatur* ů̂t voluntas, *ita quidem, ut littera* a *ad verba* Preterea statuimus *lector remitteretur.*

Glossas omnes textui insertas vel additas ab uno tantum auctore fuisse conceptas negandum esse censeo. Diversos potius glossarum auctores fuisse eo maxime probari videtur, quod non raro singulae glossae partibus pluribus vel nulla ratione inter se coniunctis[62] *vel adeo sibi invicem contrariis compositae sunt*[63]. *Praeterea autem glossae diversae diversum etiam auctorum ingenium prodere videntur, cum aliae quidem non sine subtilitate et acumine capita quae anterioribus derogant vel addunt quid interpretentur et illis adaptent*[64], *aliae contra nimis inhabiles videantur*[65], *legum verba magis repetant quam sententiam quae ipsis inest explicent*[66], *et adeo falsis legum interpretationibus utantur*[67].

Utrum ille qui glossas textui inseruit suo etiam ingenio aliquas addiderit, an tantum in codice archetypo inventas descripserit, in medio relinquendum esse duco. Si quidem consideramus, glossatae collectionis scriptorem interdum glossas parum intellexisse et falso loco capitibus inseruisse, sane dubitamus an ipse non stilo solo sed ingenio etiam de libro a se confecto meritus fuerit. Contra tamen ipsa sola glossarum cum textu coniunctione et conglutinatione saepe animus frugi[68] *et industria quaedam*[69] *prodi videntur, ut collectionis scriptorem etiam glossarum auctorem interdum fuisse equidem non omnino negarem. Et hoc eo quoque fortasse confirmari potest, quod collectio glossata, qualis hodie in codicibus* 7—9 *traditur, si in universo eam respicimus, opus apparet certis rationibus ab initio usque ad finem dispositum in quo unitas atque consensus raro tantum desiderantur. Singula capitula e recentiorum capitum intellectu et ex usu interpretari glossatori in animo fuisse videmus, et ita vere perraro tantum capita quae anterioribus derogent vel subrogent in glossis omissa et neglecta esse inveni*[70]. *Glossae diversis capitibus adscriptae plerumque concordant, anteriores glossas interdum tanquam ab eodem auctore scriptas respiciunt*[71], *et talem verborum similitudinem offerunt, ut eiusdem auctoris haberi possint*[72]. *Sed etiamsi magna quidem glossarum pars vel fortasse maxima eidem auctori recte tribui potest, tamen non solum, ut supra dixi, haud paucae quoad originem ab aliis diversae videntur, verum etiam non raro verba nonnulla glossatae collectioni iam recensitae et absolutae a recentiori quodam librario addita sunt. Nequaquam enim credendum est, talia verba qualia sunt* per intellectum stultorum *vel* ita enim addunt stulti, *quae saepius in glossis leguntur*[73], *ab eo qui primus glossas cum textu coniunxit scriptas esse. Similiter autem interdum alia quoque verba spuria et postea demum addita cognosci possunt*[74].

Quaerenti mihi utrum leges falsandi animo glossae conceptae et textui insertae sint necne, aliter de iis qui glossas invenerunt, aliter de eo qui eas legibus immiscuit iudicandum esse videtur. Ii enim qui glossas plurimas invenerant et ut supra dixi in margine legibus adscripserant certo pro falsariis haberi non possunt. Ille autem qui glossas legibus immiscuit, ita maximam earum partem cum textu coniunxit, ut legislatoris et glossatoris oratio continua appareat, et legum praecepta glossis additis vel explicata vel ampliata videantur, talibus etiam verbis usus est, ut legislatoris vice fungi videatur et non dubium sit, eum pro legislatore ab aliis quoque haberi voluisse. Hoc glossatoris consilium proditur exempli gratia verbis: similiter[75] de omnibus aliis rebus precipimus, in[76] ceteris concedimus; *proditur quoque aliis glossis quibus ipsa legum praecepta tanquam ab ipso glossatore edita spectantur, e. gr.* ut[77] diximus, ut[78] dicturi sumus, *maxime autem illis glossis quae sunt:* nisi[79] aliud futurum a nostris

61) Glossa etiam quae Liutprandi legis 130 verbo *calumnias* addita legitur recte fortasse paullo ante post verba *calumnias imponere* inserenda erat. 62) Cfr. glossa sub fine Roth. c. 74 addita, quae vere tres originis diversae glossas continere videtur. 63) Cfr. Roth. 171. 185 et 191 sub fine. 64) Cfr. gloss. ad Roth. 141. 198. 65) Roth. 256 sub fine. 66) Roth. 142, ubi Liutpr. lex 21 de servo tantum non de ancilla loqui dicitur; Ratch. 3 *(sine litteris)*. Kar. M. 118. 67) Roth. 138. 68) Roth. 198. 69) Liutp. 128. 149, in quibus numeri poenas indicantes caute a glossatae collectionis scriptore secundum leges recentiores mutantur. 70) In glossa ad Rotharis c. 188 addita Heinrici primi capitulum primum glossatorem neglexisse videmus, cum contra glossa ad Liutp. c. 14 illius Heinrici capituli rationem habeat et ita glossae Roth. capiti 188 subnexae contraria sit. 71) Glossa ad Liutp. 26 in verbis *ut supra diximus* glossam Liutprandi c. 25 additam respicit. 72) Cfr. glossas ad Roth. 252 et Liutp. 109; Roth. 35 et Liutp. 142; Roth. 192 et Liutp. 118. 73) Cfr. Roth. 232. 339. 74) Ita quidem in glossis ad Roth. 363 et 364 scriptis verba *vel sacramentalis non nominati*, quae ter recurrunt, ubique spuria videntur. Primo enim falso loco semper posita videntur: nam si genuina essent, certo post verbum *pulsati* vel post verbum *subrogatur* glossator ipsa posuisset, non autem sub fine addidisset. Deinde autem glossa illa, ubi primo loco invenitur, parum congrua videtur verbis *sacramentum tantum pulsati*, quibus indicatur, glossatorem de nullo sacramento nisi de eo qui a reo praestandum esset dicere voluisse. Tertio eam quoque ob causam verba illa spuria videntur, quia neque in Rotharis regis illis capitibus neque in Liutprandi c. 60, quo glossae illae nituntur, de sacramentali non nominato agitur. Similiter in alia glossa Roth. capiti 364 addita verba *plus aut* falso postea addita videntur, cum *sacramentum de lite* 20 *solidorum vel ultra* demum sub fine illius glossae commemoretur. De glossa quoque ad Liutp. c. 58 scripta dubito, an verba *vel cum scripto* genuina sint. 75) Roth. 232; cfr. similiter Liutp. 100. 151. 76) Roth. 221. 77) Roth. 228. 78) Roth. 8. 142 sub fine. Liutp. 11. 79) Liutp. 130.

successoribus praecipiatur imponi *et* quae[80] est posita initio nostri antecessoris regis. *Sane vero non eo usque glossator consilium persecutus est, ut legum ipsarum verba deleret eorumque loco glossas poneret, id quod facere debuit, si vere collectionem glossatam pro genuino iuris Italici corpore haberi voluit. Nam iis etiam locis legum textum immutatum glossator descripsit ubi glossae receptae legum praeceptis derogant atque omnino contraria sunt, legum autem orationem ita interrumpunt, ut difficile intellectu sit, quomodo ii qui glossas a textu distinguere nesciebant illius glossatae collectionis usum facere potuerint*[81]. *Quod si consideramus, glossator legislatoris vice fungendo iocum potius satis inscitum egisse quam fraudulose leges corrupisse videtur.*

Postremo de glossis notandum est, glossatorem non solum leges verbis quibusdam insertis ampliasse et explicasse, sed non raro proprias etiam leges vel finxisse vel ab alio fictas recepisse, quibus fictitiis legibus id quod a diversis legislatoribus constitutum erat breviter comprehenditur. Ita de probatione, quae aliter secundum edictum, aliter secundum capitulare *fieri debeat post Roth. c.* 9, *de homicidio post Roth. c.* 14, *de iure hereditario post Roth. c.* 153 *longo tractatu, quem ipse glossator in glossis legi ipsi insertis et additis respicit, a glossatore agitur. Similem tractatum legi Roth.* 228 *subnexum invenimus, eiusque ipsius legis* 228 *partem paullo aliter recensitam ante Roth. c.* 227 *legimus, et similiter Ratchis capiti octavo, quod glossatori fortasse obscurum videbatur, brevem ipsius summam praefixam comprehendimus.*

§. 56. *Octavo denique loco codices* 7. 8. 9 *appellationum et placitorum formis excellunt quae frequentissimae in edicto nec raro in* capitulari *singulis capitulis usque ad Heinrici primi imperatoris aetatem datis subiectae sunt. Ipsae formae etiam in ultima Londiniensis codicis parte (cod.* 10*) ut supra pag. LVII retuli descriptae inveniuntur, et paucas codex quoque Florentinus, ut ibidem notavi, servavit. Quae formulae eo consilio conceptae sunt, ut secundum eas in iudiciis, vel ut in medio aevo dicebatur in placitis, ageretur, tam in causis litigiosis quam in causis quae voluntariae iurisdictionis vulgo dicuntur*[82]. *Illae* appellationes *in specie dicuntur*[83]*:* placita *nomen est utrique formularum generi commune*[84]. *Partium litigantium, testium aliorumque nomina litteris tantum initialibus* P. M. D. *et similiter indicantur: perraro tantum nomina* Petrûs Maria *plenis litteris leguntur.*

Hae quoque placitorum formae non ab eo ipso qui glossatam nostram collectionem recensuit conceptae sed descriptae tantum et e fontibus diversis collectae atque congestae mihi videntur. Persaepe enim certi quidam iureconsulti vel iudices dicuntur, secundum quorum auctoritatem singulae formulae compositae sunt, iisque formulis non raro aliae alio modo conceptae subnectuntur quae contra anteriores pugnant. Ita diversae formulae Rotharis capiti 153 *subnexae iunguntur verbis:* Secundum a. ita fit placitum, sed ita esse debet[85]; *formulae ad Liutp. c.* 69 *item verbis:* et haec est responsio secundum asinos; sed ita sit. *Formulae Rotharis capiti* 178 *adscriptae adduntur verba:* Et ita secundum quosdam fit appellatio; sed secundum valentes aliter est. *Sub fine formulae ad Roth.* 188 *legimus:* Haec appellatio secundum amentes, *quibus verbis similia subiunguntur formulae ad Liutp. c.* 51. *Ratch. c.* 3. *Hlud. P. c.* 16. *Diversorum auctorum formulas coniunctas etiam videmus ad Roth. c.* 377. *Grim.* 4. *Liutp.* 77. 114. 115. *Hlud. P.* 36. *Otto I.* 1 *et multis aliis locis.*

Diversarum formularum auctores saepe quidem quidam *in collectione nostra dicuntur, saepe etiam* amentes, asini, valentes *vel similiter nominantur. Nomina illa siglis* A. *et* Val., *quae* antiquos iudices *et* Walcausum *vere significaverint, male solutis posita esse, iam Iohannes Merkel contendit*[86], *idque mihi quoque probatissimum videtur. De eo autem dubito, utrum ab eo qui glossatam nostram collectionem recensuit, an a codicum scriptoribus sigla perversa illa ratione soluta sint. Etiamsi enim scurriles illi lepores scholasticis vere digni cum elegantibus illis versibus hexametris, de quibus §.* 54 *dixi, et cum magna glossarum textui insertarum parte bene congruunt, etiamsi saepe in* o m n i b u s *codicibus placitorum formas tradentibus sigla illa pari ratione soluta sunt, ut codicum nostrorum scriptores communem auctorem secuti esse videantur, tamen mirum videretur, si glossatae collectionis auctor in versibus quidem hexametris recte Walcausi mentionem fecisset, in placitorum vero formis ipsius nominis loco* valentes *posuisset. Caeterum diversae formularum series in collectione nostra coniunctae pluribus modis inter se differunt, veluti in onere probandi partibus tribuendo, in universo sermone, in ratione etiam quae iuris Romani habetur vel non habetur. Sed de hac diversarum formularum natura diversa agere longum et abs re nostra esse videtur.*

Quamvis vero placitorum formulae origine diversae et a collectionis auctore non tam inventae quam aliunde desumptae et congestae sint, nihilominus sicuti in glossis ita in appellationum quoque formis consensus atque unitas quaedam observatur. Nam non solum formulae diversis legibus adscriptae eandem dicendi rationem produnt, ut saepe ad verbum fere consentiant[87], *sed interdum etiam alia aliam formulam in memoriam revocat*[88], *nec raro formularum auctoris ipsa persona cognoscitur, veluti si auctor dicit:* ut superius diximus; fiat, ut dixi

80) Ratch. 6. 81) Cfr. Roth. 16 ubi glossa, ut textui congrueret, ipsi non inseri sed loco verborum legis: *expoliaverit — octuaginta* poni debebat; Roth. 143, ubi pari modo glossa secunda non addi sed loco verborum poni debebat, quae in lege inde a verbis *in duplum conponat* sequuntur. Similiter de glossis ad Roth. 168. 253, Grim. 5 sub fine, Liutp. 29 ultimo et penultimo loco, Hlud. P. 7 et multa alia capita scriptis dicendum est. 82) Cfr. form. ad Roth. 143. 196. Kar. M. 22. 83) Cfr. form. ad Roth. 192. Liutp. 30. 84) Gloss. ad Roth. 164. 179. 85) Similiter in form. ad Roth. 231. 86) Geschichte des Langobardenrechts p. 32. In plac. formis ad Liutp. 53: *Et haec responsio secundum s e g n e s est, sed ita sit.* An verbum *segnes* soluto siglo S. Sigefredum iureconsultum fortasse indicante ortum sit, dubitari potest. 87) Cfr. e. gr. form. ad Roth. 202 cum Liutp. 129; Roth. 204 cum Liutp. 7; Roth. 217 cum Liutp. 24; tertia form. ad Liutp. 69 cum ultima ad Liutp. 104; secunda form. ad Liutp. 69 cum Liutp. 112. 88) Cfr. form. ad Roth. 373: *Petre, s i m i l i t e r te appellat Martinus*, ubi verbo *similiter* ad formulam legis antecedentis auctor spectat.

superius[89]; ut michi videtur[90]; ut paene dicturus sum[91] *vel similiter, quibus verbis unus certusque collectionis auctor existit. Siculi autem glossis illis textui insertis postea verba quaedam non raro addita sunt, ita placitorum quoque formae a collectionis auctore congestae additamentis interdum ab alio quodam instructae sunt. Sane enim verba* per coniecturam stultitiae, *quae continuo postposita sunt verbis* ut michi videtur aliter esse debet *in formulis ad Roth. c.* 362 *scriptis, formularum auctori vel collectori nequaquam tribui possunt. Ac verba quae sub fine formularum ad Roth. caput* 232 *inveniuntur:* sed tota haec altercatio paene nichil valet, debet enim esse ut legitur in Romana lege, *ab eo qui formulas multas, quae antecedunt, non sine labore collegit vix dicta esse possunt. Idem de iis quae formulis ad Roth. c.* 216. *Grim.* 4 *(inde a verbis* Quod Astulphus noluit*). Liutp.* 69 *et Roth.* 153 *(inde a* VI. ita*) sub fine addita sunt iudicandum est. Verba quae formulis ad Roth. c.* 198 *adduntur,* si dixerit: striga est, fiat pugna secundum val., *eam ob causam additilia videntur, quia in codice Neapolitano ad hanc legem formulam eandem exhibente desiderantur, praeterea etiam contraria sunt glossis illi legi insertis, secundum quas ei qui aliquam mulierem strigam dicit non dictum pugna probare permittitur sed weregildi poena iniungitur. Similiter autem multis etiam aliis locis verba nonnulla collectioni iam absolutae postea addita cognosci poterunt. Quibus additiliis verbis an monita et glossemata quoque adnumeranda sint, quae non raro formulis immiscentur*[92]*, et melius ipsis legibus quasi glossae addenda erant, in suspenso relinquimus.*

Caeterum in appellationum quoque formis saepissime iuris Romani praeceptorum ratio habetur, velut si de hereditate vel bonorum possessione, *de* recuperanda vel restituenda seu adipiscenda possessione, *de actione ad exhibendum, de re litigiosa non alienanda auctor verba facit*[93]*. Certae autem leges in iure Iustinianeo receptae raro tantum in memoriam revocantur. Iuliani novellarum epitome laudatur in appellationis forma ad Roth.* 169; *verba quae in formula ad Roth.* 227 *leguntur* remanet suo loco possessio *e §.* 4 *Inst. interd. (IV,* 15*) hausta videntur, et in monito quod formulis ad Roth.* 224 *conceptis subnexum est sive §.* 4. *Inst. donat. (II,* 7*) sive L.* 1. *Cod. communi servo manum. (VII,* 7*) auctor noster respexit*[94]*. Aliis locis generaliter tantum* lex Romana *commemoratur, non autem certae quaedam leges in memoriam revocantur.*

§. 57. *Iam vero, postquam ea quae collectioni glossatae propria sunt consideravimus, de eius origine et natura in universum agendum erit. Si antea quidem capite huius praefationis quarto Langobardorum edictum in codicibus numeris* 1—6 *a me notatis noviter esse recensitum negavi et antiquum tantum edictum, diversis rationibus a diversis codicum scriptoribus corruptum et mutatum,* capitulari *coniunctum esse contendi, contra in codicibus nostris* 7-9 *edictum et* capitulare *denuo recensitum, glossis etiam placitorumque formis secundum certas leges illustratum esse pro certo habeo. Hoc quidem eo probari videtur, quod codices* 7—9 *quam accuratissime consentiunt, ab antiquioribus autem in multis differunt, deinde eo quod illa omnia quibus recentior edicti et* capitularis *forma ab antiquiori maxime distinguitur, versus scilicet hexametri singulis voluminibus praefixi, glossae textui insertae, placitorum formae legibus subnexae, pariter omnibus legibus et capitulis inde a Rotharis regis usque ad Heinrici primi imperatoris aetatem ortis addita sunt, denique eo quod verba quae in textus ipsius hac nova recensione mutata inveniuntur, glossae legibus immixtae et placitorum formulae non raro quodammodo inter se connexa apparent. Ita in lege Roth.* 200 *loco verbi genuini* revertatur *in nova recensione ponitur* tribuatur[95], *loco* ad maritum tradiderunt *verba* ad maritum dederint *leguntur, et earundem lectionum mutatarum in glossis quoque illi legi insertis ratio habetur. Simili modo legis Rotharis* 28 *verbis genuinis in nova recensione addita videmus verba* vel aldiam *et* vel libertam, *quae additamenta recurrunt in placiti forma isti legi subnexa*[96]*. Et glossam textui insertam respicit et repetit placiti forma ad Roth.* 41 *(glossam scilicet* aliorum*). Roth.* 221 *(glossae* intra annum tantum *respondent verba formulae* et transitus est annus*). Kar. M.* 86. *Caeterum de ipso capitum textu versus quoque hexametri satis probant, in codicibus* 7—9 *leges Langobardorum denuo esse recensitas, cum versuum auctor de collectione ipsos sequente glorietur, post spretos Langobardae iuventutis errores nunc demum verum* sensum paginam edicti loqui.

§. 58. *Qua aetate glossata nostra collectio composita sit eo indicari videtur, quod Heinrici quidem primi imperatoris leges in ipsam receptas cognoscimus, Conradi contra successorisque eius leges ab auctore omissas intellegimus. Nam versus hexametri singulorum regum capitulis praefixi, quos collectioni nostrae peculiares esse cognovimus, desiderantur in Conradi constitutione et Heinrici secundi imperatoris. Tales quidem versus in codicibus Estensi et Londiniensi illorum etiam regum capitulis praefixi sunt; ipsos autem non collectionis auctori tribuendos sed ab alio additos esse non eo tantum probatur, quod desunt in Parisiaco et Vindobonensi codicibus sed magis etiam eo, quod versus illi Conradi et Heinrici II. legibus additi vulgares hexametri sunt, omnes alii vero legibus usque ad Heinricum primum additi Leonini qui dicuntur apparent. Similiter vero placitorum quoque formulae exeunt in Heinrici primi capitulis, recentioribus autem nullae omnino subnexae sunt. Glossae textui insertae sane etiam in tertii Ottonis et primi Heinrici capitulis desideran-*

89) Roth. 228. Hlud. P. 16. Hloth. 69. 90) Roth. 362. 91) Kar. M. 106. 92) Cfr. form. ad Roth. 224. 245. 339. Liutp. 56. 93) Cfr. Roth. 153. 228. 231. 232. 94) Savinius in historia iuris Romani tomo II. §. 87. not. *i* respecto Iustinianeo constitutionum codice monitum illud conceptum esse affirmat: sed Institutionum etiam locus supra citatus pariter cum monito nostro consentit. 95) Qua de causa hoc verbum in nova recensione positum sit, ostenditur in exp. §. 5 ad ipsam legem scripta. 96) Idem de Roth. lege 303, Liutp. 136 *(habebas ad conducturam)* et aliis haud paucis observari potest. Interdum sane placitorum formae leges genuinas respiciunt, non autem textum in codicibus 7. 8 denuo recensitum. Cfr. formae ad Roth. 129 scriptae verba sub fine posita *de servo aut de massario* quae contraria sunt lectioni quam codices 7. 8 in Roth. cap. 137 sequuntur.

tur, sed eam tantum ob causam, quia ipsa non multo ante glossatoris aetatem edita neque explicatione egere videbantur, neque ipsis capitula recentiora derogabant. Denique in ipsis placitorum formis glossisque textui immixtis non recentiorum legum collectionis auctorem rationem habuisse videmus quam capitum Heinrico primo imperatori tributorum. Heinrici secundi enim caput tertium, etiamsi Rotharis capita 14. 139. 141. 142. *Liutprandi c.* 13. 20. 21. 117 *ipsius praeceptis vel rumpuntur vel supplentur, in nulla glossa legibus illis inserta commemoratur, ut inde coniici possit, glossas Heinrici secundi imperatoris aetate anteriores esse, cum, si glossator caput illud tertium novisset, non potuisset quin eius rationem in glossis haberet. Sane autem duobus tribusve locis etiam ipsius imperatoris caput in glossis commemoratur: in Liutprandi scilicet lege* 17, *in capite inter extravagantia sub numero* 31 *a me posito, quod glossatae collectionis pars est, fortasse etiam in Hlotharii c.* 101. *Sed istae glossae duae vel tres non ipsi glossarum auctori tribuendae, sed postea additae videntur: nonnullas enim glossas spurias et collectioni iam absolutae additas esse, iam supra notavi.*

Ita igitur collectionem nostram intra Heinrici primi et Conradi constitutiones editas, intra annos scilicet 1019 *et* 1037 *compositam esse credo*[97], *quae sententia eo quodammodo confirmatur, quod* Rainaldus episcopus, *qui in formula ad Kar. M. c.*22 *concepta dicitur, fortasse ad huius nominis episcopum referri potest, qui inde ab anno* 1028—1057 *sedem episcopalem Papiensem obtinuit*[98].

§. 59. *Quaerenti quidem, qui hanc glossatam collectionem composuerit, versus illi hexametri universae collectioni praefixi* Walcausum rhetorem meritum *non quidem totius collectionis auctorem, tamen eum nominant, qui legum textum recensuerit.*

Nomen Walcausi[99] *non raro in Italia in usu fuisse videtur, cum in multis documentis Italicis saeculis nono decimo undecimo editis inveniatur*[1]. *In ipsius collectionis nostrae glossis vel formulis nunquam nomen illud plenis litteris in codicibus manuscriptis traditur; sigla vero* val. *quae interdum in* valentes *solvuntur saepe in codicibus nostris leguntur et a Merkelio non sine veri similitudine ad Walcausum referuntur. In commentario autem ad leges Langobardorum in codice Neapolitano scripto, de quo capite nostro sexto egimus, pluribus vicibus Walcausi nomen legitur, ita quidem ut iureconsultus ita nominatus idem videri possit quem versus hexametri dicunt.* Gualcosus, *vel qui scriptoris errore* Gualoosus *dicitur, in expos. §.* 1 *ad Roth.* 226 *commemoratur tanquam legis ipsius quidam interpres; Gualcausum, cuius nomen* Gualacusus *ipso loco male scribitur, in expos. §.* 1 *ad Liutp.* 53 *verbum* gairethinx *explicare audimus;* Walcausa *de Karoli M. capite* 26 *Grimoaldi legem tertiam rumpente in illius capitis expositione §.* 3 *egisse dicitur, itemque* Walcausa *tanquam formularum auctor in expos. §.* 5 *ad Kar. M. c.* 45 *et exp. §.* 8 *ad Hlud. P. c.* 1 *nominatur.*

In documentis Italicis duo iudices sacri palatii nomine Walcausi occurrunt, quorum unum versuum hexametrorum auctor spectasse videtur, alter exeunte saeculo decimo, alter post medium undecimum saeculum. Sunt autem documenta illa haec:

1) *Anno* 993. *Novbr.:* Dum[2] in Dei nomine in civitate Veronensi ..... in iudicio resideret domnus Henricus dux Bavarorum seu Karentanorum residentibus cum eo ..... Adelgauso Walcauso..... iudices sacri palatii. *Et in subscriptionibus:* Walcausus iudex sacri palatii interfui.

2) *Anno* 994 *die* 14. *Febr.:* Dum[3] in Dei nomine in comitatu Vicentino in loco qui dicitur Villa non multum longe a Turre cum in iudicio adesset domnus Iohannes patriarcha et Oci comes ..... adessent cum eis Amelgauso Walcauso Bonizo et reliqui plures. *Et in subscriptionibus:* Walcausus iudex sacri palatii interfui.

3) *Anno* 996 *die* 22. *Iulii:* Dum[4] in Dei nomine in comitatu Tarvisiensi prope ecclesiam S. Mariae de plebe ..... cum in iudicio adesset domnus Azeli missus domni imperatoris ..... adessent cum eis Walcausus iudex.

4) *Anno* 1055. *die* 5. *Maii:* Dum[5] loco Runcalia in iudicio resideret domnus Henricus serenissimus imperator ..... residentibus cum eo Bonusfilius ..... Walcausus ..... iudices sacri palatii. *Et in subscriptione:* Quidem et ego Wilielmus notarius sacri palatii ex iussione suprascripti imperatoris et iudicum hanc notitiam scripsi.

5) *Anno* 1055. *die* 14. *Iunii:* Dum[6] in comitatu Florentino prope fluvium Arni in loco qui nominatur Omiclo in iudicio residebat domnus Gunterius cancellarius et missus domni imperatoris..... adessent cum eo Bonusfilius.... Walcausus.... iudices sacri palatii. *Et in subscriptionibus:* Walcausus iudex sacri palatii interfui.

6) *Anno* 1055. *die* 13. *Novembris:* Dum[7] in Dei nomine in vico Volarnes in comitatu Veronense in iudicio residebat Guntherius cancellarius et missus domni Henrici imperatoris..... residentibus cum eo ..... Walcauso ..... iudices sacri palatii. *Et in subscriptionibus:* Walcausus iudex sacri palatii interfui.

7) *Anno* 1077. *die* 10. *Martii:* Dum[8] in Dei nomine in caminata monasterii S. Zenonis *(Veronae)*

97) De huius igitur collectionis glossatae aetate consentio cum Iohanne Merkel, qui in historia iuris Langobardici pag. 29 contendit, ante annum 1037 librum Papiensem in legum textu revisum, glossis formulisque illustratum absolutum esse. 97) Ita adnotavit Merkel loco citato p. 54. not. 17 secundum Ughellium, qui duorum episcoporum Papiensium nomine Rainaldus mentionem facit, quorum supradictus ille aetate minor est. Qua de re aliter iudicari potest secundum Robolini, qui in libro *Notizie appartenenti alla storia di Pavia*, unum tantum Rainaldum episcopum Papiensem commemorat inde ab anno 1014 usque ad annum 1046 dioecesim Papiensem regentem (Robolini II, 101. 329. III, 46). 99) De huius nominis murem proprie indicantis origine cfr. Grimm, Mythologie p. 389. 1) Cfr. Savigny, hist. iuris Rom. in med. aevo, editio secunda, tom. IV. p. 365. not. *d.* 2) Cfr. de Dionysiis, in libro de duobus episcop. Aldone et Nothingo p. 176. 3) Muratori, Antiquit. Estenses tom. I. cap. 14. p. 153. 4) Diploma typis nondum traditum et a viro clarissimo Wüstenfeld inspectum. 5) Murat. Antiq. Ital. diss. 39; tom. III. p. 645 in editione maiori; tom. VIII. p. 181 in edit. minori. 6) Murat. Antiq. Ital. diss. 9; tom. I. p. 473 in editione maiori; tom. II. p. 43 in edit. minori. 7) Murat Antiq. Ital. diss. 31; tom. II. p. 967 in editione maiori; tom. VI. pag. 369 in editione minori. 8) Murat. Ant. Ital. diss. 31; tom. II. p. 945 in edit. maiori; tom. VI. p. 331 in editione minori.

in iudicio residebat domnus Benno Osnabrugensis episcopus et..... comes..... et adessent cum eis ..... et reliqui proceres Italiae et iudices sacri palatii Walcausus Bonushomo Ioannes..... *Et in subscriptionibus:* Ego Walcausus iudex interfui.

8) *Anno* 1077. *die* 14. *Martii:* Dum[9] in Dei nomine in suburbio civitatis Verone in casa monasterii S. Zenonis in iudicio residebat domnus Gregorius cancellarius et episcopus Vercellensis ecclesiae et Odelricus missus domni Enrici regis residentibus cum illis Albertus Alamannus Walcauso Bonomo..... Ogerius et Adalgisus legis peritis. *Et in subscriptionibus:* Ego Walcausus iudex interfui.

9) *Anno* 1079 *mense Aprili:* Dum[10] in Dei nomine in comitatu Pergomense in loco Gabiano in iudicio resideret Giselbertus comes residentibus cum eo Walcausus iudex et Arnulfus atque Lanfrancus iudices seu Rodulfus legis doctor.

Walcausum aetate maiorem, qui in tribus documentis numeris 1—3 *numeratis nominatur, iudicis munere in marchionatu tantum Veronensi circa annos* 993—996 *functum esse videmus: ille contra qui in reliquis sex documentis intra annos* 1055 *et* 1079 *datis occurrit auctoritate magis excelluisse et imperatorum missis in diversis comitatibus Florentino Bergomatico Veronensi, Roncaliae autem ipsi imperatori Heinrico secundo (tertio regi) iudex adfuisse videtur.*

Walcausum igitur illum in versibus hexametris dictum Iohannes Merkel universae nostrae glossatae collectionis auctorem dixit[11] *et hunc auctorem eum fuisse coniecit*[12], *quem in documento supra loco secundo nominato (a.* 994) *in comitatu Vicentino munere iudicis functum esse vidimus. Huic autem Merkelii sententiae equidem assentiri non possum. Versus illi hexametri Leonini, qui per omnes edicti atque* capitularis *partes, pariter atque glossae textui insertae et placitorum formulae, digesti sunt et universae collectionis partem efficiunt, haud dubie ab ipso Walcauso non confecti sunt. Verba quae in versibus hexametris leguntur:*

— — Verum loquitur nunc pagina sensum
Edicti, rectis quod strinxit rethor habenis
Walcausus meritus, quem laudat scriba disertus

id tantum produnt, legum textum Walcausum denuo recensuisse, fortasse etiam rectum legum ordinem restituisse et leges antea omissas suis locis posuisse. Contra vero verba illa probant, Walcausum versuum auctorem non esse, et minime indicant, ipsum glossas vel concepisse vel legibus inseruisse et placitorum formulas universas finxisse.

Glossas autem Walcausum legibus inseruisse certo negabimus considerantes, ipsas, ut supra p. LXXVIII ostendi, primo in alius codicis margine positas et postea demum textui immixtas fuisse, ita quidem ut saepe perversa ratione aliis locis ponerentur, quam quibus glossarum auctor ipsos addere voluerat. Walcausum rhetorem meritum *et iureconsultum celebrem, qui fuisse videtur, tam incaute, ne severius iudicemus, egisse vix et ne vix quidem nobis persuadere poterimus. Sed id quoque negandum esse censeo, glossas textui hodie insertas a Walcauso omnes conceptas esse, cum non solum multae nimis inepte et pueriliter dictae videantur, sed non raro etiam glossae iis sententiis contrariae sint, quae Walcausi in codicibus manuscriptis dicuntur. Ita glossa* XII *(subintellige: sacramentalium), quae Rotharis capiti nono inseritur, Walcausi esse non potest, quia sub fine formulae illi legi adscriptae* secundum valentes, *quae verba ipse Merkel pro* secundum Walcausum *accipienda esse dicit, reus non cum duodecim sacramentalibus sed solus iurare iubetur. Glossae deinde Rotharis legi* 171 *additae verba quidem quattuor ultima* secundum valentes *dicuntur, iis autem cetera huius glossae pars omnino contraria est eidemque Walcauso tribui non potest. Item neque caput quod glossatae collectionis proprium infra sub numero Roth.* 227[a] *edidi neque glossa textui legis Roth.* 228 *inserta Walcausi esse potest. Nam in utroque glossemate is qui per* 30 *annos rem aliquam possedit de malo ordine possessionis, ut glossatoris verbis utar, sacramento se defendere iubetur:* secundum valentes contra, *uti glossema legi* 228 *subnexum nos docet,* de ipso malo ordine nec pugna nec sacramentum sit, sed tantum triginta annorum possessor approbet, si dubitatio fuerit suam possessionem triginta annorum esse et possideat inantea.

Sed nec placitorum formulae omnes Walcauso tribui possunt. Primo enim ipsae formulae non unius tantum auctoris sed diversorum auctorum, ut supra ostendi, videntur. Deinde autem non raro sub finibus formularum sententiae eorum qui valentes *in codicibus manuscriptis dicuntur ita commemorantur, ut ipsae formulae a* valentibus, *quod verbum Merkel pro Walcausi nomine positum esse putavit, conceptae esse non possint. Talium formularum exempla sunt secunda ad Roth. c.* 147 *concepta, quae finitur verbis:* Secundum quosdam ita sit haec appellatio; sed secundum valentes exeptio et replicatio; *formula ad Roth.* 178 *quae similiter exit verbis:* et ita secundum quosdam haec fit appellatio; set secundum valentes aliter est: sit enim ad fideiussorem; *formula altera ad Roth.* 200, *in qua leguntur verba:* et ita probet secundum quosdam; sed iurabunt secundum valentes; *denique formula ad Hlud. P.* 15, *in qua similiter:* sed secundum valentes non sit, nisi pro testimonio testium stantiae.

Etiamsi autem non omnes glossae textui insertae placitorumque formulae Walcauso adscribendae mihi videntur, tamen negari non posse censeo, magnae glossarum formularumque partis Walcausum esse auctorem. Ita enim sententia quae inest glossae Rotharis legi 226 *additae in expositione codicis Neapolitani Gualcosi dicitur. Simili modo glossa ultima Grimowaldi legi tertiae inserta omnino concordat sententiae quae in expositionis §.* 3 *ad Kar. M.* 26 *scriptae Walcausae adscribitur. In cap. §.*5 *ad Kar. M.* 45 *duae appellationum formae tanquam Walcausinae traduntur quae accurate consentiunt cum formulis ad idem caput in collectione nostra glossata scriptis, quod de formulis etiam dicendum est in exp. §.* 7. 8 *ad Hlud. P. c.* 1 *positis. Glossa*

9) Murat. Ant. Ital. diss. 31; tom. II. p. 947 in edit. maiori, tom. VI. p. 331 in ed. minori. 10) Murat. Ant. Ital. tom. I. p. 448 in edit. maiori, tom. I. p. 762 in edit. minori et Lupus Cod. dipl. Bergom. tom. II. p. 716. 11) Geschichte des Langobardenrechts p. 28 et in additione XXIII ad Savinianae iuris Romani historiae editionem secundam tom. IV. p. 574. 12) Geschichte des Langobardenrechts p. 54. not. 16.

denique tertio loco Rotharis legi 183 *inserta in compluribus codicibus Lombardae librum continentibus, Vat. scil.* 3845, *Vaticano Palatino* 772, *Wratislawiensi in bibliotheca Rhedigerana servato, secundum Gualcausum esse dicitur, in quibus codicibus sane aliae etiam glossae Walcausinae traduntur quae in nostra collectione glossata minime receptae sunt.*

Quibus omnibus consideratis, respectis quoque versibus illis hexametris de collectionis nostrae auctore ita iudicandum esse censeo. Opus nostrum quo de agitur non a Walcauso sed ab illo qui se ipse in versu hexametro scribam disertum *dicit confectum est. Hic* scriba disertus *scholaris haud dubie fuit et in usum* Langobardae iuventutis, *quae antea in legibus Langobardicis recte legendis* spreto errore erraverat, *collectionem paravit. Pro duce Walcausum* rhetorem, *vel ut hodie dicitur scholae magistrum, habuit: textum ab hoc magistro recensitum et dispositum auctor in collectione recepit, et glossis placitorumque formulis ab eodem conceptis illustravit*[13], *simul autem glossas quoque et formulas alicubi inventas, fortasse etiam suo ingenio compositas addidit. Uter Walcausus in documentis Italicis dictus illius* scribae diserti *magister fuerit, non satis mihi constare videtur: attamen magis eo inclino, ut aetate minorem in versibus hexametris spectatum esse credam. Hic enim auctoritate magis excelluisse, praeterea etiam scribae nostro aetate magis aequalis fuisse videtur. Nam si collectio nostra, quod veri simile est, non multo ante annum* 1037 *composita est, fortasse coniicere possumus, Walcausum illum aetate minorem in adolescentia quidem rhetoricen docuisse et auctoris nostri magistrum fuisse, in iuventute autem et senectute intra annos* 1055 *et* 1079 *sacri palatii iudicis munere functum esse. Sed hoc dubitandi tantum ratione proferre neque pro certo statuere velim.*

§. 60. *Etiamsi igitur collectio nostra Walcausina neque haberi neque dici potest, attamen, quia Walcausi nomen auctor in prooemio rhythmico commemoraverat, posteriori aetate et a Lombardae libri potissimum glossatoribus pro opere Walcausino habita esse videtur. Inde autem et quia in collectione nostra legum textus glossis insertis saepissime corruptus intellegitur, factum est, ut Walcausus pro falsario per complura saecula omnino iniuste haberetur pessimamque memoriam relinqueret*[14]. *Quamobrem omnes leges, quae in scholis tanquam obsoletae non legebantur et eam ob causam in nonnullis codicibus omissae erant, falsae et Walcosinae saepe a Lombardae glossatoribus dicebantur, etiamsi vere genuinae regum Langobardorum leges erant. Ita quidem, ut huius rei exempla afferam, in Lombardae codice Florentino* 77, 1 *legi quae in editione mea Liutprandi* 82 *est, adscribuntur versus hexametri:*

Non sum regalis neque lex sum imperialis,
Qui me dictavit Gualcosi nomen amavit;

Hludowici Pii capiti 57*:*

Gualcosina fui, quapropter sum removenda,
Nulla tamen dixi, quae per se sint respuenda.

et in codice Vaticano Christinae 1060 *Hludowici Pii capiti* 21*:*

Walcosina fui, superest ut sim removenda,
Set non peccavi, cur sim non iure tenenda.

§. 61. *Caeterum haec glossata collectio in scholarium magis quam iudicum et litigantium usum confecta apparet. Hoc non solum versus hexametri, ut supra dixi, nos docent sed ex ipsa quoque collectione intelligere possumus. Leges enim etiam obsoletae et recentioribus ruptae a scriptore receptae, glossis instructae*[15] *atque adeo formulis illustratae sunt*[16], *et legentes in formulis ad Ottonis primi caput* 5 *scriptis:* hoc sciatis, quia in hoc quod dixit reliqua, *magistrum fere scholares alloquentem audire videmur. Placitorum vero formulas in scholis a magistris explicatas esse, etiam e commentario in codice Neapolitano tradito cognosci potest. Talis enim formulae explicatio describitur in exp.* §. 7 *ad Hlud. P.* 15, *ubi ante appellationis formulae initium leguntur verba:* quaedam appellatio constituatur, et quod hic a magistris solet dici describatur, *ipsaque formula hoc loco constituta et deinde explicata accurate consentit cum formula in collectione nostra descripta. In iudiciis Italicis collectionem glossatam locum minus obtinuisse, eo probatur, quod Lombardae liber non ipsius ope compositus est sed illa* capitularis *et edicti forma nititur, de qua capite huius praefationis quarto disserui. Quam ob rem Hludowici secundi capita in Lombardae libro non recensentur et omnia illa desiderantur quae in* capitulari *Walcausi auctoritate composito addita videmus.*

§. 62. *Quod denique ad auctoris nostri patriam attinet, Iohannes Merkel Papiae librum Walcausi ab ipso dictum ortum esse affirmavit*[17]. *Quam sententiam neque refellere neque confirmare ausim. Nam etiamsi nonnullis quae in formulis leguntur Papia tanquam auctoris patria spectari videtur, alia contra Romae collectionis nostrae originem fuisse nobis persuadent. Nam in formula ad Roth.* 232 *actor civis Romanus fingitur; similiter Romae mentio fit in forma ad Liutpr. c.* 34*; castrum de Tusculano oppugnatum dicitur ad Roth.* 244*; et servi de Aquino in vicum de Palestino (Praeneste) intrare, servi item de Gabiis seditionem movere finguntur in formulis ad Roth. c.* 279. *Quare dubitatio fortasse moveri potest, an Romae collectio nostra concepta sit, in qua urbe ad annum usque* 1038 *secundum legem quoque Langobardorum iudicia terminabantur*[18] *et scholae etiam habebantur. Ita igitur de auctoris patria* non liquet *iudicandum esse censeo.*

Caput VI. De commentario ad edictum et capitulare *scripto qui in codice Neapolitano traditur.*

§. 63. *Specimen iurisprudentiae Langobardicae ab eo de quo capite quinto disserui in multis diversum codex offert bibliothecae Brancatianae Neapolitanus supra in* §. 19 *descriptus. Commentarios*

13) Prae caeteris Walcausum maxime auctor fortasse secutus est: qua de re notandum est, quod sententia, quae in glossa legi Liutp. 62 inserta *secundum meum* (scribae) *iudicium* profertur, ei omnino consentit quae in glossa legi Rotharis 171 addita *secundum valentes* esse dicitur. 14) Cfr. Savigny hist. iuris Romani in editione secunda tomo IV. p. 364—376 et additionem Merkelii ibidem p. 568—579. 15) Glossator leges vel omnino vel partim ruptas esse interdum verbo *aliquando* inserto indicasse videtur. Cfr. Liutp. 117. Kar. M. 27. Pipp. 7. Hloth. 86. 16) Cfr. Grim. 4. Liutp. 18 et 104, quibus derogat Aistulfi lex 9. 17) Geschichte des Langobardenrechts p. 29. 18) Leges II. p. 40.

perpetuos vel, ut ipsius codicis verbo utamur, expositiones *continet diversarum legum Langobardorum, iisque expositionibus appellationum quoque formulae non raro immixtae sunt. Eae quidem expositiones ad Langobardorum leges in Lombardae libro systematice digestas hodie in codice Neapolitano scriptae traduntur: tamen nequaquam dubitari potest, ipsas ad edicti et* capitularis *capita chronologice ordinata primo conceptas et postea demum a codicis nostri scriptore in Lombardae librum transscriptas esse. Hoc autem tam eo probatur quod in expositionibus pluribus vicibus Ratchisi et Aistulfi regum prologi commemorantur, qui in Lombardae librum non transierunt* [19], *quam ea maxime ratione, qua singulae leges Langobardicae in expositionibus laudantur. Allegantur enim non tali modo quali a Lombardae libri glossatoribus semper allegantur, secundum Lombardae scilicet libros et titulos in quibus leges receptae sunt, sed ita potius, ut capitula allegata secundum auctorum nomina et verbis ab initio positis significentur. Allegatur igitur e. gr. in expos. §.* 5 *ad Roth.* 5*:* iuxta capitulum Caroli regis quod est De illis hominibus et caetera, *vel si in expositione ad alicuius regis legem eiusdem regis alia lex laudatur ea semper tamquam* istius *allegatur, e. gr. in exp. §.* 2 *ad Roth.* 5*:* per istius legem confirmatur, quae incipit De aliis vero causis, *per legem scilicet Roth.* 372. *Haec autem capita allegandi ratio minime libro Lombardae congruit, in quo capita non secundum auctores digesta sed cuiusque regis vel imperatoris capita, materiae quae capitibus inest ratione habita, per diversos libros titulosque disposita sunt. Saepe autem capita ipsis numeris locos indicantibus, quos in diversorum regum vel imperatorum voluminibus capita obtinent, ab expositionum auctore allegantur. Ita quidem in exp. §.* 1 *ad Roth.* 153, *exp. §.* 5. 6 *ad Liutp.* 3, *exp. §.* 2 *ad Liutp.* 4 p r i m a m Liuprandi legem, p r i m a m Astulfi legem *laudatam legimus, item in exp. ad Roth.* 258 *et exp. §.* 2 *ad Grim.* 7 u l t i m a m Liuprandi legem, u l t i m a m Pipini legem; *in exp. §.* 3 *ad Roth.* 199 leges Liuprandi i n i t i o positae, *Liutp. scilicet c.* 1—4 *respiciuntur, et in expos. ad Kar. M. c.* 100 *capita Kar. M.* 101—104, *quae in diversis omnino Lombardae libris et titulis recepta sunt*, haec quattuor capitula subsequentia *dicuntur. Denique leges quaedam saepe* superiores *vel* subsequentes *dicuntur, quae ab expositionum quidem auctore ad nostram edicti et* capitularis *collectionem scriptarum ita dici potuerunt, a libri Lombardae autem glossatore* subsequentes *potius et* superiores *dici debebant. Ita e. gr. lex Roth.* 217 *in exp. §.* 4 *ad Roth.* 221, *et Liutp. lex* 10 *in exp. ad Liutp.* 138 superiores leges *nominantur, etiamsi in Lombardae libro ipsae illas in quibus laudantur sequuntur; et Hloth. c.* 75 subsequens capitulum *in exp. ad Hloth.* 1 *dicitur, etiamsi anteriorem locum obtinet in libro Lombardae.*

§. 64. *Is autem codex quem Brancatiani codicis scriptor in transcribendis expositionibus pro archetypo habuit, non ipsarum Langobardicarum legum textum sed earum expositiones tantum secundum edicti et* capitularis *ordinem chronologicum ordinatas haud dubie continuit, ita quidem ut cuique expositioni eius legis, ad quam ipsa expositio concepta erat, verba ab initio posita praefigerentur. Hoc inde colligi potest, quod non raro in Brancatiano codice legis alicuius expositioni continuo expositio alius legis, illam in edicto vel* capitulari *statim sequentis, addita est verbis tantum quae in hac secunda lege ab initio posita sunt intersertis. Ita expositioni legis, quae in Lombardae libri primi titulo tertio loco tertio posita est, in edicto autem est Rotharis lex undecima, statim post verba* Si duo aut tres *huius ipsius legis, quae in edicto quidem Rotharis duodecima est, in Lombarda autem libro I, tit.* 9, *capite* 1 *legitur, expositio subnectitur. Simili omnino ratione expositiones ad Roth.* 162 *et* 163, *ad Liutp.* 76 *et* 77, *ad Liutp.* 88 *et* 89, *ad Liutp.* 127 *et* 128, *ad Ottonis primi c.* 8 *et* 9 *et ad alia capita scriptae in Brancatiano nostro codice uno tenore iunguntur.*

Illa vero codicis archetypi natura Brancatiani codicis scriptorem saepe in alium quoque errorem induxit. Non raro enim eundem scriptorem expositiones falsis Lombardae libri legibus adscripsisse videmus, talibus scilicet quae, quod ad verba ab initiis legum scripta attinet, illis similes sunt ad quas expositiones vere conceptae erant. Ita, ut exempla aliquot afferam, expositio Liutprandi legis 31 *ad eiusdem regis legem* 104 *in codice nostro scripta est, expositio vero legis centesimae quartae additur legi tricesimae primae: utraque autem haec lex verbis incipit* De his qui de illicito matrimonio. *Pippini capitis* 21 *expositio eiusdem regis capiti tricesimo tertio subnectitur, cuius erroris causa est idem utriusque capitis initium* Placuit nobis. *Karoli Magni capiti* 131 (Quicumque) *expositio additur ad Hlotharii caput* 74, *cuius initium idem est, vere pertinens. Hlotharii capitis* 77 *expositio iterum in codice nostro recurrit subnexa Widonis capiti octavo, cuius initium est pariter atque illius in verbo* Concedimus. *Interdum denique codicis Brancatiani scriptor expositiones omnino omisisse videtur, nesciens fortasse quibusnam collectionis nostrae legibus ipsae addendae essent. Ita fortasse factum est, ut Liutprandi leges prima et secunda, quae ad multarum aliarum legum similitudinem in verbis* Si quis Langobardus *initium habent, hodie expositionibus careant: nam ad primam legem ab expositionum auctore commentarium scriptum fuisse verba nos docent, quae in exp. §.* 2 *ad Liutp.* 4 *leguntur ita:* ut in prima Liuprandi lege litigavimus [20].

Brancatiani autem codicis scriptorem expositiones tali modo falsis legibus in libro suo transcribendo subnexuisse, non mirum videri potest, cum ipse linguae Latinae haud dubie omnino imperitus fuerit neque leges neque earum expositiones intellexerit. Compendia enim quae in codice archetypo invenerat saepissime ratione maxime perversa scriptor explicavit, ita quidem ut saepe codicis Bran-

19) Cfr. expos. §. 5 ad Liutp. 15. Ottonis quoque primi prologus commemoratur pluribus vicibus in exp. §. 18. 23 ad Wid. c. 6; is autem in Lombardae etiam forma vulgata reperitur. 20) In codice archetypo expositiones continente ipsa capitula et leges non descripta fuisse fortasse etiam verbis probatur, quae expositionis loco Karoli Magni capiti 43 addita sunt. Verba enim *sicut legitur totum in capitulario* ad ipsum illius capitis textum in alio codice descriptum referenda videntur. Quod si verum est, reiicienda est coniectura infra p. 494 in not. 62* proposita.

catiani textus sensu omnino careat et correcturis admodum indigeat. Ita saepissime sunt *scriptor codicis posuit loco* sibi, *et* sibi *loco* sunt; *similiter mutantur verba* tamen *et* tantum, quod *et* quidem, quod *et* quia, lex *et* legitur, componere *et* compositio *vel* compositionem. *Compendium verbi* coniux *per* contra lux *scriptor explicavit*, Grimoaldi *per* igitur moaldi, *et alia multa perverse scripsit.*

§. 65. *Non igitur dubitari potest, Brancatiani codicis expositiones ad Lombardae librum non scriptas esse sed ad nostram edicti et* capitularis *collectionem pertinere. Hae autem expositiones, vel ut semel etiam dicuntur* glossae[21], *legum textum ita interpretationibus placitorumque formulis illustrant, ut pro perpetuo collectionis nostrae commentario haberi possint, qui a iuris Romani glossatoribus Bononiensibus saeculo duodecimo et tertiodecimo* apparatus *vulgo dicebatur*[22]. *Edicti vero et capitularis collectio in hoc commentario illustrata non illa est quae Walcausina vulgo dicitur sed vulgaris potius, et praesertim expositionum auctor textum illi similem qui in codicibus nostris Florentino et Patavino* (5. 6) *legitur prae se habuisse videtur. Nam Hludowici secundi capitum, quae in collectione glossata recensentur, in non glossata autem desunt, in expositionibus nunquam mentio fit; capita semper eorum auctorum nominantur, quibus in non glossata collectione adscribuntur*[23]; *iis capitibus, quae in codicibus* 5. 6 *omissa sunt plerumque expositiones quoque non adscriptae sunt*[24]; *legum ipse contextus plerumque ita allegatur, velut in codicibus nostris* 1—6 *legitur. Interdum sane sive ipse expositionum auctor sive iudices et iureconsulti illi, quorum sententias idem secutus est et in expositionibus repetiit, textum quoque a Walcauso constitutum respexisse videntur. Pippini enim caput* 45, *quod in exp. §.* 2 *ad Grim.* 7 ultimum Pipini capitulum *dicitur, in expositione contra ad Kar. M.* 38 *scripta cum codicibus* 7—9 *Karolo Magno tribuitur, nec raro legum textus in expositionibus allegatus ita legitur, ut a codicibus tantum* 7—9 *defendatur*[25].

§. 66. *Expositionum nostrarum auctor hos legum Langobardicarum commentarios omnes minime ipse invenit sed anteriorum quoque iudicum et iureconsultorum glossas atque sententias, placitorumque formulas ab aliis inventas in opere suo recepit. De eadem enim re interdum in expositione eadem pluribus modis disputatur, ita ut plurium iureconsultorum sententiae ab auctore relatae videantur*[26]. *Singulis legibus non raro placitorum diversae formulae subiunguntur, quae inter se in probandi ratione aliisve iuris principiis admodum differunt*[27]. *De controversiis ab aliis iureconsultis motis saepe auctor refert tantum, non autem ipse eas controversias dirimit*[28]. *Subsidia vero quae expositionum auctor in commentario scribendo adhibuit partim hodie quoque cognosci possunt. Non raro enim codices in editione mea numeris* 1—9 *notati, qui plurimi iam ante expositiones conceptas scripti sunt, glossas ad verbum fere easdem offerunt, quae in Brancatiano codice servantur*[29]. *Capitula quae in expositionibus vel tanquam rupta vel tanquam ea quae aliis derogant vel similia sunt dicuntur plerumque in anteriorum quoque codicum marginibus allegantur. Potissimum vero expositionum auctor illius operis usum fecisse videtur, de quo huius praefationis capite quinto disserui, sive ipsius quod in codicibus* 7—9 *traditur et glossas textui immixtas offert, sive illius in quo glossae hodie legibus insertae in margine codicis adscriptae erant*[30]. *Non solum enim eaedem fere omnes quaestiones et sententiae controversae tam in glossis quam in expositionibus nostris tractantur, ita ut sensus qui glossis textui insertis et interdum nimis obscuris inest expositionibus plenius et lucidius conceptis explicetur, sed saepe etiam expositionum verba accurate glossis textui insertis consentiunt, ut de utriusque operis connexu dubitari non possit*[31]. *Sed placitorum quoque formulae multae quae expositionibus immixtae sunt ex illa edicti et* capitularis *collectione desumtae apparent, quae Walcausi nomen in fronte fert. Plurimae quidem appellationum formae in expositionibus positae ab eis differunt quae in codicibus* 7—10 *legibus subiunguntur*[32], *interdum autem formulae in Brancatiano codice occurrunt, quae accurate cum iis consentiunt, quae in codicibus* 7—10 *inveniuntur*[33], *et duobus locis tales formulae secundum Walcausam conceptae dicuntur aliisque earundem appellationum formulis aliter conceptis opponuntur*[34]. *Semel vero his formulis, quae in collectione glossata item conceptae occurrunt ea ab expositionum auctore adduntur*, quae hic a magistris solebant dici[35], *iisque maxime additamentis formulae in codicibus* 7—10 *traditae tamquam magis genuinae, eae contra quae in Brancatiano codice le-*

21) Exp. §. 1 ad Liutp. 109: *legem Rotharis que est Nulli liceat pro quolibet debito respiciens in g l o s s i s* 22) Cfr. Savigny, hist. iuris Romani tomo III. §. 208. pag. 565 in editione secunda. 23) E. gr. Karol. M. c. 123 et Hloth. 70, quae in codicibus 7—9 inverso ordine collocata inveniuntur, in expositionibus ad anteriorum codicum exemplum allegantur. Exp. §. 1 sub fine ad Roth. 153. 24) Cfr. Liutp. 16. 79. 82. 91. 132. Hlud. P. 21. 57; Ratchisi sane legi secundae, etiamsi ea quoque abest a codicibus 5. 6, expositio additur. 25) Cfr. Exp. §. 5 ad Roth. 252, ubi lex Roth. 325 secundum eas lectiones allegatur quas codd. 7—9 tuentur. Cfr. etiam expos. §. 1 ad Roth. 148 cum nota *d* ad eandem legem scripta; item Roth. 233 in notis, et exp. §. 1 initio ad Roth. 215. 26) Cfr. e. gr. exp. §. 3 et 6 ad Ratch. 6. 27) Cfr. plac. form. ad Roth. 153, in quibus consanguinitatis graduum computatio partim Langobardica partim Romana est. 28) Exp. §. 2. 3 ad Roth. 7. Exp. §. 4 ad Kar. M. 26, §. 7 ad K. M. 45, §. 1 ad K. M. 129, §. 8. 9 ad Hlud. P. 14. In iis etiam controversiis motis tantum, non compositis hic legum Langobardicarum apparatus Accursii apparatui, sicuti et pluribus aliis rationibus, similis videtur. Vide de Accursio Savigny, hist. iur. Rom. tom. V. §. 99, maxime ibid. p. 293. 294 in editione secunda. 29) Cfr. e. gr. exp. ad Kar. M. 1 cum glossa ibidem e codice Mediolanensi (3) edita; expos. ad Hloth. 12 cum glossis eidem capiti subnexis. 30) Cfr. supra §. 55. p. 78. 31) Cfr. e. gr. glossa altera Roth. legi 199 inserta cum exp. §. 4 sub fine ad eandem legem scripta. 32) Omissis aliis differentiis, nomina etiam actoris, rei, testium aliarumve personarum in utraque collectione diversa sunt: actor et reus in codicibus 7—10 litteris *M* et *P* semper indicantur, in expositionibus vero constanter fere *Iohannes* et *Martinus* dicuntur et nominum loco raro tantum eorum litterae initiales leguntur. 33) Cfr. placit. form. ad Roth. 198. 199. Kar. M. 26. 45. Hlud. P. 1. 15. 16. Hloth. 2. 4. Ottonis I. 1 et plac. form. in codd. 7—10 ad Kar. M. 22 adscripta cum ea quam cod. Branc. ad Hloth. c. 9 exhibet. 34) Exp. §. 5 ad Kar. M. 45 et exp. §. 8 sub fine ad Hlud. P. 1. 35) Exp. §. 7 ad Hlud. P. 15.

guntur iam mutatae et a formularum auctoris aetate longius distantes probari videntur.

§. 67. Etiamsi igitur expositionum auctorem glossas formulasque ab aliis inventas recepisse videmus, attamen Brancatianus codex minime glossas formulasque per saturam collectas sed opus unum et in partibus diversis sibi ipsi aequale, certis legibus et certo consilio dispositum continet. Operis universi initio praefatio ponitur, qua de libri istius legum intentione, utilitate et loco, quem in studiis scholasticis et philosophicis obtineat, disquiritur[36]. *Expositiones diversis legibus adscriptae in toto dicendi colore et argumentandi ratione ubique consentiunt et saepe simillimae sunt*[37]. *Saepissime lector ad expositiones antecedentes*[38], *interdum etiam ad sequentes et ab auctore adhuc scribendas remittitur, ut auctor universi operis dispositione antea bene perpensa ad expositiones scribendas aggressus esse videatur. Ita in exp. §. 5 ad Roth. 5 scripta auctor dicit:* Quod, cum ad De illis hominibus et cetera venimus Deo volente liquide discutiamus, *quae discussio vere invenitur in dicti capitis (Kar. M. 45) expositione §. 8. In exp. §. 2 ad Hlud. P. 1 similiter lector ad Widonis sexti expositionem §. 19 remittitur verbis* secundum quod in eodem capitulo dicturi sumus, *et in exp. §. 2 ad Roth. 34 verba:* ut in sequenti ostendetur *ad exp. §. 2 ad Roth. 277 referenda sunt.*

In scribendis autem legum Langobardicarum expositionibus auctori non tam in animo fuisse videtur, ut scholasticis studiis serviret (sicuti glossatae collectionis auctor scholares potissimum respexerat), quam ut iudicibus potius in Langobardorum causis iudicantibus edicti et capitularis *commentarium commodum pararet. Quod auctoris consilium, iam universi operis indole probatum, aliquot maxime locis cognosci potest. Ita in exp. §. 1 ad Roth. 264 legimus:* ideo de fugitivo conprehenso non per hanc legem sed iuxta predictam legem iudicabimus. *Similiter in exp. §. 1 ad Roth. 279:* quare iuxta hanc legem exinde non ibimus, sed iuxta ipsa capitula exinde iudicabimus. *In iudicum usum opus suum se composuisse auctor dicit in exp. §. 7 ad Hlud. P. 15, ubi appellationis cuidam formae talia verba praefiguntur:* ut quilibet iudex hac arte rudis ad huius artis notitiam magis promoveatur, quaedam appellatio constituatur. *Auctorem denique causatoribus magis consulere quam studiis scholasticis servire voluisse, expositionis potissimum §. 14 ad Liutp. legem 20 scriptae probat, qua hominis alicuius de homicidio accusati propinquis consilium suppeditatur, quomodo ipsi propinquum suum accusatum de servitii poena liberare possint.*

§. 68. Nomen auctoris neque ex expositionibus neque aliunde licet cognoscere et ne coniecturis quidem de nomine locus est. Iureconsultum, fortasse etiam iudicem, auctorem fuisse universa expositionum indoles probat, Papiae ipsum vixisse placitorum formulae demonstrare videntur, in quibus litigantes Papiae versari et locorum ipsi vicinorum rationem habere saepe finguntur[39]. *Aetate quidem auctor noster glossata collectione paullo ante annum* 1037 *orta minor haud dubie fuit, cum glossae et formulae ex illa desumtae in expositionibus etiam legantur. Quae expositionum posterior origo eo etiam confirmatur, quod Heinrici secundi imperatoris (tertii Germaniae regis) capitula interdum allegantur*[40] *et Lanfrancus archiepiscopus commemoratur*[41]. *Illa enim Heinrici capitula annis* 1047 *et* 1054 *edita sunt, Lanfrancus vero anno* 1070 *archiepiscopus Cantuariensis factus est, ut igitur expositiones nostrae non ante annum* 1070 *conceptae vel potius absolutae esse possint*[42]. *Sed expositiones non multo etiam post illum annum* 1070 *scriptas esse credendum est. Nam ipse codex Neapolitanus iam circa saeculi undecimi exitum confectus est, expositiones vero iam aliquo tempore ante codicem Neapolitanum scriptum conceptas esse oportet, cum codicis Neapolitani scriptor, ut supra §. 63 ostendi, ex alio codice archetypo ipsas transcripserit et secundum ordinem in Lombardae libro servatum digesserit. Ita igitur expositiones circa annum* 1070 *scriptas et non ante ipsum annum absolutas esse existimo.*

§. 69. Momentum vero, quod expositionibus nostris inest, eo potissimum positum videtur, quod iurisprudentiae Langobardicae specimen non abiectum immo vere admirabile praebent, si auctoris aetatem et magnam barbariem, quae non multo ante ipsam aetatem undique in Italia fuerat, consideramus, maxime si cum glossata collectione Walcausi vulgo dicta eas comparamus. Probant enim expositiones nostrae auctorem litteris imbutum, ingenio callidum, in iure bene eruditum, in legibus explicandis artis criticae minime ignarum.

Pauli diaconi libros de gestis Langobardorum scriptos auctori non incognitos fuisse videmus[43]. *Legis Salicae tituli duo in expositionibus allegantur*[44], *Ribuariae etiam legis mentio fit, ita vero, ut de eo, quod legi ipsi inesse dicitur, auctor errare videatur*[45]. *Et cum lex Salica Theodorici regis pluribus vicibus dicatur*[46], *fortasse coniicere possumus prologi etiam legi Baiwariorum in plurimis codici-*

36) Hanc praefationem ab expositionum auctore esse scriptam, non est cur dubitem. Sed mutila in codice Brancatiano tradi videtur, et fortasse quae sub fine praefationis, inde a verbis *Idonei in sapientia* leguntur spuria et a recentiori quodam scriptore addita sunt. 37) Cfr. exp. §. 3 ad Kar. M. 106 cum exp. §. 3 ad Hlud. P. c. 5; exp. §. 5 ad Kar. M. 27 cum exp. §. 9 ad Pip. 7; exp. ad Roth. 176 cum exp. ad Liutp. 6; exp. §. 1 ad Roth. 174 cum exp. §. 2 ad Kar. M. 78. 38) Vide potissimum exp. §. 2 ad Kar. M. 44: *sed quia hanc sententiam retro declaravimus, ad aliam transeamus* et cfr. exp. §. 2 ad Roth. 16, §. 4 ad Liutp. 12, §. 1 ad Kar. M. 34, §. 2—4 ad Hlud. P. 15. 39) Ita Merkel, Geschichte d. Langobardenrechts, p. 29. 55. Cfr. Exp. §. 3. 4 ad Liutp. 43; §. 1 ad Liutp. 134; §. 1 ad Aist. 7; §. 1 ad Aist. 9; §. 3 ad Otton. I. 7. Vide etiam §. 1 ad Roth. 340, ubi de caballo usque Romam (in longinquum scilicet locum) praestito agitur. 40) Exp. §. 1 ad Roth. 14, exp. ad Aist. 10, §. 3 ad Roth. 141, §. 2 ad Roth. 142. 41) Exp. §. 23 ad Widon. c. 6. De Lanfranco cfr. praefationis cap. VIII. 42) Cfr. Merkel, l. cit. p. 45. n. 3. Lanfrancus commemoratur etiam in exp. §. 1 ad Grim. 8 et exp. §. 3 ad Liutp. 3, his autem duobus locis *archiepiscopus* non nominatur. Dubito an inde fortasse coniici possit, expositiones circa ipsum annum 1070 scriptas esse, ita quidem ut Grimoaldi et Liutprandi legum expositiones paullo ante Lanfrancum archiepiscopum factum, Widonis autem capitis expositio statim post ipsam dignitatem Lanfranco tributam ab auctore conceptae sint. 43) Exp. ad Roth. 3. 44) Exp. §. 1 ad Kar. M. 27 et §. 1 ad Kar. M. 70. 45) Exp. §. 7 ad Liutp. 56. 46) Exp. §. 2 ad Liutp. 87 et §. 2 ad Kar. M. 70.

bus manuscriptis praefixi cognitionem auctorem nostrum habuisse. Sacrae scripturae praecepta, vel ut ipse auctor dicit divinae paginae auctoritas, *interdum ad leges explicandas adhibentur*[47], *conciliorum et canonum rationem non raro auctorem habuisse intellegimus*[48]. *Potissimum autem expositionum auctor iuris Romani peritia excellit, eaque omnes alios saeculi decimi et undecimi scriptores huc usque cognitos superat. Legis enim Romanae non solum ad Langobardorum leges explicandas auctor saepissime usum facit, sed etiam eam omnium hominum generalem nominat et iuxta eam in omnibus Langobardorum quoque causis iudicandum esse dicit, nisi Langobardorum leges vel capita de ipsis causis aliter praecipiant. Ita igitur in expositionis §. 4 ad Roth. 1 legimus:* Dicitur, quod hec lex nichil inde dicat, eundum est igitur iuxta Romanam legem, que omnium est generalis. *Similiter ibidem §. 5:* dicitur quod hec lex nichil inde dicat, sed iuxta Romanam legem asseritur diffiniri. *Eadem ratione in exp. ad Roth.* 172*:* unde lex Longobarda nichil diffinit; eundum igitur per legem Romanam generalem *et in exp. §. 5 ad Roth.* 221*:* eundum est igitur per Romanam legem quae omnium est generalis.

§. 70. Haec vero Romana lex, quam auctor in subsidium Langobardicae legis datam esse aestimat, corpore iuris Iustinianei continetur, cuius omnes partes illi cognitae fuerunt. Allegantur enim libri Institutionum, Digestorum, Constitutionum inde a primo usque ad nonum et Iuliani antecessoris novellarum epitome, sive verbis genuinis repetitis sive sensu tantum qui certis legibus inest respecto. Et has Romanas leges auctorem semper fere bene intellexisse[49]*, principia quae iis insunt recte cognovisse iisque principiis nisum leges etiam Langobardicas interpretatum esse videmus. In hac vero legis generalis auctoritate, quam legi Romanae expositionum scriptor primus quantum video tribuit*[50]*, et in illa iuris Iustinianei exacta cognitione, qua saeculi undecimi scriptorem excellere videmus, maximum mihi universarum expositionum momentum positum esse videtur, eamque ob causam non inutile duxi omnes iuris Iustinianei locos infra colligere, quos in expositionibus nobis servatis auctor allegavit:*

Ex Institutionibus:

Institutionum tituli et paragr.:	*Expositio:*
Const. Imperatoriam. §. 3	*Praefatio.*
§. 4 iure naturali. I, 2	*Praefatio.*
§. 3 iure personarum. I, 3	*§. 3 ad Roth.* 226.
„ „ „ „	*§. 1 ad Liutp.* 47.
§. 3 libertinis. I, 5	*§. 2 ad Roth.* 226.
princ. qui et quibus ex causis manum. I, 6	*§. 8 ad Grim.* 8.
§. 10 nuptiis. I, 10	*§. 12 ad Kar. M.* 45.
§. 12 „ „	*§. 1 ad Grim.* 8.
§. 4 adoptionibus. I, 11	*§. 2 ad Kar. M.* 140.
§. 6 capitis deminutione. I, 16	*§. 8 ad Roth.* 153.
„ „ „ „	*§. 13 ad Kar. M.* 45.
princ. curatoribus. I, 23	*§. 1 ad Pip.* 5.
§. 7. 8 rerum divisione. II, 1	*Hloth.* 88.
§. 16 „ „ „	*§. 3 ad Otton. I.* 4.
§. 29 „ „ „	*§. 1 ad Roth.* 151.
§. 3 usucapionibus. II, 6	*Roth.* 229.
§. 1 per quas personas. II, 9	*Roth.* 184.
„ „ „	*§. 2 ad Liutp.* 56.
§. 3 „ „	*§. 2 ad Roth.* 1.
„ „ „	*§. 12 ad Kar. M.* 45.
„ „ „	*§. 19 ad Wid.* 6.
§. 7 testamentis ordin. II, 10	*Roth.* 172.
§. 6 heredum qualitate. II, 19	*§. 2 ad Roth.* 223.
§. 1—7 gradibus cognationis. III, 6	*§. 6 ad Roth.* 153.
§. 2 „ „	*§. 4 ad Roth.* 153.
§. 10 „ „	*§. 2 ad Roth.* 153.
„ „ „	*§. 2 ad Liutp.* 76.
§. 12 „ „	*§. 3 ad Roth.* 153.
§. 1 quibus modis re contr. III, 14	*§. 5 ad Roth.* 1.
§. 3 „ „	*§. 5 ad Liutp.* 130.
§. 4 „ „	*§. 3 ad Roth.* 339.
§. 2 verborum obligatione. III, 15	*§. 8 ad Liutp.* 8.
§. 2 inutilibus stipulat. III, 19	*§. 2 ad Liutp.* 41.
§. 10 „ „	*§. 4 ad Roth.* 155.
§. 24 „ „	*§. 6 ad Liutp.* 8.
§. 2 fideiussoribus. III, 20	*§. 7 ad Roth.* 178.
§. 6 „ „	*§. 6 ad Roth.* 178.
§. 5 societate. III, 25	*§. 1 ad Roth.* 7.
§. 7 mandato. III, 26	*§. 6 ad Liutp.* 8.
§. 7 obligationib. quae ex del. IV, 1	*§. 1 ad Roth.* 340.
§. 11 „ „	*§. 2 ad Roth.* 259.
„ „ „	*§. 2 ad Otton. I.* 6.
§. 13 „ „	*§. 5 ad Roth.* 343.
„ „ „	*§. 3 ad Roth.* 339.
§. 14 „ „	*§. 3 ad Roth.* 339.
§. 19 „ „	*§. 10 ad Kar. M.* 45.
„ „ „	*§. 1 ad Otton. I.* 6.
pr. §. 1 vi bonor. raptorum. IV, 2	*§. 2 ad Liutp.* 46.
§. 2 „ „ „	*§. 3 ad Roth.* 339.
„ „ „ „	*§. 5 ad Roth.* 343.
lege Aquilia. IV, 3	*§. 1 ad Roth.* 339.
§. 3 iniuriis. IV, 4	*§. 1 ad Roth.* 18.
§. 5 „ „	*§. 3 ad Roth.* 127.
§. 8 „ „	*Roth.* 34.
„ „ „	*§. 1 ad Roth.* 275.
actionibus. IV, 6	*§. 1 ad Roth.* 339.
„ „	*§. 7 ad Kar. M.* 45.
§. 1 „ „	*§. 14 ad Otton. I.* 3.
§. 2 „ „	*§. 2 ad Hloth.* 78.
§. 17 „ „	*§. 3 ad Otton. I.* 4.
§. 40(?)[51] „ „	*§. 4 ad Liutp.* 56.
§. 5 quod cum eo qui in aliena. IV, 7	*§. 5 ad Liutp.* 86.
princ. noxalibus action. IV, 8	*§. 4 ad Kar. M.* 26.
§. 5 „ „	*§. 7 ad Grim.* 3.
„ „ „	*§. 1 ad Liutp.* 109.
§. 1 si quadrupes. IV, 9	*Roth.* 344.
§. 1 perpetuis et temporal. IV, 12	*§. 4 ad Roth.* 2.
„ „ „	*§. 5 ad Roth.* 178.
„ „ „	*Liutp.* 106.
§. 4 interdictis. IV, 15	*§. 7 ad Roth.* 232.
„ „ „	*§. 15 ad Otton. I.* 3.
§. 2 officio iudicis. IV, 17	*§. 2 ad Liutp.* 89.
„ „ „	*§. 4 ad Liutp.* 89.
§. 6 publicis iudiciis. IV, 18	*§. 4 ad Liutp.* 90.

---

47) Exp. §. 4 ad Roth. 1 et §. 8 ad Liutp. 118. 48) Exp. §. 3 ad Roth. 188; §. 1 sub fine ad Grim. 8; §. 3 ad Liutprand. 30; exp. ad Aist. 10; §. 2 ad Hloth. 101; exp. ad Hloth. 106; §. 6 ad Ottonis I. 6. 49) De tempore quo dominia servorum secundum legem Romanam usucapiantur auctorem nostrum errasse, infra pag. 503 adnotavi ad expositionem Kar. M. capitis 87. 50) Secundum auctorem nostrum sane iam ipse Rotharis rex *suarum legum placita que non diffinivit secundum legis Romane diffinitionem reliquit* (exp. §. 3 sub fine ad Roth. 359), qua de re noster veluti de aliis etiam rebus historicis errat. 51) Vide infra pag. 430. not. 53.

Digestorum[52] *tituli et leges:*	*Expositio:*
L. 1 *§.* 1 *iustitia et iure. I,* 1	*Praefatio.*
L. 1 *legibus. I,* 3	*Praefatio.*
L. 4. 5 „ „	*Roth.* 260.
L. 18 „ „	*Praefatio.*
L. 1. 3 *feriis. II,* 12	*Otton. III. cap. unic.*
L. 1. *§.* 1 *dolo malo. IV,* 3	*§.* 1 *ad Liutp.* 71.
L. 2. *§.* 1 *iuram. in litem. XII,* 3	*§.* 1 *ad Otton. I,* 5.
L. 94 *verborum signif. L,* 16	*§.* 5 *ad Roth.* 200.

Cod. Iustinianei titt. et const.:	*Expositio:*
L. 5 *legibus. I,* 14	*§.* 5 *ad Liutp.* 22.
L. 4 *edendo. II,* 1	*§.* 3 *ad Kar. M.* 21.
L. 20 *pactis. II,* 3	*§.* 6 *ad Otton. I.* 1.
L. 27 *transactionibus. II,* 4	*§.* 2 *ad Liutp.* 6.
L. 4 *his quae vi metusve. II,* 20	*§.* 1. 3 *ad Otton. I.* 5.
L. 1 *si adversus delictum. II,* 35	*§.* 5 *ad Liutp.* 20.
L. 8 *iudiciis. III,* 1	*§.* 3 *ad Liutp.* 89.
L. unica. ut nemo invitus. III, 7	*§.* 8 *ad Roth.* 221.
„ „ „	*§.* 9 *ad Otton. I.* 1.
L. unica. litis contestatione. III, 9	*Liutp.* 106.
L. 5 *iurisdictione omnium. III,* 13	*§.* 6 *ad Liutp.* 25.
L. unica. ubi de possessione. III, 16	*§.* 2 *ad Grim.* 4.
L. 3 *ubi in rem actio. III,* 19	*§.* 2 *ad Grim.* 4.
L. 3. 4 *ubi causa status. III,* 22	*§.* 2 *ad Aist.* 13.
L. 4 *lege Aquilia. III,* 35	*§.* 1 *ad Roth.* 339.
L. 5 *communi dividundo. III,* 37	*§.* 6 *ad Liutp.* 69.
L. 1 *communia utriusque. III,* 38	*§.* 5 *ad Liutp.* 69.
L. 3. 9 *rebus creditis. IV,* 1	*§.* 4 *ad Roth.* 359.
L. 2 *condictione ex lege. IV,* 9	*§.* 15 *ad Wid.* 6.
L. 2 *actionibus heredit. IV,* 16	*§.* 5 *ad Roth.* 153.
L. unica. ex delictis defunct. IV, 17	*§.* 2 *ad Roth.* 363.
L. 1 *probationibus. IV,* 19	*§.* 12 *ad Liutp.* 107.
L. 2 „ „	*§.* 1 *ad Liutp.* 89.
L. 23 „ „	*§.* 4 *ad Roth.* 359.
L. 14 *non num. pecun. IV,* 30	*§.* 1 *ad Ratch.* 4.
L. 3 *depositi. IV,* 34	*§.* 3 *ad Otton. I.* 4.
L. 20 *locato et cond. IV,* 65	*§.* 1 *ad Roth.* 227.
„ „ „	*§.* 5 *ad Otton. I.* 1.
L. 2 *sponsalibus. V,* 1	*§.* 10 *ad Roth.* 178.
L. 3 „ „	*§.* 3 *ad Roth.* 215.
L. 16 *donation. ante nupt. V,* 3	*§.* 3 *ad Roth.* 215.
L. 6 *incestis nuptiis. V,* 5	*§.* 4 *ad Liutp.* 31.
L. 4 *servis fugitivis. VI,* 1	*§.* 3 *ad Roth.* 270.
L. 1 *carbonario edicto. VI,* 17	*§.* 3 *ad Hloth.* 80.
? ? VII	*§.* 3 *ad Roth.* 222.
L. 1 *his qui a non dom. man. VII,* 10	*Liutp.* 51.
L. 13 *ingenuis manumissis. VII,* 14	*§.* 1 *ad Aist.* 13.
„ „ „	*§.* 1 *ad Hloth.* 80.
L. 14 *liberali causa. VII,* 16	*§.* 2 *ad Hloth.* 80.
L. 2 *longi temp. praescript. VII,* 22	*§.* 2 *ad Grim.* 2.
L. 10 *acquir. et retin. poss. VII,* 32	*§.* 6 *ad Liutp.* 53.
L. 3 *sententiis ex periculo rec. VII,* 44	*Hloth.* 98.
L. unica. confessis. VII, 59	*§.* 2 *ad Roth.* 365.
L. 7 *unde vi. VIII,* 4	*§.* 3 *ad Wid.* 5.
L. 1 *si unus ex plur. hered. VIII,* 32	*§.* 5 *ad Roth.* 153.
„ „ „	*§.* 2 *ad Roth.* 223.
L. 4 *litigiosis. VIII,* 37	*§.* 6 *ad Roth.* 232.
L. 13 *contrahenda et committenda stip. VIII,* 38	*§.* 5 *ad Roth.* 178.
L. 6 *evictionibus. VIII,* 45	*§.* 4 *ad Roth.* 232.
L. 1 *qui accusare non poss. IX,* 1	*§.* 2 *ad Hloth.* 78.
L. 5. *§.* 4 *ad leg. Iul. maiest. IX,* 8	*Hloth.* 67.
L. 6 „ „	*§.* 4. 5 *ad Roth.* 1.
L. unica. mulieribus quae se propr. servis. IX, 11	*§.* 5 *ad Roth.* 221.
L. unica. raptu virginum. IX, 13	*§.* 3 *ad Hloth.* 105.
L. 3 *ad leg. Corn. de sicar. IX,* 16	*§.* 6 *ad Liutp.* 20.
L. 1 *maleficis. IX,* 18	*§.* 9 *ad Liutp.* 20.
L. 7 *ad leg. Fav. de plagiar. IX,* 20	*Roth.* 229.
L. 10 *calumniatoribus. IX,* 46	*§.* 9 *ad Liutp.* 17.

Iuliani novellarum epitome[53]*:*	*Expositio:*
Const. 1. *cap.* 2	*§.* 2 *ad Roth.* 223.
20 (15, 7? 21, 4. 6?)	*Roth.* 3.
21	*§.* 8 *ad Kar. M.* 45.
22. *c.* 2. 3	*§.* 4. 5 *ad Liutp.* 31.
32. *c.* 2	*§.* 4 *ad Liutp.* 104.
34. *c.* 1	*§.* 2 *ad Roth.* 169.
34. *c.* 6	*§.* 4 *ad Roth.* 199.
83. *c.* 1	*§.* 5 *ad Liutp.* 63.
83. *c.* 4. 1	*§.* 7 *ad Hlud. P.* 15.
105. *c.* 1	*§.* 1 *ad Liutp.* 66.
107. *c.* 3	*§.* 5 *ad Liutp.* 5.
107. *c.* 4	*§.* 4 *ad Roth.* 169.
108	*Roth.* 184.
108. *c.* 8	*§.* 3 *ad Grim.* 7.
109. *c.* 1	*§.* 2 *ad Heinr. I.* 1.
109. *c.* 3	*§.* 3. 4 *ad Roth.* 153.
115. *c.* 33	*§.* 8 *ad Otton. I.* 6.
115. *c.* 67	*§.* 3 *ad Liutp.* 29.
„	*§.* 1 *ad Liutp.* 75.
„	*§.* 2 *ad Hlud. P.* 53.
119. *c.* 6	*§.* 2 *ad Aist.* 9.
?	*§.* 7 *ad Liutp.* 69.

Denique lex Romana *compluribus expositionum locis ita laudatur, ut certae quaedam iuris Iustinianei leges ab auctore respectae non videantur, in expositionibus scilicet ad Roth.* 161. *§.* 1, *Roth.* 167. *§.* 3, *Roth.* 178. *§.* 3, *Roth.* 194. *§.* 1, *Roth.* 205. *§.* 2, *Liutp.* 7, *Liutp.* 107. *§.* 3, *Liutp.* 150. *§.* 4, *Aist.* 10, *Kar. M.* 33 *et* 87, *Pip.* 7. *§.* 1, *Hlud. P.* 1. *§.* 1, *Hlud. P.* 9 *et* 11. *§.* 1 *et* 3.

§. 71. *Haec autem iuris Romani studia, quibus expositionum nostrarum auctorem imbutum fuisse cognoscimus, ipsum iureconsultum non inscitum reddidisse videntur. Animi enim subtilitas et ars quaedam de legibus argumentandi casusque diversos distinguendi non raro in expositionibus cognoscuntur, quae iureconsultorum Romanorum illustrium sectatorem non dedecent*[54]. *Artis criticae non ignarus sensum qui legibus vere inest auctor explicare studet. Nam consilium, quo legumlator ductus fuerit, auctor scrutatur*[55], *de legislatoris dicendi ratione et verborum usu disputat*[56], *lectionum varietatem quae in diversis legum et capitulorum codicibus exstat non*

52) Inveniuntur etiam in expos. §. 3 ad Kar. M. 101 verba: *dampnum est amissio nostre rei sine alterius compensatione, ut in Digestis legitur.* Haec autem damni definitio neque in Digestis neque in alia iuris Iustinianei parte legitur nec simile quid in iure civili exstat. Glossam fortasse aliquam expositionum auctor spectavit, in eo codice textui Digestorum insertam, cuius usum fecerat in expositionibus scribendis. 53) Allegavi epitomen novellarum secundum Miraei editionem: *Iustiniani novellae interprete Iuliano. Lugduni apud Io. Tornaesium* 1561. *fol.* Expositionum autem auctor codicis usum fecit (cfr. exp. §. 5 ad Liutp. 63) in quo in duos libros epitome erat divisa. Cfr. hac de re Merkel, Geschichte des Langobardenrechts cap. III. not. 31. pag. 57. 58. 54) Cfr. exp. §. 1 ad Roth. 164; §. 8 ad Roth. 178; §. 2. 3 ad Roth. 187; §. 6 ad Roth. 198; §. 7 ad Roth. 200; §. 5. 6 ad Liutp. 3; §. 6 ad Liutp. 12; §. 3 ad Liutp. 13; §. 3 ad Liutp. 57; §. 1. 2 ad Liutp. 126; §. 4 ad Kar. M. 27; §. 4 ad Kar. M. 101; §. 2 ad Wid. 5. 55) Exp. §. 4 ad Roth. 5 et §. 1 ad Roth. 28. 56) Exp. §. 2 ad Roth. 13; Roth. 186; §. 2. 4 ad Roth. 188.

raro perpensat[57], *legum textum coniecturis ipse emendare conatur*[58], *de legum sinceritate quaestiones movet*[59], *fontes quoque unde capitula hausta sint respicit eorumque naturae ratione habita capitula interpretari studet*[60].

§. 72. Sed caveamus, ne nimias laudes expositionibus nostris tribuamus. Non raro enim auctorem falso leges interpretari et praesertim magis artificiose quam recte capitularis *praecepta edicti legibus adaptare videmus. Quod mirum videri non potest consideranti, quantopere capitula multa in* capitulari *collecta ab edicto abhorreant*[61], *et quam male ipsum* capitulare *compositum sit*[62]. *De rebus historicis et de iuris Germanici fontibus auctor plerumque errat*[63], *et verba antiqua Langobardica non magis intellegit quam anteriores codicum scriptores et ipsius* capitularis *collector*[64]. *Cuius rei exempla sint perversae interpretationes verborum* gairethinx[65], aribannus[66], forbannitus[67], leudis[68], fredus[69]. *Omnino vero expositiones nostrae iurisprudentiae quidem Langobardicae statum qui saeculo undecimo erat ostendunt, dogmatum quoque iuridicorum historiam illustrant, et rationem qua saeculo undecimo in iudiciis agebatur adumbrant, fere nihil autem ad ius antiquum Langobardicum et Germanicum melius cognoscendum conferunt.*

§. 73. Expositiones nostrae, etiamsi uno tantum codice nobis traditae sunt, minime tamen in medio aevo in Italia iureconsultis incognitae fuerunt. Nam in Lombardae codicibus multis frequentissime expositionum partes a glossatoribus ita transcriptae sunt, ut Lombardae libri glossae multae ad verbum cum expositionibus consentiant. Quam ob rem non raro Brancatiani codicis lacunas falsasque lectiones ope Lombardae codicum explere atque emendare, amplam autem legis Rotharianae 153 *expositionem non e Brancatiano tantum codice sed ex alio etiam Lombardae codice edere licuit.*

Caput VII. De additionibus libri Papiensis.

§. 74. Collegi in additamentis editioni meae subnexis ea quae in singulis codicibus libro legis Langobardorum Papiensi intermixta vel addita sunt et iureconsultorum nonnullos de iure Langobardico tractatus libro Papiensi aequales.

In *a d d i t i o n e p r i m a* *capita ea inveniuntur, quae in singulis quidem codicibus* capitulari *inserta sunt, a vulgata autem libri legis forma aliena fuere et inde extra librum legis vagantia non immerito dici possunt. Haec capita omnia aliena etiam manserunt a Lombardae forma antiquiori Casinensi a Bluhmio dicta, cum contra unum quod ultimo loco posui in Lombardae formam recentiorem et vulgatam transierit (II,* 55, 14*), et alterum quod numero* 31 *distinxi in pluribus Lombardae vulgatae codicibus legatur (II,* 8, 14*), in nonnullis vero pariter omissum sit. His capitibus extra librum legis vagantibus ea etiam adnumeravi, quae in* capitularis *forma Walcausi nomine recensita ut supra §.* 51 *retuli adduntur: nam ea quoque Lombardae auctor praeteriit, nisi quod, ut modo dixi, unum in complures codices irrepsit. Videamus autem, in quibus codicibus quibusque locis haec capita extra librum legis vagantia legantur et unde fluxerint:*

1*) In codice Londiniensi (*4*) invenitur inter Karoli M.* 10 *et* 11 *insertum. Ad Haristallensis capitularis (anno* 779*) formam communem pertinet, eiusque caput undecimum est. Quamobrem a Londiniensis codicis scriptore receptum sit, ex iis intellegitur quae supra §.* 34 *notavi.*

2*) In Walcausina* capitularis *collectione Karoli Magni c.* 34 *est, et in nullo alio codice traditur. Fidei admodum suspectae est et Karolo Magno vix tribui potest.*

3*) In Walcausina collectione Karoli Magni c.* 78 *est et in codice Florentino (cod.* 5*) inter supplementa (vide supra pag. LVIII) legitur. Spurium videtur et ad exemplum capitis Legum tomo I. p.*113. *c.* 6 *editi fictum.*

4*) In codice Florentino (*5*) inter Karoli Magni c.* 99 *et* 100, *in Patavino (*6*) inter Hlotharii c.* 103 *et* 104 *inseritur. Genuinum Karoli caput est anno* 805 *datum. Leg. I,* 132. *c.* 2.

5*) In codicibus Londiniensi et Florentino (*4. 5.*) Karoli M. capiti* 107 *subiungitur, eodem loco in margine codicis Ambrosiani (*3*) recentiori manu suppletur, et in Walcausino libro (codd.* 7—9*) Karol. M. c.* 108 *est, ut omnino absit tantum a codice Patavino (*6*); Karoli caput est in legem Ribuariam additum. Leg. I,* 117. *c.* 2.

6*) Genuinum Karoli capitulum (Leg. I,* 173. *c.* 2*) in collectionem Walcausinam Kar. M. c.*127 *transiit.*

7*) Caput apud Ansegisum etiam inter Karoli M. ecclesiastica (Ans. I,* 150*) servatum in libro Walcausino Kar. M. c.* 136 *est et in codicibus Londiniensi et Florentino (*4. 5*) locis diversis inter supplementa legitur.*

8*) Karoli M. caput anno* 805 *datum (Leg. I,* 132. *c.* 13*) in libro etiam Walcausino ipsi imperatori (c.* 140*) adscribitur.*

9. 10*) A Karolo M. anno* 789 *edita (Leg. I. p.*60. *c.* 39 *et p.* 56. *c.* 10*) et in collectione Walcausina eidem auctori (c.* 141. 146*) tributa.*

11*) Concilii Moguntini anno* 813 *habiti canon* 40 *in libro Walcausino Karoli M. c.* 147 *legitur.*

12*) E legis Romanae Wisigothorum interpretatione prodiit*[70], *in collectione Walcausina Karolo M. (c.* 148*) tribuitur, in codice Florentino (*5*) Hlotharii capitum initio ponitur.*

13*) Est concilii Moguntini anno* 813 *habiti canon* 6 *et sub fine Ansegisi libri secundi (II,* 31*) legitur. In Walcausino libro Kar. M. c.* 149.

57) Exp. §. 1 ad Roth. 200; §. 1 ad Liutp. 4; §. 1 ad Kar. M. 30; §. 1 ad Kar. M. 105; §. 2 ad K. M. 129. 58) Exp. §. 1 ad Hlud. P. 14. 59) Exp. §. 2 ad Roth. 360. 60) Exp. ad Kar. M. 100 et Hloth. 43. 61) Cfr. supra §. 4. 62) Cfr. supra §. 37. 63) Exp. ad Kar. M. 100. 64) Cfr. supra §. 4 et 36. 65) Exp. §. 1 ad Liutpr. 53. 66) Exp. ad Kar. M. 23. 67) Exp. §. 2 ad Kar. M. 47. 68) Leudem enim auctor pro poena ad partem publicam solvenda habet exp. §. 1 ad Kar. M. 76. 69) Fredum et bannum idem significare putat exp. §. 3 ad Kar. M. 125. 70) Cfr. lib. meus de cap. Ital. p. 182 sub num. 17.

14) *Aistulfi regis est (infra pag.* 197. *c.* 8), *in Walcausino autem libro tanquam Karoli Magni c.* 150 *recensetur.*

15) *In codice Florentino* (5) *sub Karoli Magni capitum fine suppletum ex Hludowici Pii capitulari ecclesiastico (Leg. I. p.* 207. *c.* 13) *desumtum est*[71].

16) *In codicibus Londiniensi et Florentino* (4. 5) *sub Karoli Magni capitum fine suppletur et incertae originis est.*

17) *In codice Florentino* (5) *sub fine Karoli Magni capitum legitur e fonte mihi incognito haustum.*

18. 19) *In eodem codice anteriori capiti statim subnexa sunt et e capitulari a Baudi di Vesme edito (Edicta reg. Lang. p.* 198. *c.* 6. 5) *prodierunt*[72].

20) *In codice Ambrosiano* (3) *Pippini capitibus subnectitur ex Iuliani novellarum epitome* (119, 6) *ut videtur desumtum*[73].

21) *De capitum collectione in codice Ambrosiano* (3) *Pippini capitulis subnexa et Legum tomo I. p.* 524—527 *edita in libro meo de capitularibus Italicis scripto p.* 192—195 *egi.*

22) *In Ambrosiani codicis margine suppletur caput pro iureconsulti cuiusdam monito ut videtur habendum.*

23) *In antiquioribus etiam capitularium codicibus servatur (Leg. I,* 215. *c.* 10), *originis tamen incertae est*[74]. *Legitur in libro Walcausino tanquam Hludowici Pii c.* 58, *item in Patavino* (6) *ipsius imperatoris capitibus subiungitur, et in codd. Londiniensi et Florentino* (4. 5) *inter supplementa legitur, ut omnino absit a solo codice Ambrosiano* (3).

24) *Caput item incertae originis in Walcausino libro est Hlud. Pii c.* 59, *in cod. Patavino* (6) *item Hludowico Pio, in codice Ambrosiano* (3) *Pippino tribuitur, et inter supplementa legitur in codicibus Londiniensi et Florentino* (4. 5).

25) *Caput e synodi Ticinensis anno* 850 *habitae capitulis desumtum (Leg. I,* 400. *c.* 22) *in Walcausino libro Hludowici Pii c.* 60 *est, eidem imperatori in codice Ambrosiano* (3) *adscribitur et inter supplementa legitur in Londiniensi* (4).

26) *In margine codicis Ambrosiani Hludowici Pii capitulis adscribitur. Quid de textu prorsus corrupto iudicandum sit et unde caput fluxerit nescio.*

27) *Karoli M. caput legem Ribuariam additum (Leges I. p.* 117. *c.* 3) *in Walcausino libro Hlotharii est c.* 25, *in Londiniensi codice* (4) *Pippini capitibus subnectitur et in Florentino* (5) *inter supplementa legitur.*

28) *A Hludowico Pio anno* 820 *editum est (Leg. I. p.* 228. *c.* 1) *et in codice Florentino inter supplementa legitur.*

29) *Hlotharii imperatoris capitulum (Leg. I. pag.* 250. *c.* 5) *ipsi in codicibus quoque Londiniensi et Florentino* (4. 5) *tribuitur.*

30) *Regula de onere probandi a iureconsulto concepta Hlotharii capitibus immiscetur in codice Londiniensi* (4).

31) *Concilii Romani anno* 826 *habiti canon* 38 *in libro Walcausino tanquam Hlotharii c.* 98 *recensetur.*

32) *Incertae originis capitulum in codice Ambrosiano* (3) *Hlothario adscribitur.*

33. 34) *Karoli Magni notitiae c.* 5 *(Leg. I,* 241)[75] *in eodem codice Hlotharii capitibus subnectitur.*

35) *Dubiae originis caput Walcausinus liber quasi Hludowici secundi quartum servavit.*

36) *Hludowici Pii caput (Leges I,* 207. *c.* 7) *in Walcausino libro secundi Hludowici quintum est, in codicibus Londiniensi et Florentino* (4. 5) *sub Karoli Magni voluminis fine ponitur.*

37) *Hludowici Pii caput quod videtur (Leges I,* 354. *c.* 2 *et* 527. *c.* 32) *secundi Hludowici sextum est in Walcausino libro.*

38) *Caput Hludowici Pii aetate ortum (Leges I,* 337. *c.* 12 *et* 525. *c.* 12) *septimum est Hludowici secundi in libro Walcausino et in Florentino codice inter supplementa legitur.*

39. 40) *In codice Estensi* (9) *Ottonis I capitulari immiscentur et in Londiniensis quoque parte secunda* (10) *inter placitorum formulas leguntur. Cum ab omnibus codicibus antiquioribus* (3—8) *absint, pro genuinis vix haberi possunt. Ultimum autem in Lombarda etiam vulgata reperitur.*

§. 85. *Parvos complures de iure Italico tractatus in* ***additione secunda*** *edidi, qui* quaestiones et monita *non immerito a Muratorio dicti sunt, cum ab ipso tractatuum auctore aliis quaestionum nomen inditum, aliis verbum* Recordare *praefixum sit. Traduntur hi tractatus in duobus bibliothecae Ambrosianae codicibus Mediolanensibus* O. 53 *et* O. 55 *(supra §.* 12), *ita quidem ut ea quae §§.* 1—20 *comprehendi legantur sub fine codicis* O. 53, *ea quae paragraphos* 21—30 *in editione mea explent initio codicis* O. 55 *scripta sint, ea denique quae in §§.* 31 *et* 32 *edidi sub ipsius codicis* O. 55 *fine inveniantur. Ea quae §§.* 1—30 *leguntur etiamsi mutila et multis locis parum intellecta primus ex ipsis codicibus Mediolanensibus edidit Muratorius*[76], *quem secuti sunt Paulus Canciani*[77] *et Ferdinandus Walter*[78]. *Bene de ipsis egit, iuris Romani locorum quae ipsis insunt potissimum ratione habita, illustris memoriae vir Carolus Fridericus de Savigny*[79]. *In notis editioni meae infra subiectis ea quae ad dicta Saviniana addenda esse duxi addidi.*

Quaestiones et monita auctorem in litteris non omnino rudem prodere videntur et in iuris Germanici[80] *et Romani historia cognoscenda non sine momento sunt. In codicibus vero Mediolanensibus*

71) In hoc capite Iuliani novellarum epitome 111, 8 respecta videtur. 72) De ipso capitulari cfr. liber meus de capit. Ital. p. 136—139. 73) Cfr. lib. meus p. 180 sub num. 7. 74) Cfr. lib. meus p. 145. 146. 75) Cfr. lib. meus pag. 99—104. 76) Rerum Italicarum scriptores tomo I, parte secunda pag. 163—165. 77) Barbarorum leges antiquae vol. I. p. 221—224. 78) Corpus iuris Germanici vol. III. p. 756—760. 79) Historia iuris Romani vol. II. p. 86, in editione secunda p. 244—249. 80) Notanda mihi potissimum videntur ea quae §. 32 edidi. In hac paragrapho auctor notare vult, quibus rationibus successio e lege Romana differat a successione e lege Langobarda paragrapho 31 descripta. Omnes praecipuas utriusque iuris diversitates auctor accurate indicat; de ea vero diversitate quae a nostrae aetatis iureconsultis tanquam maxima saepe statuitur, de diversitate scilicet successionis per gradus a successione per parentelas vulgo dicta, nihil dicit. Omnino vero in multis glossis et tractatibus de iure hereditario Langobardico scriptis istius parentelarum successionis, quae hodie fingitur, ne minimum quidem vestigium exstat et heredes secundum gradus tantum, aliter autem quam in iure Romano computatos, ubique succedere dicuntur.

quam pessime traduntur, ita ut quaestiones et monita saepe dissecta, interdum pluribus vicibus eadem repetita, prorsus turbata et quod ad verborum textum attinet quam foedissime corrupta sint. Quae cum ita sint, editionem meam ita institui, ut in altera cuiusque paginae parte textum in codicibus traditum et a Bluhmio accuratissime exemplatum typis imprimi curarem. Ea quae a codicum scriptore singulis lineis inscripta sunt etiam in editione mea singulas lineas, quantum fieri poterat, explent, et verborum compendia quibus librarius in scribendo usus est accurate lectoribus repraesentavi. In altera vero cuiusque paginae parte textum secundum Latinae grammaticae regulas strictum, coniecturis sanatum et singulis paragraphis distinctum non sine magno labore restitui. In notis fontes, quos auctor respexit, allegavi, ea quae obscura visa sunt illustravi, quaestionum diversarum connexum, qui a librario saepe turbatus est, indicavi.

Quaestiones diversas omnes indole universa eiusdem auctoris probari et saeculi undecimi initio, hoc est ante Heinrici primi imperatoris constitutionem anno 1019 *editam, esse conceptas cum Savinio omnino consentio*[81].

§. 76. *Tertia additio* librum cartularii *vel* cartularium *quod a iureconsultis Langobardicis dictum est continet. Formulae quae ipsi insunt placitorum formulis similes sunt quae singulis edicti et* capitularis *legibus et capitulis in editione nostra subiectae sunt; sed cum hae in contentiosae iurisdictionis causis litigantes agere doceant, illae contra quae cartulario insunt voluntariae iurisdictionis causarum ratione habita scriptae sunt, modumque non litigandi sed vendendi, donandi, commutandi, sponsalia celebrandi vel alia negotia secundum leges faciendi indicant. Formulae ab auctore omnes fere secundum Langobardorum legem scriptae sunt*[82]*, sed sub singularum formularum fine plerumque notatur, quibus rationibus formula mutanda sit, ubi secundum reliquarum nationum in Italia habitantium leges negotium fieri debeat.*

Cartularium in compluribus codicibus manuscriptis traditur, optime ut mihi videtur in codice Brancatiano, in quo Lombardae libro expositionibus instructo subnectitur. Quarum expositionum auctor librum cartularii pro operis a se confecti parte vel potius pro eius additamento habuit. Nam in expositionis paragraphis 6 *et* 7 *ad Widonis caput septimum scriptae ad cartularium nostrum bis lector remittitur verbis* ut in cartulario continetur, *et in expositionis §.* 3 *ad Aistulfi legem septimam conceptae similiter cartularii formulam quintam decimam expositionum auctor respexisse videtur. In hac autem Aistulfi legis expositione* Theodoricus rex cartarum compositor, *hoc est, ni fallor, cartularii auctor dicitur*[83]*, quo manifesto errore id certe probatur, cartularium non ab ipso expositionum auctore compositum sed expositionibus antiquius esse habendum*[84].

Primam cartularii partem, usque ad septimae scilicet formulae initium, codex quoque Patavinus offert, inscriptum folio libro nostro legum praefixo (vide supra §. 15*). Totum autem cartularium continet, item Langobardorum legis libro subnexum, codex Parisiacus (supra §.* 16*), ita tamen ordinatum, ut primo scriptae sint formulae* 17—23, *quas sequuntur* 1—10. 12—16 *et duae quae in Brancatiano codice desiderantur. Eundem denique formularum ordinem Vindobonensis codex (supra §.* 17*) servavit, nisi quod in eo mutilum cartularium traditur. Desunt enim formulae quintae decimae posterior pars et quae ipsam in codice Parisiaco sequuntur. Quodsi codices nostri de cartularii forma ita dissentiunt, non tamen dubitandum est Brancatianum codicem, cui consentit Patavinus, genuinum magis formularum ordinem servasse, ipsumque ordinem in reliquis duobus codicibus mutatum esse. In formula enim decima septima, quae in codicibus Parisiaco et Vindobonensi prima est, ita ad compendia verba collata sunt, ut per se intellegi non possint sed ex antecedenti quadam formula suppleri debeant. Nam quod sub illius formulae fine legitur* et insuper *sensu omnino caret, nisi e formula secunda ita suppletur, ut intellegatur:* et insuper mitte poenam stipulationis nomine *et caetera quae in formula secunda inveniuntur. Quamobrem formula decima septima cartularii initium effecisse non potest, ut hodie in Parisiaco et Vindobonensi codicibus initium efficit.*

Sicuti autem in formulis ordinandis Brancatianum codicem cartularium magis genuinum servasse videmus, ita in aliis quoque maior ei fides tribuenda est quam reliquis codicibus. Formula undecima, quae in Brancatiano solo codice legitur, in duobus aliis codicibus sibi invicem simillimis eam modo ob causam omissa esse videtur, quia prope decimam similis argumenti superflua visa est; formulae autem 24 *et* 25 *quae in solo codice Parisiaco sub fine cartularii verbis admodum corruptis adduntur, si vere ad cartularium pertinerent, post formulam quartam potius et vicesimam primam haud dubie locos haberent, eo vero, quod sub cartularii fine hodie leguntur, tanquam addititiae probantur. Denique verborum etiam textus magis genuinus videtur in codice Brancatiano. Ita praesertim verba quae sub fine formulae secundae inde a* Si vero fit *et sub fine formulae tertiae inde a* sed cum additurus *in codicibus* 6—8 *leguntur, in Brancatiano autem codice desiderantur, addititia non autem ipsi formularum auctori tribuenda videntur, qui harum formularum fines fecerat in verbis* caetera sunt similia, *et* de caeteris similiter, *sicuti et formulas octavam, nonam, duodecimam iisdem verbis vere finem indicantibus finierat*[85].

Cartularii auctor omnino incognitus est. De

81) Cfr. Savigny loco cit. pag. 245 not. *a* et *b* in editione secunda. Codicem Bambergensem ibi commemoratum et Paulo Krueger, Iustiniani institutionum editori novissimo, transmissum ipse quoque inspexi. Monitum de pugna conceptum, de quo Savinius loco citato agit, (editionis meae §. 6) legitur in ipsius codicis folio 42 insertum §. 4 Inst. success. cognat. (III. 5) post verba *ius species est agnationis.* 82) Formula decima sexta tota Salica est. 83) Vide infra pag. 482 not. 64 et de expositionum auctoris erroribus supra in praef. §. 72. 84) In exp. §. 7. sub fine ad Roth. 143 similiter atque in Widonis capitis illa expositione legitur: *scribatur notitia sicut in formulario legitur.* Sed haec ad cartularium nostrum referri non possunt, in quo non notitiarum sed ipsarum actionum in iudicio instituendarum formulae exhibentur. An in glossa quadam Londiniensi formula nostra quarta decima (non vicesima, ut infra ad Pippini c. 31 adnotavi) spectata sit, dubitari potest. 85) Verba illa sub fine formulae secundae et tertiae posita istam ob causam melius in notis a me collocanda erant.

ipsius patria formula nona earundem coniecturarum ansam dat, quas de collectione glossata et expositionibus supra proposui. Nam in ipsa formula debitum quoddam in civitate Papia *solvi fingitur secundum codicem Brancatianum, contra* in civitate Tusculanensi *secundum codices Parisiacum et Vindobonensem. Similiter expositionum patriam in codice Brancatiano scriptarum Papiam fuisse, in glossis vero placitorumque formis in codicibus Parisiaco et Vindobonensi traditis Romae potius locorumve Romae vicinorum rationem haberi supra §§.* 68. 62 *vidimus*[86]. *De cartularii aetate id tantum dici potest, ipsum expositionibus esse antiquius, ut antea ostendi, igitur ante annum* 1070 *iam esse ortum. Qua de re aliter iudicavit Savigny*[87], *qui verba quaedam sub fine formulae vicesimae primae scriptae ad authenticam Codici a glossatoribus Bononiensibus insertam (auth. qui semel C. quomodo et quando iudex. VII.* 43.) *referenda esse affirmat, et hanc ob rem cartularium saeculo duodecimo scriptum esse dicit. Sed haec verba a Savinio respecta, quae infra p.* 601 *in nota* v *ad formulam* 21 *inveniuntur, in optimo codice Brancatiano omnino desiderantur et in codicibus tantum Parisiaco et Vindobonensi leguntur; in iis autem ita, ut octavus, non septimus Codicis liber spectetur et ut minime verbo tenus sed sensu tantum verba illa cum authentica Codici inserta consentiant. Quamobrem haec Saviniana sententia tam infirmis argumentis niti videtur, ut cartularii aetas minime secundum eam definiri possit. Sane ignoro, quam legem cartularii auctor spectaverit dicendo in formula illa* ut legitur, *fortasse legem Romanam in universo, fortasse Novellarum epitomen, e qua authentica illa prodiit.*

Cartularium e codice nostro Parisiaco olim Veronensi primus edidit Paulus Canciani[88] *et secundum ipsum denuo imprimi curavit F. Walter*[89]. *Quattuor codicum ope editionem emendatiorem parare mihi licuit.*

§. 77. *Quarta additio formulam continet placiti de fundi alicuius dominio instituti. Haec formula universam in iudicio agendi rationem inde a litis initio usque ad probationem peractam illustrat, simul autem glossis instructa est quae in scholis a magistris ad explicandam formulam dici solebant. Qua in re simillima est formulae glossatae, quae in expositionis ad Illud. P. c.* 15 *scriptae paragrapho septima legitur. Invenitur haec formula in altera Londiniensis codicis parte (cod.* 10) *placitorum formulas exhibente, fol.* 185 *(vide supra §.* 13 *sub fine), ibique subnexa est placiti formae ad Liutprandi legem* 62 *conceptae. Cui Liutprandi legi nostra formula ab ipso etiam auctore adscripta est, ut inde cogno ci potest, quod* haecmet *et* istamet *Liutprandi illa lex in glossis dicitur*[90]. *In glossis insertis legis Romanae duobus locis ratio habetur, respectis Iustinianei Codicis et novellarum epitomes locis. Formula antea inedita saeculo undecimo in Italia a iureconsulto quodam haud dubie concepta est.*

§. 78. *In additione quinta eius notitiae pro securitate formulam edidi quae sub fine cartularii formulae septimae decimae fieri rogatur. Formula initio imperfecta est, cum nomina comitis notitiam scribere iubentis et notarii notitiam scribentis desint, desit etiam, quo loco notitia edita sit. Sub formulae fine anni nota et subscriptiones omissae sunt. Invenitur formula in prima pagina secundae codicis Londiniensis partis (fol.* 180). *Ipsi in eadem pagina statim subnectitur alius notitiae formula in sexta additione a me edita. Corrigas in ipsius formulae linea duodecima typographi errorem ponendo* eandem illam *loco* tandem illam.

§. 79. *Septima additio incerti auctoris tractatum de ordine successionis ab intestato secundum leges Langobardicas scriptum et in Lombardae quodam codice (bibl. Caesar. Vindobonensi iur. civil. num.* 39) *traditum continet. Ipsum ad nostrum librum legis Langobardorum chronologice digestum, non ad Lombardae librum pertinere ratione probatur, qua diversae leges potissimum in §§.* 1. 3. 4. *allegantur. Similis eiusdem aetatis de iure succedendi tractatus in Lombardae codice Casinensi* 328 *folio* 69 *inscriptus erat: ipsum non edidi quia folii quadam parte dissecta disiectae tantum relliquiae eius hodie supersunt.*

Caput VIII. De iureconsultis Langobardicis quorum nomina in libro Papiensi servantur.

§. 80. *In Brancatiani codicis expositionibus iureconsulti Langobardici haud pauci nominantur eorumque nomina in glossis ad nostrum librum legis Langobardorum et ad Lombardae librum scriptis sive plene leguntur sive siglis tantum indicantur. Quibus de iureconsultis vir beatae memoriae Iohannes Merkel in libro de iuris Langobardici historia scripto ea industria et iudicandi solertia qua excelluit primus egit. Sed cum Merkelio mutilae tantum schedae a diversis scriptoribus e codice Brancatiano descriptae praesto essent, ipse non semper recte de iis iureconsultis iudicare potuit, ut inde mihi subsidia ampliora accuratius perscrutato ea quae a magistro carissimo dicta sunt supplere, fortasse etiam interdum corrigere liceat. Recenseamus igitur iureconsultos in Brancatiano commentario nominatos, prout aetate alius alium iureconsultum sequi videtur.*

§. 81. *Saepissime in expositionibus iureconsultorum de legibus Langobardorum sententiae traduntur, qui plerumque* antiqui, antiqui iudices, *duobus locis* antiqui causidici *nominantur*[91], *interdum etiam, potissimum in Widonis et Ottonis primi capitulis, siglo tantum* ā. *indicantur*[92]. *Bis et octogies antiqui in expositionibus commemorantur, quas Neapolitanus noster codex tradidit, in his scilicet expositionum paragraphis ad diversas*

86) Tusculanum potissimum in iisdem codicibus commemoratur in cartularii formula 24 et in placiti forma ad Roth. 244 scripta. 87) Historia iuris Romani vol. III. §. 187. pag. 510. not. *b* in editione secunda. 88) Barbarorum leges antiquae vol. II. p. 472—478. 89) Corpus iuris Germanici antiqui vol. III. p. 547—558. 90) Vide infra p. 603 not. 33 et 35. 91) Exp. §. 4 ad Roth. 2 et §. 1 ad Roth. 153. 92) Siglo *ā.* antiquos iudices in codice Brancatiano auctorem indicasse mihi cum Merkelio persuasum est. Eadem omnino sententia quae in exp. §. 2 ad Roth. 1 antiquorum iudicum dicitur, in exp. §. 19 ad Widonis c. 6. iterum traditur secundum *ā.*

leges et capita scriptarum: *Roth.* 1, §. 2. 2, §. 4. 5, 2. 7, 1. 3. 12, 2. 3. 13, 3. 14, 1. 2. 15, 1. 2. 16, 1. 18, 3. 41. 47, 2. 146, 3. 148, 1. 153, 1. 155, 3. 174, 1, 2. 178, 11. 180, 2. 183, 1. 5. 187, 2. 188, 2, 4. 189, 10. 192, 4. 197. 204, 2 *(?)*. 221, 2. 6—8. 223, 3. 225, 1. 2. 342, 1. 359, 2. 361, 2. *Grim.* 2, 1. 4, 3. *Liutpr.* 3, 5. 6. 12, 3. 7. 15, 2. 20, 5. 21, 7. 53, 5. 69, 7. 71, 2. 85, 3. 89, 5. 93, 2. 107, 9. 126, 2. 4. 128, 5. 145, 1. 150, 3. *Kar. M.* 26, 2. 27, 4. 78, 3. *Pip.* 12, 3. *Wid.* 5, 4. 7. 11. 6, 11. 17. 19. 22. *Otto I.* 3, 1. 7. 8. 15. 6, 6. 7, 5. 9, 2. 10, 1. 2.

Hos antiquos iudices expositionum auctore (circa a. 1070*) fuisse aetate maiores non solum ipso nomine sed eo etiam probatur, quod constanter fere antiquorum sententiae ita ab auctore referuntur, ut legatur:* antiqui dicebant *vel* dicebatur ab antiquis, *cum contra ubi aliorum sententiae auctori aequalium traduntur auctor verbis utatur* ut Ugo dicit, *vel* ut ab Ugone dicitur[93]. *Opponuntur etiam uno loco (§.* 15 *ad Otton. I.* 3*) illis antiquis iudicibus ab auctore* moderni. *Magna horum antiquorum schola fuisse et per aliquod tempus viguisse videtur. Nam discernitur* antiquorum pars iudicum *ab* altera parte *aliter de aliqua re iudicante*[94], *et similiter aetatis ratione habita ab antiquis binis vicibus* antiquissimi *ab auctore distinguuntur*[95].

Quaerenti de horum antiquorum iudicum aetate Merkelio verba quaedam maxime spectanda videbantur[96], *quae in expositionis §.* 1. *ad Otton. I.* 3 *ita leguntur:* Sed tamen antiqui has salvationes fieri nolunt...... quia se vidisse pugnam factam esse dicebant ...... ante illum scilicet Leonem Vercellensem episcopum, qui hoc capitulum ante imperatorem composuit ...... *Quo loco respecto Iohannes Merkel antiquos iudices illius Ottonis capitis origini (a.* 967*) aequales esse putavit annosque inde a* 967 *usque ad* 997 *eos esse affirmavit, quibus iudicum antiquorum aetas definiatur. Quod quidem minus recte a Iohanne Merkel iudicatum esse videtur. Duo enim sunt omnino diversa quae allegatis illis verbis referuntur. Primo scilicet antiquorum iudicum dictum, qui pugnam ante Leonem episcopum Vercellensem factam se vidisse dixerint, ab auctore refertur. Secundo vero ipse auctor noster refert, suo scilicet ingenio non autem tanquam antiquorum iudicum sententiam, eundem illum Leonem Ottonis constitutionem anno* 967 *editam composuisse. De illo ab antiquis dicto nulla dubitatio recte moveri potest. Leo autem ab antiquis laudatus non ante annum* 998 *Vercellensis episcopus electus esse potest, cum ultimo anni* 997 *die Raginfredus adhuc Vercellensis episcopus in diplomate quodam nominetur*[97]. *Leonem contra Vercellensem episcopum fuisse invenimus intra annos* 999[98] *et* 1022[99]. *De eo vero quod auctor ipsum Leonem anno* 967 *Ottonis illud edictum composuisse refert, non immerito admodum dubitari potest, cum vix credere possimus, Leonem illum qui anno adhuc* 1022 *sedem episcopalem Veronensem obtinuerit iam anno* 967 *adeo auctoritate viguisse, ut Otto imperator illius anni constitutionem componere eum iusserit. Accedit quod expositionum auctori in omnibus rebus historicis fidem exiguam tantum tribui posse vidimus*[1]. *Nulla vero ratione verbis allegatis colligi potest, antiquorum iudicum scholam iam anno* 967 *viguisse, cum verba illa tantum probent, iudices antiquos intra annos* 999 *et* 1022 *ante Leonem Vercellensem, qui cum episcopali dignitate comitis quoque munere functus est, duellum committi vidisse. Neque ante dictum tempus iudices antiquos viguisse existimo. Nam haud dubie antiqui iam* capitularis *Italici intra annos* 1000 *et* 1014 *(supra §.* 24 *sub fine) orti usum fecerunt, cum capita complura e canonibus in* capitulare *recepta tanquam ab iis imperatoribus edita, quibus in* capitulari *demum adscribuntur, eos allegare videamus*[2]. *Praeterea antiquos iudices iure etiam Iustinianeo non raro uti*[3] *et adeo iam legem Romanam tanquam omnium generalem et in subsidium legis Langobardicae adhibendam dicere audimus*[4], *quam auctoritatem vix iam saeculi decimi iureconsultus Langobardicus iuri Romano tribuit. Denique autem antiquos iudices Heinrici secundi imperatoris (tertii Germaniae regis) capituli anno* 1054 *editi rationem habere videmus*[5]. *Ita igitur a Iohanne Merkel de antiquorum aetate dissentientes eo adduci videmur, ut antiquorum scholam per totam priorem saeculi undecimi dimidiam partem viguisse, circa annum vero* 1070 *iam desertam fuisse accipiamus.*

Legum interpretationes, quae secundum antiquos in expositionibus traduntur, iure Iustinianeo, ut ante dixi, non raro nituntur nec sine calliditate conceptae sunt, sed plerumque legum verba magis quam vim et potestatem tenent, et saepe in iis non tota lege perspecta sed una aliqua eius particula proposita iudicari intellegimus. Expositionum auctor constanter fere antiquorum interpretationibus adversatur et bis tantum eorum auctoritatem *sequitur*[6]. *An placitorum etiam formulas* antiqui *composuerint, in ambiguo relinqui oportet*[7].

§. 82. Bonifilius, *qui* iudex[8] *etiam vel* causidicus[9] *dicitur et cuius nomen siglo* Bō.[10] *vel* B.[11] *indicatur, duodecies in expositionum paragraphis commemoratur hisce: Roth.* 12, 4. 47, 3. 153, 1. 200, 1. *Grim.* 2, 1. *Liutp.* 12, 3. *Kar. M.* 129, 1. 2. *Wid.* 6, 23. *Otton. I.* 1, 9. 4, 4. 5. *Is etiam expositionum auctore aetate maior fuisse videtur, cum de eo quoque semper*

93) In antiquorum sententiis idem dicendi usus duobus tantum locis observatur: Roth. 221, 6—8 et 359, 2. 94) Exp. §. 7. ad Liutp. 69. Cfr. etiam exp. §. 2 ad Roth. 5, ubi *quidam ex antiquis iudicibus* distinguuntur ab *aliis* et exp. §. 2 ad Roth. 204, ubi verba subobscura ita corrigenda videntur, ut legatur *antiquorum iudicum quidam,* quibus *alii* paullo post opponuntur. 95) Exp. §. 1. ad Grim. 2 et §. 5 ad Liutp. 89. 96) Historia iuris Langobardici p. 15 et 46 not. 7. 8. 97) Monum. patriae Taurinensia, chartarum tomo I. p. 315. 98) Vide Merkel l. c. pag. 47 not. 8. 99) Gattula, Historia abbatiae Cassinensis I, 77 et Muratori, Scriptores rer. Ital. tom. I. pars sec. p. 497. 500.

1) Cfr. supra §. 72 et §. 76, ubi Theodoricus rex cartularii auctor manifesto errore dicitur. 2) Exp. §. 2 ad Roth. 188 et §. 6 ad Otton. I. 6. 3) Exp. §. 2 ad Roth. 1 et §. 4 ad Roth. 2. 4) Exp. §. 4 ad Wid. 5. Cfr. supra §. 69. 5) Exp. §. 1 ad Roth. 14. 6) Cfr. Exp. §. 3 ad Liutp. 150 et §. 1 ad Roth. 7. 7) Saepe sane in codicibus nostris 7—9 placitorum formulis verba subiunguntur *secundum a. ita fit placitum.* Cfr. e. gr. form. ad Roth. 153. 8) Exp. §. 23 ad Wid. 6. 9) Exp. §. 1 ad Roth. 153. 10) Exp. §. 4 ad Roth. 12, §. 3 ad Roth. 47. 11) Exp. §. 1 ad Roth. 200. §. 9 ad Otton. I. 1, ubi tum *Bonifilius* tum *B.* legitur.

Bonifilius dicebat, firmabat *et semel etiam* dicitur apposuisse[12] *in expositionibus legatur*[13]. *Hic iudex, quem cum Wilihelmo*[14], *Bagelardo*[15] *et Lanfranco*[16] *disputare audimus, antiquorum iudicum scholae addictus fuisse videtur: nam in expositionis paragrapho* 3 *ad Liutp.* 12 *scriptae antiquorum quandam sententiam a Wilihelmo impugnatam a Bonifilio defensam videmus, itemque in exp. §.* 1 *ad Roth.* 153 *sententia a Bagelardo impugnata saepius quidem Bonifilii, semel autem antiquorum dicitur. Bonifilium vero antiquis iudicibus esse adnumerandum fortasse eo etiam confirmari potest, quod inter omnes iureconsultos Langobardicos unius* Bonifilii discipuli *in expositionibus bis tanquam cum Lanfranco disputantes commemorantur*[17]*: antiquorum enim scholam fuisse pluresque huius scholae sectas fuisse paragrapho superiori ostendi.*

Si vero Bonifilius antiquis iudicibus recte adnumerari potest, eum quoque saeculi undecimi dimidia parte priori vixisse statuemus[18], *cui rei omnino congruit, quod in documentis Italicis inde ab anno* 1014 *usque ad annum* 1055 *ortis Bonifilii iudicis nomen saepe ita legitur, ut ad nostrum iureconsultum in expositionibus dictum recte referri possit, praesertim cum in* Papiensibus *etiam documentis Bonifilii nomen in Italia non usitatum inveniatur. Legitur enim inter* iudices sacri palatii *Bonusfilius in cartis placitorum hisce locis et annis habitorum:*

1) *Papiae die quarto mensis Maii anno* 1014, *residente in iudicio Ottone palatii comite*[19].

2) *Papiae die septimo mensis Maii anno* 1014 *residente in iudicio Heinrico imperatore cum Ottone comite palatii*[20].

3) *Papiae die* 23. *m. Octobris anno* 1018 *residente in iudicio Alberico comite*[21].

4) *Cariniani anno* 1023[22].

5) *Papiae die* 5. *m. Iulii anno* 1041[23].

6) *Fermi anno* 1047[24].

7) *Bergomi die* 28. *m. Ianuarii* 1049 *residente in iudicio Teutemario episcopo*[25].

8) *Runcaliae die* 14. *m. Maii anno* 1055. *residente in iudicio Heinrico secundo imperatore (tertio Germaniae rege)*[26].

9) *In comitatu Florentino prope flumen Arni in loco Omiclo die* 14. *m. Iunii anno* 1055[27].

10) *In conventu prope Burgo Sancti Genesii in eodem comitatu die* 15. *m. Iunii anno* 1055 *residente in iudicio Heinrico secundo imperatore*[28].

Bonifilium in his decem documentis nominatum unum tantum eundemque iudicem esse non sine causa coniici potest: nam Bonifilius inter iudices sacri palatii in antiquissimis illis documentis ultimo fere loco nominatur, in recentioribus autem priorem locum obtinet et in documentis quattuor annis 1049 *et* 1055 *scriptis primo loco nominatur, ut Bonifilius idem in omnibus documentis videri possit in iudicum ordine secundum aetatem ordinatorum paullatim progressus.*

§. 83. *Cum Bonifilio bis in expositionibus nostris causidicus quidam disputat, qui* Bagelardus, *Balardus, Baiargadus, Bagardus in codice Neapolitano scribitur, in expositionis scilicet §.* 1 *ad Roth.* 153 *et §.* 4 *ad Ottonis I. c.* 4. *Eiusdem Bagelardi legis interpretatio praeterea commemoratur in exp. §.* 18 *ad Ottonis I. c.* 3. *Bagelardus, Bonifilii aequalis, dum expositiones ab auctore scribebantur, haud amplius in vivis fuisse videtur, cum tribus illis locis* Bagelardus dicebat *legatur. In documentis Italicis nomen eius non inveni.*

§. 84. *Semel tantum, in exp. scilicet §.* 14 *ad Ottonis c.* 3, *Sigefredi cuiusdam* (dicebat Sigefredus — sed male dicebat) *mentio fit, e rhetorica dicti sui argumentum ducentis. Iohannes Merkel hanc ob causam Sigefredum antiquissimis iureconsultis Papiensibus adnumeravit, ea aetate viventem, qua rhetoricae pars iurisprudentia adhuc habebatur*[29], *et hunc Sigefredum eundem esse affirmavit, qui in documentis Papiensibus intra annos* 974 *et* 1014 *inter sacri palatii iudices saepius inveniatur, nomenque suum non Latinis tantum, sed Graecis etiam litteris rhetorem indicantibus interdum subscribat*[30]. *Sed Walcausum etiam medio saeculo undecimo rhetorem dictum esse (supra §.* 59) *invenimus, ut Sigefredum Walcauso aetate maiorem fuisse non est cur statuamus. Praeterea Sigefredus quidam sacri palatii iudex in documentis Papiensibus non solum intra annos* 974 *et* 1014, *sed inde ab anno* 964[31] *usque ad annum* 1043[32] *persaepe legitur, et in huius ultimi anni documento duo adeo diversi iudices sacri palatii nomine Sigefredi subscribuntur. In hoc documento alterius Sigefredi nomen litteris Graecis subscriptum invenitur (*CYΓΗΦΡΗΔΧC*), pariterque hoc nomen graece scriptum inter subscriptiones legitur in documentis Papiae editis die quarto et septimo mensis Maii anno* 1014[33]. *Si igitur hunc Sigefredum Graecis litteris in documentis nomen suum subscribentem simul nostrum in expositionibus dictum esse placet, quod satis verisimile videtur, eum quoque saeculi undecimi dimidia parte priori legum magistri et iudicis munere functum esse putabimus.*

§. 85. *De Walcauso iam supra §.* 59 *egi: nomen eius quinquies in expositionum paragraphis legitur: Roth.* 226, 1. *Liutp.* 53, 1. *Kar. M.* 26, 3. 45, 5. *Hlud. P.* 1, 8. *Expositionum auctoris verba qualia sunt:* secundum Gualcosum dicebatur, appellationes tali ordine fiebant secundum Walcausam, *Walcausum auctore nostro aetate maiorem fuisse probare videntur.*

§. 86. Lanfrancum *ter in expositionibus nostris contra Bonifilium (Wido* 6, 23*) et Bonifilii discipulos (Grim.* 8, 1. *Liutp.* 3, 3*) disputare iisque*

12) Exp. §. 1 ad Grim. 2. 13) Exp. §. 9 ad Otton. I. 1 *dicit Bonifilius* in editione mea imprimi curavi. Sed in codice hoc loco legitur *dič. B.*, ut in notis indicavi, eaque sigla melius *dicebat Bonifilius* solvenda erant. 14) Roth. 12, 4. 47, 3. Liutp. 12, 3. Otton. 1, 9. 4, 5. 15) Roth. 153, 1. Otto 4, 4. 16) Wid. 6, 23. 17) Exp. §. 1 ad Grim. 8 et §. 3 ad Liutp. 3. 18) Merkel l. c. p. 15 Bonifilii aetatem annis 997 et 1027 definit. 19) Mur. Antiq. Ital. vol. I. p. 409 in editione maiori. 20) Muratori Antiquit. Estenses, pars prima cap. 14 (in editione anni 1776 tom. I. pag. 134). 21) Tiraboschi, Memorie Moden. II. cod. dipl. p. 13. 22) Moriondi, Monumenta Aquensia vol. I, p. 20. 23) Meichelbeck, Historia Frising. I, 510. 24) Ughelli Italia sacra I, 410. 25) Lupus, Cod. dipl. Berg. II. p. 626. 26) Murat. Antiq. Ital. III, p. 645. 27) Murat. Antiq. Ital. I, p. 473. 28) Murat. Antiq. Estens. I, pag. 195 (cap. 18). 29) Merkel l. c. p. 29. 30) Merkel, l. c. p. 53 not. 14. 31) Muratori, Antiquit. Estens. pars I, cap. 16 (in editione anni 1776 pag. 166). 32) Murat. Antiq. Ital. V, 521 in editione maiori. 33) Murat. Antiq. Ital. I, 409 et Murat. Antiq. Estens. I. cap. 14. pag. 134.

quaestiones de iure Langobardico proponere et sententias suas tam feliciter defendere audimus, ut adversarius vultu verecundo et inclinato capite recessisse *dicatur. In expositione ad Widonis c.* 6 *scripta* archiepiscopus *Lanfrancus ille dicitur, qua re cogi videmur, ut Cantuariensem archiepiscopum Lanfrancum nostrum habeamus. Cuius Lanfranci vitam saeculo duodecimo discipulus eius Milo Crispinus descripsit et talia, quae optime cum expositionibus nostris congruunt, retulit*[34]*:* Ab annis puerilibus eruditus est in scholis liberalium artium et legum saecularium ad suae morem patriae. Adolescens orator veteranos adversantes in actionibus causarum frequenter revicit, torrente facundiae accurate dicendo. In ipsa aetate sententias depromere sapuit, quas gratanter iurisperiti aut iudices vel praetores civitatis acceptabant. Meminit horum Papia. *De huius Lanfranci archiepiscopi vita haec afferre iuvat*[35]. *Papiae natus anno* 1005, *adolescens artibus liberalibus et patriae legibus vacavit, anno* 1042 *in Gallias migravit, Beccum venit ibique monachus annoque* 1051 *monachorum prior factus est. A papa Leone nono vocatus synodis anno* 1060 *Romae et Vercellis celebratis interfuit, Cantuariensis archiepiscopus anno* 1070 *factus est supremumque diem anno* 1089 *obiit.*

Caeterum Lanfranci iudices sacri palatii vel legis docti persaepe in documentis Italicis intra annos 1001 *et* 1091 *scriptis nominantur, ita exempli gratia in documento Papiensi mense Aprili anno* 1043 *scripto*[36] *quinque diversi notarii vel iudices nomine Lanfranci nominantur. Tamen non dubito, quin Lanfrancus noster in expositionibus dictus pro Cantuariensi archiepiscopo habendus sit.*

§. 87. Wilihelmus, Wilielmus, Guilihelmus, Guilelmus, *cuius nomen siglis* Vil. *et* W., *quae interdum in expositionibus leguntur, indicari videtur, in his quinquaginta octo expositionum paragraphis ab auctore commemoratur: Roth.* 3. 7, 1. 2. 9, 3. 12, 4. 32, 2. 47, 3. 4. 165, 2. 178, 8. 179, 3. 197. 202, 1. 221, 4. 8. 226, 1. 2. 253, 3. 256, 1. 361, 8. 362, 2. 364, 1. 370, 1. *Grim.* 1, 2. 2, 1. 4. 3, 5. *Liutp.* 3, 3. 4, 1. 3. 8, 1. 12, 3. 64, 2. 69, 7. 86, 1. 2. 128, 5. 150, 2. 3. *Aist.* 12. *Kar. M.* 26, 3. 30, 1. 35. 42, 2. 129, 1. 2. *Pip.* 12, 1. *Wid.* 6, 10. 23. *Otton. I.* 1, 3. 7. 9. 3, 18. 4, 4. 5. 6, 2. 3. *Heinr. I.* 1, 1.

Wilihelmus cum Bonifilio pluribus vicibus disputat[37]*, tamen ipso aetate minor est, cum expositionum auctor eum sibi aequalem indicet scribendo semper fere*[38] Guilielmus dicit, Wilihelmus laudat, affirmat, ait[39] *et potissimum uno loco:* solet igitur Guilihelmus in hac lege tale placitum ponere[40]. *Iureconsultus non inscitus plerumque apparet, cuius auctoritatem expositionum auctor constanter fere*[41] *sequitur. Fortasse auctor idem Wilihelmi discipulus fuit: nam inter omnes iureconsultos solus Wilihelmus* dominus *a nostro nominatur*[42]. *Iuris Romani certe glossatores recentiores magistros suos* dominos *appellare solebant.*

Wilielmus iudex in placito die 19. *mensis Martii anno* 1054 *ab Heinrico secundo imperatore (tertio rege) Turegi habito obvenit*[43]*: quem nostrum esse in expositionibus dictum non immerito coniici potest*[44].

§. 88. *Ugo his quinquaginta septem paragraphis ab auctore nostro laudatur: Roth.* 7, 3. 9, 3. 19, 4. 153, 10. 163, 2. 164, 1. 169, 2. 171, 1. 2. 178, 8. 198, 4. 199, 2. 202, 1. 204, 1. 221, 8. 230, 2. 232, 2. 253, 3. 256, 1. 3. 265, 2. 359, 3. 5. 361, 8. 362, 3. 4. 370, 1. 4. 378. *Grim.* 1, 2. 3. 2, 4. 3, 6. 12. *Liutp.* 4, 3. 8, 1. 24, 3. 57, 2. 58, 2. 69, 7. 86, 1. 107, 3. 7. 9. 142, 1. 150, 3. 7. *Kar. M.* 42, 1. 98, 1. 105, 2. *Wid.* 6, 10. *Otton.* 1, 7. 4, 3. 5, 3. 6, 2. 7, 3. 8, 2.

Ugo Wilihelmi supradicti filius et in nostris expositionibus[45] *et in glossis Lombardae libro adscriptis saepe dicitur. Patris sententias filius interdum vituperat*[46]*, sed filio quoque adversarius pater exististit*[47]*, ut patrem et filium eadem aetate iuri Langobardico studuisse palam sit. Ugo quoque semper tamquam vivus ab expositionum auctore nominatur, saepe autem nomen eius ita diversis expositionis partibus immiscetur, ut difficile intellectu sit, utrum ad antecedentem an ad subsequentem expositionis partem Ugonis nomen referendum sit*[48]. *Equidem pro Ugonis sententiis his locis laudatis eas habui, quae ipsius nomen subsequuntur, ductus potissimum expositione ad Roth.* 171 *scripta, ubi, si Ugonis nomen utroque loco ad ea quae ipsi antecedunt referretur, Ugo ipse sibi contradiceret. Contrarium sane usum iuris civilis glossatores secuti sunt, sum sigla, quibus iureconsultorum nomina indicantur, sub finibus ipsorum dictorum semper collocarent.*

In documentis Italicis Ugonis nomen non raro tanquam iudicis alicuius palatii nominatur: an Ugo quidam Bergomi anno 1064 *iudicans*[49] *noster sit, dubitari potest.*

§. 89. *Quos praeter iureconsultos nominatim dictos non raro etiam* quam plures iudices[50], *vel* erroneo, erronee, *hoc est* errantes, *dicuntur*[51]. *Denique sigla quaedam in expositionibus leguntur, quae solvere nescii:* Ut. *Roth.* 75, 5 *et* 178, 10. — Vil. *(Wilih.?) Roth.* 143, 5. — Elc. *Roth.* 165, 1. — Rō. *(pro* Bō, *hoc est Bonifilius?) Roth.* 179, 3 *et Liutp.* 89, 3. — do. *Wid.* 6, 18. — Da. *Otton.* 1, 7.

34) Milonis Crispini vita Lanfranci cap. 5, quae typis impressa est in Lanfranci operibus, ed. d'Achéry, Paris. 1648. pag. 6. Cfr. etiam Savigny, hist. iuris Romani I, §. 135 (pag. 466 not. *d* in editione secunda). 35) Robolini, Notizie appartenenti alla storia della sua patria II, 113 et Bettinelli del' risorgimento d' Italia negli studi pag. 47. 36) Murat. Antiq. Ital. V, 521 in editione maiori, XIII, 460 in editione minori. 37) Roth. 12, 4. 47, 3. Liutp. 12, 3. Otto 4, 5. Non autem cum *antiquis iudicibus* disputat, ut Merkel l. c. pag. 14 et 46 not. 5 mutilis, ut videtur, codicis schedis nisus affirmat. 38) Semel tantum legitur in Ottonis 3, 18: *W. dicebat.* 39) Cfr. Roth. 3. 178, 8. 226, 2. Grim. 1, 2. Heinr. I. 1, 1 et aliis locis multis. 40) Roth. 221, 4. 41) In Liutp. tantum 150, 2 Wilihelmi sententiam auctor reprobat. 42) Roth. 7, 1; cfr. etiam Roth. 253, 3. not. *n*. 43) Lupus, Cod. dipl. Bergom. II, 641. 44) Quod l. Merkel l. c. pag. 15 Wilihelmi aetatem annis 997 et 1027 definit, minus recte haud dubie dictum est. 45) Roth. 178, 8. Liutp. 69, 7; cfr. etiam Otto 4, 3. 5, 3. 46) Liutp. 69, 7. 47) Grim. 2, 4. Roth. 178, 8. 48) Cfr. e. gr. Roth. 163, 2. 49) Lupus Cod. dipl. Berg. II, 666. 50) Roth. 253, 3. 51) Roth. 192, 5; cfr. etiam expositionum praefationem infra pag. 291, ubi *herronici qui in vita microcosmi degunt* idoneis opponuntur. *Errantes* in cuiusdam Liutprandi legis expositione ipsos dictos esse memini. Hodiernae linguae Italicae verbum *erroneo* in Arechis etiam capite quarto (infra pag. 208) legitur.

Caput IX. De nostra libri Papiensis editione.

§. 90. *Iohannes Merkel Langobardorum edicti et* capitularis *collectionem placitorum formulis, glossis et expositionibus instructam librum Papiensem vocavit. Quod nomen inter viros doctos usitatum ego quoque collectioni a me editae tribui, etiamsi pluribus partibus diversis ipsa componitur et admodum dubitari potest, an ipsae partes omnes Papiae confectae sint. Tria vero opera — neglectis hoc loco additamentis, de quibus huius praefationis capite septimo egi — in editione mea comprehenduntur saeculo undecimo in Italia sive collecta sive concepta.*

§. 91. *Primo igitur* capitulare *saeculi undecimi initio collectum (supra caput III) et cum edicto Langobardorum coniunctum (caput IV) edidi ope codicum sex numeris hisce a me signatorum:*

1) *Codicis Estensis pars prior, quae in Liutprandi lege* 101 *exit (supra §.* 18*).*

2) *Codex Venetus (§.* 11*).*

3) *Codices Mediolanenses bibliothecae Ambrosianae* O. 53 *et* O. 55 *(§.* 12*).*

4) *Codicis Londiniensis pars prior (§.* 13*).*

5) *Codex Florentinus (§.* 14*).*

6) *Codex Patavinus (§.* 15*).*

Et vulgarem quidem edicti et capitularis *formam in textu edidi, quae in Lombardae librum transiit et, quod ad edictum attinet, cum edicti forma a Bluhmio constituta maxime congruit, quod ad* capitulare *pertinet, potissimum in codicibus nostris* 5. 6 *traditur. Capita quae in singulis tantum codicibus* capitulari *inseruntur et in Lombardae libro locum non obtinuerunt inter capita extravagantia relegavi (§.*74*). Litteris maioribus pauca ea imprimi curavi, quae in nostra edicti forma cum Bluhmiana collata noviter temporis decursu addita videntur (cfr. supra §.* 44*). Cum prorsus inutile ducerem omnes librariorum errores codicumque lectiones notare, selectam tantum lectionum varietatem in notis dedi. In eligendis autem lectionibus id consilium secutus sum, ut eas notarem quae sive legum capitumve sensu respecto alicuius momenti esse, sive codicum manuscriptorum affinitatem indicare videbantur, vel eorum tantum codicum quos ego adhibui, vel horum ipsorum et illorum, quos Bluhme et Pertz in edicto et capitularibus edendis consuluerunt. Item glossas etiam in codicibus* 1—6 *legibus et capitulis adscriptas non omnes edidi, cum plurimae nullius omnino pretii viderentur, sed paucas tantum exhibui, sive eas quibus leges vere illustrantur, sive eas quae illius aetatis iuris prudentiam prodere videntur.*

Codice nostro Estensi usus, codices Ambrosianos in notis adhibens, praeterea etiam Lombardae librum respiciens Muratori legum Langobardorum editionem paraverat, quam recentiores editores potissimum secuti sunt.

§. 92. *Secundo editio nostra eam edicti et* capitularis *collectionem exhibet, quae Walcausi nomen prae se fert (supra caput V) et sive tota sive pro parte traditur in quattuor codicibus ita a me numeratis:*

7) *Codex Parisiacus (§.* 16*).*

8) *Codex Vindobonensis (§.* 17*).*

9) *Codicis Estensis pars posterior (§.* 18*).*

10) *Codicis Londiniensis pars posterior (§.* 13*).*

Legum capitumque textum Walcausinum cum eo coniunxi, qui in primo modo dicto opere legitur, in notis autem accurate omnes lectiones notavi, quibus textus Walcausinus a vulgari differt. Capita quae in hac capitularis *nova recensione recens adduntur inter extravagantia posui. Reliqua vero huic recensioni peculiaria, versus scilicet hexametros singulis voluminibus praefixos, glossas textui insertas vel additas, placitorumque formulas litteris obliquis, quae cursivae vulgo dicuntur, imprimi curavi. Glossas autem in codicibus manuscriptis textui insertas in editione mea sub fine capitum quibus insertae sunt posui; asteriscis indicavi, quibus locis ipsae glossae textui inserantur, numeris autem appositis codices notavi, in quibus glossae leguntur. His glossis in codicibus textui insertis coniunxi glossas in eorundem codicum marginibus scriptas et ad illas vere pertinentes, ut igitur harum glossarum ea forma in editione nostra legatur, quae in codice fuerat, quem collectionis Walcausinae vulgo dictae auctor pro archetypo habuerat (cfr. supra §.* 55. *p. LXXVIII). Has autem glossas in margine codicum positas in editione mea litteris minutis imprimi curavi, ut ita distingui possint ab iis quae textui insertae sunt. Reliquarum glossarum in marginibus vel inter lineas capitibus adscriptarum minimam tantum partem edidi.*

Estensis codicis partis secundae iam Muratori usum fecerat et hanc ob rem placitorum formulas et in notis multas quoque glossas textui insertas inde a lege Liutprandi 102 *ediderat. Cancianius, editionem Muratorianam primo repetens (Leges Barbarorum antiquae vol. I. p.* 63—239*), tum codicem nunc Parisiacum nactus formulas glossasque in Walcausina forma receptas partim suppleverat in vol. II. p.* 461—471 *et vol. V. p.* 54—106. *Georgisch et Walter ea quae a Muratorio et Canciano edita erant postea collegerunt.*

§. 93. *Tertio denique editio nostra codicis Brancatiani expositiones offert hucusque ineditas et et ita secundum librum nostrum legis digestas, uti ab initio digestae atque ordinatae erant (cfr. supra §.* 63*). Textum ab expositionum auctore vere scriptum restituere conatus sum, et inde multos illos librarii insciti, qui Neapolitanum codicem scripsit, errores (cfr. supra §.* 64 *sub fine) correxi codicisque lectiones corruptas in notis indicavi, ubi minima tantum de correctura mea et genuina lectione dubitatio moveri potest. Falsas lectiones adnotare omnes prorsus inutile duxi, cum editionem meam quam maxime compendiosam potius instituere, quam omnes rudis librarii errores tradere vellem. Textum paragraphis, saepe iam a librario indicatis, distinxi, lacunas locosque corruptos glossarum ope quae in Lombardae libri codicibus traduntur, quantum fieri potuit, supplevi et emendavi, ut in notis semper indicavi.*

§. 94. *Opus ineunte huius saeculi anno sexagesimo coeptum et ita vere nonum pressum in annum iam denique exegi. Quae in codicibus manuscriptis maximopere turbata sunt, lucidius proponere et recensere studui. Maximae difficultates huic studio obfuerunt, quas consideret si quis maculis operi meo inspersis offenditur, quas humana parum cavit natura.*

Qua via progredi oportere, Iohannes Merkel libro de historia iuris Langobardici historia scripto ostenderat, et viam ipsam pro parte straverat. Impedimenta in via relicta tollere, viam ipsam munire mihi superfuit. Libri autem legis editionem prorsus intactam Merkel reliquerat, ut quae in ea peccata sunt mihi soli imputari possint. Restat ut gratias agam Friderico Bluhme, viro maxime mihi venerabili, cuius rerum Langobardicarum peritia nunquam mihi eam adeunti defuit, necnon et Iulio Ficker, Innsbrucensi antecessori, qui amicissime ad compluria documenta Italica capitibus huius praefationis quinto et octavo a me laudata animum meum intendit.

Scribebam Berolini die 26. *m. Martii anno* 1868.

ALFRED BORETIUS,
Turicensis iureconsultus.

C. IN LOMBARDAE LIBROS ET RELIQUA PRAEFATUS EST

FRIDERICUS BLUHME I. C.

Caput I. De Lombardae nomine et origine.

§. 1. *Legum Langobardorum syntagma tripertitum sive tribus libris divisum, quod* Lombardae *nomine nunc omnibus notum est, ex libro Papiensi ortum esse, res ipsa docet; totum enim librum exceptis prologis repetit et paucissima habet, quae Papiensi desunt*[1]. *Quinimmo uno eodem titulo,* libri *scilicet* legis Langobardorum, *utrumque opus in codicibus manuscriptis inscribitur; vulgare autem* Lombardae *nomen utrique medio saeculo duodecimo dabatur*[2], *quamvis principaliter hoc nomen iam tunc ad tres libros novo ordine digestos trahi solebat*[3].

Auctorem huius Lombardae Petrum Diaconum Cassinensem fuisse, Goldastus sibi aliisque persuaserat, nullam tamen, quantum scimus, codicis auctoritatem secutus[4]*; nam de codice Montepessulano (infra num.* 13*), cui nunc inscriptum invenitur:* Leges Longobardorum per Petrum Casinensem, *palam est,*

1) Vide infra pag. 638—640 et Lombardae lib. II. tit. 51 (Casin. 47) l. ult., infra pag. 633. Singulae autem Lombardae lectiones proxime cum iis libri Papiensis codicibus conveniunt, qui in Boretiana editione numeris 1. 7—9 notantur, i. e. cum Estensi, Eufemiano, Vindobonensi. 2) Iacobus Columbi in glossa ad Feud. II, 53, ab Accursio plene repetita, librum Papiensem Lombardam confusam et intitulatam appellat his verbis*: [Karolus] tunc fecit legem predictam, ut apparet per Capitulare suum, si quis per ordinem inspexerit in Lombarda confusa non intitulata.* Vide infra notam 6. Similiter in codice Eufemiano (supra pag. LVIII—LX) post librum Papiensem adscriptum est: *Explicit lex Lombarda;* eidemque codici in edicto Rothari manus paullo recentior rubricas nonnullas ex Lombarda tripertita inseruit, v. c. ad Roth. c. 8: *De consilio mortis ro. VI.* 3) I Feud. 10. II Feud. 9. 22. 58.— De Ioanne Faventino et Hugutione, qui Lombardam saepius laudaverunt in glossis post annum 1171 ad Gratiani Decretum scriptis (vid. Fridericum Maassen in libello: Beiträge zur Geschichte der iuristischen Literatur 1857. pag. 25 sqq. et Iahrbuch des gemeinen Deutschen Rechts Tom. II. pag. 222—235) certum est, ad trium librorum syntagma eorum allegationes spectare; incertum quid intellexerint, cum de *Pandecta Longobardica* vel *Lombarda* compilatum esse contenderent librum illum, *qui nunc* — sic aiebant — *dicitur Longobarda.* Disserebant autem de falso Benedicti Levitae capitulari, inter Sirmondinas etiam constitutiones recepto, sed a Lombarda prorsus alieno (can. 35—37 C. XI. qu. 1) quod a falsitatis suspicione liberare studebant; cfr. etiam Savinii historia iuris Romani Tom. III. pag. 441. 4) Goldastinae praefationis verba haec sunt: *Lotharius II. imp. in chronico Cassinensi de compilatore, ut putatur, harum legum sic scribit ad abbatem Cassinensis monasterii;* in iis vero quae sequuntur, de Lombarda omnino non agitur. Praeterea rubricam Lombardae hanc Goldastus sibi finxit pag. 11: *Lombarda s. LL. Long. . . . in unum corpus congestae a Petro Diacono Cassinensi.* Cfr. Conring de Orig. iur. Germ. cap. 23. Savigny Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter Tom. II. pag. 212. 213 ed. II.

notam istam a recentiore manu, Goldasti exemplo adiectam esse. Omnino vero Petro Diacono, qui anno 1107 *natus est*[5], *liber iste tribui vix poterat, quem iam ante annum* 1100 *compositum esse, litterarum formae codicis Cassinensis* 328 *(infra num.* 1*) suadere videntur.*

5 *Verum, utut res haec sese habet, certum est non uni, sed pluribus compositoribus librum nostrum ab eius glossatoribus tribui*[6], *eorumque nomina iam Carolo Tocco circa annum* 1207 *ignota fuisse*[7]. *Eminens etiam plurium auctorum vestigium in eo habemus, quod duabus diversis formis totus liber nobis superest, quarum prior* Cassinensis, *posterior* Vulgatae *Lombardae nomine com-* 10 *mode distingui posse nobis videbatur. Cassinensem, diu ignotam, priorem non solum ideo dicimus, quia imperfecta remansit, sed ideo etiam, quia a Papiensis libri lectionibus minus recedit, quam Vulgata, quae multis libris manuscriptis repetita, magnaque commentationum mole instructa invenitur. De proxima vero cognatione, quae inter utramque intercedit, dubitari non potest, adeo ut* 15 *unam eandemque civitatem utriusque patriam fuisse dicendum sit. Papiam sive aliam Italiae septentrionalis civitatem, in qua iuris Langobardici studia colebantur, eam patriam fuisse verisimillimum est, praesertim cum ipse etiam Cassinensis Lombardae auctor vel corrector de studiis in istis regionibus peractis loqui videatur (vide §.* 3*).*

20 *Iuris Romani, vel certe Codicis Iustinianei ignaros non fuisse compilatores, ex rubricis ab ipsis insertis nonnunquam apparet; v. c.* de furtis et servis fugacibus, de damno iniuria, de suspectis tutoribus. *Accedit, quod in Lombarda Cassinensi nomina tam regum quam imperatorum singulis legibus inscripta hac nota repetuntur:* Idem ā (augustus), *quamquam in Vulgata littera* ā 25 *deleta sit.*

Caput II. De Lombardae codicibus manuscriptis.

§. 2. *Lombardae codices manuscriptos omnes fere, quotquot inveniri potuerunt, enumeravit b. Merkelius*[8], *qui etiam magnam partem eorum non examinavit solum et cum Boheriana editione contulit, sed in describendis etiam* 30 *glossis incredibilem ac paene improbum laborem consumpsit*[9]. *De aliis retulerunt Pertzius, Haenelius, Wattenbachius, Bethmannus, Anschützius, Boretius; nec mihi ipsi occasio defuit vel eosdem vel alios codices examinandi. Amplissimus*

5) Vide Wattenbachium in Monumentis SS. VII, 562.
6) Columbinus et Accursius ad II Feud. 53: ... *ab* 35 *iis qui compilaverunt Lombardam sub titulis competentibus seu rubricis.* Vide Mincuccium, Feudor. lib. VI. tit. 24, in appendice codicis Schilteriani iuris feudalis. Argentor. 1728. fol. pag. 124. Similiter in ipsius Lombardae commentario manuscripto: *Mo-* 40 *derni leges obvias dispersas in quandam consonantiam reduxerunt, easque sub competentibus titulis posuerunt.* Merkel Geschichte des Langobardenrechts pag. 51. not. 28.
7) Praefatio Caroli de Tocco: *Compositores huius libri, quorum no-* 45 *mina ignoramus, ... leges Longobardas a regibus et imperatoribus ..... traditas et in ordine positas, congruo et meliori ordine adinvento eas ordinaverunt et sub certis titulis eas posuerunt; ponentes primum leges regis Rotharis, qui fuit* 50 *primus rex Longobardorum, qui leges condidit; et postea leges aliorum regum recto ordine succedentium, et ultimo leges imperatorum prout regnaverunt; annectentes primo libro leges proprie ad delicta et ad eorum penam spectantes: secundo libro leges ad contractus pertinentes: tertio vero leges de episcopis et clericis et de ecclesiarum ordine loquentes.*
8) In commentario italice ab interprete E. Bollato, iureconsulto Taurinensi, hoc titulo edito: *Memorie e documenti spettanti alla storia del diritto Italiano. Fasc. I. Torino* 1857. p. 24—27. Eundem commentarium, in hac tamen parte minus plenum, iam anno 1850 lingua Germanica Merkelius ediderat, Savinium salutaturus, cum is magnus praeceptor noster semisaecularem diem doctoratus sui (sit venia verbis) celebraret: Die Geschichte des Langobardenrechts pag. 22—25. 50. 51.
9) De suis laboribus brevissime pro modestia sua refert Merkelius Memorie p. 48, Geschichte pag. 63; alia singulis speciminibus protulit, e. g. ea, quae de interpolationibus Galgosii refert, in Savinii hist. iur. Rom. T. IV. pag. 568—579 ed. II.

igitur apparatus praesto est ei, qui novam editionem totius libri et commentariorum ipsius paraturus est; quae a nostro instituto aliena esse videbatur.

Minus prospere Merkelii inceptum successit, ut omnes istos codices in certas familias sive classes digereret. Nam ex duobus familiarum istarum criteriis, a memet ipso ei indicatis, cum primum ad codices Lombardae investigandos vir eximius sese accingeret, unum, a vario librorum numero sumptum, se non probavit[10]*; alterius vero, quod ad Lotharii imperatoris II legem (infra p.* 639*) pertinet, tanta vis non est, ut solum omnibus expediendis sufficere possit. Etenim constitutionem illam, anno* 1136 *latam, quam maior codicum pars omnino non habet, quamque in tribus codicibus nonnisi recentior manus ad calcem Lombardae adscripsit*[11]*, eam eodem loco unus Parmensis codex (infra num.* 11*) anno* 1143 *confectus, ab ipso librario scriptam habet, alii vero sex libri tertii titulo octavo:* De beneficiis et terris tributariis, *inseruerunt*[12]*; quo quidem loco etiam Rehdigeranus codex (num.* 25*) margini adscriptam legem exhibet. Eodemque loco auctor libri Feudorum II,* 9 *(qui titulus ante annum* 1158 *scriptus fuit) constitutionem illam se invenisse ait, his verbis:* donec imp. divae memoriae Lotharius tertius promulgavit super hoc novam constitutionem, quae posita est in titulo de beneficiis[13]; *recteque ista allegatio se habere etiam glossatoribus Feudorum visa est*[14].

Omnino autem vel hoc criterio destituimur in iis codicibus manuscriptis, qui tertio Lombardae libro truncati supersunt: Veneto, Turonensi, Bernensi et Olomucensi[15]*; nec multum profecisse videmur, si novam classem ex iis constituimus, qui Lombardam cum Iuliani novellarum libro coniunctam exhibent, scil. Turonensi et Parisiaco* 4566 *(num.* 14—16*) et codice olim a Boherio adhibito.*

Quae cum ita sint, in sequenti indice non repetendas classes KLMNP *a Merkelio constitutas esse duxi; malui unum Cassinensem codicem* 328 *ab aliis omnibus separare, deinde vero geographico ordine bibliothecas recensere, in quibus reliqui codices hodie extantes adservantur. Summa autem omnium, quos Merkelius anno* 1857 *enumeraverat, viginti octo erat; nobis duos addere licuit, quos nunc exstare certum est. Inter hos duodecim sunt, qui in Italia, novem qui intra Galliae fines nunc adservantur; sex ad Helvetiam et Germaniam, tres ad Angliam pertinent.*

I. Codex Cassinas 328.

§. 3. *Hic codex, qui olim numerum* 874 *tulerat, constat quaternionibus*

10) Omnis enim res eo redit, quod duo codices non in tres, sed in quattuor libros divisi inveniuntur: Laurentianus scilicet 77, 1 (infra num. 10) et Argentoratensis (infra num. 21). Uterque secundum librum in duas partes scindit; sed Argentoratensis, antiqui edicti exemplum secutus (vide notam nostram ad Roth. 153, infra pag. 35), a titulo 14 (de successionibus), Laurentianus a titulo 35 (de praescriptionibus) tertii libri exordium habet. Praeterea Vindobonensis (infra num. 24) et Laurentianus 77, 10 (num. 9) Argentoratensi in eo similes sunt, quod libri II. titulum 14 singulari rubrica prae ceteris distinguunt; sed Vindobonensis, cum novi libri exordium indicet, tamen iterum habet: *liber II*, Laurentianus maiore tantum ac deaurata initiali littera se continuit. Denique in solo indice codicis Parisiaci 4617 (infra num. 20) a recentiore manu exarato, quattuor libri distinguuntur, quorum tertius a titulo de successionibus orditur, quod postea in contextum corrector transtulit. Vide Anschützium, Archiv XI, 222. 223. 11) Sunt codex Vaticanus Palatinus 772, Parisiacus 4617 et Borghesianus Romae a Bethmanno nuper inventus. 12) Sunt Laurentianus 77, 1 (10), Vaticanus Reginae 1060 (6), Montepessulanus (13), Vaticanus sine numero (5) et Parisiaci 4566. 4616 (16. 19), quorum mentio pariter ac Borghesiani (8) a me omissa est, cum Lotharii legem pag. 639 praelo typographi committerem. 13) Adde eiusdem tituli verba finalia: *lex imperatoris Conradi consulatur, quae posita est iam dicto titulo de beneficiis.* Aliis locis, quos supra not. 3 allegavimus, in libris Feudorum Lombarda generaliter laudatur. 14) Aliter Cuiacius, qui monet: *Sane in manuscriptis Langobardorum legibus eam Lotharii constitutionem vidi positam post legem Conradi sub tit. de beneficiis, quae vulgo* [scil. in Boerianis etitionibus] *quasi reticula libri extremam partem occupat.* De Lindenbrogiana ac Goldastina editione infra dictum est p. 639. 15) Merkel Geschichte p. 25. Memorie p. 27.

quadratis octo et dimidio, quorum extremo folia singularia duo (69. 70) adsuta accedunt. Continet praeterea plures membranarum lacinias, inter folium sextum et septimum, trigesimum et trigesimum primum, trigesimum tertium et quartum, quadragesimum nonum et quinquagesimum, sexagesimum sextum et septimum ita insertas, ut leges in ipso codice desideratas suo loco supplerent. Scriptus esse videtur circa finem saeculi undecimi, sed non ab una eademque manu[16]*; nec pauca sunt, quae secunda et tertia manus vel in margine, vel in fine totius libri adiecit, quorum in numero etiam nota:* excerpta capitula *est, codicis foliis* 28. 53. 62. 67 *adscripta (vide infra pag.* 622 *not.* 87*). Praeterea tractatum de successionibus primus corrector foliis* 69. 70 *adscripsit, glossas etiam nonnullas inseruit, quarum numerus per alios saeculo duodecimo auctus est. Sed multa eius generis nobis perierunt culpa eorum, qui marginem codicis incaute circumciderunt.*

De origine codicis certi nihil statui potest; is tamen qui primus correctoris munere functus est, quique tractatum de successionibus adiecit, iuris studiosum in partibus Cocciarum Alpium se fuisse profitetur. Verba ipsius (fol. 69 *codicis), quatenus legi possunt, haec sunt: ....* p+dane *(p+done?)* studentes, que una ex Italicis ciuitatibus opulentissima nobilium uirorum et fructuum in capite Cocciarum Alpium sita, inter uicinas urbes semper uelut clarum sidus emicuit, studuimus cunctas sententias .... adnotare. Quia de Longobardorum successionibus tractatus uarii *rell. Initialia autem verba ita supplenda esse mihi videntur:* Taurinis regionis Transpadane. *Bethmanno et Merkelio placuerat:* schole Eporedane[17]; *et sane tam Taurinis quam Eporediae tunc scholas fuisse credendum est (cfr. LL. I. p.* 249*); sed Augusta Taurinorum semper ceteras civitates praecelluisse videtur, nec verbum* schole *pro genitivo loci recte accipi posse crediderim. De eo tamen dubitari non licet, quin ii, qui libellum nostrum nondum perfectum in venerabile coenobium Montis Cassini secum vexerunt, antea in Italia septentrionali iuris studia exercuerint; unde id etiam confirmari videtur, quod supra diximus: priorem Lombardae formam nobis in Cassinensi superesse, antiquiorem illa, quae expolitior atque perfectior in quotidianum scholarum ac iudiciorum usum pervenit. Idque specialibus etiam quibusdam argumentis probari potest. Lombarda enim Cassinensis pauca habet, quae a Vulgata bono consilio resecata esse videntur*[18]*; plura vel recte*[19] *vel iniuria*[20] *non habet, quae Vulgatae inserta inveniuntur; nonnulla etiam duobus locis repetita inveniuntur*[21]. *In contextu Cassinensis minus a Papiensi libro recedit, quam Vulgata, v. c. in compositionibus plagarum ac feritarum recensendis, et in antiqua legum serie conservanda*[22]*; in rubricis vero, ab ipsis compilatoribus inventis et nondum numeris distinctis, maxima differentia est. Sane uno loco Cassinensis rubrica manifesto errore laborat*[23]*, alio loco rectius se habet*[24],

16) Diversae scripturae formae apparent fol. 1—7, fol. 7′—14′ med.; fol. 14′ med. — fol. 18—20. 21′. 22 collatis fol. 20′. 21. 22′—34; item fol. 34′—68.
17) Merkel Memorie p. 24 not. 32.
18) Horum in numero est lex Rotharis finalis (388 vel 389) sub titulo III, 39: *Ut cause finite non revolvantur.*
19) Abest locus iuris canonici, sive Loth. Extrav. 31, Vulg. II, 8, 14. Abest etiam l. 12 eiusdem tituli, in Vulgata falso emblemate aucta. Vide infra p. 557, not. *g* ad Lothar. 99.
20) Desiderantur Vulgatae tituli I, 18. I, 20. III, 19; item singulae leges Roth. 176 (Vulg. II, 18, 1). 307. 308 (Vulg. I, 20, 1. 2). 349 (I, 23, 3). Liutpr. 6 (II, 18, 2). 34 (I, 18, 1). 68 (II, 44, 1). 81 (I, 23, 5). 136 (1, 21, 7). Ratchis 6 (I, 18, 2). Karol. 43 (II, 45, 1). 71 (I, 22, 7). 99 (II, 44, 2). Lodov. 3 (II, 51, 10). 21 (I, 25, 83). Loth. 59 (I, 10, 4). 83 (II, 45, 2). 85 (II, 44, 4). Henrici II. l. 1 (Vulg. II, 47, 12). Sed istae leges, si membranarum laciniis inscriptae erant, facile cum his intercidere potuerunt.
21) Karoli leges 30—37. 79. 80 repetuntur in Lombarda Casinensi I, 8 et 28.
22) Cfr. Casin. I, 25 l. 37. 38 cum Vulg. I, 25, 40. 41 (infra p. 626. lin. 38. 39, ubi numeri 298. 297 inverso ordine notandi erant); item Casin. II, 6 l. 2. 4 cum Vulg. ibid.; Casin. II, 11 l. 1—4 cum Vulg. II, 12 l. 1—4.
23) Lib. III. tit. 30: *de adulatoribus*, pro *de hominibus placentinis.* Eundem errorem retinuit unus e Laurentianis Vulgatae codicibus (num. 10), item glossa codicis Vaticani et Oxoniensis (Archiv VII, 783).
24) Casin. I, 23: *de maleficiis servorum regis*, coll. Vulg. I, 36.

cum librariorum incuria verbum regis *in Vulgata omissum esse videatur. In eo etiam, quod in Cassinensi prima manu scriptum plerumque invenitur* Langobardus, *secunda* Longobardus, *Cassinensem codicem caeteros aetate praecellere videmus; nam correctorem multa ex Vulgata in Cassinensem transscripsisse certum est.*

Huius codicis prima post Montefalconium[25] *notitia inveniri dicitur in libro:* Federici storia degli antichi duchi ed ipati o consoli di Gaeta. Napoli 1791 *pag.* 311, *quem nunquam vidi. Mihi vero, cum ipse anno* 1821 *in codicem incidissem*[26], *statim rubricas et tractatum de successionibus excerpere licuit. Postea legem Chuonradi descripsit Pertzius*[27]; *accuratissime vero omnia contulit et descripsit Merkelius anno* 1845.

II. Reliqui codices in Italia extantes.

§. 4. *Praeter Cassinatem codicem in Italia inventi sunt hi:* 2) Brancatianus *codex, Neapoli in bibliotheca S. Angeli ad Nidum sub num.* II. B, 28 *adservatus, continens membranas ducentas formae quadratae, characteribus minutissimis saeculo duodecimo incipiente scriptas; ab Hagenio primum notatus, cum circa annum* 1818 *ad codices bibliothecae istius visendos admitteretur*[28]. *Quod cum triennio post a bibliothecae praefectis mihi concessum non esset, iam praeter spem evenire videbatur, ut mox Pertzio, Maiero Esslingensi, Haenelio, Odofredo Müllero, Merkelio, Keilio Erlangensi et Bethmanno aditus iterum facile pateret*[30]. *Denique cum nemo nostratium Neapoli omnem glossarum sive Expositionum, ut dicuntur, molem ex codice isto exscribere valeret, novis amicitiae vinculis, quibus Borussia atque Italia inter se iunguntur, id etiam debemus, ut Berolinum ipse codex mitteretur, ibique a Boretio ad librum Papiensem plene edendum commode perlustrari posset. Id enim singulare huic codici est, quod glossas et expositiones ipsa Lombarda antiquiores, ad librum Papiensem olim scriptas, titulis Lombardae insertas repetit; de quibus pariter ac de libro cartularii post folium* 195 *adiecto ipse Boretius retulit supra pag. LXI. De contextu vero Lombardae a Boretio non collato id unum quod addam habeo: omnia valde negligenter scripta esse, et rubricas nonnullas prorsus desiderari, alias valde vitiosas esse. Desideratur etiam lex Lotharii II.*

3) *Codex* Cassinensis alter *signatus numero* 468, *scriptus saeculo decimo tertio in membranis* 41 *formae folii minoris, quibus adiectae sunt lex municipalis s. privilegium Pontiscurvi, leges Friderici imp. II pro coenobio Cassinensi et episcopo Aquinate (ab Erasmo Gattula editae), assise regum regni Sicilie*[31], *Bernardi prepositi Papiensis ecclesie*[32] *canonum collectio, decreta concilii Lateranensis IV a.* 1215 *et decretales Honorii III constitutiones* Super speculam[33] *et* Expectavimus. *Codice a Gattula et Federico*[34] *olim laudato, a me breviter notato*[35], *usi*

25) Bibl. mss. I, 218. A. 26) Vide Archiv IV, 370. Merkel Geschichte p. 50, Memorie p. 24. not. 32. 27) Archiv V, 297; cfr. infra p. 638. 639. 28) Hagen Briefe in die Heimat III, 167. 168. IV, 297—301. 29) Vide Iter meum Italicum IV, 40, et Archiv IV, 373. 30) Cfr. Archiv V, 19. 297—301. Bibliotheca mea librorum mss. Italica p. 217. Merkel Memorie p. 11. Geschichte p. 13 sqq. 31) Cfr. Merkel commentatio qua iuris Siculi sive assisarum regni Siciliae fragmenta ex codicibus manuscriptis proponuntur. Halis 1856. 4°. 32) Notandum in hoc codice plene scriptum extare *Papiensis ecclesie*, ideoque palam esse, falsum cognomen *Circa*, Bernardo postea obtrusum, a litteris *c̃e*, pro *c̃c* male acceptis derivandum esse, non a verbo *tunc*, quod in litteris *t̃c* latuisse nuper demonstrare conatus est Ernestus Adolphus Laspeyres, in docta summae Bernardinae editione a. 1860. 33) Hunc codicem ignoravit Savinius, cum constitutionem *Super speculam* ederet annis 1833 et 1850 (Vermischte Schriften III, 413 sqq.). 34) Federici storia degli antichi duchi ed ipati o consoli di Gaeta. Napoli 1791. pag. 311. — In bibliotheca ms. Montefalconiana T. I. p. 225. 229 sub numeris 328 et 475 ea quae codex noster continet, inter se confunduntur. 35) Bibl. mss. Italica p. 219.

sunt Pertzius[36] *et praesertim Merkelius, qui totius Lombardae accuratam collationem anno* 1845 *instituit. Mihi nomine Cassinensis* 2 *appellandus erat.*

4) *Codex* Vaticanus 3845, *membranaceus formae folii minoris, nitide scriptus saeculo decimo tertio, hoc exordio:* qui legit has leges non quaerat laedere reges; nam quod et ipsa docet lectio prima, nocet. Rex Rothar. Legis Longobardorum liber primus incipit. *Glossarum magnam copiam exhibet. Ipso codice, iam tempore Pauli papae V in Vaticana bibliotheca servato, anno vero* 1797 *inter Gallica spolia Lutetiam ablato*[37], *mox anno* 1815 *Romanae sedi restituto, plene usus est Merkelius noster annis* 1845 *et* 1846. *Nos* Vaticanum primum *eum appellavimus.*

5) *Codex* Vaticanus alter (2) *emtus anno* 1845, *ideoque numero nondum signatus, cum a Merkelio eodem anno evolveretur: constans duabus partibus, quarum prima saeculo duodecimo vel decimo tertio, altera saeculo duodecimo scripta esse videtur. Prima pars, septem quaternionibus constans, Lombardam continet, raris glossis illustratam, cuius fini adnectuntur in folio* 54 *versus libri Papiensis:* Rothar iura dedit que lector prima videbit. Intulit hic magnus legis bona iura Grimaldus *et quae sequuntur*[38], *in foliis vero* 55. 56 *farrago legum ex Codicis Iustinianei libro primo, secundo et septimo excerpta. Alteram vero partem, sex quaternionibus constantem, explent Iustiniani institutiones, Rogerii Siciliae regis leges a Merkelio editae*[39], *Bulgari liber de arbitris, et duo scripta minora. Bulgari librum de arbitris in codice cardinalis Garampi olim invenerat Sartius*[40]; *nec male coniecisse videtur Merkelius, Garampianum codicem eundem esse, de quo nunc tractamus. Omnia nunc exacte examinavit Merkelius.*

6) *Codex* Christinae *reginae in* Vaticana *bibliotheca* 1060, *olim* 372[41], *membranaceus in folio, eleganter scriptus saeculo vel duodecimo vel decimo tertio. Foliis* 1—58 *habetur Lombarda multis glossis instructa; deinde sequuntur Ariprandi commentaria in Lombardam, Alberti commentarius in Lombardae titulum de successionibus, et leges quaedam Friderici primi; de quibus omnibus specialiter egit Augustus Anschütz, cum Ariprandum et Albertum, Merkelii schedis instructus, ederet*[42]. *Nos* Reginum *hunc codicem appellavimus.*

7) *Codex* Palatino-Vaticanus 772, *membranaceus, in folio, undecim quaternionibus constans, saeculo duodecimo eleganter scriptus, ita tamen ut librarium in glossis describendis saepe errasse videamus. Alia manus post Lombardam scripsit fol.* 83'. 84 *legem Lotharii anno* 1136 *latam, item Friderici I. constitutiones de iure feudorum, de pace de regalibus*[43]; *rursus alia manus foliis* 85—89 *Anselmi ab Orto instrumentum iuris*[44]. *Denique duobus foliis postea codici adiectis* (90. 91) *traduntur controversia Bonfilii et Bagelardi de lege Rothari:* Omnis parentela *et breves annales ad historiam Florentinam spectantes, qui desinunt ab anno* 1135 *usque ad annum* 1173.

Hunc codicem Matthias Flacius Illyricus, qui nomen suum paginae 3 *in fine inscripsit, olim possedisse videtur; inter Heidelbergenses libros Maximiliani Bavariae ducis opera in Vaticanam delatum esse, Germania dolet. Ex Lombarda Merkelius omnia hausit; appendices Pertzio etiam et mihi usui fuerunt*[45].

36) Archiv V, 312. 37) Recensio manuscriptorum codicum qui ex universa bibliotheca Vaticana procuratoribus Gallorum traditi fuere. Lipsiae 1803. pag. 97. 38) Vide infra pag. 290. 396. 404. 474. 478. 484 etc. 39) Io. Merkelii commentatio qua iuris Siculi sive assisarum regum regni Siciliae fragmenta ex codicibus manuscriptis proponuntur. Halis 1856. 4°. 40) Vide Savigny Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter Tom. IV. p. 115—120. 41) Montfaucon bibl. mss. I, 22. Archiv IV, 373. 42) Die Lombarda-Commentare des Ariprand und Albertus. Heidelberg 1855, praef. pag. XIV. XV. 43) Vide infra pag. 639. Monum. Legg. II, 83. 84. 110—113. 44) Savigny Geschichte des Röm. Rechts Tom. V. p. 169. 170. 45) Bibl. mea mss. Italica pag. 127. Archiv V, 162. 301. 310. Monum. Legg. I. praef. p. XXXV. II, 83. 110.

8) *Codex* Borghesianus, *Romae a Bethmanno nostro anno* 1853 *inventus, membranaceus saeculi decimi tertii. Constat duabus partibus diversis, quarum prima Roffredi Beneventani summas de matrimonio, de iure canonico et de casibus continet*[46], *altera vero Lombardam sine glossis, cui adhaerent Feudorum lib. II. tit.* 6: *de forma fidelitatis, et Lotharii lex a.* 1136 *lata.*

9) *Codex bibliothecae* Laurentianae Florentinae, *in pluteo LXXVII. num.* 10, *membranaceus in forma quadrata, scriptus saeculo duodecimo. Praemittitur Lombardae folium extraneum, excerpta ex Paulo Diacono continens, cuius mentio in doctissimo Bethmanni tractatu desideratur*[47]. *Ipsam Lombardam alia manus saepe correxit; in glossis minutissime scriptis duorum correctorum manus distingui possunt. Codicem, a Merkelio plene collatum,* Laurentianum primum *infra pag.* 623 *sqq. appellavimus.*

10) *Codex* Laurentianus alter, *plutei LXXVII. num.* 1, *scriptus saeculo duodecimo vel decimo tertio, sed recentiorum curis saepe mutatus. Huic codici singulare est, quod in quattuor libros Lombardam divisam exhibet, quorum tertius folio* 37 *ita distinguitur:* Explicit liber II. Incipit tercius De prescriptionibus; *deinde fol.* 49 *legitur:* Explicit liber tercius. Incipit quartus. De episcopis *rell. Post Lombardam alia manus saeculo decimo quarto addidit:* Theodericus cum esset Catalonas *rell., et excerpta pauca ex lege Salica, quae longe plenius habentur in libro Papiensi codicis Eufemiani*[48].

11) *Codex* Parmensis, *olim Cremonensis, scriptus anno* 1143, *continens folia* 76 *membranacea formae octavae maioris, binis columnis divisa, cui id singulare est, quod ipsius librarii manu tria additamenta fini libri tertii adnexa habet. Sunt autem Lombardae I,* 21 *caput* 5 *repetitum, cap.* 62 *legis Salicae reformatae* (Si quis homo mortuus) *et lex Lotharii II. a.* 1136, *cui subscriptum est:* Explicit liber Longobardorum. Deo gratias. Erant anni domini millesimo centesimo quadragesimo tertio, mense setembris, indictione septima. *Sequuntur fol.* 76' *Brocardica quaedam de iure pugnae et alia minoris pretii.*

Hunc codicem olim Cremonae possederant monachi ordinis S. Augustini; postea ad Mariam Ludovicam imperatricem et Parmae ducissam pervenerat, qua annuente cum tredecim aliis codicibus mss. iure depositi ad publicam Parmensem bibliothecam migravit[49]. *Cremonae a Iohanne Andresio inspectus*[50], *Parmae a Merkelio nostro mense Ianuario anni* 1847 *plene examinatus est.*

12) *Codex* Venetus, *bibliothecae S. Marci, olim Recanatensis* 210, *thecae XCV,* 2, *Morellianus* 39, *sive Append. V,* 31; *membranaceus saeculi decimi tertii, duabus columnis exaratus, mutilus in fine. Desinit enim folio* 50 *in in cap.* 44. *libri III. tit.* 1 *in verbis* tenere uoluerit. *Glossae paucae adscriptae inveniuntur. Primam codicis mentionem Iohanni Bernoulli debemus*[51]; *exactam collationem Merkelius instituit mense Februario anni* 1847.

III. Codices in Gallia nunc adservati. §. 5.

13) *Codex* Montepessulanus, *bibliothecae scholae medicorum* H 229, *olim*

46) Roffredi summae de matrimonio et de casibus Savinio ignotae fuisse videntur, cum opera eiusdem recenseret, Geschichte des Röm. Rechts. Tom. V. p. 184—217. 47) Archiv X, 365—367. 48) Vide Monum. Legg. III, 259. 260, et supra pag. LIX. Sed Laurentianus in prologo *Theodoricus* rell. habet etiam verba finalia: *Hoc decretum est apud regem et principes eius et apud cunctum populum christianum, qui infra regnum Merwungorum consistunt,* quae a codice Eufemiano absunt. 49) Vide Iter meum Italicum I, 117. Articolo bibliografico estratto dalla gazzetta di Parma del di 20. Febbrajo 1836. 50) Cartas familiares del abate d. Iuan Andres a su hermano d. Carlos Andres. T. IV, en Madrid 1793. n. 42. — Giov. Andres lettera al Sign. Abb. Giac. Morelli sopra alcuni codici delle biblioteche capitolari di Novara etc. 1802. pag. 90. 51) Io. Bernoulli Zusätze zu den neuesten Reisebeschreibungen nach Volkmann. T. II. 1778. pag. 557; cfr. Pertzium, Archiv IV, 141 et Cancianium in legg. barbaror. I, 238.

oratorii collegii Trecensis (fonds de Pithou) *I. c.* 26, *constans foliis membranaceis* 55, *eleganter binis columnis scriptus saeculo duodecimo. Glossas eadem manus addidisse videtur, quae ipsas leges scripserat; Petri vero Cassinensis nomen huic codici nunc praescriptum, a recentiore manu adiectum esse, iam* 5 *supra p. XCVIII monuimus. Libri tertii titulo octavo habetur lex Lotharii imperatoris (supra not.* 12*). Codicem ab Haenelio a.* 1826 *inspectum*[52] *accuratius examinavit Waitzius noster anno* 1837, *cuius relatio habetur in Archivo T. VII. p.* 184—186. 202. 784—787.

14*) Codex* Turonensis, *in publica civitatis bibliotheca, olim S. Martini* 259, 10 *saeculo XIV negligenter scriptus videbatur Haenelio, qui solus eum inspexit*[53]. *Desinit circa finem libri II; praecedit Iuliani epitome novellarum (supra p. C).*

15*) Codex* Parisiacus, „fonds S. Victor 87", *membranaceus saeculi duodecimi, qui post libros S. Augustini Lombardam scriptam habet foliis* 122—168. *Glossarum pars adiecta esse videtur saeculo* 13 *et* 14. *A Lindenbrogio olim* 15 *collatam fuisse, ipse testatur his verbis in facie libri scriptis:* Contuli cum edito codice Lugdunensi *(i. e. Boheriana editione)* Frid. Tiliobroga German. 1600. *Plura de eo Anschützius refert Archiv XI,* 220 *et Bethmannus ibid. VIII,* 303.

16*) Codex* Parisiacus 4566, *olim D. Antonii Faure et Germani Lambini (a.* 1630*), postea regius* 5183[a]; *membranaceus in folio minore, scriptus saec. XII* 20 *divisis columnis. Mutilus nunc est in exordio, usque ad caput* 7. *lib. I. tit* 11; *Lotharii legem habet lib. III. tit.* 8. *Glossis paucissimis solus liber II instructus est. — Lombardam praecedit foliis* 1—54 *Iuliani novellarum liber, sed sola bibliopegae industria adsutum esse, Anschützius contendit*[54] *(cfr. supra p. C).*

17*) Codicis* Parisiaci 4614 *pars altera, scripta saeculo XIII, tribus libris* 25 *divisa, ita tamen, ut inter librum II et III legatur:* Expl. l. III. Incipit l. IV[55]. *In margine inferiore adscripta habetur Roffredi summa de pugna*[56].

18*) Codex* Parisiacus 4615, *olim Colbert.* 2041, *regius* 5191, 3, *membranaceus formae quadratae (?), scriptus saeculo XII. Post Lombardam repetuntur Liutprandi leges* 15. 16. 66. 36. 37 *numeris libri Papiensis distincti, et Lo-* 30 *tharii imperatoris constitutio. Foliis* 54'—58' *habetur, non addito nomine auctoris, Ariprandi commentarius ab Anschützio editus, quem foliis* 59—62 *alia sequuntur, ad ius Romanum et Langobardum spectantia*[57].

19*) Codex* Parisiacus 4616, *foliorum maioris formae, in quibus Lombarda, scripta saeculo decimo tertio, habetur inde a folio* 9, *glossis nitidis instructa.* 35 *Praecedunt folia chartacea sub num.* 2—7, *quibus Paulus Ramusius iuris doctor saeculo sedecimo amplum indicem in Lombardam, imperfectum tamen, inscripsit, hoc adiecto epilogo:*

Clarissimi Iur̄. Consulti Dn̄i Alexandri
d̄ Agagiis Nobilis bĕgomai *[bergomatis?]*
40 Munere q mihi Paulo Ramusio . Iu . Doc . Ex .
Has leges longobardoꝝ dono dedit dum ber
gomi essem vicarius M^ro ac p̄stan
tissimo Doctori Dn̄o Marino Gergio *[Georgio?]*
praetore meo obsecundissimo.

45 *Folio* 8 *habetur Roffredi tractatus de pugna, sine nomine auctoris in mem-*

52) Cfr. Haenel catalogi col. 238. Anschütz, Archiv XI, 246. 247. 53) Cfr. Haenelii catalogi librorum manuscriptorum col. 486. 54) Archiv XI, 219. 220; cfr. Hauboldum in Savigny Zeitschrift 50 für geschichtliche Rechtswissenschaft Tom. IV. 1820. p. 143—147. 55) Vide Waitzium, Archiv VII, 784 et Anschützium, ibid. XI, 220. 221. Supra p. XXXIV et C. 56) Archiv XI, 226. 57) Anschütz in Archiv XI, 221. 224—227. 242—246. Eiusdem Lombarda-Commentare 1855. praef. p. XIII. XIV.

brana scriptus[58]. *Ipsi Lombardae, quae Lotharii legem libro III. tit.* 8 *insertam habet, miniatoris manus non solum eosdem versus adiecit, quos e Vaticano codice (num.*5*) supra pag. CIII allegavimus, sed varia etiam de excidio urbis Laudensis anni* 1111, *de expugnatione Novocomensis oppidi (Como) a.* 1127, *et de pugna facta anno* 1064 *in loco Campo Mortuo (Martio?) dicto. Easdem notas alia manus continuavit usque ad annum* 1237.

Lombardam fol. 47 *sequitur* 1*) notitia de origine gentis Longobardorum,* 2*) fragmentum commentarii* de iuditiis, *et* 3*) tractatus de successionibus ex Alberti commentario excerptus, qui etiam in Vaticano reginae codice (supra num.* 6*) habetur*[59].

Hoc codice se usum esse Stephanus Baluzius refert, cum capitularium regum Francorum editionem pararet; aitque codicem ex Mazariniana bibliotheca in regiam Parisiacam delatum esse[60]. *Pauca etiam mihi ex hoc codice exscribere licuit, quae cum Anschützianis notatis coniunxi.*

20*) Codex* Parisiacus 4617, *olim* 1028, 1122, 5791, *et Supplem. Latin.* 1109, *constans foliis quadratis (?)* 137, *non continua numerorum serie distinctis. Lombardam praecedunt duobus foliis non numeratis* 1*) fragmentum hoc initio:* Leges antique... intentio sua est; 2*) Nomina regum;* 3*) Index titulorum Lombardae scriptus saeculo XIII, quattuor libris divisus, quorum tertius a titulo* de successionibus *orditur. Sequitur ipsa Lombarda, cum magna glossarum copia, scripta saeculo XII, tribus libris composita, ex quibus auctor indicis corrigendo quattuor fecit. Exciderunt iam diu cum quarto folio quaternionis secundi Lombardae I,* 9. *l.* 23 *in fi. usque ad l.* 29 *eiusdem tituli. Adnectuntur versus* Rothar iura dedit *rell. (supra p. CIII), deinde duobus foliis separatis (num.* 12 *et* 28*) alia manu lex Lotharii imperatoris et duae leges Fridericianae:* Decet et Hac edictali[61]. *His vero foliis* 12 *et* 28 *interseruntur duo quaterniones (fol.* 13—27*) scripti saeculo XIII, Alberti commentarium in Lombardam exhibentes, cuius editionem Anschützio debemus*[62].

De Merkelii coniectura, qui ex hoc codice Boherianam Lombardae editionem manasse suspicatur[63], *quid dicam nescio; nullas enim sententiae suae rationes reddidit.*

21*) Codex* Argentoratensis, *bibliothecae universitatis CIV,* 4, *membranaceus in folio minore, scriptus saeculo decimo quarto, si catalogi auctor recte de codicis aetate iudicavit*[64]. *Continet* 1*) Friderici II constitutiones Siculas;* 2*) Summam* 36 *causarum sive partis secundae decreti Gratiani;* 3*) Lombardam quattuor libris divisam, quorum secundus a titulo* de successionibus *orditur, cum glossis rarioribus. De lege Lotharii nihil notari video; Friderici legem* Decet *(not.* 61*) adesse, Pertzius affirmat.*

III. Codices in Helvetia et Germania adservati. §. 6.

22*) Codex* Bernensis, *bibliothecae publicae num.* 18, *membranaceus in folio, olim Bongarsii, scriptus saeculo XIV. „Deest initium usque ad legem* 7 *de plagis servorum (Lomb. I,* 8*). Desunt etiam ultima a lege libri III* De his qui secreta regis inquirunt *(tit.* 16*) usque ad finem. Sequuntur glossae in Institutiones, in tit. Digest. de acquirendis vel amittendis (sic) hereditatibus. Ab*

58) Cfr. Savigny Geschichte d. Röm. Rechts V, 211 sqq. 59) Cfr. Anschütz Lombarda-Commentare pag. XV. XVIII. 96. Archiv XI, 221. 226. 230. 239. 240. 60) Baluzii praefatio ad Capitularia §. LXXXI. 61) Monum. Legg. II, 113. 112. Cfr. I. praef. pag. XXXV. 62) Cfr. die Lombarda-Commentare etc. pag. XVII. XVIII. Archiv VII, 783. 784. XI, 222. 223. 225. 238. 240. 241. 63) Geschichte des Langobardenrechts pag. 24. 51 not. 33. Memorie pag. 26. 64) Catal. codd. mss. univers. Argent. scriptus a Ioh. Iac. Schatz a. 1748; ex quo notabiliora repetuntur Archiv VIII, 461—463; cfr. XI, 223.

alia manu fragmentum glossarum in Infortiatum. Ab alia manu commentarius in Codicem, cuius auctor se in Digesta et Institutiones scripsisse, et patriam Montispessulaneum refert“ [65].

23) *Codex* Monacensis *Lat.* 3510, *Augustanae civitatis* 20, *membranaceus, elegantissime scriptus saeculo XII et optime conservatus, glossis marginalibus et interlinearibus hinc inde instructus. Abest lex Lotharii, sed fini Lombardae praemittitur fol.* 78 *lex Conradi (infra pag.* 638*), cuius nomen* Chorad̄ *in codice scribitur.*

Huius codicis mentio non semel facta [66], *tamen eos nostratium diu fugit, qui Lombardae codicibus investigandis operam dederunt, quique, Senkenbergii verbis decepti,* Bosianum *vel* Senkenbergianum *legis Baiwariorum atque Lombardae* codicem *sedulo, sed frustra quaerebant* [67]. *Ex* Bosiano *enim* codice Lipsiae, *ut aiebat, Senkenbergius annis* 1756 [68] *et* 1759 [69] *variantes lectiones ad istas duas leges pertinentes edidit, quarum originem nunc in codicibus Monacensibus* 3519 *(legis Baiwariorum) et* 3510 *(Lombardae) olim Augustanis, aperte deprehendimus* [70]. *Erravit igitur Senkenbergius, cum* ex mscto Romano in Italia *Bosium hausisse affirmaret; male etiam de Bosiano* codice *eum locutum esse nunc videmus. Is enim codex nihil aliud fuit, quam Lindenbrogiana editio, a bibliopega, chartis albis intersertis, in novem partes distributa; qui idem liber nuper auctionis lege Francofurti, ni fallor, venditus, a me nunc possidetur. Sane in chartis istis albis praeter easdem Bosianas lectiones nihil fere inscriptum erat, cum ipse liber ad me perveniret. In uno solo haereo: in verbis scilicet:*

Hanc L. Longob ...
In MSC. Posside ..

quae in Bosiano libro pag. 515 *rubricae Lombardae I,* 1 *ita adscripta inveniuntur, ut ultimae utriusque versus litterae, a bibliopega resectae, desiderentur. Haec, si Bosii verba sunt, Senkenbergium, ut codicis Bosiani mentionem faceret, induxisse videntur.*

24) *Codex* Vindobonensis, *bibliothecae caesareae Iuris civilis num.* 39, *scriptus initio saeculi duodecimi, glossis elegantis formae instructus. A prioris librarii elegantia longe distant rudiores notae correctoris, qui non paucas leges supplevit (v. c. Lomb. I,* 19. *c.* 28. 30*), maiorem etiam titulorum partem atramento adscripsit, quorum paucos miniator explevit (v. c. lib. II. tit.* 21. 25. 26*); ceteri plerumque abrasi inveniuntur. Sic abest rubrica prima libri secundi; titulo vero de successionibus (II,* 14*) praescribitur:* DE SUCCESSIONIBUS LIBER II, *et libro tertio:* Explicit liber secundus . incipit tertius. *Abest lex Lotharii imperatoris, sed adest lex Conradi, ut in Cassinensi, Laurentiano et Monacensi codice. Perierunt pauca folia in medio codice, a lib. I. tit.* 19 *l.* 30 *usque ad tit.* 25. *l.* 54 *med.*

In summa dicendum erit, hunc codicem ad Cassinensem 328 *propius accedere, et antiquioribus eorum, qui nobis supersunt, esse adnumerandum. Colla-*

65) Sic refert Sinnerus in catalogo codicum mss. bibliothecae Bernensis 1760. pag. 496. 497; cfr. Archiv V, 301. 66) Elias Ehinger catalogus bibliothecae amplissimae reipublicae Augustanae 1633. fol. col. 257. num. XX. Anton Reiser index manuscriptorum biblioth. Augustanae 1675. 4°. pag. 60. 67) Savigny Geschichte des Römischen Rechts T. I. pag. 137 ed. I. (1815). pag. 164 ed. II. (1834). Walter in Archiv V, 756. Türk die Langobarden und ihr Volksrecht 1835. pag. 188. Pertz LL. II, 40. Merkel ad Savinium VII, 3. 4 (1851) et in Geschichte des Langobardenrechts pag. 25. Memorie pag. 27. Archiv XI, 563. 687. Legg. III, 186. 187. 68) Senkenberg nova methodus iurisprudentiae 1756 append. 3. p. 109. 69) Einsdem Gedanken vom jederzeit lebhaften Gebrauch des uralten Deutschen bürgerlichen und Staatsrechts 1759. p. 70. 260—278. 70) Vide Merkelium LL. III, 186. De Lombardae codice amicissime me certiorem fecit Cl. Föringer, bibliothecae Monacensis praefectus.

tionem sumptibus societatis nostrae iam pridem instituit Iosephus Pirsner, nulla tamen glossarum ratione habita[71].

25) *Codex* Olmutianus, *capituli ecclesiae cathedralis, num.* 210, *membranaceus in folio, eleganter sed mendose scriptus saeculo XIII, magna glossarum copia instructus. Folii primi, quod ad Lombardam pertinuisse non videtur, pagina aversa continet initium commentarii Alberti*[72]; *Lombarda, cuius initium est in folio* 2, *mutila tantum superest, finitur enim in l.* 2. *lib. II. tit.* 29. *Quae supersunt, a Wattenbachio nostro partim collata, partim descripta habemus.*

26) *Codex Wratislaviensis, bibliothecae* Rehdigeranae *S. IV,* 4. *p.* 16 *(Rehdiger II,* 43. *S. Elisabethae* 26*), constans foliis membranaceis* 86 *in fol., scriptis saec XII*[73]. *Singularia huic eximio codici sunt,* 1) *quod legi Conradi lib. III. tit.* 8. *c.* 4 *propriam rubricam:* de usibus feudorum *praemittit, adiecta in margine lege Lotharii (II Feud.* 52) *sub titulo:* in lege ultima de usu feudorum, *in cuius subscriptione* indictio XV, *sed aerae christianae* annus MCXXXVII *numeratur;* 2) *quod Lombardae index regum Langobardorum et Italiae adnectitur, ab Adlowaldo usque ad Henricum IV*[74]. *Ceterum post lib. III. tit.* 18 *omnes rubricas recentior manus adscripsit; singularum etiam legum inscriptiones ita se habent, ut nomine regis vel imperatoris semel indicato, sequentibus legibus* τὸ Idem *(vel* Idem aug̃., *ut in Cassinensi codice) inscriptum non sit. Glossarum, in quibus saepe etiam auctorum nomina siglis* a *vel* p *notantur, uberrimus apparatus. Ipsae glossae allegant* Persicum[75], Ugonem[76], Walcausum, Walfredum. *Una glossa paullo recentior de iure Siculo agit, quod Beneventanum glossatorem vel possessorem indicare videtur*[77]. *Quae quidem omnia in Merkelii apographo incredibili assiduitate anno* 1852 *descripta habemus*[78].

27) *Codex* Guelferbytanus, *Extravagantium* 96, *constans foliis membranaceis* 46 *in fol., scriptus saeculo XIII*[79], *magna glossarum copia instructus. Clauditur fol.* 44 *his verbis:* Explicit lex longo Bardorum. *Adnectuntur foliis* 45. 46 *ab alia manu novem constitutiones Friderici II anno* 1220 *latae, quae Authenticarum nomine Codici Iustinianeo insertae habentur*[80]. *Sub Gallorum dominatione Lutetiam delatus, nunc pristino loco restitutus omnibus facile patet. A Merkelio anno* 1853 *obiter examinatus est.*

IV. Codices in Anglia adservati. §. 7.

28) *Codex* Oxoniensis, *bibliothecae* Bodleianae *n.* 1236, *olim Gulielmi Laudi, archiepiscopi Cantuariensis et cancellarii universitatis Oxoniensis (Laud. G.* 35. 393. 742). *Constat membranis* 189, *folii minoris, eleganter scriptis saec. XII; quibus adsuta habentur tria vel quattuor folia recentiora, rebus theologicis referta. Rubricae vel desunt, vel recentiores sunt; glossae rarae, ad verborum significationem plerumque spectantes, quarum specimina habentur*

71) Cfr. etiam Legg. Tom. I. praef. pag. XXXV. Tom. II. pag. 40—42. 72) Anschütz Lombarda-Commentare praef. pag. XVIII; cfr. Merkel Memorie p. 44. Archiv X, 367. 383. XI, 230. 73) Non recte saeculo XV idem tribuitur Archiv VI, 99. 74) Cfr. Bethmann, Archiv X, 411. Monum. SS. T. V. pag. 64. 75) v. c. ad I, 16, 8. I, 25, 65. Beneventanum iudicem fuisse, cuius nomen circa annum 1140 saepe in Beneventanis documentis legitur, recte suspicatus est Merkelius Geschichte pag. 63. Memorie p. 48. In glossis Brancatianis ad librum Papiensem scriptis Persici et Walfredi nomen Boretius non invenit; vide supra pag. XCIV—XCVI. 76) v. c. ad I, 25, 5. 77) Ad I, 6. c. 4: *hec lex correpta est hodie per regem roḡ., ideo quia tali pena tenetur quis pro cauda equina.* Vide leges Rogerii tit. XXXIV, p. 11. 29 ed. Merkelii: *Quid enim absurdius, quam aequa lance pensari, ubi iumenti cauda decerpitur* [Roth. 338], *et ubi honestissimi viri barba depilatur* [Roth. 383]? 78) Meminerunt huius codicis etiam Savinius Geschichte des Röm. Rechts III, 211. not. *a.* III, 510. not. *b.* Wachler Thom. Rehdiger pag. 34. Lindenbrogium hoc codice usum esse, Merkelius suspicatus est. 79) non XII, ut Archiv V, 301 dictum erat. 80) Monum. Legg. II, 243—245.

Archiv VII, 782. 783[81]. *Codicem obiter inspexerunt Haenelius anno* 1826, *et Pertzius*[82].

29) *Codex* Londiniensis, *Lambethianus* 39, 1, *in fol.*, *quem saeculo decimo quarto negligenter scriptum esse Haenelius refert. Desinit in titulo* de prescriptis cum die vel mense missis *(III*, 38*); sed duobus tantum libris eum constare, male ab Anglis relatum est*[83]. *Adhaerent Bartholomaei Brixiensis quaestiones dominicales*[84]. *Olim* Iohannis Leth, ecclesiae Lanth. in č. Glouc *fuisse dicitur.*

30) *Codex* Thorpii, *olim Ducis de* Cassano-Serra *Neapolitani*, *cuius libri typis impressi partim a Spencero viro nobili Angliae*, *partim a Salvio librario Romano anno* 1823 *empti sunt*[85], *libri vero manuscripti anno* 1828 *Londinii publica auctionis lege venditi sunt*[86]. *Codicem Lombardae a Thorpio pretio octo sterlingorum emptum esse*, *Haenelius tunc compertum habuit; reliqua ignoramus.*

V. Codices incerti vel deperditi. §. 5.

1) Boherianum *codicem*, *a quo princeps Lombardae editio anno* 1512 *manavit*, *Parisiaco* 4566 *et Turonensi (supra p. CV) similem fuisse ideo dicendum est*, *quia Lombardam cum Iuliani novellarum libro coniunctam exhibuisse videtur*[87]; *praeterea huius codicis vitio accidisse videtur*, *ut libri II. titulo* 21 *falsa lex* 23 *insereretur:* Si quis a convenientia *rell.*, *quae ad Expositionem libri Papiensis potius pertinet*[88].

2) Heroldum, *cum anno* 1557 *Edictum ederet*, *Lombardam etiam consuluisse*, *iam supra pag. XXXIX monuimus. Sed sola Boheriana editione usus esse videtur*, *cum spuriam legem*, *de qua modo dixi (not.* 88*) repetat.*

3) *Codicum a* Lindenbrogio *inspectorum numerum ignoramus; sed non minus quam tres fuisse*, *ex nota ipsius ad Lomb. III*, 40. *p.* 1342. *col.* 1. *lin.* 7 *apparet. Unus*, *Parisiacus scilicet S. Victoris* 87, *ipsius Lindenbrogii manu nunc notatus est (vide supra num.* 15*); ceteros pariter inter Parisiacos quaerendos esse crediderim*, *quamvis de Merkelii argumentis*, *qui duos ex istorum numero (Paris.* 4566 *et* 4616, *supra num.* 16. 17*) praenotavit*[89], *et praeterea in Rehdigerano codice (num.* 26*) notas nonnullas Lindenbrogium scripsisse suspicatus est*, *minus certus sim. Muratorium vero errasse*, *cum Hamburgensem codicem legum Langobardorum*, *qui olim Lindenbrogii fuisset*, *extare diceret*[90], *palam est; is enim codex nec Lombardam continet*[91], *nec Lindenbrogio notus erat*, *cum anno* 1613 *legum Germanicarum corpus ederet; lectiones enim variantes*

81) Inter haec invenitur: *homines placentini i. adulatores,* quod infra pag. 622. not. 83 ex codd. Casinensi, Laurentiano et Vaticano repetitur. 82) Cfr. Catalogi librorum manuscriptorum Angliae et Hiberniae. Oxon. 1697. fol. Tom. I. p. 68. Archiv III, 441. VII, 88. 782. 783. 83) Catalogue of the archiepiscopal Manuscripts of the library at the Lambeth-Palace. London 1812. fol.: *leges Langobardorum Regum in unum Codicem collectae et sub suis quaeque titulis distributae libris II. Cod. membr. fol.* 84) Archiv VII, 83. 784. 85) Vide Iter meum Italicum Tom. IV. pag. 50. 86) Catalogue of the very curious, splendid and valuable greek, latin, french and italian Mss. of the late Duke di Cassano Serra. Sold by auction by Mr. Evans. 1828. 8°. pag. 10. num. 136: *Leges Longobardorum. A very ancient manuscript upon vellum, with Glosses and marginal Notes, pointing out by which Sovereign each law was passed.* 87) Cfr. Haubolдum in Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft Tom. IV. p. 143—147. 149. 154. 155, et Savinii hist. iur. Romani T. II. p. 271. ed. II. 88) Vide infra pag. 451 et 630. Idem emblema male retinuerunt Lindenbrogius eodem loco, Heroldus in editione Edicti pag. 239, et Muratorius in editione libri Papiensis, Liutpr. VI, 102. 89) Geschichte des Langobardenrechts pag. 51. Memorie pag. 27. 90) Muratori SS. rer. Ital. Vol. I. Part. II. pag. 7. Deceptus fuit vir doctissimus iis, quae a Fabricio in Bibl. Lat. pag. 434, sive pag. 841 ed. 1708. 8° referuntur; cfr. eiusd. suppl. ad Bibl. Lat. 1712. pag. 223. 91) Vide, quae de hoc codice, olim Corbeiensi, notantur Archiv VI, 473. Monum. Legg. I, 265. 266. III, 6.

eiusdem codicis postea tandem margini libri sui typis impressi ipsum Lindenbrogium adscripsisse, *Pertzius testis est.*

4) Goldastum *etiam*, *qui eodem anno* 1613 *Lombardam edidit*, *codice manuscripto usum esse*, *cum menda quaedam Boherianae editionis corrigeret*, *satis certum est; sed de investigando isto codice nil habeo*, *quod proferam*[92]. 5

5) *Codicem Romanum bibliothecae* Barberinae *olim extitisse*, *catalogi eiusdem bibliothecae a Bethmanno nostro inspecti docent; sed inveniri non potuit*, *cum idem vir sagacissimus*, *nunc nobis morte ereptus*, *istam bibliothecam perlustraret*[93].

Frustra quaesiti sunt codices Havniensis et Nicolsburgensis, *quorum incerta vestigia a Cramero olim indicata fuerant*, *item Patavinus; sed nec Bodleianus codex*, *qui Oxonii sub num.* 3848 *adservatur*[94], *inter Lombardae codices manuscriptos recenseri potest*, *cum collectanea tantum*, *chartis papyraceis inscripta contineat*, *quorum examen Haenelius iam pridem instituit. Idem vir amicissimus in codice Trecensi* 1317 *non ipsam Lombardam*, *sed rubricarum Lombardae indicem se invenisse*, *nuper testatus est*[95]. 10 15

Caput III. De Lombardae libris typis editis.

§. 9. Nicolaum Boherium[96] (Boyer) *Francogallum primum omnium Lombardam cum Iuliani novellarum libro edidisse*, *omnibus notum est*, *quamvis princeps illa editio nunc rarissima sit. Accuratam eius notitiam Hauboldo debemus*[97]. *Annus et locus in libri titulo*[98] *non indicatur; utrumque*, *scil. Lugdunum et annum* 1512, *ex privilegio regis praemisso et typographi*, Simonis Vincentii, *epigraphe cognovimus. Glossis edendis Boherius abstinuit*, *suas annotationes raro inseruit.* 20

Boherii, *sive ut tunc scribebatur* Boerii, *editionem Venetiis anno* 1537 *repeti curavit* Ioannes Baptista Nenna, *Barensis Legumperitus; ita tamen ut Iuliani librum omitteret*, *Lombardam vero glossis* Caroli de Tocco *instrueret*, *adiecto praeterea brevi commentario* Andreae de Barulo. *In ipso Lombardae contextu pauca correxit*, *plura peccavit; librum etiam manuscriptum consuluisse*, *ideo credendum est*, *quia in libri I titulo* 9 *leges Lodoici* 30 *et* 31 *(vide infra pag.* 624. *lin.* 52. *not.* e) *consulto omisisse videtur*[99]. 25 30

Sequuntur non paucae Corporis Iuris civilis editiones, *quibus cum Iuliano*

92) Extitisse quondam dicuntur in publica Bremensi bibliotheca notae manu Goldasti Lindenbrogiano exemplari adscriptae, Wagenseilii ope ad Baluzium transmissae; vid. Falckium in libro: Kieler Beiträge I, 211. Hodie vero eiusmodi exemplar Bremae non inveniri, ex litteris clarissimi viri Kohl, nunc bibliothecae illius praefecti, certior factus sum. 93) Merkel Memorie p. 27. 94) Catalogi bibl. Angliae et Hiberniae. 1697. Tom. I. pag. 179. 259: ex bibl. Iamesii II; cfr. Archiv III, 441. VII, 91. 95) in specimine quinto notarum ad lib. 1—4 codicis Theodosiani, in memoriam Car. Frid. Kregelii de Sternbach edito mense Iulii a. 1863. 96) Non *Marquardum Freherum*, cuius nomen calami fortasse lapsu in Vesmianam praefationem pag. XLIX irrepsit. 97) Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft T. IV. pag. 154. 155. 98) Is ita se habet: *Leges Longobardorum seu Capitulare Diui ac Sacratissimi Carolimagni Imperatoris et Franciae Regis*, *ac Nouellae constitutiones Domini Iustiniani Imperatoris cum praefatiuncula et annotationibus in ipsas Leges et constitutiones nouellas per clarissimum et spectabilem virum Dominum Nicolaum Boherii*, *L. V. interpretem*, *Sacri Regalis Consistorii ordinarium Consiliarium (vcz an sint allegabiles ad caussarum decisionem et ligent omnes an solum Lombardos) editis nusquam impressae. Cum privilegio Regio.* Forma libri ea est, quam octavam dicimus. — Huius vel sequentis editionis exemplar, notis P. Pithoei illustratum, olim extitisse scimus; nam ipse Pithoeus hunc librum post mortem suam eorum curae specialiter commendaverat, ad quos post mortem suam bibliotheca sua perventura esset. Nihilominus nullum eiusdem libri vestigium nunc superesse videtur; cfr. Boivin Vita Pithoei pag. 96. 99) Plura de hac editione notantur in Miscellaneis Lipsiensibus novis, Vol. VIII. pag. 700—715. 35 40 45 50

et Brachylogo[1] *etiam Lombarda, vel cum vel sine glossis, inserta invenitur, quamvis aliae non desint, quae omissa Lombarda solum Iulianum et Brachylogum exhibeant. Invenitur Lombarda:* A) *in* Pardulphi Prateii *editionibus Lugduni paratis (in forma folii integri) anni* 1562. 1567. 1575. 1580. 1585; B) *in Venetis* Iuntarum *editionibus (formae quadratae) anni* 1592. 1598. 1606. 1621[2]; C) *in quibusdam exemplaribus editionis a* Baudoza *curatae, annis* 1593. 1600. 1614 *(?) novis titulis praemissis propositae, ita tamen, ut Lombarda, titulum anni* 1600 *ferens, et diversis typis impressa*[3], *in multis exemplaribus desideretur*[4]. *Omnes vero istae editiones in eo concordant, quod Boherianas simpliciter repetunt, Baudoziana non excepta, quamvis in ea de vetere libro ms. quaedam simulari videantur.*

Aliter duae editiones se habent, quae uno eodemque anno 1613 *Francofordiae in lucem prodierunt:* Lindenbrogii[5] *et* Goldasti[6]. *Uterque editor Boherianam emendare sibi proposuerat; sed de Goldasto quid ipse finxerit, quid libris manuscriptis debeatur, minus certi sumus*[7]; *Lindenbrogium sincerius egisse, nemo ignorat*[8]. *A glossis edendis uterque abstinuit.*

Eodem fere tempore L. P. Augustinum Faustinum, *virum mihi prorsus ignotum, de Lombarda denuo edenda cogitasse legimus*[9]; Schilterum *etiam novam editionem parasse Nicolaus Wilckens, archivi Hamburgensis quondam praefectus, auctor est*[10]; *sed neuter eorum rem peregit.*

Nobis ea sola ex Lombarda edenda erant, quae nova et propria in ea exhibentur: rubricae scilicet titulorum et singularum legum series; nam variantes ipsarum legum lectiones ex libro Papiensi satis cognosci possunt.

Caput IV. De libello, qui Origo gentis Langobardorum *inscribitur, et de chartarum speciminibus adiectis.*

§. 10. *Inter codices Edicti Langobardorum, quos supra enumeravimus, duo sunt: Matritensis et Cavensis (num. VIII. IX, pag. XXVII—XXXIV), qui Prologo Rothareni regis* Originem gentis Langobardorum *praemittunt; brevem scilicet commentarium, qui etiam in Mutinensi Concordiae codice (pag. XL—XLII) repetitur. Simile denique* chronicon *legitur in codice Gothano (num. XI,*

1) De hoc vide accuratissimas amici ac collegae mei Böckingii notitias editioni a. 1829 praemissas. 2) Cfr. doctissimus Bieneri liber: Geschichte der Novellen Iustinians. 1824. pag. 387—419. 3) Titulus huic speciali libello praemissus hic est: *Veteres renovatae Longobardornm leges, tribus libris distinctae, adiectis clarissimorum ICtorum Caroli Cotti Siculi et Nicolai Boerii Galli glossis, scholiis, variis lectionibus, aliisque observationibus ex vetere Ms. desumtis. Subiecti sunt postremo Andreae de Barulo commentarii. Lugduni MDC.* Sunt qui annis 1603 et 1614 eundem librum editum esse dicunt; de quo certius nil affirmare possum. — De Taurinensi etiam editione, quam heredes Bevilaquae curaverunt a. 1576, incertum videtur an Iuliano et Brachylogo Lombardam coniunctam exhibeat necne; cfr. Biener l. c. pag. 407. Böcking l. c. pag. CVI. 4) Spangenberg Einleitung in das Römisch-Iustinianeische Rechtsbuch 1817. pag. 855. 861. 869. Separata etiam exemplaria huius Lombardae extare, catalogus bibliothecae Croppianae anno 1834 venditae p. 36 docet. 5) in Codice legum antiquarum, Francofurti 1613, fol. pag. 509—690 et 1337—1342. 6) in libro: *Collectio consuetudinum et legum imperialium studio V. N. Melchioris Goldasti Haiminsfeldii,* fol., ubi p. 11—101 Lombarda specialiter inscriptum habet: *Lombarda sive leges Longobardorum per imperatores ac reges Romanos sancitae, atque in unum corpus congestae a Petro Diacono Cassinensi S. Rom. Imperii per Italiam Logotheta, Exceptore, Cartulario et Capellano;* addito in margine *anno Christi* 1140. In *discursu prolegomeno* quaedam de usu, auctoritate et praxi legum Longobardorum ipse Goldastus praemisit. 7) Cfr. supra pag. XCVIII. CX. 8) Cfr. supra pag. CIX. 9) Ex Pignorii epistolis pag. 211 haec verba ad Faustinum scripta referuntur: *Editionem, quam iugiter ornas legum Longobardicarum, nos omnes avide opperimur, vir praestantissime;* vid. Wilckens in commentario anonymo: Leben der berühmten Lindenbrogiorum. Hamburg 1723. 8°. pag. 52. 10) Wilckens l. c.

supra pag. XXXVII—XXXIX), quod cum Origine edidimus (infra pag. 641—647*). Ipsam vero* Originem *vel a Paulo Diacono laudari videmus, historiae lib. I. cap.* 21, *his verbis:* Eodemque tempore Wacho super Suevos irruit, eosque dominio suo subiugavit. Hoc si quis mendacium, et non rei existimat veritatem, relegat prologum Edicti, quem rex Rothari de Langobardorum legibus composuit, et pene in omnibus hoc codicibus, sicut nos in hac historia, scriptum repperiet. *Quae quidem verba longae disceptationis causa inter Bethmannum nostrum et Vesmium fuerunt. Nam a Vesmio ita intelleguntur, ut Rotharenem etiam* Originis, *quam breviter* Chronicon Rotharis *Vesmius appellat, auctorem fuisse contendat; adeo ut contra eorundem codicum auctoritatem rubricam:* Edictum Rotharis Regis *Origini praescribat, verba autem quae in Cavensi Originem sequuntur:* In nomine domini iesu christi. Incipit edictum quem deo iuuante rothari uir excellentissimo rex langobardorum renouauit cum primatos iudices suos, *quaeque cum multis aliis codicibus Cavensi communia sunt, prorsus resecanda esse censeat. Bethmannus vero ita Pauli verba interpretatur, ut* Edicti, quem rex Rothari de Langobardorum legibus composuit, Prologo *iunctam Originem (post Grimualdi regis mortem confectam) codices exhibere dicantur*[12]. *Mihi autem dubium non est, quin in hac controversia Bethmanno potius assentiri debeamus. Paulus enim, cum* de Langobardorum legibus *aliquid composuisse Rotharenem diceret, de hac Origine cogitasse non potest, quae de istis legibus omnino non loquitur. Illud porro, quod de* omnibus pene codicibus *Paulus refert: Originem in iis exhiberi, de iis potissimum codicibus intellegendum est, quos in partibus Beneventi, cum ipse in coenobio Montis Cassini vitam degeret, inspexerat; Beneventani autem tam Matritensis quam Cavensis codex pariter fuerunt, ut supra pag. XXVIII et XXX ostendimus. Sed vel ex his duobus codicibus solus Matritensis* Originem *cum vero Rothareni prologo quodammodo iunxit, Cavensis autem, cum inter utrumque novam rubricam interponat, Vesmii coniecturam potius refellere videtur. Accedit codicis Gothani auctoritas, qui cum quadripertita quaternionum serie constet, Chronicon, ex Origine haustum, in tertia quaternionum serie (fol.* 335—337*) cum lege Romana Wisigothorum arctissime iunctam exhibet, vacua deinde dimidia parte folii* 337' *relicta; ita ut a Langobardorum Edicto, cui in quarta quaternionum serie nova rubrica praeponitur, prorsus aliena appareat.*

Inter reliquos vero codices, a quibus Originem *semper abfuisse scimus, Vercellensem prae ceteris ipse Vesmius recte indicavit; sed Parisiaco etiam* 4614, *ex antiquissimo codice fidelissime exscripto, non levis auctoritas in hac quaestione tribuenda est.*

Quae cum ita sint, monumentum hoc, quamvis pretiosissimum, tamen inter appendices tantum nostrae editionis (pag. 641—646*) ponendum erat. In quo id unum dolemus, quod nonnisi opere iam absoluto desiderio nostro tandem satisfieri potuit, ut certa Cavensis codicis collatione nobis uti liceret, cum post tristem Bethmanni nostri mortem schedas ipsius, Pauli Diaconi librum plene instructum continentes, nacti essemus. Ex quibus hae lectiones Cavenses nunc partim confirmari, partim suppleri possunt:*

pag. 642. *lin.* 46*:* uinnolis *constanter.*
lin. 49*:* tassit „
pag. 643. *lin.* 53*:* uuacco „
lin. 56*:* a gippidos .... iniuria.
pag. 643. *lin.* 58*:* rathecunda.
lin. 59*:* fisut.
lin. 61*:* guisecarda.
pag. 644. *lin.* 51*:* et fairagaldus.

11) Vide Vesmii praefationem pag. LXXI—LXXXII.

12) Archiv Tom. X. pag. 351—361.

pag. 644. *lin.* 56: flodsuinda.
lin. 58: annos quadraginta, *om.* duo.
lin. 63: rauennam, *omissis verbis* mox... gauisus est.
pag. 645. *lin.* 44: absuinda.
ibid. adduxit (*non* duxit).
pag. 645. *lin.* 48. *not. f*: inuita. cum autem bibisset ipsa, mortui.
lin. 49: absoinda.
lin. 54. 55: gualderada.
lin. 57: turingus.
lin. 59: minulfu.
lin. 60: gaidolfum.
lin. 64: a ꝑso lune.

§. **11.** ***Reliqua**, quae ex Gothano, Eporediano, Cavensi, Matritensi, Vaticano codice in Appendicem congessimus, adnotatione non egent. De chartarum vero paucis speciminibus, ex uberrimis documentorum collectionibus, quas Italiae viris doctis debemus, selectis (pag.* 658—661*), id unum monuisse velim: arctissimam cognationem inter leges et chartas Langobardorum constare, nec nisi ex mutua utrarumque comparatione vel has vel illas recte intellegi posse. Quamobrem magno beneficio nos obligatos esse fateremur* Carolo Troyae *Neapolitano, si in copioso libro, quem* codicem diplomaticum Langobardum *appellavit*[14]*, componendo aliter versatus esset. Sed tria sunt, in quibus virum studiosissimum et de historia haldiorum meritissimum, in hac parte peccasse palam est: primum quod chartas post annum* 774 *scriptas, quae longe uberiores et utiliores sunt, prorsus omisit*[13]*; deinde quod magnam legum non solum, sed suarum etiam commentationum molem ipsis documentis, quibus solis opus erat, intermiscuit; denique quod ab impudentissimis falsariis, Dragonio praesertim Cremonensi, se decipi passus est*[15]*. Nam artis criticae Troyam parum peritum fuisse non paucis locis animadverti potest*[16].

Caput V. De novissimis genuini Edicti editionibus.

§. 12. *De* Heroldina *Edicti editione, quae anno* 1557 *prodiit, satis dictum supra pag. XXXIX. XL. Derivandam esse a vetere genuini Edicti codice, palam est, quamquam multa pro more suo ad Lombardae exemplum adfinxerit Heroldus.*

Sed nec de Sigonio *multa dicenda sunt, qui solos regum prologos et epilogos (multis tamen omissis) ex incerto codice, non ipsius Edicti, sed libri Papiensis, anno* 1574 *edidit in libro* de Regno Italiae[17]. *Sigonii etiam schedae, in bibliotheca Ambrosiana Mediolani adservatae,* Horatio Bianchi *praesto fue-*

13) Codice diplomatico Longobardo dal 568 al 774 con note storiche, osservazioni e dissertazioni di Carlo Troya. Napoli 1852—1855. Constat is liber sex voluminibus in forma octava, quae etiam sub titulo: Storia d'Italia del medio evo. Vol. IV, Appendice, Parte I—IV edita sunt. Imperfectus idem liber remansit in forma folii maioris. 14) Usum legum Langobardorum usque ad medium saeculum sextum decimum in regno Neapolitano viguisse, testis est Iulius Ferretus in additionibus ad Bartoli libellum de contrarietatibus iuris Romani et Langobardorum (Venet. 1541. 4°), cuius verba repetit Cancianius in praef. ad leges barbarorum, Tom. I. pag. XV; item Vincentius Maxilla ab Atella in comment. super consuetudinibus civitatis Bari (Patavii 1550. fol.). De qua re iam ante Cancianium plura doctissime retulit Muratorius in editione legum Langobardorum et in dissertatione de legibus Italicorum et statutorum origine (Antiqq. Ital. diss. XXII. Tom. II. col. 233 sqq.); cfr. etiam Türkium, die Langobarden und ihr Volksrecht bis zum Iahre 774. 1835. pag. 241—250. Multa vero documenta ad eam rem spectantia inedita iacere dicuntur in celeberrimo Cavensi S. Trinitatis tabulario; quorum indicem eiusdem tabularii liber Miscellaneus s. v. *Langobardi* exhibet. 15) Vide Waitzium in Göttinger gelehrte Anzeigen 1856. n. 156—159, Theodorum Wüstenfeld in actis academiae Vindobonensis et in Archivio storico Italiano, Tom. X. Parte I. 1859. pag. 68—86, et ipsum Troyam in cod. diplom. I, 586. II, 484. 538. 16) Cfr. e. g. Codice diplom. I, 581. II, 3. 41. III, 153 et corruptae verborum formae *gualapaum, guidrigildo, guargango, cadarfreda,* ab ipso constanter pro genuinis repetitae. 17) lib. II ad a. 643. 668. lib. III ad a. 713. 746. 754. Sigonii liber, qui primum Venetiis prodiit, anno 1580 recusus est Bononiae, anno 1732 Mediolani inter Opera omnia Sigonii ab Argelatio edita.

runt, cum anno 1723 *in notis ad Paulum Diaconum primus integrum Rothareni prologum ederet*[18].

Muratoriana *editio, Scriptorum rerum Italicarum Tomo primo in Parte secunda anno* 1725 *inserta, ita confecta est, ut libri, quem nunc Papiensem vocamus, forma externa ex Estensi Ambrosianoque codice (supra pag. LX. LIII) restitueretur, lectiones tamen Goldastinae, adiecta etiam Concordiae Mutinensis varietate, plerumque retinerentur. Additamenta non pauca ex Mutinensi et Ambrosiano adiici poterant; ex Heroldi vero libro, qui ipsi Muratorio praesto non erat, notabiliora ab* Horatio Bianchi *collecta, Muratorianae editioni supplementi vice praemissa leguntur.*

Muratorianam editionem anno 1738 *repeti curavit* Petrus Georgisch *Halanus, in Corpore iuris Germanici col.* 913—1284, *ita tamen ut Heroldina supplementa suo loco insererentur, Boheriana etiam et Lindenbrogiana Lombardae editio nonnunquam allegaretur.*

Aliter versatus est Paulus Canciani, *cum anno* 1781 *Muratorianum textum in Barbarorum legum antiquarum Volumine primo repeteret: is enim Goldastinis lectionibus Lindenbrogianas substituit, Heroldina vero omnia ad calcem editionis suae (pag.* 240—243*) reiecit. Singulare autem eiusdem libri meritum in eo vertitur, quod Capitularia principum Beneventi, a Muratorio Tomo secundo Scriptorum reservata, Edicto iuncta in prima appendice (pag.* 260—275*) exhibet. Postea, annis* 1783 *et* 1792, *in Volumine secundo et quinto non pauca Cancianius supplevit ex codice Eufemiano (supra pag. LVIII) excerpta, glossas et formulas ad librum Papiensem potissimum exhibentia.*

§. 13. *Ex his, quae modo attulimus, facile est videre, veram veteris Edicti figuram in Muratoriana, Georgischiana et Cancianea editione non repraesentari. Quod de Liutprandinis legibus ideo praesertim dicendum est, quia in sex libros ita divisi exhibentur, ut primi quinque libri singulorum annorum* Voluminibus *aequales sint, in ipsius Liutprandi prologis ita appellatis; in sextum vero librum non solum leges anni duodecimi, quibus sextum* Volumen *vere constabat, sed omnium etiam sequentium annorum leges coniicerentur, quas propriis voluminibus adsignare regis notarius olim supersederat*[19]. *Nihilominus singularum legum numeros ex hac librorum distributione descendentes, cum ab omnibus fere auctoribus repetantur, qui ante Vesmium Langobardorum leges allegaverunt, in notis meis semper indicandos esse credidi*[20].

§. 14. *Genuini Edicti prima vestigia in codice Helmstadiensi detexerunt* Hermannus Conring *et* Paulus Iacobus Bruns, *qui eiusdem codicis lectiones variantes anno* 1799 *edidit (supra pag. XXIII. not.* 73*), eodem fere tempore, quo Cavensis codicis examen, postea typis editum, a* Rozanio *instituebatur (supra pag. XXX). Accedebat Schraderi indicium fragmentorum Turicensium, cum magna merita Ildefonsi ab Arx de codice Sangallensi iureconsultis nostris nondum nota essent (pag. V. VI). Sed gravius fuit, quod* Amedeus Peyron, *vir summe venerabilis atque amabilis, cum codicem Vercellensem (pag. XVI—XXI) examinasset, Germanos Italosque pariter ad iuris Langobardici fontes investigandos excitabat. Sic factum, ut inde ab anno* 1822 *non solum in Archivo nostro de variis Edicti codicibus antea neglectis referretur*[21], *sed ut*

18) Inter Muratorii Scriptores rerum Italicarum Tom. I. P. I. pag. 413. 414. not. 99.

19) Vide quae de hac re supra pag. XXXVI a me notata sunt.

20) In Vesmiana editione quindecim Liutprandi volumina propriis titulis distinguuntur; id enim quod notarius olim neglexerat, editoris industria supplevit. Quod cum ab omnibus libris manuscriptis alienum sit, mihi licere non credidi.

21) Archiv IV, 369 sqq. 481. 485. 497. 500. V, 220—282. 754. VI, 481. VII, 766—787. VIII, 216. IX, 617. X, 351. 355—365. 578. 579. 609—611.

Walterus *etiam, nunc collega mihi coniunctissimus, in Corpore iurisGermanici, anno* 1824 *tribus voluminibus edito, Muratorianum legum Langobardorum librum ad pristinam Edicti formam magis accommodare conaretur*[22].

Inter moras vero, quas nostra editio passa est, renatis in Italia historiae patriae studiis Langobardorum etiam leges a doctis Italiae viris strenue investigari, castigari, edi vidimus; quorum laborum uberrimi fructus hac annorum serie enumerari possunt:

1) *Post annum* 1824 Amedeus Peyron, *qui de codice Vercellensi notata sua mecum communicaverat (supra pag. XVII), totum codicem describi curavit manu Claudii Dalmatii, Taurinensis bibliothecarii; idque apographum Carolo Baudi a Vesme praestitit, cum is vir eximius et Fossatus celebrem de fundorum Italicorum conditione tractatum componerent*[23].

2) *Anno* 1832 Carolus Troya *in Ephemeridibus:* Il progresso delle Scienze, *a Iosepho Ricciardo Neapoli editis, pag.* 104—118 *illas Ratchis et Aistulfi leges, quas liber Papiensis non habet (infra pag.* 183—186. 192—197), *ex codice Cavensi edidit; quarum partem a me anno* 1822 *publici iuris factam esse ignorabat. Sed apographo tantum, Neapolitano fortasse, de quo supra pag. XXXIV dictum est, usus esse videtur, cum a veris Cavensis codicis lectionibus saepe discedat. Repetita est eadem editio annis* 1843[24] *et* 1844[25].

3) *Anno* 1835 *mense Iunio idem vir doctus in ipso Cavensi coenobio totius codicis apographum adiuvante Gamboa confecerat, idque anno* 1838, *Peyronio suadente, Academiae historicae Taurinensi dono dederat*[26]. *Iam vero* Vesmius *eiusdem academiae auspiciis ex duplici apographo, Vercellensi et Cavensi, aliisque subsidiis, quae in promptu erant, textum veteris Edicti composuit, typisque viginti eius exemplaria exprimi curavit, eum solum in finem, ut reliquorum codicum collatio Sangalli, Matriti, Parisiis facilius institui posset*[27]. *Hoc cum factum esset anno* 1839, *post biennium foliis nonnullis alia emendatiora substituta sunt*[28].

4) *Anno* 1843 Amedeus Peyron *cum de codice Eporediano, eodem anno in archivo Canonicorum ecclesiae maioris Eporediensis detecto statim referret, nova atque insperata subsidia editoribus indicavit*[29].

5) *Anno* 1846 *Vesmiana editio* Augustae Taurinorum, e regio typographaeo, *auctior et correctior numero quinquaginta exemplarium prodiit, ita ut emptoribus etiam, quamvis paucissimis, pateret*[30]. *Mihi nunquam hunc librum videre contigit; sed accuratius de eo retulerunt anno* 1847 *et Merkelius*[31] *et ipse auctor*[32]. *Notarum et variantium lectionum apparatus huic editioni adiectus*

22) Vol. I. p. 670—838 et praef. p. XII. 23) Baudi di Vesme e Spirito Fossati sulle vicende della proprietà in Italia dalla caduta dell' impero Romano fine allo stabilimento dei feudi. Torino 1836. 4°. lib. II. cap. IV. p. 142. cap. VII. p. 200. Vesme lettera al Sig. Merkel (vide infra notam 32) pag. 5. 24) Troya storia d'Italia del Medio Evo. Vol. I. Parte IV. Append. pag. 71 sqq. 25) Troya della condizione de' Romani vinti da' Longobardi. Milano, pag. 485 sqq. Haec dissertatio ex historiae libro (not. 24) sumpta est. 26) Vesme lettera l. c. et in praefatione ad Edicta regum Langob. p. LIX. 27) Vide Vesmii praef. p. LX. LXI. 28) Vesme lettera p. 5. 29) Vide supra p. XXI. XXII. not. 65. 30) Libri titulus hic est: *Edicta Regum Langobardorum edita ad fidem optimorum codicum, opera et studio Caroli Baudi a Vesme, ex Curatoribus historiae patriae studiis promovendis. Augustae Taurinorum, e Regio Typographaeo. MDCCCXLVI.* In pagina tituli aversa notatur: *unum e L exemplaribus, quae nondum absoluta editione ad explenda doctorum hominum vota typis mandata sunt Kal. Mart. MDCCCXLVI.* Forma libri folii maioris est. 31) Archivio storico Italiano. Tom. III. Appendice pag. 692—729. 784. 785. 32) Dell' edizione delle leggi Langobardiche publicata per cura della Regia Deputazione sopra gli Studi di Storia Patria, ed osservazioni e schiarimenti sull' articolo del sig. Giovanni Merkel nell' Archivio storico etc. Lettera di Carlo Baudi di Vesme: in Antologia Italiana. Torino, Tom. III. 1847. p. 546—594. 662—686. Easdem paginas sub numeris 1—75 iungit specialis libellus: adiecto titulo: *Estratto dall' Antologia Italiana, Novembre* 1847; cfr. Vesme praef. anni 1855. pag. LX—LXII.

non erat; ipsarum vero legum ceterorumque veterum monumentorum contextum, paucis paginis (5—12. 145—162. 209—212) exceptis, sine ulla mutatione posterior editio anni 1855 *retinuit.*

6) *Eiusdem libri partem,* Memoratorium *scilicet* de mercedibus commacinorum, *non ab ipso Vesmio, sed a doctissimo socio* Carolo Promis *in appendice XI commentario illustratum, idem vir cl. separato libello in forma octava eodem anno* 1846 *edidit, eaque* Ioanni Friderico Neigebaur *prima Germanicae editionis procurandae materia fuit*[33].

7) *Anno* 1847 M. Petit de Baroncourt, *Parisiis in regio Borbonico collegio historiae professor, ad gradum doctoris a facultate litterarum Parisiensi promovendus dissertationem edidit* de regum Langobardorum Ratchidis Aistulfique recentius repertis legibus[34]. *Quas leges e manuscripto codice Cavensi se ipsum transcripsisse et in Galliam anno* 1845 *retulisse auctor contendit. Sed non de vetere codice sensisse eum credendum est, cum omnia prioris Troyani apographi menda repetat*[35]*; ignorantiae praeterea et arrogantiae non pauca specimina dedit*[36]*, nec ullum verbum de iis facit, quae a me et Pertzio iam dudum edita erant, cum ex Walteriano tamen Corpore iuris supplementa nostra Cavensibus istis pseudo-ineditis adiiceret.*

8) *Anno tandem* 1855 *inter historiae patriae monumenta, edita iussu Regis Caroli Alberti ex officina regia Vesmiana editio emendatior atque instructior prodiit: lectionum scilicet varietate notisque criticis adiectis, praemissa etiam praefatione doctissime atque elegantissime scripta. Quem librum meritissima laude tam in Italia quam citra Alpes celebrari vidimus; bono etiam consilio factum videbatur, ut statim ipsarum legum contextum in Germania recudi curaret Neigebauerus tunc Vratislaviensis. Sed typographum solum officio suo satisfecisse dicendum est; auctor ipse summae negligentiae accusandus est, eo magis, quod non unius, sed duarum editionum auctorem se esse simulavit*[37].

§. 15. *Iam vero, ut longae praefationi finem faciam, restat ut ea summatim indicentur, in quibus nostra editio a Vesmiana potissimum differt. Sunt autem haec:*

I. Desunt Vesmianae omnia, quae nostro volumine paginis 205—640 *et* 657—664 *continentur; nobis autem repetendae non fuerunt tres Vesmianae appendiculae, quae sub numero II (col.* 189. 190*: Halensis epitome ex Paulo Diacono*[38]*), num. IV (col.* 197—200*: capitulare Karoli Magni) et num. VI (pag.* 209—212*: inscriptiones Langobardicae septem in Pedemontio repertae*[39]*) adiectae habentur.*

33) Regum Langobardorum leges de structoribus quas C. Baudius a Vesme primus edebat Carolus Promis commentariis auxit, secundum editionem Augustae Taurinorum repetendas curavit I. F. Neigebaur. Monachii, G. Francius (MDCCCLIII). 8°. Cfr. Merkelium in literar. Centralblatt. Lips. 1853. pag. 747. 34) Parisiis, typis Guirardet et Jouast, via vulgo dicta S. Honoré. 35) Cfr. Vesme praef. pag. LVII. 36) Allegantur ad leges Ratchidis (sic declinavit auctor) ex codice *Vercellensi* (p. 20—22), fingitur novum verbum *garathingia* pro summa gasindiorum dignitate et quae similia sunt. 37) Primus libri titulus hic erat: *Edicta regum Langobardorum quas* (sic) *comes Baudi a Vesme in genuinam formam restituit. Secundum editionem Augustae Taurinorum repetendas* (sic) *curavit I. F. Neigebaur. Cum appendice: regum Langobardorum leges de structoribus. Monachii, sumptibus et typis Georgii Franz. MDCCCLV.* Praefatus tunc editor erat Idibus Maii eiusdem anni; sed Kalendis Iuliis sequentis anni, titulo purgatiore substituto, quo *secunda editio* prodire praedicabatur, variantes etiam codicis Gothani lectiones se adiecisse gloriatus est. Omnis autem res eo redit, quod adiectis ex Vesmio paginis 131—158, quibus etiam Chronicon Gothanum (infra p. 641) ex editione Ritteriana continebatur, eiusdem chronici veriores lectiones ex ipso codice pag. 135 notatae inveniuntur. 38) Cfr. Bethmann, Archiv X, 365. 366. 39) Ex his titulis sepulcralibus nomina sola regum hic inserere liceat:

II. Magna etiam inter ea, quae utraque editione continentur, differentia in subsidiis criticis antiquo Edicto restituendo adhibitis deprehenditur. Nobis enim post longas moras omnium undecim codicum, qui praeter Heroldi editionem supersunt, lectio praesto fuit; Vesmio non nisi quattuor codicum: Vercellensis, Eporediani, Cavensis et Matritensis, perpetuis collationibus uti licuit; quibus accesserunt maior pars codicis Sangallensis et selectae quaedam lectiones ex codicibus Vaticano, Guelferbytano et Parisiacis A *et* B. *Helmstadiensi autem et Gothano codice omnino Vesmius caruit, ita ut chronicon, quod Gothanum nunc dici solet, ex Ritteri praefatione ad Theodosianum Codicem ei repetendum esset.*

Sed nec in iis, quae Vesmio mihique communia fuerunt, variantium lectionum apparatus exacte inter se congruunt; quod nemini mirum videbitur, qui in eiusmodi rebus diu versatus est. Sane in Vercellensi codice Vesmianas lectiones meis verisimiliores esse, ingenue concedo, cum in editoris manibus celeberrimus iste codex diu versatus sit, quem mihi paucorum tantum dierum spatio inspicere licuit; ideoque Vesmianas lectiones Vercellenses quotiens a nostris differunt, singulariter notare non neglexi. In Sangallensi[40] *vero et Eporediano codice*[41] *nostras lectiones longe veriores esse certum est; immo in Vercellensi etiam codice Vesmium nonnunquam errasse, probatur e. g. Liutprandi capitibus* 49. 50. 66[42]. *In Cavensi denique codice Pertzianam collationem praeferendam esse Troyano apographo, quo Vesmius usus est, docemur e. g. Roth.* 16[43], *Liutpr.* 18[44].

III. Tertia utriusque editionis differentia in aestimanda singulorum codicum auctoritate consistit. Nam Vesmio Vercellensis codex omnibus aliis praeferendus videbatur; mihi in Edicto Rothari codex Sangallensis, in Liutprandi reliquisque legibus non raro Parisiacus B *primum locum obtinere visus est; nec Vaticanum, quamvis ab imperito scriptore confectum, recte Vesmium sprevisse arbitror. Nihilominus nec ea nunc retractasse velim, quae a me ipso, cum nec Sangallenses nec Parisiacae lectiones mihi notae essent, in laudem Vercellensis librarii dicta sunt*[45]*; id vero nunc contendo, librarium illum antiquae linguae Langobardorum parum gnarum fuisse, et ne Latinum quidem sermonem, quo Rothareni atque Grimowaldi iudices uti solebant, semper recte intellexisse*[46]. *Sed de latinitate Langobardorum plura propriis commentariis prolaturum me esse spero, si Deo iuvante vita suppetet. Vercellensem autem librarium suo etiam Marte quaedam ordinasse, singularum legum Liutprandinarum numeri, nec a Vesmio repetiti, probare videntur*[47]*; quo magis meo iure me uti mihi videbar, cum duo illa vel tria capita, quae post legem Liutprandi* 138 *Vercellensis codex sub numeris* 535 *et* 536 *exhibet, ab ipso Edicto separata inter Extravagantes edi curarem*[48].

Sed haec hactenus, ne de aliorum meritissima laude quidquam studiose

sub rege adlouual ...(num. 2); ***regnante dmn̄ nostro rothari rege*** (num. 4); ***reg. dom aripert*** (num. 5); ***regnante dmn̄ nō grimouualdo rege*** (num. 6); ***regnante u. gl. cunincpert*** (num. 7). Quintum titulum non recte Vesmium explicasse crediderim: ***regni domni ariperti;*** malim: ***regnante domino aripert.***

40) Verba codicis Sangallensis spuria a Vesmio inserta Ro. 360***: et ille qui pulsatur,*** ideo tacite omisimus, quia iam in ipso codice punctis deleta inveniuntur.

41) De Eporediano cfr. infra pag. 650. 651.

42) In capite 66 Vesmius habet: ***sed nec libertatem suam habeant,*** nulla lectionis varietate notata. Sed verbum ***nec*** recte abest tam a Vercellensi quam ab Eporediano Vaticanoque codice.

43) Rubricam ***rairaub*** omittunt Troya et Vesmius, quam adesse testatur Pertzius.

44) Vide infra p. 115. lin. 61.

45) Archiv V, 239. Vesme praef. p. LXIII.

46) Exemplum habes in verbo ***idoneare,*** pro quo Vercellensis librarius nonnunquam scripsit ***aduniare*** (Ro. 2. 9) vel ***iurare*** (Ro. 345); item in verbo ***confabulatus*** (Ro. 362), pro quo Vercellensis habet ***confamolatus.*** Cetera vide supra pag. XXI.

47) Vide supra pag. XX. XXXVI. XXXVII.

48) Vide infra pag. 169. 180. 181.

detraxisse videar. Neigebauriano vero opusculo, Vesmianae laudis omnino expertí, quo tamen iuris studiosi interim carere non poterant, aliam minoris formae editionem me brevi substituturum esse polliceor.

Gratias nunc ago Pertzio amico et b. Knustio, quorum auxiliis Cavensis et Matritensis codicis lectiones iam pridem nactus eram; gratias b. Merkelio, 5 *qui praeter Mutinensis et Helmstadiensis codicis collationes amplissimum etiam in Lombardam apparatum societati nostrae reliquit, nec minus Anschützio, qui notata sua tam de Graeca Edicti versione, quam de Parisinis Lombardae codicibus liberalissime in nostrae editionis usum commodavit. Maxime vero praedicanda mihi sunt auxilia Alfredi Boretii, qui non solum utrumque Pari-* 10 *siacum Edicti codicem nuper contulit, sed ingentem omnium variantium lectionum molem primus composuit, indicis etiam partes ad librum Papiensem spectantes praeparavit, meque in omnibus, quae mihi ipsi reservanda erant, monendo saepe adiuvit.*

Dabam Bonnae die 8. mensis Iunii 1868. 15

FRIDERICUS BLUHME.

AD PRAEFATIONES ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. XI. lin. 17 *verb.* demonstravit *adde:* adeo ut leges a se ipso latas anteriori edicto Liutprandus adscriberet (L.i. 118). *ibid. lin.* 35. *col.* 1. *not.* 17. *adde:* prolog. a. V. *ibid. lin.* 37. 38. *col.* 1. *adde:* Ratchis et Ahist. in prologis. Ahist. c. 7. 9. *ibid. lin.* 37. *col.* 2. *not.* 22*:* Annis 988. 1077. 1124 Langobardorum regum Edictum allegant instrumenta Salernitana a 20 Blasio edita pag. IX. XXXII. XL. XLII. CXXIV. — *pag. XVI. lin.* 22*:* Roth. 369 pro *morth* codex Sangallensis habet *morh.* — *pag. XXIII. lin.* 11*:* 49 *adde:* 101. 114. *ibid. lin.* 22*:* tam *corrige:* tum. — *pag. XLV. lin.* 44*:* non pauca *corrige:* complura. — *pag. C. lin.* 50. *col.* 1. *adde:* Codex Paris. 4614, quamvis tribus libris divisus, tamen libro tertio numerum IIII adscriptum habet.

I.

EDICTUS LANGOBARDORUM,

EDENTE FRIDERICO BLUHME ICTO.

IN NOMINE DOMINI[a.b] INCIPIT EDICTUM, QUEM[c.d] RENOVAVIT[1] DOMINUS 5 ROTHARI[e], VIR EXCELLENTISSIMO[f.g], REX GENTI[h] LANGOBARDORUM[d.i] CUM[k] PRIMATOS[l] IUDICES SUOS[l].

INCIPIT[a] PROLOGUS[a].

Ego[b] in Dei[c] nomine Rothari[d], vir excellentissimus[e] et[f] septimodecimum[g.h] rex gentis Langobardorum[g.i] anno[k] Deo propitiante[l] regni mei *octabo[m], aetatisque[n] tricesimo[o.q] octabo[p.q], *Epor.57'. 10 indictione[r] secunda, et post adventum[s] in[t] provincia[u] Italiae Langobardorum[i], ex quo, Alboin[v] tunc temporis[w] regem[x] precedentem[y] divina potentia, adducti sunt, anno[z] septuagesimo[a] sexto[b] feliciter[a.c]. Dato[d] Ticino in palatio[d].

Quanta pro subiectorum nostrorum commodo[e] nostrae[f] fuit sollicitudinis[g] cura, et[h] est, subter[i] adnexa[k] tenor[l] declarat; precipue[m] tam[n] propter adsiduas[o] fatigationes pau- 15 perum, quam etiam[p] superfluas[q] exactiones ab[r] his[r] qui maiore[s] virtute[t] habentur[u]; quos[v] vim pati cognovimus[w]. Ob[x] hoc considerantes[y] Dei omnipotentis[z] gratiam[a], necessarium[b]

Inscriptionem exhibemus e codd. Eporediano (3) fol. 57, *Vaticano (5) fol.* 1, *Guelferbytano (6) fol.* 1', *Cavensi (9) fol.* 5, *Gothano (11) fol.* 338. *Abest a cod. Matritensi (8) fol.* 5, *et Parisiaco* B *(10) fol.* 1. *Periisse cum ipso prologo videtur in codd. Sangallensi (1), Vercellensi (2), Helmstadiensi (4), Parisiaco* A *(7) et Heroldino (12). Vide not.* 1. a) In 20 nom. dom. *om.* 6. 11. b) et saluatoris nostri Iesu Christi *add.* 5; Iesu Christi *add.* 9. c) quod 5. 11. d) quem deo iuuante rothari uir excellentissimo rex langobardorum renouauit 9. e) rotharius 11. f) uir exc. *om.* 6. 11. g) excellentissimus 5. h) gentis 5. 11; *deest* 6. i) longob. 11. k) una cum 6. l) primatis iudicibus suis 5; suis optimatibus et iudicibus 6. — *Inscriptionis loco Heroldus haec confinxit:* Incipiunt leges Longobardorum, quas Rotharis rex, sola memoria et usu retinebat, et composuit, iussitque Edictum appellari. Anno septuagesimo septimo, ex 25 quo Longobardi in Italiam uenerant.

Prologus e codd. 3. 5. 6. 8—11; *periit in codd.* 1. 2. 4. 7. a) *sic* 3; incipit argumentum 5; item prologus 6; *desunt* 8—11. b) Ego *om.* 10. c) omnipotentis *add.* 9. d) Hrotharit 10. e) rex *add.* 3. 9. f) et *om.* 5. 6. g) rex gentis langobardorum septimus 5. h) *sic* 3; septimus *et in marg.* decimus 6; decimus septimus 8; septimodecimo 9; septimus decimus 10. 11. i) long. 8. 11. k) annuente 3. l) propitius 9. m) octauo 5. 6. 10. 11. 30 n) etatique 5; aetatisque tric. oct. *om.* 10. o) tricessimo 3; tricesima 11. p) octaua 11. q) XXXVIII. 5. 6. r) indictio 9. s) aduento 3. t) ipsa *add.* 11. u) prouintiam 10. v) albuin 5. 8; albuinus 11; abalboin 6. w) tempore 8; temporibus 9. x) *sic* 3. 5. 10; rege 6. 9. 11; reges 8. y) *sic* 3. 10; procidentem 5; precedente 6. 11; precedentes 8. 9. z) annos 8. a) sept. sext. fel. *om.* 5. b) secundo 8. c) felicis 9. d) *sic* 6. 9. 10; datu ticinum in palatio 8; et aput ticinum in palacium 11; *desunt haec verba in* 3. 5. e) *sic correximus e codd.* 3. 5 35 *lectione:* quomodo; comoda 6; commoda 9—11; commodis 8. f) ad nostrae 3. g) sollicitudini 8. h) id 6. 9; *deest* 5. i) supter 8. k) *sic* 3. 6. 10; anexa 5; annexa 8; adnixa 9; adnexus 11. l) tinor 9; que nos 5. m) precipuis 3; precipuet 9; *deest* 5. n) tamen 6. o) assiduas 8—11. p) propter *add.* 11. q) superfluae 9. r) ab his *om.* 6. s) *sic* 3; maiorem 5. 9; maiori 6; maiores 8; maiora 11. t) uirtutem 5. 9. u) habent 5; habere noscuntur 9. v) quomodo 9. w) cognoscimus 10. 11. x) Ab 9. y) considerante 9. z) *deest* 6. a) mise- 40 ricordiam 5. 9; misericordia 6. b) et nec. 5.

1) *quem renovavit]* Extabant enim iura Rothariano edicto antiquiora; de quibus corrigendis, renovandis atque emendandis ipse rex agit in prologo, item cap. 74: *maiorem conpositionem posuimus, quam antiqui nostri*, et cap. 364: *haec nos moverunt presentem corregere legem et ad meliorem statum renovare*, denique cap. 384: *inquirentes antiquas leges patrum nostrorum, quae scripte non erant.*

esse prospeximus[c] presentem[d] corregere[e] legem, quae[f] priores[g] omnes[h] renovet[i] et emendet[k], et[l] quod deest[m] adiciat[n], et quod superfluum[o] est abscidat[p, 2]. In[q] unum[r] previdimus[s, t] volumine[t, u] conplectendum[v], quatinus[w] liceat unumquemque[x] salva lege et iustitia[y] quiete vivere, et propter opinionem[z] contra inimicos laborare, seque[a] suosque defendere fines[b].

Tamen[c] quamquam haec ita se habeant, utilem[d] prospeximus propter[e] futuris[f, g] temporis[g, h] memoria[i], nomina regum antecessorum nostrorum, ex quo in gente[k] nostra[k] Langobardorum[l] reges nominati[m] coeperunt[n] esse[n], in quantum[o] per antiquos homines didicimus[p], in[q] hoc[r] membranum[s] adnotari[t] iussimus[u].

Fuit[a] primus[b] Agilmund[c, d] rex[d, e] ex[f] genere Gugingus[g].
Secundus[h] Lamisio[i].
Tertius[h] Leth.
Quartus Geldehoc[k], filius[l] Leth[l].
Quintus Godehoc[m], filius[n] Geldehoc[n, o].
*Epor. 58. *Sextus Claffo[p], filius Godehoc[m].
Septimus Tato[q], filius Claffoni[r]. Tato[s] et Winigis[t] filii Claffoni[s, u].
Octabus[v] Wacho[s, w], filius[x] Winigis[y], nepus[z] Tatoni[a].
Nonus[b] Waltari[c].
Decimus[d] Audoin[e] ex genere Gausus[f].
Undecimus[g] Alboin[h], filius[i] Audoin[i], qui exercitum[k] ut[l] supra[m] in[n] Italia[o] adduxit.
Duodecimus[p] Clef[q] ex[r] genere Beleos[r, s].
Tertius decimus[t] Authari[u], filius Clef[v].
Quartus[w] decimus[w] Agilulf[x] Turingus[y] ex genere Anawas[z].
Quintus[a] decimus[a] Adalwald[b], filius Agilulf[c].
Sextus[d] decimus[e] Arioald[f] ex[g] genere Caupus[h].
Septimus decimus[i] ego[k] in Dei nomine qui[l] supra Rothari[m] rex, filius Nanding[n] ex[o] genere Harodus[p].

c) perspex. 6. 8. 11. d) praesente 8. e) coere 5; corrigere 6. 8—11. f) quam 3; quem 9. g) prior 6. h) homines 3. 9; et *add.* 6. i) renouauit 9; renouat 11; renouent 10. k) emendat 11; emendent 9. 10. l) et *om.* 5. 8. m) est 3. n) adiciam 5. o) superfluus 3. p) abscedat 3; abscidatur 5; abscidant 9. q) et in 11. r) uno 8. 10. 11. s) prouidemus 3; prouidimus 5. 11. t) uolumine praeuidimus 8. u) uolumen 5. 6. v) conplendum 8; conplectendam 9; conplectendo 10. 11. w) *sic* 3. 11; quatenus *rell.* x) *sic* 3; unicuique *rell.* y) iustitiam 3. 9. z) obpinionem 5. a) sequens 9; se 11. b) *deest* 8. c) Tammen 5. d) utile 8. 11. e) pro 6. f) futuri 9—11. g) fut. temp. *om.* 8. h) temporibus 6. i) memoriam 8—11. k) gentem nostram 9. 11. l) longobardorum 8. 11. m) nomina 10. n) esse coeperunt 6. 10. o) quanto 5. p) dedicimus 3. q) et in 8. r) hac 8. s) membrano 5. 8; membrana 6; menbrano 10. t) annotari 8; a notario 5; ad notarium 9. u) iussimus fieri 5; adfigere iussimus 9; fecimus 10.

Regum Langobardorum seriem hic e codd. 3. 5. 6. 8. 9. 10 *eruimus: cod.* 11 *pluribus locis perturbatam et longius productam eam exhibet, quare separatim eam sub prologi fine edidimus. — In cod.* 9 *huic indici regum praefigitur inscriptio:* Item nomina regium istius. a) itaque *add.* 6. b) ergo *add.* 8. c) agelmund 6; acilmund 10; agilmunt 11. d) rex agilmund 9. e) rex *om.* 8. 11. f) ex *om.* 11. g) *sic* 8. 11; gunzingus 3; gugingus 5; cugingus 6. 10; gugintus 9. h) *in cod.* 3 *numeri* secundus, tertius *rell. omittuntur.* i) lamissio 6. 11; iamisso 8; lamnisso 9; laamisio 10. k) *sic* 3; geldoch 5; childeoch 6; kildeoch 10; frildehoc 8; sildehoc 9. l) filius leth *om.* 3. 5. m) godioch 6; godeoch 10; godihoc 9. n) fil. Geld. *om.* 5. 8. o) *sic antea* 3, *hoc loco* zeldehoc; childeoch 6; hildeoch 10; scildehoc 9. p) gaffo 3; flaffo 10. q) tatto 3. r) gafoni 3; clafonis 5. 6; glaffoni 10. s) Tato et uuin. f. claff. *om.* 5. 9—11; *in cod.* 8 *coniunguntur eadem cum sequentibus hoc modo:* octabus tato et unichis filii claffonis uacho *rell.* t) unichis 6. u) gafoni 3; claffonis 5. 6. v) octauus 5. 6. 10; octabo 9. w) guaccho 9; uuacco 10. x) filio 9. y) uuinichis 6; unegis 10; unichis 5. 8. 9. z) nepos 6. 11. a) tatonis 6; nep. tat. *om.* 10. b) nono 9. c) gualtari 8. 9; uualthari 10; autarich 5. d) decimo 9. e) authari 9. f) causus 5; gaisus 9. g) undecimo 9. h) albuin 5. 8. i) uel alduin 9; *desunt* 6. k) exercito 3. l) ut *om.* 5. m) dictum est *add.* 6. n) in *om.* 5. o) italiam 5. 6. p) duodecimo 9. q) clep 5. 10; cleppeo 8; cleph 9. r) ex gen. bel. *om.* 9. s) belleos 5; ueleos 8; belehos 10. t) tertiodecimus 9. u) autarich 5; hautari 6; autari 8. v) clep 5. 10; chep 9; clephonis 8. w) quarto decimo 9. x) aginulf 3; agilluf 5; agiluth 9. y) uricus 5; thoringus 9. z) *sic* 5; anauuam 3; anauuand 6; anauai 9; anaus 8. a) quinto decimo 9; quintodecimus 8. b) *sic* 3; adaluual 10; adaliuald 5; adalouuald 6; adoguald 9; auduald 8. c) aginulf 3; agiulf 5; agilulfi 6; agiluph 9. d) sestus 5; sexto 8. 9. e) decimo 9. f) *sic* 3; ariouuald 6; ariuald 8; arigald 9; aruald 5; hariuuald 10. g) de 5. h) campus 5; gaupus 6; gaufus 8. i) sedecimus 3; septimodecimus 8. k) ergo 3. l) qui *om.* 5. m) rothar 5; Hrotharit 10. n) nandig 5. 9; nandinig 10; nandoin 6. o) ex gen. . . . . . . fil. *om.* 5. p) *sic* 3; harodos 10; arodus 9; arodos 6; arizoni 8.

2) *quae priores . . . . abscidat]* Hunc locum is, qui Liutprandi praefationes octavo saeculo confecit, male intellexisse videtur, cum non *priores omnes* scil. leges, sed *priores homines* nominari crederet, h. e. *principes successores*, quibus futuram iubendi et superflua resecandi potestatem rex Rothari reservasset. Quae nos movere non potuerunt, ut cum Vesmio vitiosas Cavensis Vaticanique codicis lectiones commixtas in contextum reciperemus.

Nanding[q] filius[o] Nozuni[r], Nozu[s] filius Alamund[t], Alamund[u] filius Alaman[v], Alaman[w] filius Hilzuni[x], Hilzo[y] filius[z] Weiloni[a], Weilo filius[z, b] Weoni[c], Weo[d] filius Frochoni[e], Frocho[f] filius Fachoni[g], Facho[h] filius Mammoni[i], Mammo filius Obthora[k].

[Capitula edicti Rothari.][a]

[Ex codice Eporediano fol. 58 med.]

1. ***Si quis contra animam regis cogitaverit.***
2. ***Si quis cum rege de morte alterius consiliaverit.***
3. ***Si quis foris provincia temptaverit.***
4. ***Si quis inimicus intra provincia invitaverit.***
5. ***Si quis scamaras celaverit.***
6. ***Si quis in exercito seditionem levaverit.***
7. ***Si quis contra inimicum suum pugnandum collegam.***
8. ***Si quis in convento scandalum comiserit.***

[fol. 58'.]

9. ***Si quis hominem ad regem incusaverit.***
10. ***Si homo liber in alterius morte consiliaverit.***
11. ***De consilio mortis.***
12. ***Si plures homines homicidium fecerint.***
13. ***Si quis dominum suum occiderit.***
14. ***De morte.***
15. ***Si quis sepultura ruperit.***
16. ***Si quis hominem in flumen invenerit.***
17. ***Si quis ad regem venire festinat.***

[Ex codice Vaticano fol. 2 in fine.]

Explicit nomina regum. Incipit capitula ad inquirendum.

1. *Si quis contra animam reis consiliaverit.*
2. *Si quis cum rege de morte consiliaverit.*
3. *Si quis inimicos intra provinciam invitaverit.*
4. *Si quis foris provinciam fugere tentaverit.*
5. *Si quis scamaras intra provinciam celaverit.*

[fol. 2'.]

6. *Si quis in exercitu sedicionem laverit.*
7. *Si quis contra inimicos pugnandum collegam suum dimiserit.*
8. *Si quis in concilio vel in quolibet conventum scandalum comm̄.*
9. *Si quis quemcumque hominem ad regem ad cusaverit.*
10. *Si quis homo liber in alterius morte consiliaverit.*
11. *Si quis de consilio mortis.*
12. *Si duo aut amplius homines homicidium fecerit.*
13. *Si quis homicidium absconse perpetravit.*
14. *Si quis dominum suum hocciderit.*
15. *De rapwor id est sepulturea.*
16. *De hairaub, hoc est qui hominem mortuum invenerit.*
17. *Si quis ex nostris ad nos tenire voluerit.*

q) nandoin 6. 9; nandinging 8; nandinig 10. r) *sic* 3; nozonis 6; noczoni 9; notonis 5; noc 8; noctzoni 10. s) *sic* 3; nozo 6; noczo 9; noctzo 10; nodo 5; nocazo 8. t) alamundi 3. 6; altamunt 9; adhamund 10. u) alomond 5; altamunt 9; adhamund 10; *deest* 8. v) alamanni 9. w) alamant 9. x) *sic* 3; hilzonis 6; hiltzoni 10; helcionis 5; ilzoni 8; elzoni 9. y) hiltzo 10; elcio 5; ilzo 8; elzo 9. z) *deest* 5. a) *sic* 3; uuehiloni 5. 10; uuechiloni 8; uueloni 9. b) uueiloni.... filius *om.* 6. c) *sic* 9. 10; ueoni 8; uueionis 5; uuehonis 6; uuechoni 3. d) *sic* 5. 9. 10; ueo 8; uueho 6; uuecho 3. e) *sic* 8; frochni 3; freconi 5; fronchononi 10; prochonis 6; procconi 9. f) fronchono 10; freno 5; procho 6; procco 9. g) *sic* 5. 8. 10; facchonis 6; facconi 9; uuachoni 3. h) faccho 6. 10; facco 9; uuacho 3. i) mamoni 5; mammonis 6. k) *sic* 6. 9; obbora 3; ustbora 10; uuifthor 5; ut bet fitbora 8. *In codd.* 8. 9*; sequitur hic clausula edicti finalis (cap.* 388*):* Et hoc generaliter damus *rell. In cod.* 5 *additur:* Explicit nomina regum.

In cod. 11. *fol.* 338 *regum nomina haec sunt:* Fuit I. agilmunt genere gugingus; II. lamissio; III. childehoc; IIII. Gudehoc filius leht; V. Claffo filius gudehoc; VI. tatho filius claffonis; VII. Vuacho filius chunichis; VIII. Vuacho filius unigis nepos tathonis; VIIII. audoin genere gausus; X. alboin filius aidoin (*corr.* auloin). hic alboin primus in italiam cum exercitu uenit; XI. Cleph genere peleus; XII. authari filius clef; XIII. agilulf genere turingus; XIIII. Adroald filius agilulf; XV. Ariuuald genere caupus; XVI. Rothari genere herodus; XVII. Rodoald filius rotharii; XVIII. Aripert; XVIIII. Grimuuald; XX. Perthari. Expliciunt nomina regum.

a) *capitulorum indices omnino absunt a reliquiis codicis Sangallensis (*1*) et Helmstadiensis (*4*). Perpetuos indices tres tantummodo codices habent: Guelferbytanus (*6*), Cavensis (*9*) et Parisiacus* B 4614 *(*10*); nam isti soli Ratchisi etiam Astolfique legibus indices praemittunt. Praeterea Grimoaldi leges indice carent in codice Eporediano (*3*) et Gothano (*11*). Singuli vero indices, utpote a singulis librariis confecti, adeo inter se differunt, ut omnibus inter se collatis, vasta variantium lectionum moles coacervanda nobis fuisset; quamobrem ita potius res instituenda videbatur, ut ex Vercellensi tantum Eporedianoque indice* o m n i a*, quae supersunt, ederentur, reliquorum sola specimina commodo loco intersererentur. - Vaticanum (*5*) igitur et Gothanum (*11*) indicem nunc explendis Vercellensis lacunis in edicto Rothari destinavimus; Matritensem (*8*) in locum deficientis Eporediani ad Grimoaldi leges substituemus; codicem Parisiacum* A 4613 (7) *Liutprandi edictis adiiciendum curabimus, Guelferbytanum denique, Cavensem et Parisiacum* B *Ratchisi Aistulfique legibus reservabimus. Quid autem causae sit, cur ab emendanda codicum scriptura in indicibus capitulorum prorsus abstinuerimus, prolegomena nostra plenius demonstrant.*

[Ex codice Eporediano fol. 58'.]	*[Ex codice Vaticano fol. 2'.]*
18. *Si quis manus armata super quemcumque ad regem venientem iniecerit.*	*de regem venientem se inlẽ* [a].
19. *Si quis cum plures homines in vico intraverit mano armata.*	19. *Si quis pro iniuria sua vindicandam super quocumque manu armata cum exer̃ in uño.*
20. *Si quis ducem suum contempserit.*	20. *Si quis de exercitalibus ducem suum contempserit.*
21. *Si quis in exercito ambulare contempserit.*	21. *Si quis in exercitu ambulare contempserit.*
22. *Si quis ducem suum contempserit ad iusta causa persequendam.*	22. *Si quis de ipso exercitu ducem suum ad iusticiam causam persequendam denegaverit solacium, unus quisque conp̃. regi aut duci suo sol. XX.*
23. *Si dux exercitalem suum molestaverit.*	23. *Si quis dux exercitalem suum molestaverit.*
24. *Si quis gastaldius exercitalem suum molestaverit.*	*[fol. 3.]* 24. *Si quis castaldius exercitalem suum.*
25. *Si quis res suas in exercito requisierit.*	25. *Si quis res suas ab alio exercitu quesierat.*
26. *De uueccho forfin id est orbitaria.*	26. *Si quis mulieri libere aut puelle viam antesteterit.*
27. *Si quis homini libero viam antesteterit.*	27. *Si quis libero homini viam antesteterit.*
28. *Si quis servo vel ancille viam antesteterit.*	28. *Si quis servo alieno aut ancille* [b] *viam antesteterit.*
29. *Si quis messem aut pratum seu qualibet clusura antesteterit.*	29. *Si quis messe suam aut pratum vindicando alii antesteterit.*
30. *Si quis hominem liberum de cavallo iactaverit.*	30. *De mara uforfin id est de cavallo proiecerit.*
31. *De walupaus.*	31. *Si quis homini libero violencias fecerit.*
32. *Si homo liber nocte in curte alterius inventus fuerit* [c].	32. *De homine libero si nocte in curte alterius inventum fuerit.*
	33. *Si servus in curte alterius in nocte inventus fuerit.*
33. *Si quis in curte aliena sagitaverit animo irato.*	34. *Si quis in curte alterius irato animo sagittaverit.*
34. *Si quis in ecclesia scandalum penetraverit.*	35. *Si quis in ecclesia scandalum commiserit.*
[fol. 59.] 35. *Si quis intra palatium ubi rex praesens est scandalum penetraverit.*	36. *Si quis intra palacium scandalum commiserit.*
36. *Si liber homo in eadem civitate ubi rex est scandalum penetraverit.*	37. *Si quis liber homo in eadem civitatem ubi rex est scandalum com̄.*
37. *Si servus in eadem civitatem ubi rex est scandalum commiserit.*	38. *Si quis servus in eadem civitatem scandalum commiserit.*
38. *Si liber homo in aliam civitatem scandalum commiserit.*	39. *Si quis liber homo in aliena civitatem scandalum commiserit.*
39. *Si servus in alia civitate scandalum commiserit.*	40. *Si servus in aliena civitatem scandalum com̄.*
40. *De homine libero battudo.*	41. *De homine libero batudo.*
41. *De homine libero ligato.*	42. *De homine libero ligato.*
42. *De ferita hominis liberi.*	43. *De feritis et percussuris.*
43. *Si quis alium pugno percusserit.*	44. *Si quis alium percusserit.*
44. *De plagas et conpositiones plagarum.*	*[fol. 3'.]* 45. *De plagis et deposicionibus earum.*
45. *Si quis alii plagam in caput fecerit.*	46. *Si quis alii plagam in capite fecerit.*
46. *Si quis alium plagaverit in caput ut ossa rumpantur.*	47. *Si quis alium in capite plagaverit.*
47. *De oculo évulso.*	48. *De oculo evulserit.*
48. *De naso absciso.*	49. *De naso hocciso.*
49. *De labro absciso.*	50. *De labro absiso.*

a) *capitis XVIII haec mutila rubrica praecedenti sine numero adhaeret in cod. Vaticano.* b) seu haldio aut liberto *addit Paris.* 4614. c) *excidit hic in indice rubrica capituli:* Si seruus in curte aliena nocte inuentus fuerit.

[Ex codice Eporediano fol. 59.]	[Ex codice Vaticano fol. 3'.]
50. *De dentes priores.*	51. *De dente priores.*
51. *De dentes maxillares.*	52. *De dentes maxilares.*
52. *De aure abscisa.*	53. *De aure abcisa.*
5 53. *De plaga in faciem.*	54. *Si quis alium in facie plagaverit.*
54. *De plaga in naso.*	55. *De plaga in naso.*
55. *De plaga in aurem.*	56. *De pla in aure.*
56. *De brachio transforatum.*	57. *De brahio transforato.*
[fol. 59'.] 57. *Si quis alium in brachio puncxerit.*	58. *Si quis alium in brahium punxerit.*
10 58. *Si quis alium intra capso placaverit.*	59. *Si quis alium intra capso punxerit.*
59. *De plaga in coxa.*	60. *De placa in goxa.*
60. *De numero plagarum.*	61. *De numero plagarum.*
61. *De incisione manus.*	62. *De incisione manum.*
62. *De digita manus.*	63. *De digitas manuum.*
15 63. *De secundum gitum* [sic].	64. *De secundo digito.*
64. *De tertium digitum.*	65. *De tercio digito.*
65. *De quartum digitum.*	[fol. 4.] 66. *De quarto digito.*
66. *De quintum digitum.*	67. *De quinto digito.*
67. *De incisione pedum.*	68. *De incisione pedum.*
20 68. *De policem pedis.*	69. *De police pedis.*
69. *De secundum gitum.*	70. *De secundo digito.*
70. *De tertium digitum.*	71. *De tercio digito.*
71. *De quartum digitum.*	72. *De quarto digito.*
72. *De quintum digitum.*	73. *De quinto digito.*
25 73. *In omnes istas plagas aut feritas superius scriptas que inter homines liberos evenerit.*	74. *De omnibus plagis aut feritas*
74. *Si infans in utero matris occisus fuerit.*	
75. *Si aldius aut servus ministerialem.*	75. *De aldio et servo ministeriale.*
76. *Si quis aldium aut servum ministeriaĩ per-* 30 *cusserit.*	76. *De feritis aldii et servi ministeriales.*
77. *Si quis aldium aut servum ministeriaĩ plagaverit.*	77. *De plaga in capite.*
78. *Si quis aldium aut ministerialem plagaverit in caput.*	78. *De placa in capite ut ossa rumpam.*
35 79. *De plaga in faciem.*	79. *De plaga in facie.*
80. *De oculo evulso.*	80 *De oculo evulso.*
81. *De naso absciso.*	81. *De naso abcseso.*
[fol. 60.] 82. *De aure abscisa.*	82. *De aure absciso.*
83. *De labro absciso.*	83. *De labro absciso.*
40 84. *De dentes excussos.*	84. *De dente excusso.*
85. *De dentes maxillare.*	85. *De dente maxillare.*
86. *De brachio rupto.*	[fol. 4'.] 86. *De brachio rupto.*
87. *De manu abscisa.*	87. *De manu abscisa.*
88. *De digita manus.*	88. *De digitas manuum.*
45 89. *De secundum digitum.*	89. *De secundo digito.*
90. *De tertium digitum.*	90. *De tercio digito.*
91. *De quartum digitum.*	91 *De quarto digito.*
92. *De quintum digitum.*	92. *De quinto digito.*
93. *De coxa rupta.*	93. *De coxa rupta.*
50 94. *De pede absciso.*	94. *De pede absciso.*
95. *De digita pedum.*	95. *De digito pedis.*
96. *De secundo digito.*	96. *De secundo digito.*
97. *De tertio digito.*	97. *De tercio digito.*
98. *De quarto digito.*	98. *De quarto digito.*
55 99. *De quinto digito.*	99. *De quinto digito.*
100. *De plaga intra capso.*	100. *De plaga infra capso.*

[Ex codice Eporediano fol. 60.]

101. *De brachio coxa transforata.*
102. *De servo rusticano.*
103. *De plaga in faciem.*
104. *De oculo evulso.*
105. *De naso absciso.*
106. *De aure abscisa.*
107. *De labro absciso.*
[fol. 60'.] 108. *De dentes qui in riso apparent.*
109. *De brachio aut coxa transforata.*
110. *De plaga intra capso.*
111. *De brachio, coxa, aut tibia rupta.*
112. *De manu abscisa.*
113. *De digita manus.*
114. *De secundo digito.*
115. *De tertium digitum.*
116. *De quartum digitum.*
117. *De quintum digitum.*
118. *De pede servi rusticano.*
119. *De digita pedum.*
120. *De secundo digito.*
121. *De tertium digitum.*
122. *De quarto digito.*
123. *De quintum digitum.*
124. *De servo rusticano battudo.*
125. *Si membro sideratum fuerit.*
126. *Omnes vero plagas aut feritas tam de aldio quam de servo per hoc tinore finiantur.*
127. *Qui plagas facit ipse querat medicus.*
128. *De aldio occiso.*
129. *De servo ministeriale occiso.*
130. *De alio ministeriale qui secundus est.*
131. *De servo massario occiso.*
[fol. 61.] 132. *De bovulco occiso.*
133. *De servo rusticano, qui sub massario est occiso.*
134. *De pastore occiso.*
135. *De pecorario, caprario seu armentario occiso.*
136. *Si infans parvulo de massario occisus fuerit.*
137. *De arbore communiter inciso et ibi hominem occiderint.*
138. *De veneno temperato.*
139. *Si liber aut libera venenum alicui dederit.*
140. *Si quis venenum ad bibendum dederit.*
141. *Si servi aut ancillae venenum alii dederit.*
142. *De eo qui post accepta conpositionem se revindicaverit.*
143. *De magistros comacenos.*
144. *De conductos aut rogatos commacenos.*
145. *De incendium.*
146. *De fogo foris novem pedes ad focolare portatum.*

[Ex codice Vaticano fol. 4'.]

101. ***De brachio aut cossa transforata.***
102. ***De servis rusticanis.***
103. ***De plaga in facie.***
104. ***De oculo evulso.***
105. ***De naso occiso.***
106. ***De aure abscisa.***
[fol. 5.] 107. ***De labro absciso.***
108. ***De dente abscusso.***
109. ***De brachio et coxa transforata.***
110. ***De plagas que intra capso fiunt.***
111. ***De brachio vel copsa tibia rupta.***
112. ***De manu abscisa.***
113. ***De digitis manum.***
114. ***De secundo digito.***
115. ***De tercio digito.***
116. ***De quarto digito.***
117. ***De quinto digito.***
118. ***De pede rusticani absciso.***
119. ***De digitos pedum.***
120. ***De secundum digito.***
121. ***De tercio digito.***
122. ***De quarto digito.***
123. ***De quinto digito.***
124. ***De servo rusticano battudo.***
125. ***Si membrum sideratum fuerit.***
126. ***De omnibus plagis aut feritis.***
128. *[sic]* ***De eo qui plagas fecerit.***
[fol. 5'.] 128. ***De aldio occiso.***
129. ***De servo minesteriale occiso.***
130. ***De servo minesteriale in utero occiso.***
131. ***De servo massario occiso.***
132. ***De buvul occiso.***
133. ***De servo qui sub massari est occiso.***
134. ***De pastoribus occisis.***
135. ***De pecorio caprario seu armentario occiso.***
136. ***De infante massario occiso.***
137. ***De arbore commune inciso et in hominem occiderit.***
138. ***De veneno temperato.***
139. ***Si liber aut libera alii venenum.***
140. ***Si quis venenum ad alium bibendum dederit.***
141. ***Si servus aut ancilla alii venenum dederit.***
142. ***De eo qui post apceptam compossicionem se ū.***
143. ***De magistris commacinis.***
144. ***De rogatis et conductis magistris.***
145. ***De incendio.***
146. ***De foco fores novem pedes portato.***

[Ex codice Eporediano fol. 61.]

147. *Si quis fogum foris novem pedes ad fogolarem portaverit.*
148. *De molino incenso.*
149. *Si quis molino alterius capellaverit.*
150. *Si quis molino in terra aliena aedificaverit.*
151. *Si operarius rogatus ab alio in opera mortuum fuerit.*
152. *De grados cognationum.*
153. *De filius legitimus et naturalis.*
154. *Nulli sit licentiam naturales filios aequales facere.*
155. *De filio naturalem.*
156. *De eo qui de filio naturale nascitus.*
157. *Si quis dereliquerit filia legitima et filius naturalis.*
158. *Si quis dereliquerit filia legitima et filii naturalis.*
[fol. 61'.] 159. *Si quis dereliquerit filias legitimas et sorores legitimas et filium legitimum.*
160. *Si fuerint filii legitimi et naturales et sorores pro mundio earum.*
161. *Si fuerint filii legitimi et naturales duo aut plures.*
162. *Si quis in mortem parentis sui insidiatus fuerit.*
163. *Si quis dixerit de nepote suo quod de adulterio natus sit.*
164. *Si quis dixerit de uxorem alienam quod mundius ad ipsum pertineat.*
165. *De suspectionem in maritus quod uxorem suam occidisset.*
166. *De fratres qui in casa commune remansit.*
167. *De exheredationem filiorum.*
168. *De iustas culpas filius exhereditare.*
169. *Ut vivo patre non liceat res suas filius cuicumque thingare.*
170. *Si quis propter egritudinem se disperaverit.*
171. *De thinx quod est donatio.*
172. *Si quis res suas alii thingaverit.*
173. *Nulli liceat primo thinx in alio homine facere.*
174. *De launichild.*
175. *De lebroso.*
176. *Si possit migrare cum fara sua.*
177. *De sponsalibus et nuptiis.*
178. *Si dixerit sponso de sponsa quod adulterasit.*
179. *Si postquam puella sponsata habet lebrosa apparuerit.*
[fol. 62.] 180. *De nuptiis.*
181. *Si filiam suam aut parentem in coniugio dederit.*

[Ex codice Vaticano fol. 5'.]

145. *[sic] De foco in inere.*
[fol. 6.] 148. *De molino incenso.*
149. *De molino capelado.*
150. *De molino in terra aliena edificata.*
151. *De operario rogato in opera.*
152. *De gradibus cognacionū seuu successionib;*
153. *De filii legitimis et naturalibus.*
154. *Nulli sit licencia equales naturales filios facere leḡ.*
155. *De filiis naturalibus qui de ancilla alterius nati sunt.*
156. *De eo qui naturale genitus est.*
157. *De filia legitima et filio naturale.*
158. *De filias legitimas et filios naturalis.*
159. *De filia legitima et sorores.*
160. *De filiis legitimis et naturalibus et sororibus legitimis qui naturali sunt.*
161. *Si quis ex naturalibus occisus fuerit.*
162. *Si quis frater in morte fratris sui coco̅n.*
163. *Si quis a parentibus dixerit de nepote aut consubrino suo quod de adulteri natus sit.*
164. *Si quis dixerit de muliere aliena quod mundius ad eum pertineat.*
165. *De suspeccione in marito quod uxorem suam occidisset.*
[fol. 6'.] 166. *De fratribus qui in casa commun& rem̄.*
167. *De exhereditatem filiorum.*
168. *De iustis culpis exhereditacionum.*
169. *Item ne patrem licet ad filium suum exere.*
170. *Si quis se disparuerit, quod filios non possit habere.*
171. *De thinx quod est donacio.*
172. *Si quis res suas alii tingaverit.*
173. *Nullit liceat thinx quod antea fecit in alterum transmigr̄.*
174. *De launigild.*
175. *Si quis leprosus fuerit.*
176. *Si quis liber homo sub regni nostri cum fara sua migrare.*
177. *De sponsalibus et nuptiis.*
178. *Si dixerit sponsus de sponsa sua quod adult̄.*
179. *Si peccatis imminentibus posquam [sic] puella au [sic] mulier sponsata fuerit leprosa aut dē.*
180. *De nupciis.*
181. *De nupciis et mundo.*

[Ex codice Eporediano fol. 62.]	*[Ex codice Vercellensi quat.* **B** *fol.* 1.*]*	
182. *De traditione puellae.*	183. *De traditione puelle aut mulieris.*	
183. *De exenio nuptiali.*	184. *De exenio nuptiali.*	
184. *De inlicitas nuptias.*	185. *De incertas et inlecitas nuptias.*	
185. *Si vir mulieri violentias fecerit.*	186. *Si vir mulieri violentias fecerit.*	5
186. *De violentia mulieri libere.*	187. *De violentia mulieris libere.*	
187. *De puella aut mulier sine voluntate parentum ad maritum ambolaverit.*	188. *Si puellä libera aut vedua sine voluntate parentum ad marito ambolaverit.*	
189. *[sic] De fornicationis causa.*	189. *De fornigationis causam.*	
190. *De sponsata alterius.*	190. *De sponsata alterius.*	10
191. *De rapto.*	191. *De rapto sponsata alterius.*	
192. *Si pater aut frater aut aliquis ex parentes puella sponsaverit.*	192. *Si pater aut frater aut aliquis ex parentibus puellam alii sponsaverit.*	
193. *Si puella libera servo alieno foris provincia secuta fuerit.*	193. *Si puella libera servum alienum foris provincia secuta fuerit.*	15
194. *Si quis cum ancilla fornicaverit.*	194. *Si quis cum ancilla gentile fornigatus fuerit.*	
	195. *De crimen in puella iniecto.*	
195. *De crimen adulterii.*	196. *De crimen adulterii.*	
196. *De crimen nefandi.*	197. *De crimen nefandi.*	20
197. *De crimen in puella qui in alterius mundio est.*	198. *De crimen in puella.*	
198. *Si vidua in domo patris remanserit.*	*[fol. 1'.]* 199. *Si vedua in domo patris regressa fuerit.*	
199. *De occisione mulieris.*	200. *De occisione mulieris.*	25
1) A Liutprandi edicto resecanda nobis fuerunt quattuor capita ab aliis editoribus adiecta, quorum duo pro erraticis, duo vero pro spuriis habenda erant. Illud enim, quod in Muratorii editione numerum 101 libri sexti, in Walteriana numerum 154 fert, supra sub num. 64 suo loco exhibuimus; alterum, quod Vesmius ex Vercellensi indice ipsi edicto ita inseruit, ut numerum 156 ei adscriberet, nobis ad extravagantem Liutprandi *notitiam de actoribus* reiiciendum esse visum est. Tertius vero locus, quem Muratorius numero 102 in libro sexto, Walterus numero 155 distinxit, scriptoris culpa olim in contextum libri legis Lombardae aberraverat; quod editores Boerium, eumque sequentes Heroldum (pag. 239) Muratoriumque pariter fefellit, cum non viderent meram glossam adesse, ad Lombardae legem 22 libri II. tit. 21 pertinentem, Iustinianique institutionum locum referentem. Quartum denique caput Heroldus pag. 252 inter Liutprandi leges transtulerat, simili veteris amanuensis negligentia deceptus, qui olim Pipini legem, Lombardae libro (II, 41, 6) insertam, quae etiam in Monumentis nostris (Legum Tom. I. pag. 47. vers. 12—15) habetur, Liutprandi nomine inscripserat. Quod exemplum male Vesmius eatenus secutus est, ut eandem legem sub num. 155ᵇ Liutprandi legibus adiiceret, quamvis in notis pag. 404 veram legis originem recte indicaret. 2) Commacinos, quorum mentio iam in edicto Rothari cap. 144. 145 nobis obvenerat, nomen nec a Novocomensi oppido trahere, ut vulgo creditur, nec a Comacina Romanulae insula, ut Cangio videbatur, sed a *macinis* sive *machinis*, quibus communiter utebantur, sequentis memoratorii caput secundum in verbis: *Si vero macinam mutaverit*, probare videtur; cui probationi accedunt Isidori Hispalensis verba (Origg. XIX, 8): *Machiones dicti a machinis, quibus insistunt propter altitudinem parietum*, et glossae veteres ab Angelo Maio editae (Class. autor. e Vaticanis codd. editor. Tom. VII (1835) pag. 567): *machiones constructores parietum*, unde etiam Gallicam vocem *maçon* descendere palam est. Ideoque non unam, sed duas litteras *m*, ut recte scribatur, commacinorum nomen postulare videtur. Commacinorum autem magistros, cum varia fabricationum genera susciperent, architectis vel redemtoribus similes fuisse, sequentia satis aperte docent. — Eorum vero, quae nunc sequuntur, brevem notationem ex codice Cavensi (9) primum Giannonius in historia regni Neapolitani a. 1723 scripta, deinde Pertzius noster anno 1824 dederat (Archiv Tom. V. pag. 252); postea alii etiam quinque codices eadem sexies scripta exhibuerunt, cum in codice Guelferbytano (6) bis scripta extent. Triplex autem locus est, quo leguntur: nam Grimoaldi leges continuant in cod. 3 et in cod. 6 primo loco; Liutprandi legibus de anno septimo decimo adnectuntur in Gothano codice (11), novissimis autem eiusdem regis legibus adhaerent in cod. Guelferbytano pag. 57, item in codd. Parisiaco (7), Matritensi (8) et Cavensi (9). Nec ineptum videbitur utrique regi eandem legem tribuere, ita ut Liutprandi auctoritate iterum edita videatur, quae ipsi edicto Langobardorum non inserta, facile in oblivionem hominum ire poterat. Sed nec perpetuam legem, omni commacinorum operi impositam, tam paucis absolvi potuisse crediderim; ad certa tantum aedificiorum genera, regali fortasse sumtu in curtibus regiis exstructa, memoratorium spectasse verisimilius est, qua de re ad notitiam de actoribus regis infra nota 28 in fine plura coniecimus. Certe Grimoaldi nomen expressim ferunt in codice Guelferbytano; Liutprando propter locum, quo alias scripta inveniuntur, tribuenda esse videntur. Accedit, quod duplicem etiam istius memoratorii recensionem codices manuscripti nobis exhibent; ea enim, quae Liutprandi legibus adhaerent, in quibusdam pleniora sunt iis, quae Grimoaldi nomen ferunt. Sane de Gothano codice, qui Liutprandi anno decimo septimo memoratorium adsignat, dubitari poterat, cuinam parti adnumerandus sit, cum in ultimis verbis eadem lacuna laboret, quae Matritensem codicem a ceteris distinguit; praecedentia tamen omnia cum Eporediano et prima parte Guelferbytani codicis conveniunt. Turbatum vero esse ordinem codicis Gothani, ipsius codicis index (fol. 158 col. 2) demonstrat, qui non solum de memoratorio omnino tacet, sed nec praecedentia duo Liutprandi

[Ex codd. 3. 6ª et 11.]

I. Si sala[a.3] fecerit, reputet[b] tegulas in sol. uno[c] numero sexcenti[d], in solario tegulas 300 in sol. uno[e], qui vestido[f.4]; quindecim tegulas[g] 20 pedes[5] lebant[h.6].

II. Si quis murum fecerit, qui usque ad pedem unum sit grossum[a], dublicit[b] mercedes[c], et usque ad quinque pedes subquinetur[7]; et ipsum murum[d] vadat[8] per sol. uno[e] pedes[f] 225. Si vero macina mutaverit[9], det[g] pedes[h] 180 in[i] sol. uno[k], usque ad pedes quinque sursum, in longitudinem[l] vero ter quinos per tremisse.

[Ex codd. 6ᵇ. 7—9.]

154.[i] *Memoratorium*[k] *de mercedes*[l] *magistri*[m] *Comacinorum*[n], id est si sala[o.3] fecerit[p], reputet[q] tegulas in solido uno[r] numero[s] sexcentos[t]; si in solario[u], tegulas trecentas[v] per solidum vestitum[w.4]; quia quindecim tegulas viginti[x] pedes[5] lebant[y.6].

Si vero[m] murum[n] fecerit[o], qui usque ad pedem[p] unum[q] sit grossus[r], duplicentur[s] mercedes, et[t] usque ad quinque pedes subquinetur[7], et de ipso muro[u] vadant[v.8] per solidum[w] unum[x] pedes ducenti viginti quinque[y]. Si[z] vero macinam[a] mutaverit[b.9], det[c] per pedes centum octoaginta[d] in solidum unum[z.c.e] usque ad pedes quinque sursum[f], in longitudinem vero[g] ter quinos per tremissem[f.h].

Cap. 1. *[Vesme Liutpr.* 157.*] numero* CXV. *distinguitur in cod.* 11; *numerum om.* 6ª. a) salam 6ª; salas 11. b) repiat 11. c) I 6ª; unum 11. d) DC 11. e) I 6ª. f) uestito 6ª. 11. g) XV telas 11. h) leuant 6ª. 11. i) *sic cod.* 6 *pag.* 57 *et* 8 *fol.* 141; CLXV 7 *fol.* 52′; Ista capitula postea sunt adiuncta, *omisso numero*, 9 *fol.* 157′. k) *abest* 7—9. l) *sic* 9; mercedis 7; mercede 6.8. m) magistris 7; *abest* 6. n) commacinorum 7; commacini 8; commacenorum 9. o) salam 6.8. p) fecerint 6.8. q) reputent 6.8. r) sol. I 6; solidos I 7. s) numerum 7. t) sexcentas 6; sexcenti 9. u) solarios 7. v) *sic* 6; CCC 8; quadringenti 9; CCCC 7. w) per sol. uestito 6; in solidum unum qui uestitur 9. x) *sic* 9; XX *rell.* y) *sic* 9; leuant *rell.*

Cap. 2. *[Vesme Liutpr.* 158.*] sine numero in cod.* 6ª; Item de muro CXVI 11. a) grossus 6ª. 11; progressus 11 *in marg.* b) duplicet 6ª; dupliciter 11. c) mercedis 11. d) ipse murus 6ª. e) I 6ª; unum 11. f) pedis 11. g) de 11. h) pedis 11. i) in *om.* 3. 6ª. k) I 3. 6ª. l) longitudine 6ª. m) Item de muro. Si quis 9. n) numerum 7. o) fecerint 6.8. p) pedes, *om.* ad, 7. q) unum *om.* 6.7. r) grossum 8; clausus 6; clausum 7. s) dupplicentur 9; duplicetur 8; duppliciter 7. t) et *om.* 7. u) numero 7. v) uadat 8. w) sol. 6; solidos 7; soli̅ 8. x) unum *om.* 6.7. y) *sic* 9; mille ducentos 6; mille ducenti, *om.* pedes, 7; CCXV pedes 8. z) *a cod.* 7 Si uero... unum *absunt.* a) macina 8. b) mutauerint 6. c) det. ... unum *om.* 6, *haec substituens:* mille et centum. d) CLXXX 8. e) sol. I 8. f) sursum ... tremissem *iterum om.* 6.7. g) uero numerum 8. h) tremisse 8.

capita (115.116 nostrae editionis) enumerat. Ceterum nec Vesmio contradico, cui Gothanae lectiones praesto non erant, cum tres codicum familias: 3 et 6ª, 6ᵇ et 7, 8 et 9, distingueret; sed secundae et tertiae familiae (autoris verbo utor) codices propiores cognatione sibi sunt, quam primae. — Ad illustrandum hoc insigne antiquitatis monumentum non pauca quidem attulerunt viri docti: Carolus Promis (cuius ornatissimam dissertationem Taurini anno 1846 impressam Vesmianus liber recte repetit in Appendice XI, turpiter vero mutilatam exhibet Monacensis editio, quae anno 1853 Neigebaueri auspiciis prodiit) et Iohannes Merkel noster (Archivio storico Italiano Tom. III. Firenze 1847. pag. 707—711); quos secutus est Alfredus a Reumont (in ephemeridibus Tubingensibus quibus titulus est „Kunstblatt“ 1847. num. 30. pag. 116—119), quibusque ipse Vesmius accessit (dell' edizione delli leggi Langobardiche, in libro: „Antologia Italiana“, Novembre 1847. pag. 28—35, item in notis criticis col. 404—412, et in praefatione pag. XCIX—CI ad leges ab ipso editas); attamen multa, immo plurima etiam nunc in tenebris iacent. Nec meum erat, ea quae ad artificium numerorumque rationem pertinent, hoc loco scrupulosa inquisitione examinare; in iis tamen, quae ad singulorum verborum vim ac veram significationem spectant, aliquid profecisse spero. 3) *De sala]* i. e. pavimento casae de plano facto; nam solarium, de quo in contextu agitur, in superiore contignatione fit. 4) *solidum vestitum]* Hoc nomine, ad similitudinem agri vestiti, vel mansi vestiti, mercedem, cui etiam annona pro modico pretio praestita accedit, appellari crediderim. Nam nudus solidus is commode diceretur, cui nihil accedit; accessisse autem plerumque annonam, sequentia docebunt. Vide not. 17. 5) *viginti pedes]* scil. quadratos, nam tegularum latitudo uno pede Romano, longitudo pede cum triente constabat. Nec multum interfuisse inter pedem Romanum, eumque qui pes Liutprandi vocari solebat, hoc ipso loco multis argumentis eruditer probare studuit Cl. Carolus Promis. 6) *lebant]* i. e. levant, aequales sunt. Sic et nostrates dicunt: „sich heben, aufheben“, a trutina ducta similitudine. 7) *subquinetur]* Similiter a Boethio usurpantur verba *subquadruplus, subsesquiquartus*, et a Martiano Capella *subdimidius, superdimidius;* erit igitur augmentum quintae partis pro quocumque pede. Sed talis computatio neque 1200, neque 225 pedum numerum efficere potuisse videtur. 8) *vadant per sol. unum]* Similiter hodie diceretur: „auf einen Solidus gehen.“ 9) *macinam mutaverit]* vide supra notam 2. Glossae Cavenses habent: *macina id est pontonem*, sicut et hodie Itali dicunt: *ponte da muratore.* Macinae vero erectio sive mutatio totiens necessaria erat, quotiens muri altitudo ultra quinque pedes creverat.

[Ex codd. 3.6^{a} et 11.]

III. Si quis murum dealbaverit[10], 600 pedes vadat[a] per solidum unum[b]; et si cum axibus[c. 11] clauserit, et opera commalica[d. 12] fecerit, mille quingentos pedes in solido[e] vestito vadant. Et si arcum volserit[f. 13], pedes 12 vadant[g] in sol. unum[h].

IIII. Si vero materia[a] capellaverit[b. 14] maiores[c] minores, capita viginti[d] per tremisse; cum armaturas et brachiolas[e. 15] quinque ponantur[f].

V. *De[a] annona[b. 17] commacinorum[c].* Tollant magistri anonam per tremisse uno[d], segale[e] modia[f] tria[g], lardo libras[h] 10, vinum urna una[i], legumen sestaria[k] 4, sal[l] sestario[m] uno[n], et in mercedes suas repotet[o].

Similiter[a] romanense[18] si[b] fecerit, sic[c] repotet[d] sicut gallica[e] opera, mille quingentos[f] pedes in sol. uno[g]. Et scias, quia[h] ubi una tegula ponitur, 25[i] scindolas lebat[k]. Et si massa[l] fundederit[m. 19], sexcenti[n] pedes per[o] sol. uno[p].

[Ex codd. 6^{b}. 7—9.]

Similiter si[i] murum[k] dealbaverit[l. 10], vadant[m] sexcentos[n] pedes[o] per[p] solidum unum[q]. Et si cum[r] axibus[s] clauserit[t. 11], et opera gallica[u. 12] fecerit[v], similiter mille[w] quingenti[x] pedes in solido[y] vestito[z] vadant[a]. Et si arcum volserit[b. 13], pedes 12 vadant[c] in solidum[d] unum[e].

Si vero[h] materias cappelaverit[i. 14] maiores minores, capita viginti[k] per tremisse vadant; cum[l] armaturas[m] vero et brachiolas[n. 15] quinque[o] ponantur[p] pro uno materio[q. 16].

De annonas[17] commacinorum[p]. Tollant[q] magistri annonam[r] per tremisse unum[s], secale modia[t] tria[u], lardo[v] libras decem[w], vinum[x] ornam[y] unam[z], legumen sextaria quattuor[a], sale[b] sextario[c] uno[d], et in[e] mercedes suas reputent[f].

De opera[e]. Similiter[f] romanense[18] si fecerit[g], sic reputet[h] sicut gallica[i] opera: mille quingenti[k] pedes in[l] solidum unum[m]. Et scias[n], quia[o] ubi una[p] tegula[q] ponitur, viginti et quinque[r] scindolas[s] lebant[t], quia[u] centum quinquaginta tegulas duo milia quingentos[v] scindolas levant[u. w]. Et si massa[x] funderit[y. 19], sexcenti[z] pedes in[a] solidum[b] unum[c].

Cap. 3. *[Vesme Liutpr.* 158 *med.] in cod.* 11 *numerum* CXVII. *fert.* a) uadant 6^{a}. b) sol., *om.* unum, 3.6^{a}. c) sicut axibus 3; si cummaxibus 11. d) comalica 6^{a}; cumaliga 11. e) sol. 3.11. f) uoluerit 6^{a}; uolserint, *in marg.* uoluerint, 11. g) uadat 3. h) I 3.6^{a}. i) Si quis, *om.* similiter, 8.9; similiter et si 7. k) muro 7. l) dealbauerint 6; dealuauerit 7. m) uadat 7. n) sexcenti 7.9; DC 8. o) sexc. pedes uadant 8.9. p) in 7. q) I 7.8. r) et sicut 7. s) axes 8.9; tabulas 7. t) clauserint 6. u) *sic* 6^{b}; collila 7; cum alliga 8; cum gallica 9. v) fecerit *om.* 7.8. w) similiter *om.* 8; similiter mille *om.* 9. x) quingentos 6. y) solidos 7; sol. 8; solidum 9. z) uestitum 8.9. a) badant 9. b) uoluerit 7; uolserint 6.9. c) uadat 7. d) per sol. 6; per solidos 7; in sol. 8. e) I 7; uno 8; *deest* 6.

Cap. 4. *[Vesme* 158 *fi.] in cod.* 11 *numerum* CXVIII. *fert.* a) macera 6^{a}. b) capelauerit 6^{a}; cappellauerit 11. c) aut *add.* 6^{a}. d) XX 6^{a}.11. e) armaturis et brachiolis 6^{a}.11. f) ponatur 11. g) uero *om.* 6.7. h) cappellauerit 7; capelauerint 6; cappelauerint 9. i) XX. 6—8. k) uadant cum *solus* 9 *habet.* l) armatura 7—9. m) braalas 7; brachiola 8; brachialo *vel* brachiolo 9. n) V 8. o) ponatur 7.8. p) una materie 8.

Cap. 5. *[Vesme* 159.160.*] in prima parte caput* 118 *codicis* 11 *continuat, in secunda vero numerum* CXVIIII. *fert.* a) item de *medio contextu* 11. b) anona 6^{a}. c) comacinorum 6^{a}. d) unum 6^{a}.11. e) secale 6^{a}. f) media 11. g) III 3.6^{a}. h) lib 3. i) I 6^{a}. k) sextaria 6^{a}; sesstaria 11. l) sale 6^{a}; sal 11. m) sextarium 6^{a}; sesstario 11. n) I 3.6^{a}. o) reputet 11; reputent 6^{a}. p) *sic* 8; de annonam 9; *desunt* 6.7. q) Item tollat 6.7. r) anonam 6. s) *sic* 9; I 8; *desunt* 6.7. t) *sic* 7.9; modios 8; mod. 6. u) *sic* 7; tres 9; III 6.8. v) lardu 9. w) X 6—8. x) uino 7.8. y) orna 7.8; urna 6. z) una 7; I 6.8. a) IIII 6—8. b) sal 6. c) sextarium 9. d) unum 9; I 6.7. e) in *om.* 6. f) reputet 7.9.

a) *numerum* CXVIIII. *praemittit* 11; 160 *Vesme.* b) romani sesi 11. c) sic *om.* 11. d) reputet 11; reputent 6^{a}. e) caliga 11. f) D, *om.* mille, 11. g) I 6^{a}. h) quia *om.* 3.11. i) quindecim 6^{a}. k) scindolas leuat 6^{a}.11. l) massam 6^{a}. m) fundiderit 6^{a}.11. n) DC 11. o) in 11. p) I 6^{a}. q) *rubr. deest* 6.8. r) similiter et 6. s) roman. si fec. *om.* 7; si fec. *om.* 6. t) reputent 6. u) sicut alliga 8; si calliga 7. v) quingentos 6; D 8. w) per 6. x) I 6—8. y) et scias *om.* 7.8. z) quia *om.* 7.9. a) in tertia sub una, *om.* ubi, 7. b) arculo 7; arcula 8. c) XXV 7.8; XXX 6. d) scindulas 9; scandulas 8; sindolas 6. e) leuant 6; lebent 7; leuat 8. f) quia ... leuant *om.* 8.9. g) *sic* 6; quingentis 7. h) lebent 7. i) maxas 9. k) fundiderint 6. l) DC 8; centum 6; *deest* 7. m) per 6.7; *deest* 8. n) sol. 6; solidos 7; soli 8. o) unum *om.* 6.7; I 8.

10) *dealbaverit]* scil. opere tectorio vel levigatione prius adhibita. 11) *axibus clauserit]* i. e. ligneis tabulis murum vel tectum cooperuerit. 12) *opera commalica, gallica]* Utut nomen se habet, scindolas asseribus superadditas significare videtur. 13) *arcum volserit]* Itali vel hodie dicunt: *voltare un arco.* 14) *materias cappellaverit]* Haec non de arboribus caedendis cum Reumontio intellegenda sunt, nec de quovis fabri tignarii opere, ut Carolo Promis videbatur, sed de tignis axibusque ita aptandis, ut tectorium opus commacinorum exigebat. 15) *armaturas et brachiolas]* Haec de minoribus tignis, tecti partes longiores ex transverso iungentibus recte intellexisse videtur Carolus Promis. 16) *pro uno materio]* i. e. una trabe. 17) *annona]* Annona magistro commacinorum interdum pro exiguo pretio, in mercedem computando, praestanda erat, tunc praesertim, cum in ipso aedificii loco per totos dies commacini detinerentur. Nam in iis operibus, quae etiam domi parari poterant, expressim notari videmus: *annonas ei non reputetur.* Vide cap. VI—VIII et supra notam 4. 18) *romanense]* Romanense opus tectum non scindulis, sed tegulis constans significat. 19) *si massa fundederit]* Haec similiter ad tectum, ex massa tamen fusa constantem, pertinere videntur.

[Ex codd. 3. 6a et 11.]

VI. *De caminata*[a.20]. Si quis magistri[b] caminatam fecerit, tollant[c] per unam[d] tremisse uno[e]. Et si habietarii[f] cancellos[g] fecerint[h], per sol. uno[i] vadant[k] pedes 12; et si[l] peuma[m.21] fecerint[n], quantos pedes habuerint[o], tantas siliquas[p] lebant[q]. Et si carolas[r.22] fecerit[s] cum gypso[t], det[u] per tremisse carolas[v] quattuor; anona ei[w] non reputetur.

VII. *De marmorariis*[a]. Si quis axes marmoreas[b.23] fecerit, det per sol. uno[c] pedes 15. Et si columnas fecerit de[d] pedes quinos quaternos, per tremisse columnas tres; anonas[e] ei non reputetur[f].

Si[a] vero furno[b] in pensile[c.24] cum caccabis[d.25] fecerit[e], et post[f] tres aut quattuor habuerit, et cum pinea sua[g.26] levaverit[h] caccabos[i] 250[k], ita ut pinea ipsa habeat[k] caccabos[l] 25, exinde tollat tremisse uno[m]; et si quingentos[n] caccabos[o] habuerit, habeat duos tremisses[p]; et si mille fuerint caccabi[q], tollat exinde mercedes tremisses[r] 4.

[Ex codd. 6b. 7—9.]

De caminata[x.20]. Si quis magistri[y] caminatam fecerint[z], tollant per unam tremissem[a] unum[b]. Et si[c] abietarii[d] cancellas[e] fecerit[f], per solidum[g] unum[h] vadant[i] pedes duodecim[k]. Si vero[l] peumas[m.21] fecerint, quantos pedes habent, tantas siliquas lebant[n]. Et[o] si carolas[22] fecerit[p] cum gipso[q], det per tremissem[r] carolas[s] quattuor[t]; annonas[u] vero ei[v] non reputetur[w].

Marmorarii[g] si[h] axes[i] marmoreas[k.23] fecerint, dent per[l] sol. 1[m] pedes 15[n]; et[o] si columnas[p] fecerint de[q] pedes[r] quaternos aut quinos[s], dent[t] per tremisse columnas tres[t]; annonas[v] vero ei[w] non reputetur[x].

De furnum[s]. Si quis[t] vero furnum[u] in pisile[24] cum caccabos[25] fecerit, et postes[v] tres aut[w] quattuor habuerit, et cum pineam suam[26] levaverit[x] caccabos ducenti quinquaginta[y], ita ut pinea ipsa habeat[z] caccabos viginti quinque[a], exinde[b] tollant tremmisse unum[c]. Et si quingenti caccabos habuerint, habeant duos[d] tremisse[e]; et si mille[f] fuerint caccabos, tollant exinde mercedes tremisse[g] quattuor[h].

Cap. 6. *[Vesme* 161.*] in cod.* 11 *numerum* CXX. *habet.* a) De caminata *om.* 6a. b) magister 6a. c) tollat 6a. d) una 3; uno 11. e) I 6a. f) abietarii 6a; habitarii 11. g) cancelles 3; cancellas 11. h) fecerit 11. i) I 6a. k) uadat 3. l) *sic* 6a; si uero 11; *desunt* 3. m) peoma 11. n) fecerit 3. o) habent 11. p) seliquas 11. q) leuant 6a. 11. r) carolus, *in marg.* canolos, 11. s) fecerint 11. t) gipso 3. 11. u) dit 11. v) canolos 11 *inter lin.* w) annonas, *om.* ei, 11. x) *rubr. om.* 6. 7. y) *sic* 9; Si magistros 8; quis mag. *om.* 6. 7. z) fecerit 7. a) pro una tremisse 6; per una tremisse 7. b) *sic* 9; I 6. 8; *deest* 7. c) si *om.* 6. 7. d) habitari 7—9. e) de cancello 6; cancella 7. f) fec. *om.* 6. 7. g) solidos 7. h) unum *om.* 7. 9; I 8. i) uadat 7. k) XII 6—8. l) Et si uero 9. m) peuma 6; perfecerint, *om.* peumas, 7. n) leuant 6; leuent 8; liberent 7. o) et *om.* 7. p) casolas fecerint 7. q) gipsso 9; gisso 7. r) tremisse 6. 7. s) scolas 7; carulas 8. t) IIII 6. 8. u) anonā 6; annona 7. v) vero *om.* 8. 9; ei *solus* 9 *habet.* w) reputent 6; reputet 7.

Cap. 7. *[Vesme* 162. 163.*] in cod.* 11 *est* CXXI *et* CXXII. a) CXXI. De marmorariis 11; *desunt* 6a. b) marmore 6a. c) I 6a. d) det 3. 11. e) annona 6a. f) reputet 3. g) *hoc totum caput abest a cod.* 9; marmorarii *abest a cod.* 8; marmorarios 7. h) Si quis 8. i) axem 6; saxis 7. k) marmoream 6. l) fecerit det pro 8. m) solidos, *om.* I, 7. n) XXV 7. o) et *om.* 6. 7. p) columpnas 7. q) fecerit det 8. r) pedibus 6. s) quaternis aut quinis 6; quinos quaternos 8. t) det 7; *deest* 8. u) *sic* 8; III 6; quattuor 7. v) anonas 6; annona 7. w) uero *om.* 8; ei *om.* 6; *utrumque om.* 7. x) *sic* 8; reputent 6; reputet 7.

a) *huic verbo in cod.* 11 *numerus* CXXII. *praescribitur; Vesmius numerum* 163. *inscripsit.* b) furnum 6a. 11. c) pensele 3. d) caccabo 3. e) fecerint 11. f) *sic* 6a. 11; poos 3; *legendum* postes. g) pineam suam 11. h) leuaberit 11. i) cacauos 6a. k) CCL... caccabos *om.* 3. l) cacauos 6a. m) unum 6a. n) D 11. o) cacauos 6a. p) habuerint habeant duo tremisse 11. q) cacaui 11. r) tremisse 11. s) *sequentia duo capita non exstant in codd.* 6. 7; *rubricam* de furnum *solus* 9 *habet fol.* 158'. t) quis *om.* 8. u) furtum 8. v) *sic solus* 8; post 9. w) aud 9. x) leuaberit 8. y) CCL 8. z) pineam ipsam habeant 8. a) XXV 8. b) *sic corrigendum;* et inde *codd.* c) tremmissem I 8. d) habuerit habeat II 8. e) tremissem 9. f) milles 9. g) tresmissi 9. h) IIII 8.

20) *caminatam]* Caminata, nostrum Kemnate, si ab ipso camino differt, aperturam etiam tecti, fumi emittendi causa necessariam, complecti videtur. 21) *peuma]* Hoc verbum pro *pegmate,* i. e. podio, s. loco elatiore (Ital. *palco*) accipiendum esse Carolus Promis pluribus argumentis demonstravit. Probat prae ceteris glossa codicis Cavensis ita scripta: *pleuma id est palu de lugo,* quae facile ita corrigi possunt: *peuma id est palco de ligno.* 22) *carolas]* i. e. septorum vel cancellorum species, de qua plura afferunt Ducangius et Carpenterius. 23) *axes marmoreas fecerit]* scil. secando marmor in crustas, operiendi parietis causa, ut Plinius ait H. N. 36, 6, 6 et 13, 4, 9. 24) *in pensile]* i. e. arcubus vel postibus superpositum, ideo fortasse, ut ignis commodius subiici posset. 25) *cum caccabis]* de caccabis, i. e. vasis fictilibus minuendae materiae ponderisque causa muris insertis, multa doctrina plena ad hunc locum protulit Carolus Promis. 26) *cum pinea sua]* i. e. pinnaculo sive fastigio furni, pinnis ornato.

[Ex codd. 3. 6a et 11.]

VIII. *De puteo*[a]. Si[b] vero puteo[c] fecerit ad pedes centum[27], tollat exinde solidos 20; annonas[d] ei non reputentur[e]. Puteus[b] autem de pedes[f] triginta[g] sol. 3; puteus[h] de pedes[i] 12 sol. uno[k]; annonas[l] ei non reputantur[m].

FINIT DE GRIMOALDO REGE[n].

[Ex codd. 6b. 7—9.]

De puteum[o]. Si quis puteum fecerit ad pedes centum[27], tollat exinde solidos 20; annonas ei non reputetur[o]. Puteus autem de pedes 30[p] quinque solidos quattuor[q]; puteus[r] vero de pedes viginti sex solidos tres[r]; puteus autem[s] de pedes duodecim solidum unum[t]. Annona ei[u] non reputetur.

EXPLICIT LEGES, QUAS DOMNUS LIUPRANDUS REX INSTITUIT[v].

[II. NOTITIA DE ACTORIBUS REGIS, p. Chr. 733[28].]

1. In nomine Domini noditia[a], qualiter iubit[b] domnus rex ad omnis[c] actores suos[d], qui curtis[e] eius comissas[f] habent: id est in primis de illo, quod iam[g] nostrum tempore inpuplicatum[h] est[29], ut iurent[i] unusquisque actor *et dicat per euangelium[k], „quia[l] quodcumque cognovero[m] quod contra rationem alequid[n] tultum[o] est, facio[p] exinde noditiam[q] domno[r] regi, ut relaxetur[s, 30]“; sic[t] tamen, ut dicat in ipso sacramentum[u], quod non consentiendum ad amicum[v], non ad parentem, non ad[w] premium[x] corruptus[y], nisi quod[z] certo[a] sciat, quod contra rationem tultum[b] erit[c]: et cum nobis paruerit[d], recensitum[e] per nostram[f] iussionem relaxetur[g].

* Verc. f. ult. tergo.

2. Item[a] unde antea[b] iussemus[c, 31] per sexagenta[d] annûs[e] inquirire[f] possessio[g] de pigunia puplicam[h], pro eo quod peccatis inminentibus[i] de sexagenta[k] annis aliquis non memorat[l], et pauci inveniuntur, qui tantûs[m] annûs[m] habeat[n]: ita[o] statuimus[p], ut excepto quod[q] iam per notitiam[r] inpubligatum[s] est, ut[t] actor qui bene certus est[t], quod intra 30 annos

Cap. 8. *[Vesme* 164.*] in cod.* 11 *est* CXXIII; *omnia vero, quae de ipso capite supersunt, in modum rubricae scripta et cum inscriptione proximae Liutprandi legis coniuncta habet.* a) De puteo *om.* 6a. b) Si uero... puteus *om.* 11. c) puteum 6a. d) anona 6a. e) reputetur 6a. f) pedis, *om.* de, 11. g) XXX 3. 11. h) puteo 11. i) pedis 11; pedibus 6a. k) I 3. 6a. l) anona 6a. m) reputetur 6a. 11. n) *subscriptionem solus* 6a *habet.* o) *rubricam om.* 8; *item non habet verba:* Si quis..... reputetur, *in quo similis apparet codici* 11. p) XXV, *scriptoris lapsu, ut videtur,* 8. q) IIII 8. r) puteus... tres *solus* 9 *habet.* s) autem *om.* 8. t) ped. XII sol. I 8. u) annonas, *om.* ei, 8 *fol.* 141. v) *subscriptionem non habet* 8; EXPLICIUNT LEGES DOMNI LIUTPRANDI REGIS 6 *post cap.* 6; EXPLIC. A DONO LIUTPRAND 7 *ibid.*

Cap. 1. *[Verc.* 535. *Paulinus* 86. *Chis.* 53. *Pertz (not.* 28*) pag.* 157. 365. *Vesme* 139.*] e tribus codicibus: Vercellensis folio ultimo quaternionis* Z, *Paulino* (13) *et Chisiano* (14). a) noditiam *index Vercell.*; In... noditia *om.* 13. 14. b) iubet 13. 14. c) omnes 13. 14. d) *deest* 14. e) curtes 14. f) commissas 13. 14. g) *deest* 14. h) nostris temporibus inpublicatum 13. 14. i) iuret 13. 14. k) euuangelias 14; euangelias 13. l) ut ea 2. m) cognouere 2. n) alicui 13. 14. o) toltum 14. p) faciat 2. q) notitia 13; notitiam 14. r) mei *add.* 13. 14. s) ralaxerunt 2. t) si *pr. man.* 2. u) sagramento 13; sacramento 14. v) consentiendo amico 13. 14. w) ad *om.* 14. x) premio 13. 14. y) consumptum 2. z) cot 13. a) certum 13. 14. b) toltum 14. c) est 13. 14. d) fuerit 13. 14. e) retensitum 2. f) nostra 14. g) relaxentur 14.

Cap. 2. *[Verc.* 535 *med. Paul.* 87. *Chis.* 54. *Pertz ll. cc. Vesme* 139 *med.] ex iisdem codicibus.* a) Item *om.* 13. 14. b) *deest* 13. 14. c) statuimus ut 13. 14. d) *sic* 2; XL 13; LX 14. e) annos 13. 14. f) inquiretur 13; inquiratur 14. g) possessiones 13. h) *sic Verc., non* picunia puplicam, *ut Vesmius habet;* pecunias publicas 13. 14. i) eminentibus 13; imminentibus 14. k) XL 13. 14. l) aliquid non commemorant 2. m) tantos annos 13. 14. n) abeant 14. o) ita *om.* 13. 14. p) statuemus 13. q) *sic corrigendum,* qui *codd.* r) iustitiam 13. 14. s) inpublicatum 13; inpublicatus 14. t) ut..... est *om.* 13. 14.

27) *ad pedes centum]* Profunditatis ratione pretium singulorum pedum crevisse, res ipsa suadet. 28) *Notitia de actoribus regis]* Huius notitiae duo vel potius tria capita legibus Liutprandi de anno vigesimo primo adiunxerat codex Vercellensis sub numeris 536 et 537, eidemque anno caput tertium adscripsit nota codicis Eporediensis fol. 155 his verbis: *Vado supra ad Si quis servus noster occisus fueri.* Eadem vero, coniuncta cum capite quarto et quinto, ordineque ita inverso 3—5. 1. 2, in codice S. Pauli sub numeris 83—87 et in codice Chisiano iampridem invenerat Pertzius noster, Pipinoque et Hlothario I tributa ediderat (Monum. Legg. I, pag. 153. 157. 364. 365, ad annum 808. 809 et 832). Quae quidem omnia satis probare videntur, superesse nobis singulas tantum particulas maioris praecepti de curtibus actoribusque regis, quibus fortasse adnumerari possit etiam illud legis fragmentum, quod codex Vercellensis in indice nobis servavit sub num. 552, cuique numerum 6 nunc adscripsimus in hoc libro. Nec absurdum erit coniicere, Grimoaldi memoratorium de mercedibus commacinorum, in curtibus regiis servientium, huic ipsi notitiae a Liutprando denuo fuisse insertum. 29) *inpuplicatum est]* i. e. fisco nunciatum vel adsignatum, prout iusserat Liutprandus cap. 59. 30) *relaxetur]* i. e. iis, quibus a fisco ereptum erat, restituatur. 31) *unde antea iussemus]* Liutprandi cap. 78.

aliqua[v] invasatio[w] aut fraus in pecuniam[x] puplica[y] peractum[z] est, ipsum[a] requirat et adducat ad nostram[b] noditiam[c]; sic tamen ut antea non presumat wifare[d] aut pignerare[e], quia[f] nos volumus ista causa per nosmed[g] ipsûs[g] audire[h], *et secundum Deum ordinare; quia apparuit nobis, quod si nos ipsa causa audierimus, Deo fabentem[i] sine peccatum[k] eam inquirere habemus, et sic ordinare ut mercedem habeamus; quia iudices nostri[l] neque arimannos nec actoris[m] nostri[n] possunt sic disciplina distringere, sicut nos. Quod autem provatum[o] est, qui[p] per triginta[q] annos aut[r] super, cuiuscumque possessionem fuit, et amodo habeat, ut nullus actor eo presumat[s] nec wifare[t] nec molestare; et qui presumpserit, conponat[u] ipse actor widrigild[v] suum; excepto[w] unde preceptum falsum inveniatur[x], quod aperta[y] causa est ad requirendum[z].

*Verc. fin.

3. Si quis[a] servus noster occisus[b] fuerit, duas partis[c] de ipsa[d] conpositionem[e] tollat curtis nostra, et tertiam[e] pars[f] parentis[g] ipsius servi[h] nostri defuncti[i], sicut superius[k] diximus. Hoc autem in diebus nostris et[l] in tempore regni nostri[l. 32] statuimus, quamvis[m] lex nostra[n. 33] non sit[o]: post autem nostrum decessum[p], qui pro tempore princeps fuerit[q], faciat[r] sicut ei Deus inspiraverit[s] aut rectum sicut[t] secundum animam suam previderit[u]. Quia non[v] semel, sed[w] multotiens cognovimus ubi[x] talis[y] causam[z] emerserit[a], quoniam nec in rebus publicis[b], nec nulla rationem palatii[b] profuerit[c], quod exinde actoris[d] nostri[e] tollerunt[f]; et insuper invenimus[g] et cognovimus multos actores nostros, qui tollebant de[h] singulis unde decem[i] solidos, unde sex[k], unde amplius, et dabant talem[l] spatium atque[m] tranquillum[n], donec[o] ipse qui homicidium[p] faciebat[q] obsegrare[r] potuisset[s], ut exinde nihil[t] daret[u]. Proindeque[v] previdimus[w] statuere[w]: curtis[x] nostra[y] medietatem de aldiones[z] et duas partes de servos[a], sicut super[b] diximus, habeat[c], et relinqua parte[d] ipsi parentis[e] propinqui, ut[f] unde habent[g] dolore[h], habeant[i] in aliquo[i] propter[k] mercedem consolationem.

4.[34] Propter Deum et eius misericordia[a] precipimus atque statuimus[b] sola pietatis causa, ut si aldio[c] noster occisus fuerit, medietatem de ipsa[d] conpositionem tollat curte nostra, et medietatem parentes ipsius defuncti, si vivo patrem[e] habuerit aldione nostro, sibe[f] matrem, sibe[f] fratres, sibe[f] filii.

5. Oc[a] precipimus, ut nullus[b] presumat nec da[c] servo nec da[c] aldione nostro aliquid emere; quia pro cautella[d] et[e] futuris temporibus[f] per omnes curtes nostras brebi[g] facimus de omni territuria[h] de ipsas curtes pertinentes. Unde precipimus, ut[i] qui amodo inventus

v) aliquo 13. w) inuasio 13.14. x) pecunia 13; pecunias 14. y) publicas 13.14. z) facta 13.14. a) ipsa 13.14. b) nostra 13. c) notitia 13; notitiam 14. d) uuiffare 13.14. e) pignorare 13.14. f) qui *pr. man.* 2. g) nosmetipsos 13.14. h) *explicit in hoc verbo legum contextus in folio* 169 *codicis* 2, *dimidio ultimae lineae vacuo relicto, ita ut verisimile non sit, sequentem quaternionem, qui nunc prorsus avulsus est, hanc legem continuasse.* i) fauente 14. k) peccato 14. l) iudicis nostris 13. m) actores 14. n) *corrige* nostros. o) probatum 14. p) qui *om.* 14; *corrige* quod. q) XXX 13. r) ut 13. s) nec de seruo *add.* 13. t) *sic supra* 2; uuiffare 13.14. u) concopona 13. v) uuidriguildum 13. w) lexcepto 13. x) inuentur 14. y) *sic Pertzius LL. Tom. I. pag.* 157.365 *coniecit;* operta 13; opeta 14; *an* apta? z) quirendum 14.

Cap. 3. *[Verc.* 536. *Paulin.* 83. *Chis.* 50. *Pertz pag.* 153.364. *Vesme* 140.*] e codd.* 3.13.14; *praeterea in indice cod. Vercellensis, eo loco mutilo, litterae (noste)*r occ*(isus) servatae sunt. Exstat enim ipsum cap., praeter codd. S. Pauli in Karinthia et Chisianum, etiam in primo cod. Eporediensis folio eadem manu, qua in fol.* 155 *sub finem capitulorum Liutprandi de anno* 21 *adnotatum est:* Vado supra ad Si quis seruus noster occissus fueri. a) quis *om.* 13.14. b) occissus 3. c) parte 13; partes 14. d) ipsas conpositione 14. e) tertia 14. f) pras 14; *deest* 3. g) parentes 13. h) serui ipsius 14. i) defunti 3. k) sup̄. 3. l) et..... nostri *om.* 3. m) quamquam 3; quam 13. n) lex nostra *om.* 3. o) fueset 3; possit 14. p) nostrorum decessorum 3. q) fuerint princes 3. r) peragat 3. s) et inspiraueri, *om.* deus, 3. t) sicut rectum 3. u) *sic corr. e cod.* 3 preuideri; prouiderit 13.14. v) solum *add.* 14. w) et 3; sed 14. x) hubi 13. y) tale 13; tales 14. z) causas 13.14. a) etmēsert̄ 3; emerserint 14. b) publicus damnationem palā 3. c) prodfuit 13; profuit 14. d) auctor 3; actores 14. e) noster 3; nostris 13. f) tullerunt 13; tulerunt 14. g) uidimus 3. h) de *om.* 14. i) X 13. k) VI 13.14. l) debant tale 3. m) q̃ 3. n) tranquilla 13.14. o) denec 13. p) omicidium 3. q) faciebant 14. r) obsecrare 3.14. s) poterint 3; potuerunt 13. t) nichil 3. u) dare 3; darent 13. v) Et hoc 13; Et hac 14. w) prouidimus stat. 14; preuide statuerimus 3. x) et curtis 3. y) nostre 13.14. z) aldionẽ 3. a) seruo 3. b) sup̃ 3; supra 14. c) abeant 3. d) et rel. p. *om.* 13.14. e) ipsi parentes 14; *desunt* 3. f) ut *om.* 3.13. g) abet 3; habeant 13. h) dolorem 3.14. i) abeant in alico 3. k) p̄t. 3.

Cap. 4. *[Paulin.* 84. *Chis.* 51. *Pertz ll. cc. Vesm. append. III. col.* 194.*] e codd.* 13.14. a) misericordia eius 14. b) constatuimus 14. c) aldius 14. d) ipsam 14. e) patre 14. f) siue...siue...siue 14.

Cap. 5. *[Paulin.* 85. *Chis.* 52. *Pertz ll. cc. Vesm. append. III. col.* 194.195.*] e codd.* 13.14. a) Hoc 14. b) nullut 13. c) da...da *om.* 13. d) cautela 14. e) et pro 14. f) temporis 13. g) breues 14. h) omnes territorias 14. i) precip. ut *om.* 13.

32) *in tempore regni nostri]* i.e. ut pro tempore regni nostri valeat. 33) *lex nostra]* i.e. edicto inserta. 34) Capita 4 et 5 huius notitiae Liutprando esse tribuenda, res ipsa probat; specialibus etiam argumentis demonstravit Vesmius in notis criticis col. 444—446.

fuerit de servo aut de aldionem[k] vel a pertinente[l, 35] de[m] curte nostra aliquid emere, ipsum[n] perdere habet, sicut qui res alienas malo ordinem[o] invadit. Et si actor consenserit aut conscius fuerit, res eius tollere et inpublicare faciat. Quia debet[p] omnis homo considerare[q] propter Deum et animam suam, quoniam nos illum relaxavimus[36] a livero eremmanos[r], quod nobis in curtes nostras[s] secundum antiquo edicto[37] legibus pertinebat[t]; quoniam qui unam filiam[u] relinquebat, tantum in tertiam pars[v] substantiae[w] patri suo[x] succedebat, et duas in publico revertebant, si propinquos parentes non habebat[y]; et si duas filias habebat aliquis aut amplius, in medietatem tanto[z] succedebant[a] patri suo, et publicus in medietatem[b]: et ecce nos[c] modo omnia de talibus causis propter Deum et mercedem anime mee[d] relaxavimus. Proinde unicuique debet sufficere sua substantiam[e], et non debet cupiditatem habere contra rationem conparandum da servo aut de aldionem[f] vel a pertinente[g] nostro. Unde qui hoc facere presumpserit, conponere habet sicut scriptum est; insuper in periurii reatum nobis conparuit pertinere, eo quod nobis iuratum habet quod nobis fidelis sit; et qualis fidelitas est, dum ille cum iudicis aut actorem[h] aut aldionem vel servo conludium facit, et res nostra contra nostram voluntatem invadit[i]? Quia hoc statutum est in edictum[38], ut qui de serbo[k] aut aldionem conparaverit, perdat pretium; et quale[l] legem unus quis Langubardus sibi[m] habere vult, talem debet curtem[m] nostram conservare. Et quis modo conparavit aut infiduciabit[o], perdat pretium suum secundum edicti tinore; qui vero hoc modo[39] facere presumpserit, et pretium perdat, et sicut qui res aliena[p] malo ordine invadit nesciente domino, conponat. Actor vero admittat[q] substantiam suam, qui hoc consenserit, sicut superius[r] legitur. Nam si nos relaxavimus, unusquisque habere debeat, cui preceptum[40] fecimus aut fecerimus.

6(?) Et[a] hoc enim statuemus, ut nullus iudex neque actor aut qui super furonis erit nuscuntur, non presumat servum aut aldionem alterius conprehindere pro furto aut alia culpa........

k) aldine 14. l) *sic, vel* appertinente, *emendandum erat;* abthin 13; abtim 14; *utrumque, quod infra recurrit, ex litteris a* ptiñ *parum intellectis derivandum, cfr. Liutprandi cap.* 87 *et notam* 34. m) de *om.* 13. n) per ipsum 13. o) ordine 14. p) debet *om.* 14. q) consid. *iterum abest* 14. r) *sic* 13; alii uero eremmanos 14. s) nostres set 13. t) pertinebant 14. u) quon. qui un. fil. *om.* 14. v) tertia pras 14. w) substantia 13. x) patris sui 14. y) habet 14. z) medietate tantum 14. a) succedebat 13. b) media 14. c) nox 13. d) et eius misericordia 14. e) substantia 14. f) aldione 14. g) uel abthin 13; uel abtin 14. h) iudices auctorem 14. i) inuadat 14. k) seruo 14. l) qualem 14. m) unusquisque langobardus, *om.* sibi, 14. n) ad curtem 14. o) conparauerit aut infiduciauerit 14. p) aliena 14. q) amittat 14. r) supra 14.

Cap. 6. *[Verc.* 552. *Vesme* 156.*] solus cod. Verc. quoad initialia verba in indice servavit, addens:* Explc. cpla. incp causas. *Quae desunt, Vesmius restitui posse credidit ex Pipini capitulari Langobardico, cuius cap. XVI in Legum Tom. I. pag.* 105 *vers.* 1—5 *his verbis legitur:* Iubemus enim, ut propter ullam districtionem, quem nos facere iubemus, aut quibuslibet causis, serui non mittantur in districtionem, sed per missos nostros uel domini eorum aut illorum aduocati ipsos seruos distringant, et ipsi, sicut lex iubet, rationem pro seruos reddant, utrum culpabiles sint an non. Ipsi uero domini distringant et inquirant seruos suos sicut ipsi amant.

35) *a pertinente] Pertinentes* (Hörige) post servos et aldiones nominari videmus Liutpr. cap. 87; praeterea idem nomen recurrit in Ahistulfi cap. ultimo, et in indice codicis Gothani (11) fol. 358′ col. 1 lin. 18: CXXXVII. *Si quis homo liber mulierem de pertinente suo adulteraverit,* item lin. 20. 21: CXXXVIIII. *Si quis pertinentes suos in casa alterius nescient.* Liutprandus autem, cum pertinentes ab aldionibus distinguat, liberos homines waregangos, libellario nomine in curtes regias receptos, indicare mihi videtur; cfr. Liutpr. cap. 92. 36) *relaxavimus* rell.*]* Liutpr. cap. 1—4. Sed quid lateat sub verbis *a livero eremmanos*, prorsus nescio. 37) *antiquo edicto]* Rothar. 158—160. 171. 225. 38) *statutum est in edictum]* Roth. cap. 233—235. 39) *modo]* i. e. deinceps. 40) *praeceptum]* i. e. gratiam, vel poenae remissionem.

INCIPIT LEGES[1] QUAS DOMINUS RATCHIS REX INSTITUIT[a].

[I.[b]] IN NOMINE[2] DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI[c], QUALITER IUXTA[d] DEUM[e] ET ANIMAE NOSTRAE SALUTEM[f] ET OMNIUM[g] NOSTRORUM 5 RECTUM[h] NOBIS PARUIT ESSE UNA CUM NOSTRIS[i] IUDICIBUS[i], UT[k] HOMINES[l] POTENTES ET PAUPERES QUI[m] SUAM QUAERUNT IUSTITIAM[n] MINIME FATIGENTUR (p. Chr. 745 vel 746).

1. Ut[a] unusquisque iudex in suam[b] civitatem[b] debeat cottidie[c] in iudicium[d] residere, et non adtendat[e] ad[f] exemulationem[g] suam aut aliam[h] saeculi vanitatem, sed per semet- 10 ipsum[i] resedeat[k] et omnibus iustitiam[l] conservet[m], ita ut de[n] nullo[o] homine[o] premium accipiat[p], sicut iam per manum scriptam[q] nobis promiserunt[r]; qui aliter[s] iudicaverit iudicatum suum amittat[t]. Sed si quis iudex amodo[u] neglexerit arimanno[v] suo[v], diviti aut pauperi, vel[w] cuicumque[x] homini iustitiam[y] iudicare, amittere[z] debeat honorem[a] suum[a], et[b] conponat in palatio regis widrigild[c] suum, et illi conponere debeat, qualiter edicti continet 15 pagina[3], cui iustitiam[d] iudicare neglexerit[e]. Quoniam iam teste Deo[f] dicimus, quia nec alicubi[g] vel[h] ad orationem[i.4] possumus exire[k], aut[l] ubicumque[m] caballicare, propter reclamationes[n] multorum[o] hominum. Ideo hoc[p] statuimus et volumus, ut omnis[q] iudex[q] hoc faciat[q], ut in Dei[r] non perveniamus[s] offensa[t]. Et[u] ipsi iudices volumus ut[u] in eo tinore[v]

a) *sic cod.* 5 *fol.* 133'; *cod.* 3 *fol.* 159' *nullam rubricam legibus Ratchis praemittit, ita ut corrector demum margini ad-* 20 *scripserit:* Incipit dominus rachis; Incipit a domino rachis rege serenissimus augustus 7 *fol.* 53; rachis rex 8; leges quas domnus ratchis instituit princeps 10 *fol.* 51; *inscriptione caret* 11; Leges Regis Ratchis, quas Longobardicis adiecit, feliciter incipiunt 12. *In codd.* 6 *et* 9 *prima inscriptio ad prologum edicti (infra pag.* 185*) pertinet, iis vero, quae nos ante edicti capitula edimus, cod.* 6 *praescribit:* Incipit textus; *item cod.* 9 *fol.* 160 *in fine:* Incipit textum legis rachis regis. b) *quae sequuntur, ex codicibus* 6—9 *exscripta sunt; numerum nullus codex praemittit.* c) In nomine ... 25 Christi *om.* 6. d) iusta 9. e) dm̄ 8; domini 7. f) saluationem 9. g) fidelium *add.* 6. h) recte 6. i) iudicibus nostris 7. k) et 7.9. l) omnes 6. m) qui *om.* 7. n) iustitias 9.

Cap. 1. *e codd.* 6—9, *nullo numero adscripto.* a) iubemus ut 6. b) sua ciuitate 6.9. c) cotidie 8.9. d) iudicio 6. e) attendat 9. f) ad *om.* 6. g) *sic* 9; eximulationem 7; simulationem 8; dissimulationem 6. h) *sic* 6; huius *rell.* i) semedipsum 8. k) redeat 7; resideat 6.9. l) iustitia 7. m) conser 9. n) a 8; 30 *deest* 7. o) nullum hominem 7; nullo hominem 9. p) tollat aut accipiat 9. q) manus scriptas 6. r) permiserunt 7; promiserat 8; promisẽr 6. s) qualiter 7.9; et qualiter 6. t) ammittat 7.9. u) modo 6. v) ad arimannum suum 6. w) ut 8. x) cunctoque 9. y) suam *add.* 9. z) ammittere 7.9. a) iudicatum suum et honorem 9; suum *om.* 6. b) nobis *add.* 6. c) uuidrigildum 7; guidrigild 8. d) iustitia 7. e) neglexit 8. f) deo teste 6; teste domino 8; testes deo 9. g) ubicumque 6. h) ut 8; *deest* 6.9. i) hortatione 9. k) proce- 35 dere 9. l) ut 7; aud 9. m) alicubi 6. n) reclamationem 6.8; reclamatione 7. o) pauperum *add.* 9. p) haec 8. q) omnes iudices hoc faciant 6. r) in *solus* 6 *habet;* domini 8. s) *sic* 9; deueniamus 6; preuiamus 7; preueniamus 8. t) offensam 6. u) Et uolumus ut ipsi iudices 6. v) tenore 6.

1) *Incipit leges]* Triplex genus legum est, quae Ratchis nomine inscriptae in codd. mss. nobis super- 40 sunt: nam iis, quas vere edicti partem fecisse scimus, duo capita adnexa olim invenimus, de quibus specialiter a rege cautum fuerat, ut in edictum non scriberentur, cum „in breve" tantum ab ipso statuta sint. Praeterea ipsius edicti capitula alia quat- 45 tuor in quattuor codicibus praecedunt, quae prius iam a rege cum iudicibus suis, non vero ceteris Langobardis adstantibus, sancita fuerant, quaeque pro parte in edicto brevius repetuntur; adeo ut nobis etiam haec ab edicto reiicienda fuissent, si 50 alio loco commode interiici potuissent. Quamobrem cum Vesmio ordo codicum Parisiensis 4613 (7) et Matritensis (8) in his edendis sequendus erat; nam Cavensis codex (9), qui eadem exhibet, partem tantum edicto praemittit, partem eidem subiungit; Guelferbytanus (6) denique omnia ipsi edicto inserta habet. *Notitiae* vero titulus, quo Vesmius proprio Marte haec capitula inscripsit, prorsus resecandus erat; praesertim quia genuino titulo non carent, eo scilicet, quem ab ipso contextu maiusculis litteris distinximus. 2) *in nomine* rell.*]* Regiae huius ordinationis primam notitiam ex codice Cavensi dederat Pertzius noster anno 1824 (Archiv Tom. IV. pag. 252. 253); ipsa verba ex eiusdem codicis mendoso apographo saepius edi curavit Carolus Troya (Napoli 1832. Milano 1844), quem secutus est Parisiensis antecessor Petit de Baroncourt in dissertatione frustra a me Parisiis quaesita: De regum Langobardorum Ratchidis Astulfique recentius repertis legibus. Paris. 1847. 3) *edicti continet pagina]* Liutpr. cap. 25. 4) *orationem]* in sacris celebrandis.

precipiant ad[w] sculdahis[x] suos[y], aut[z] ad[a] centinos[b], aut[c] ad[d] locopositos, vel[e] quos[f] sub se habent ordinatos[g], ut et[h] ipsi similiter faciant, et promittant[i] ad[k] iudice suo[k], sicut et[l] ipsi[l] iudices nobis promiserunt, ut sit nobis[m] et illis[m] tranquillitas et mercedes[n] in[o] anima[o]. Nam[p] qui[q] a presente[r] die Kalendarum Martiarum[5] ea quae superius legitur[s] non conservaverit[t] aut[u] non conpleverit[v], et tantas reclamationes ad nos venerint[w], primo[x] omnium, de cuius iudicalia[y] ipse homo iustitiam non habuerit[z] et ad nos venerit[a], sciat se[b], quia de ipso honore[c] eum[d] expellimus[e], et per nullos[f] patronos[g] poterit obtinere[h] ut honorem suum non amittat[i], et[k] nobis et illis[l] non[m] conponat[n], cui iustitiam[o] facere neglexit, sicut supra statuimus. Quia cognoscimus[p] eum nec[q] Dei[r] nec nostrum esse fidelem, nec pro salvationem[s] terrae istius decertare, sed, ut diximus[t], contra Deum[u] quaerit agere et contra nos.

2. Si quis vero arimannus aut[a] quislibet[b] homo ad iudicem suum prius[c] non ambulaverit, et iudicium de iudice suo[c] non[d] susceperit, et post iustitiam suam[e] receptam[f] sic[g, 6] venerit ad nos proclamare: conponat ad[h] ipsum[h] iudicem suum solidos quinquaginta[i]. Propterea precepimus omnibus, ut debeat[k] revertere[l] unusquisque causam[m] habentem[n] ad[o] civitatem suam[o] ad[p] iudicem suum[q], et nuntiare[r] debeat[s] causam suam[t] iudici suo[u]; et[v] si iustitiam non receperit[w], tunc veniat[x] ad nostram presentiam[y]. Nam[z] si quis[z] venire antea[a] presumpserit, priusquam[b] ad iudicem suum vadat, qui habuerit[c], unde conponere[d]: solidos[e] quinquaginta[f], et qui non habuerit, unde conpositionem[g] faciat[e, g], iuvemus[h] ut[i] eum fustetur[k]. Ideo volumus ut vadat unusquisque[l] ad iudicem suum, et percipiat[m] iudicium[n] qualiter lex[o] fuerit.

3. Et hoc[a] volumus, ut nullus homo presumat[b] causa[c] alterius ad dicendum[d] supprehendere[e] aut[f] causare, nisi cum notitia[g] de iudice suo, causam[h] de vidua aut[i] de[k] orphano[l] dicendum[m]. Nam qui[n], ut diximus[o], de conliberto suo[p] causa[q] supprehendere[r] aut causare presumpserit[s], conponat widrigild[t] suum, medietatem regi[u] et medietatem iudici suo. Et si iudex, qui fuerit ante[v] quem[v] causa altercatur[w], hoc fieri permiserit[x] aut consenserit, conponat regi[y] widrigild[t] suum.

4. Haec itaque[a] volumus et statuimus, ut unusquisque arimannus, quando[b] cum[b] iudicem[c] suum caballicaverit[c], unusquisque[d] per semetipsum[e] debeat[f] portare[f] scutum[g] et lanceam, et sic post ipsum caballicet[h]. Et si[i] ad palatium cum[k] iudicem suum venerit[k], simi-

w) a 9. x) sculđas 6; sculdais 8. y) suo 9. z) ut 7.8; aud 9. a) a 9; *deest* 6. b) centenarios 6. c) ut 8; uel 6. d) ad *solus* 7 *habet.* e) uel *om.* 6; ut 8. f) quod 7.9. g) hordinatos 9. h) et *om.* 6.8. i) promittat 7.9. k) iudici suo 6; ad iudicem suum 8.9. l) ipse, *om.* et, 7. m) illis et nobis 9. n) merces 6.8. o) *sic* 7; in animabus 6; in animam 9; animae 8. p) Quod 6. q) si 6; quis 7. r) presenti 6; praesentem 7. s) leguntur 6.9. t) conseruauerint 6.9. u) et 6; aud 9. v) conpleuerint 6.9. w) uenerit 7.8. x) primus 8. y) iudiciaria 6; iudicarit 8. z) habuerunt 7. a) uenerint 7. b) se *om.* 6. c) honorem 7; suo *add.* 6. d) nos eum 8. e) expellemus 6. f) nullum 6; nullo 7. g) patronum nos 6. h) optinere 6.8.9. i) ammittat 7.9. k) ut 7. l) illi 6. m) non *om.* 9. n) componente 8. o) iustiam 6. p) cognouimus 9. q) quia nec 9. r) domini 8. s) saluatione 6.8.9. t) quia *add.* 6. u) dominum 8.

Cap. 2. *[in Cavensi cod.* 10, *in Matr.* 1, *in Paris.* 2, *in Guelf. sine numero] e codd.* 6—9. a) aud 9. b) quilibet 6. c) prius.....iudice suo *om.* 7. d) prius non 8. e) *deest* 6.8. f) recepta 9. g) si 6.8. h) ipsum ad 7. i) L 6.7. k) debeant 6. l) ire 9. m) suam *add.* 7. n) *sic* 8; habentes *rell.* o) per ciuitates 6. p) simulque ad 9. q) iudices suos 6; ad iud. suum *om.* 8. r) nuntiaret 9. s) debeant 6; deb. *om.* 8.9. t) causas suas 6; suam *om.* 8. u) ad ipsos iudices 6; ad ipsos iudices suos 9. v) et *om.* 7. w) susceperint 6. x) ueniant 6. y) praesentiam nostram 6; nostram presentia 7. z) qui, *om.* si, 6; quis *om.* 8. a) antea uenire 6. b) quam, *om.* prius, 6. c) habuerint 9. d) comp̄. 6.9. e) solidos..... faciat *om.* 7.8. f) L 6. g) componat 9. h) iubemus 7; habemus 6. i) ut *om.* 6. k) frustetur 8; fusticare 6. l) unusquisque uadat 6. m) percipit 7; recipiat 8. n) eius *add.* 6. o) lex *om.* 9.

Cap. 3. *[in cod. Paris. iterum* 2. *Matrit.* 2. *Cavens.* 10 *med. Guelf. sine numero] e codd.* 6—9. a) hoc *om.* 6. b) praesummat 6. c) causam 6.8. d) ad dic. *om.* 6. e) supprendere 6. f) aud 9. g) nisi per notitiam 6. h) *sic* 8; qui causam 6; causa 7.9. i) et 6. k) de *om.* 9. l) orfano 8; orfanis 6. m) dicenda 9; minauerit 6. n) neque, *om.* nam, 9. o) ut diximus qui 6. p) de colibertos suos 9. q) causas 6; *deest* 8; si quis causam 9. r) supprehenderit 9; causare aut supprehendere 8. s) presumserit 7; uoluerit 8. t) uuidrigildum 7; guidrigild 8.9. u) regis 8. v) *sic* 8; antequam *rell.* w) altercetur 6. x) premiserit 7; permissit 8. y) *deest* 9.

Cap. 4. *[Par. Matr.* 3. *Cav.* 11. *Guelf. sine numero] e codd.* 6—9. a) Et hoc, *om.* itaque, 6. b) quandocumque 9. c) suo caballicauerit iudice 6; iudice suo cab. 8.9. d) ut unusq. 7. e) semedipsum 8. f) portet 6. g) arcum 7.8. h) iudicem *add.* 6. i) sit 7. k) uenerit cum iudice suo 8; cum suo iudice uenerit 6; cum *om* 7.

5) *a praesente die Kalendarum Martiarum]* anno, ut videtur, primo regni Ratchis; nam sequenti anno eodem die ea solemniter emissa sunt, quae in edictum scribi debebant. Attamen alia exstabant ab eodem rege emissa, quae etiam hanc ordinationem praecesserant, quorum mentio fit infra cap. 4 in fine. 6) *sic]* i. e. simpliciter, „nur ſo“; cfr. Roth. cap. 62. 102 et pluribus locis.

liter faciat. Hoc autem[l] ideo volumus ut fieri debeat, quia incertus[m] est homo[n] quid[o] ei[p] superveniat, aut quale[q] mandatum suscipiat de nos[r] aut[s] de terra[t] istius, ubi oportet fieri caballicatio[u]. Si quis vero[v] aliter facere presumpserit, conponat iudici suo solidos viginti[w]; et[si][x] iudex ille, cuius arimannus[y] hoc distulerit inplere[z], non[a] distrinxerit, sicut supra diximus, conponat[b] widrigild[c] suum in palatio[d] regis. De[e] ferratura[f] quidem et aliis armis[g] vel[h] caballis[i] ita fieri debeat[b-k], sicut iam antea per[l] nostram iussionem precepimus[7].

[II.] INCIPIT PROLOGUS[8] DOMNI RATCHESI REGIS[a] (p. Chr. a. 746).

Cap. 3. a) quamliber 8; quamlibet *apogr. Vesm.* b) consuetudo 9. c) habuisse 8. d) hab 9. e) per perturbationem 8. f) solens 9; soleat 8 *sec. Vesm.* g) eamdem uel octabam 8. h) propinquis 9. i) quilibeat 8 *sec. Vesm.* k) aliter 9. l) octabam 8. m) *corrige* contraire. n) quaerella 8. o) obtineat 8. p) quem inicum 8 *sec. Vesm.* q) pro iniuria 9. r) ut 8. s) amittunt 9.

Cap. 4. a) munime 8. b) scripserit 8; *Vesmium errasse palam est.* c) quibus 9. d) requirere 8. e) sciret quod 9.

Cap. 5. a) cuique 8. b) alterius 8. c) eius *om.* 9. d) expletos 9. e) obligata 9. f) neglectu 8. g) qui *om.* 9. h) obligatione *falso Peregrinus.*

Cap. 6. a) certius fuerit 8. b) iuditii 8 *sec. Vesm.* c) aut famam *in* 8 *abesse, falso Vesm. refert.* d) quod tunc periurasset *om.* 8, *quod Vesmium fefellit.* e) ex iudicio... iurasset *om.* 9. f) tenorem edicti 8.

Cap. 7. a) Si quis 9. b) et possed. *om.* 9. c) quod 8. d) eandem *falso Peregrinus.*

18) *quartam seu octabam]* i. e. morgingabam vel plenam vel dimidiam; cfr. Schröder Geschichte des ehelichen Güterrechts 1863. pag. 88. 19) *secundum edicti tenorem]* Liutpr. cap. 144.

mentum idem possessor cum parentibus, quod de eadem[e] rem, vel casa veracia[f] habuisset[g] munimina, sed ea[h] per igne[i], aut[k] a zalatione[l] seu depredationem perdidisset. Si vero his, qui quaerellam[m] movit, prius elegerit illi[n] velle per pugnam approbare, solus iuret, qui ipsam tenuerit, quaecumque fuerit res, et sic ad pugna pergatur[o]. Etenim considerandum est et veraciter credendum, fieri potuisse, ut multi sua munimina[p], velut[q] dictum est, amiserint et amittant[r], dum et oppida et villae plurimae a paganis crematae sunt, et nostris exigentibus[s] meritis saepius cremantur et disperduntur: ideoque iniquum videtur, ut talibus accidentiis amisso munimine aliquis id[u] perdat, si munimen[v] inde non ostenderit, quod iure ei[w] conpetit habere[x].

8. Inconveniens usque modo consuetudo extitit, ut[a] quis quisvoluisset, si nosset[b], scribere[c] brevem, undecumque oportunitas exegisset. Amodo autem decernimus ut soli notarii brevem[d] scribant, sicut et cetera munimina. Et quiscumque deinceps brebis[e] fuerint absque notarii subscriptionem[f] ostensus, nullam retineat firmitatem; quoniam multos ex illis deprehendimus fuisse falsos[g], quod, Deo opitulante, cupimus, ut ulterius non fiat[h].

e) eamdem 8 *et falso Peregrinus.* f) ueracem 9. g) habuisse 8. h) ea *om.* 8. i) ignem 8. k) uel 8. l) azalationem 8. m) querella 9. n) ille 9. o) per pugna peragatur 8. p) multis ut muniminis 9. q) uelud 8. r) ammitant 9. s) ex gentibus 9. t) accidentius 9. u) it 9. v) munimina *falso Vesm.* w) ei iure 8. x) h+ + abere 9.

Cap. 8. a) ut hi 9; ut iam *Peregrinus.* b) nosse 9. c) scriberet 8. d) breue 8. e) breuis 8. f) subscriptione 8. g) falsas 8 *sec. Vesm.* h) *sequitur in cod. Matritensi (8) folio* 161 *med.:* Item pauca de glosa; *in cod. Cavensi fol.* 201' *med.:* Item consuetudo leburie et pactum.

[PACTIONES DE LEBURIIS CUM NEAPOLITANIS FACTAE[a].]

ITEM CONSUETUDO LEBURIE[1] ET PACTUM.

Incipit pactum quod constituit domnus Arechisi gloriosus princeps cum iudex Neapolitanorum, de servis et ancillis et de terris et de Legurias[b] et de tertiatoribus, quae communes est inter partes. *post a. 774.*

1.[c] In primis de Liguria, ut quantum Neapolitani per 20 annos usque modo in dominicatu tenuerunt, nec censum inde in partes Langobardorum persolverunt, securiter possideant. Similiter Langobardi, quantum per 20 annos usque modo in dominicatu tenuerunt, nec censum inde in partes Neapolitanorum persolverunt, securiterpossideant.

2. Alia vero omnia fundora, fundata sive exfundata s[int][d, 2] homines et terras, [in][e] quibus solidi non sunt dati, dividimus per medium.

3. Terras autem, in quibus solidi dati sunt, per scripta firmantes ipsas cartas inter partes per sacramenta cum tribus personis intus domum suam, si voluerimus ipsas terras inter partes recolligere[3], licentiam habeant Neapolitani reddere med. ex ipsi solid. et Langobardi similiter, et dividere ipsas terras per medietatem. Sin autem, dividantur in tres partes: unam partem tollant Langobardi, aliam Neapolitani et aliam qui ipsos solidos datos habent; facientes inter utrasque partes talem firmatione in scriptis, ut a tunc securiter Langobardi tertiam partem, et Neapolitani tertiam, et ipsi homines, qui ipsos solidos [datos][f] habent, tertiam partem securiter possideant.

4. Et fundora vel terras, qui in partes Langobardorum venerint in sortem, nullo modo ipsi homines, qui habitant in ipsa fundora, possint infiduciare vel vendere, aut per qualecunque argumentum alienare[4] in parte Neapolitanorum; et si factum fuerit, ipsos solidos pereant et ipsas res revertatur in parte Langobardorum. Similiter et parte Neapolitanorum perficiatur.

5. Exceptuamus ex his omnia fundora de Leburias, qui pertinet ad ipsum principatum[5] Capuanum, fundata et exfundata, et homines et terras, quae vos nobis aliquandiu relaxastis[6].

a) *hanc generalem rubricam a codicibus mss. abesse, uncinis adiectis indicavimus; quos etiam supra pag.* 204. 206 *et* 207 *adiici iusseramus. Quae proxime sequuntur, solus Cavensis cod.* (9) *exhibet fol.* 201'. *Impressa habentur post Peregrinum inter Muratorii Scriptores* (*II*, 1 *pag.* 339. 340), *apud Pratillum* (*Tom. III. pag.* 191—197) *et Cancianium I*, 263. 264. b) *corrige* Leburias, *et sic deinceps.* c) *numeros, quos codex Cavensis non habet, ideo adscripsimus, ut singula facilius distingui et allegari possint.* d) *codex:* exfundatas. e) in *ex coniectura supplevimus.* f) datos *pariter supplevimus.*

1) Leburiae s. Laboriae iidem sunt Campaniae agri, qui post varias nominis corruptelas *terra Laboris*, nunc *terra di Lavoro* appellari solent. Quorum fines iam a Plinio (H. N. XVIII, 29) ita indicantur: *Finiuntur Laboriae via ab utroque latere consulari, quae a Puteolis et quae a Cumis Capuam ducit;* sed medio aevo etiam finitimis regionibus idem nomen dabatur, de quo eruditam dissertationem conscripsit Pratillus, Tom. III historiae principum Langobardorum, p. 242—264. Erant autem communes Langobardis, qui comitatum Capuanum tenebant, cum republica Neapolitanorum, quae etiam Romanorum dici solebat; quod pactionum faciendarum causam utrique parti saepius dedit. Certe, quae nobis supersunt, Aregim (p. Chr. 774—787), Adelchim (p. Chr. 854—878) et Ioannem ducem (a. 933) auctores habere videntur. 2) *fundora fundata sive exfundata]* Fundi fundati erant habitati, exfundati ab habitatoribus deserti. Sic enim cap. 12 dicitur: *se de fundo exfundare*, et *fundare illum ibi.* Fundatorum autem fundorum duplex genus erat: aut enim a tertiatoribus colebantur, hoc est a veteribus dominis vel colonis, qui teste Paulo Diacono *per hospites divisi, ut tertiam partem suarum frugum Langobardis persolverent, tributarii effecti erant*, ideoque a Langobardis inter baldios numerabantur; aut liberis personis, pretio certorum solidorum soluto, cartisque conscriptis et sacramentis praestitis iure libellario s. emphyteuticario dati erant; cfr. Liutprand. cap. 92. 3) *recolligere]* i. e. revocare, redditis solidis a colono prius solutis. 4) *infiduciare... alienare]* cfr. Roth. cap. 235; Liutprand. cap. 87. 5) *ipsum principatum]* comitatus Capuanus dicebatur Aregis tempore; *principatus* verbum Adelchis tempore in pactum irrepsisse videtur. 6) *relaxastis]* i. e. communione eximi permisistis.

6. Et omnia, quae in parte Langobardorum[g] venerint, per nullum modum aut per qualecumque ingenium querant habere dominationem Langobardi.

7. Et terras seu servos, quos Langobardi divisos habent cum Neapolitanis per scripta, vel quocumque modo definitum habent inter se, si comprehenserit qualiscumque Neapolitanus exinde servum ad partem Langobardorum, componat sol. 100; et si alias qualescumque res exinde pigneraverit, componat de una causa novem[7]. Similiter et a parte Langobardorum perficiat.

8. (Quando[8] institutum fuit facto a dom. Arechis gloriosissimo primo princeps Langobardorum cum partem de Neapolim et firmatum est, qualiter inter partes esse deberent de terris in Liburia, de servis et de ancillis, de tertiatoribus et de omnibus causis, transgressi sunt Neapolitani ipsum pactum et noluerunt de omnibus praedictis rebus vivere secundum pacti tinorem, nullo modo consensimus ei illud.)

9. Si quis Langobardus habet comparatas terras in Liburia, et cartulas[h] emptionis exinde ostenderit, et pars Neapolitanorum intentionem inde miserit, iuret a parte Langobardorum tres homines de sex hominibus, quales pars Neapolitanorum quesierint, dicentes per sacramentum: „quia ista cartulae[h] veraces sunt.“ Et deinde pars Langobardorum retineat sibi duas sortes de hisdem terris; unam pars Langobardorum, aliam pro ipsis solidis datis; tertiam vero partem consentit inde habere partem Neapolitanorum[h].

10. [Si vero pars Neapolitanorum][i] cartulas[h] ostenserit, quas eis quiscumque homo fecisset de terris in Liburia: si audet prior de Capua facere iurare tres homines de sex, quales pars de Neapolim quesierit, dicente per sacramentum: „Quia istae terrae quas emptas habere dicitis, de illis hominibus fuerunt, qui censum reddiderunt in Capua, et sic eos habuerunt comitatus Capuanus, sicut alios massarios de Liburias“; [si vero non audet, sacramento[k]] abberentur[l] ipse cartulae a tribus hominibus de sex, quales pars de Capua quaesierit; et si voluerit[m] pars de Capua reddere med. de ipsi solidi, quas ipsae cartulae continunt, dividantur ipsae terrae per med.; et si noluerit reddere med. de ipsi sol., dividantur ipsae terrae in tertiam partem: unam partem tollat exinde pars de Neapolim pro ipsa hospitatica[9], et aliam pro ipsi solidi, tertiam partem tollat exinde pars de Capua.

11. Si horta fuerit intentio de fundis exfundanis[10], et dixerit una pars: „quia ista fundora de talibus tertiatoribus fuerunt“, et alia pars dixerit: „quia non fuerunt de his tertiatoriis, quos dicitis, sed de istis fuerunt, quos nos dicimus“, non sit inde sacramentum, ut una quaelibet pars in periurium exinde incurrat; inquiratur diligenter ad qualia hospitatica fuerunt pertinentia antiquitus, et tunc sine sacramentum et periurio poterit inde esse finis.

12. Si censiles homo[11] de Leburia patitur oppressiones a parte de Neapolim, et voluerit[n] exfundare se de ipso fundo, ponit post regiam domus suae ipsum fustem, sicut antiqua fuit consuetudo[12], et vadit ubi voluerit. Si autem pars de Neapolim cum parte Langobardorum potuerit revocare ipsum tertiatorem in ipsum fundum, et fundare illum ibi, potestatem habeant, et serviat ambobus partes sicut antea servivit. Et si aliunde voluerit ibi hominem fundare, potestatem habeant; et si hoc facere non potuerint, aut non voluerint, dividant inter se fundum et terris ipsius.

13. Si Liburianus serbus de Langobardis mortuus fuerit, habeat ipse Langobardus in potestate sua omnes res illius.

14. De servis communibus ita fiat: Si exierit de ipso fundo servus ipse, et intentio de eo horta fuerit, ut ipse Langobardus eum inde mobuisset, aut ad manum eum apprehen-

g) *corrige* Neapolitanorum. h) *cod.* cař. i) *haec supplenda erant; a codice absunt.* k) *haec pariter ex coniectura supplevimus.* l) *corrige* adfirmentur, *sicut in Liutprandi cap.* 79 *legitur:* firmare per sacramentum. *Similiter in sequenti pactione cap.* 6 *scriptum esi* comberemus *pro* confirmemus. m) *cod.* noluerit, *vitio manifesto.* n) *sic corrigendum; cod.* nolue.

7) *de una causa novem]* Hanc poenam illicitae pignerationis olim statuerat Rotharis cap. 246. 250. 343. 8) Haec nota tempore Adelchis principis inserta esse videtur; sed et de sequentibus dubitari poterit, anne Adelchim auctorem habeant, cuius nomen codex Cavensis fol. 205 subscriptum habet. 9) *hospitatica]* i. e. hospitii iure, nunc inter Langobardos et Neapolitanos communi. 10) *exfundanis]* Supra exfundati dicebantur. 11) *censiles homo]* i. e. tertiator, cui ademta etiam a Langobardis libertate, Neapolitani tamen liberam discedendi facultatem servasse videntur; ita quidem ut non nisi Langobardo domino accedente revocandi ius exercendum eis fuisset. 12) *antiqua consuetudo]* scriptis tamen Langobardorum legibus ignota; cfr. Grimm Rechtsalterthümer pag. 133. 136. 175.

disset: si non audet iurare ipse Langobardus, quod ille eum de ipso fundo non mobuisset, aut ad manum eum non apprehendisset, inveniat illum et revocet eum in ipso fundo. Alia talem faciat ipse Neapolitanus ad ipsum Langobardum, si eum inde quaesierit. Nam [si][o] sua voluntate, sine consilio de ipso Langobardo aut de ipso Neapolitano motus fuerit ipse 5 servus de ipso fundo, et vadit in terram aliam, tunc dividant Langobardus et ipse Neapolitanus ipsum fundum per medietatem cum omnibus pertinentibus de eodem fundo. Tamen quandocumque extra dominationem de Neapolim invenerit ipse Langobardus eundem servum, apprehendat eum, et habeat eum suae potestatis, sicut suum proprium[p].

[PACTIONES GREGORII DUCIS ET IOANNIS CONSULIS NEAPOLITANI[a].]

10 ┼Repromittimus[1] et iuramus et iurare faciemus nos Iohannes consul et dux, vobis dom. Landolfo et dom. Atenolfo, seu et dom. Atenolfi principis[b] filiis et nepos dom. Atenolfi principibus, quia amodo et semper sumus et erimus vobis veri amici, absque omni mala deceptione et absque omni dolo et fallacia et malo ingenio, et nulla contrarietatem aut inimicitiam faciemus vobis in toto principatu vestro Beneventano cum omnibus suis pertinen- 15 tiis, nec in toto comitato Capuano, nec in Teano cum pertinentiis suis, nec in hominibus vestris, nec nos[c], nec homines nostris per nostram voluntatem, neque per qualemcumque submissionem nostram; et si factum fuerit absque nostram voluntatem, iudicavimus vobis exinde secundum legem Romanorum aut Langobardorum absque malitiosa occasione. *p. Chr. a. 911. 933.*

2. De Sarracenis autem hoc vobis promittimus, quia sic per omnia et in omnibus 20 pleno animo vos et terram vestram contra eos adiuvavimus, ubi necessarium fuerit, tamquam nosmed ipsos et terram nostram.

3. De Leburias autem hoc vobis promittimus, ut terras, servos et ancillas seu fundora, [quae][d] per concessiones habetis vos et homines vestris in Liburias a singulis ducibus Neapolitanorum, quae possidetis temporibus dom. Landenolfi patrui vestri et dom. Sergi 25 abii vestri[2], si parte nostra Neapolitanorum exinde requisitionis habueritis intentionem, vos aut homines vestris si ausi fueritis inde iurare, iurent a parte vestra Langobardorum sex homines vestris, quales nos voluerimus, ad sancta Dei euangelia dicentes: „Quia istae cessiones, quae ostendimus, veraces sunt[3]“. Et tunc fiat vobis a parte nostra firmitatis scriptio exinde, ut amplius non sit vobis requisitionis causatio de ipsis rebus et servis et ancillis, 30 quos et quas praedicti continunt cessiones a partibus nostris Neapolitanorum, et liceat vos eas habere securiter.

4. Et quae per cartulam[e] emptionis seu convenientiae vel divisionis habetis et homines vestris a partibus nostris Neapolitanorum, si a parte nostra Neapolitanorum exinde requisitionis intentionem habueritis vos et homines vestris, si ausi fueritis inde iurare, iurent 35 a parte vestra Langobardorum tres homines vestris de sex hominibus, quales nos vobis querimus, ad sancta euangelia, dicentes: „quia istae cartulae, quae ostendimus, veraces sunt, et ipsas terras, quas istae cartulae continunt, possidemus eas“. Et tunc fiat vobis exinde a parte nostra firmitatis scriptio de cunctis rebus illius quae praedictae emptionis seu convenientiae vel divisiones continent, et possideatis eas securiter.

40 5. De omnibus vero aliis causis, unde intentionem habueritis vos aut homines vestri nobiscum aut cum nostris hominibus, iudicavimus vobis exinde absque omni dilatione, secundum legem Romanorum aut Langobardorum, absque omni malitiosa occasionem.

o) *si supplendum erat, deest codici.* p) *in Cavensi codice fol.* 205 *med. sequuntur verba:* Capitulo Adelchis principis, *non eadem manu, eodem tamen tempore scripta, quo cetera scripta habentur; cfr. nota sequens, et supra not.* 8.
45 a) *quae sequuntur, cod. Cavensis praecedentibus iungit fol.* 205 *med.—*207'; *impressa post Peregrinum habentur apud Muratorium II,* 1. *pag.* 341. 342, *Pratillum III, pag.* 228—231, *Cancianium I,* 276. 277. *Sed Peregrini nota:* „Sequens pactum Gregorii subiungitur in exemplari Cavensi nulla prorsus epigraphe, nec nota praefixa distinctionis“, *falsa est; vide notam nostram praecedentem et Pertzium in Archivo Tom. V, pag.* 256. b) *cod.* priñ. c) *cod.* uos. d) quae *ex coniectura addidi.* e) *cod.* car̄.

50 1) *Repromittimus* rell.] Haec cum praecedenti pactione cohaerere, manifestum est, nam complura ipsis verbis ex pactione Aregis repetuntur; quamobrem non observata temporis ratione, Cavensis codicis auctoritate utraque pactio coniunctim edenda erat. 2) *Sergii abii vestri]* ducis scil. Neapolitanorum, cuius filiam Atenolfus I, pater Landolfi et Atenolfi II, uxorem duxisse videtur. 3) Similia habentur supra in pacto Aregis cap. 9.

6. Si vero vestris hominibus intentionem habuerint cum nostris hominibus Neapolitani, aut aliis hominibus nostris de terris in Liburias, quam comparatas habent, ostendentes eis homines nostris cartulas, quomodo comparatas habent eandem terras a Langobardis, et auctor paruerit, si manifestatum fuerint et venditio ipsa veras sit, et venditor ille iuxta textum cartulae defendere potuerit, pars nostra habeat terram illam. Et si defendere non potuerit secundum ipsa cartula, aut non voluerit, et negaverit quod ipse eam non fecisset, et pars nostra terras illas possederit, a triginta autem sol. insuper[4], iuret pars nostra cum sex hominibus, quales vos volueritis, ad sancta Dei euangelia, dicentes ut cartula ipsa verax sit. A triginta vero sol. in subtus iurent tres, quale vos quesieritis; et destringat parte vestra nobis illum venditorem iusta textum ipsius cartulae. Nos vero omnem compositionem et legem et iustitiam quae parti nostrae facere debet auctor ille, donamus omnia ea parti vestri Langobardorum per launegilt[5] receptum a vobis exiguum; et faciendum omnia exinde, quae volueritis: et auctor ille defendat parti nostrae terram illam absque omni requisitione.

7. Et si pars nostra terras illas possederit per ipsa cartula[f] et auctores non paruerit, et aliquid nos a parte vestra exinde quesierint, comberemus[g] parti vestrae cartula[f] ipsa cum sex hominibus nostris, quales vos nobis quesieritis; et ipsas terras habeamus absque omni intentione.

8. Haec autem omnia superscripta, qualiter continent, in quantum exinde apparuerit per omnia, ita vobis observabimus, et ita vobiscum in antea sedebimus, sicuti sedet domnus Gregorius abius meus vobiscum, ex quo cum illo suprascriptum capitularium[6] fecistis a secundo die mensis Iulii indic. 14. usque in obitum eius; unde solummodo nomina mutabimus. Haec omnia vobis observabimus salva fidelitate sanctorum imperatorum[7]. Dom. Iohannes[h] consul et dux. Gregorius thius eius. Landolfus. Gregorius filius dom. Iohanni[i]. Sergius filius dom. Aligerni, Aligernus, Iohannes, Caesarius, Iohannes, Sergius, Gregorius, Gregorius, Iohannes, Gregorius, Petrus, Aligernus[k].

(a. 911.)

[SICARDI PRINCIPIS PACTIO CUM NEAPOLITANIS IN QUINQENNIUM FACTA[a].]

1. *De hostibus et scamaris qui per nostros fines in vestris transire voluerint.*
2. *De collata, et pensione, et ut ante pignus stare non debeatis.*
3. *Ut Langobardus Langobarda nullatenus conparentur, nec in mare venundentur.*
4. *Ut tertiator*[8], *si a Langobardo venditus fuerit, comparetur et super mare non venundetur.*
5. *Ut negociatores ab utrisque partibus illaesi permaneant.*
6. *De fugacibus, liberi vel servi.*
7. *De homicida, qui exercitalem vel militem aut simpliciter ambulantem occiserit.*
8. *De hiis qui iustitiam exquisierint et non receperint, qualiter pignorare debeant.*
9. *Ut si quispiam militem aut aliam personam bactere aut ligare praesumpserit.*
10. *De eo qui in furtum deprehensus fuerit.*
11. *De furone et homicida, ut a partibus ambarum reddantur.*

f) *cod.* cař. g) *corrige:* confirmemus. *Sic supra pag.* 214 *cap.* 10 abberentur *pro* adfirmentur. h) *cod. semper* iohs. i) *cod.* iohi. k) *sequuntur in cod. Cavensi fol.* 107' *imagini adscripta verba:* IOANNES CONSVL ET DVX, *deinde fol.* 208: Quantas causas debet esse iudicata sine sacramentum *rell.*

a) *ex cod. Vaticano* 5001 (15) *fol.* 132 *sqq. Ediderunt Peregrinus, Muratorius l. c. pag.* 256—259, *Pratillus pag.* 198—211, *Cancianius pag.* 264—270. *Papyracei vero codices, quibus ante Vaticanum usus erat Peregrinus, huius ipsius mera apographa fuerunt.*

4) *a triginta solidis insuper]* Aliter de summis controversiarum sacramento decidendarum statuerat Rotharis cap. 359. 5) *launegilt]* cfr. Roth. 175. 6) *capitularium]* Hoc solo loco hoc nomen invenitur, non pro lege, sed pro pacto. 7) *imperatorum]* Constantinus Porphyrogenneta anno 933 solus Orienti imperabat, cum Occidens post Berengarii mortem (924) imperatore prorsus careret. Sane anno 968 imperatorem Constantinopolitanum postulare videmus, ut Otto „principes Capuanum et Beneventanum, sancti nostri imperii olim servos, nunc rebelles, servituti pristinae tradat.“ Sic Liutprandus in legatione, SS. Tom. III pag. 350. 352. 354. 8) *tertiator]* Notandum in hac etiam pactione cum Neapolitanis facta nomen *haldii* nusquam inveniri, quanquam in sequenti divisione inter Radelgisum et Siginulfum aldionum mentio saepius fiat. Tertiatores autem sub patrocinio quodammodo Neapolitanorum fuisse, contextus capitis quarti demonstrat.

12. *De actionariis*[9] *qualiter peragatur.*
13. *De hominibus qui per flumina transierint; et ut non detineatur navigia in partibus nostris.*
14. *De terciatoribus*[b] *et condicionibus illorum.*
15. *Ut cavallus et bos nullatenus extra civitatem comparentur.*
16. *Ut ante tertiam et quartam contestationem barbaricum*[10] *pro quolibet casu non faciamus.*
17. *Ut pro pignere nullus audeat pignerare.*
18. *Ut pro causa causa non anteponatur.*
19. *Ut ubi exercitare volueritis, a nobis nullam laesionem habeatis.*
20. *Ut non praesumat aliquis terciatorem exercitalem aut militem facere.*
21. *Ut si terciator absconse exercitalis factus fuerit, aut miles.*
22. *Ut si quis homo liber uxorem duxerit tertiatricem.*
23. *De legatariis qualiter inlesi permaneant.*
24. *De fracta.*
25. *De nefandis criminibus, vel aliis causis, si in terciatores devenerunt.*
26. *Ut si aliquis cum terciatore causam habuerit a parte rei puplice.*
27. *De sigillatico et nuptiatico*[11].
28. *Ut non praesumat aliquis absque consilio principis lignum excidere a parte rei puplice.*
29. *Ut non tollatur a tertiatoribus excusaticum*[12] *et porcos.*
30. *Ut invitus*[c] *non detur pretium at terciatores pro tritico aut vino.*
31. *Ut singula castella non tollant responsaticum*[13] *nisi de locis sibi pertinentibus.*
32. *Ut coloni terciatores non dent in collata nec in pactu.*
33. *Ut non liceat piscare militem in laco Patriense*[a] *absque conscientia principis.*
34. *De modiatico*[14].
35. 36. *De responsatico et modiatico de lauri*[b] *vel de aliis massis.*
37. *Ut si miles absconse in laco Patriense piscaverit.*
38. *De Angre*[15].
39. *De Stabi*[15].
40. *De ponte lapideo et de Plagia*[16].
41. *De fluvio Dinconcello*[17].
42. *De monte Vesubio et de colonis.*
43. *De colonis transmontanis ut a partibus revocentur.*
44. *De Amalfinis qualiter peragantur.*
45. *De aqua, herba et collata.*
46. *De pravis hominibus, qui illicite per partes ambulaverint.*
47. *De terciatoribus, qui inter partes vagantur.*
48. *De servis et ancillis utrisque partibus.*
49. *Constitutio iuramenti.*

836. In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi et beatae et gloriosae Dei genitricis semperque virginis Mariae. Dum ea quae Dei praecepta sunt, partes obaudiunt, tunc ipsius adimplere probantur mandata, et ad pacis concordiam pro salute christianorum animarum pervenisse monstrantur. Pro quo promittimus nos dominus vir gloriosissimus Sicardus Langobardorum gentis princeps, vobis Iohanni electo sanctae ecclesiae Neapolitanae et Andreae magistro militum, vel populo vobis subiecto ducati Neapolitani, et Surrento et Amalfi et caeteris castellis vel locis in quibus dominium tenetis, terra marique

b) *cod.* teciatoribus. c) *cod.* initus. d) *cod. prima manu:* Patriensem. e) *cod. prima manu:* lauari.

9) Actionarii, quorum prima mentio in suspecto Cuniberti regis instrumento invenitur, non solum ii fuisse videntur, qui principum negotia gerebant (cfr. Pipinum, Legum Tom. I. pag. 44), quam privatorum negotia gerentes. 10) *barbaricum]* i. e. incursus barbaricos vel bellicam expeditionem. 11) Sigillaticum et nuptiaticum pro tributorum speciebus omnes habuerunt. 12) *excusaticum]* Hoc pro *escatico* Muratorius recte accepit; nam in Chron. Vulturn. dicitur: *qui porcos habuerit, dent escaticum de undecim porcos unum.* Mur. SS. II, 2. pag. 380; *esca* autem *glans* appellabatur. 13) Responsaticum a tertiatoribus pariter solvendum erat, ut patet ex cap. 14 infra. 14) *modiatico]* Sic apud Ughellium Tom. VII, pag. 84 legitur: *ut deinceps Salernitani pro modiatico aliquod non persolvant*, i. e. pro modio in mensura adhibito. 15) Angri locus prope Nuceriam; Stabiae nunc *Castellamare di Stabia.* 16) Plagia sive Playanum, locus in agro Nolano. 17) Draconcellus sive Draco fluvius, hodie *Sarno.*

pacem veram et gratiam nostram vobis daturos ab hac quarta die mensis Iulii indicione 14. videlicet ad annos quinque expletos. Unde pro stabilitate promissionis nostrae, ut nobis sine aliqua dubitatione credere possitis et in nostra concordia firmius permanere, de istis capitulis omnibus subscriptis de praesenti iudices nostros, qui subter notati sunt, quales nobis quaesistis, iurare fecimus[c] per nostram iussionem, quatenus si a parte vestra remissio, 5 quam nobis voluntarie fecistis, in omnibus fuerit adimpleta, haec, quae a nobis parti vestrae promissa et scripta sunt, impleantur tam vobis, quam omnibus civitatibus vel Surrento et Amalfi et caeteris castellis vobis subiectis terra marique; et nullam laesionem, neque in hominibus vestris nec in rebus eorum a nobis vel ab his qui nobiscum sunt vel fuerint, generabuntur[d], neque per exercita aut cursas, neque per scammeras, nec per traditicios, qui 10 a partibus vestris nobiscum sunt vel fuerint, nobis volentibus, aut consentientibus, aut per nostram voluntatem contra vos summissos. Et si contingerit, quod minime credimus, ut fiat hoc, repromittimus, quod secundum huius pacti continentiam, sicut subter confirmatum paruit, iustitiam vobis de omnibus capitulis conservaturi per omnia sumus.

1. Et hoc promittimus, ut si quis hostis aut scamaras per nostros fines ad laesionem 15 contra vos venire temptaverint, et ad nostram pervenerit[e] notitiam, nos secundum possibilitatem nostram vobis eos laedere non permictimus. Et si cognoverimus alia die facta[f] Langobardorum venire ad laesionem ducati vestri Neapolitani, vobis nunciamus, aut certe in tertio die usque ad virtutem et possibilitatem nostram eis resistere. Hoc enim stetit, ut si aliqua clasma[18] fuerit in finibus vestris ducati Neapolitani terra marique a quacumque 20 alia provincia, ut nulla requisitio a nobis fiat in ducatu vestro Neapolitano; sic tamen, ut in finibus principatus nostri Beneventani, nec panem nec aquam a quempiam homine bonae voluntatis accipiat: excepto si brachio forti hostili more tollere potuerit. Si autem et suspicio fuerit, quia per loca principatus nostri Beneventani, aut per consilium et conscientiam nostram aliqua clasma a vestris hominibus facta fuerit, ut sacramenta perveniant 25 a partibus, purificantes nos[g] per personas quantas et quales volueritis, „quia nec per consilium, nec panem, nec aquam cum nostra voluntate de nostris finibus susceperunt", et sit causa finita. Si autem approbatum fuerit, quia cum consilio principatus nostri ipsa laesio facta est in ducatu vestro Neapolitano, tunc subiaceat pars nostra parti vestrae Romanorum ipsum dampnum in duplo reddere, quia postquam desiderantes concordia pacis Domino per- 30 mittente a nobis domno viro gloriosissimo Sicardo principe, percipere meruistis digne et voluntarie, nullo contradicente ex nostris civibus.

2. †Set ad firmandam vobis libertatis et pacis caritatem, per quam vos creditis illesos gubernari, spopondistis nobis, cui supradicto eximio principi Sicardo, amodo, id est quarta die mensis Iulii indicione 14. per unumquemque annum dare nobis collatam et pristinam, 35 que consueti fuistis dare. Si vero ante quinque annos expletos, sicut superius scriptum est, pactum nostrae gloriae irritum feceritis, nos licentiam habeamus omnibus modis pignerare apud vos, [ut][h] habeamus, per quae ad nostram plenam iustitiam pervenire possimus, tam de istius pacti nostri corruptione ante quinque annos expletos; vel si ante pignus steteritis de istis supradictis capitulis, componere nobis debeatis secundum vestram promissionem 40 auri solidos Beneventanos numero tria milia, et insuper per scamaratores seu cursas et puplicum exercitum oppressionem facere usque ad nostram satisfactionem. Quod si, Domino iuvante et nostra gratia comitante, in his quae nobis placati estis, inmobiles steteritis usque ad praedictos quinque annos expletos, et haec nobis supradicta singulos annos persolveritis, hoc repromittimus, ut securi et inlesi a nostra parte in vestris finibus perma- 45 neatis.

3. †Hoc stetit, ut Langobardum[i] nullatenus comparetis, nec super mare venundetis. Quod si factum fuerit, ipsa persona nobis tradatur, qui comparavit, cum illo quem comparavit; ut simul qui comparavit, quam etiam et qui venundavit, ambo nobis tradantur. Et si non, et dilatacio pervenerit, componat solidos centos et supradictae personae tradan- 50 tur; et si super mare venditi fuerit, componat solidos ducentos, qui hoc malum penetravit.

c) *cod.* iura ef fecimus. d) *cod.* gnabuntur; grauabuntur *edd.* e) *cod.* peruerit. f) *an:* alios de parte? g) *cod.* uos. h) *cod.* nos, *omisso* ut. i) *cod.* Langobardorum.

18) Κλάσμα, fractura, idem significat, quod Langobardorum *zava.*

4. †Et hoc promittimus de terciatoribus[19], ut si a Langobardo venditi fuerint, comparantur, et nullatenus in nave imponantur, aut trans mare venundentur: excepto si homicidium fecerit, aut facere voluerit, habeat sibi licentiam, eum vendere; ita tamen, ut quinque personae praebeant sacramentum, quod ipse homicidium fecit aut facere voluit; et si 5 ipsa sacramenta deducere minime ausus fuerit, ipsa persona tradatur et componat solidos centum.

5. †De negociantibus vero ambarum partium stetit, ut liceat per fines nostros principatus nostri Beneventani negotium suum peragere, et per quovis accessu quod inter partes provenerit, non debeantur laedi vel detineri aut pignerari; set inlesi absque aliquo 10 dampno ad propria revertantur. Si enim et pro qualibet occasione pignerati fuerint, ut ipsum pignus in integrum restituatur eis; et componat, qui hoc facere praesumpserit, cui iniuriam fecerit, solidos viginti quatuor.

6. †De fugacibus ita stetit, ut si liberi aut liberae fugierint a partibus vestris et vobis subiacentibus, [et][i] res alienas secum detulerint, res ipsae in integrum restituantur, et illi 15 sint, ubi voluerint. Servi vero et ancillae, si a partibus fugerint, a praesenti die reddantur dominis suis cum rebus suis in integrum, quae secum detulerunt, accipiente iudice loci per unamquamque personam auri solidum unum iuxta antiquam consuetudinem[20]; nam non habeat iudex licentiam amplius accipere: si autem praesumpserit amplius accipere, reddat, quod tulit, in duplum. Si enim cognitus fuerit servus a suo domino, et venerit cum epistola, 20 et noluerit eum reddere iudex loci, et fugierit aut mortuus fuerit ipse servus, tunc ille iudex loci, qui noluit eum reddere, det pretium eius solidos 24; sic tamen, ut si quoquo tempore ubique in principatu nostro Beneventano inventus fuerit ipse servus, ut ille iudex vel alia persona, qui eius precium dedit, recipiat quod dedit, et servus revertatur ad anteriorem[k] dominum suum. Si enim et aliquis a partibus venerit servos aut ancillas quaerendo, et 25 iudex loci illius dixerit non ibidem fuisse, tunc tres personae praebeant sacramenta, „quia nec suscipit, nec in conscientia habet, ubi ipse servus est", et sit ipse solutus.

7. †De homicida vero ita stetit, ut si quispiam exercitalem aut militem vel quamlibet aliam personam simpliciter ambulantem praesumpserit occidere tempore pacis, ipsa persona modis omnibus tradatur; audita causa, infra triginta dies non liceat pignerare[21].

30 8. †De iustitia autem ita stetit, ut si quiscumque homo causam habuerit pro qualibet re, ut vadat semel et bis cum epistola principis vel iudicis sui; et si minime ei iustitia fuerit facta, [liceat][l] pignerare infra civitatem, et sic ei iustitia fiat; minus ne[m], tunc habeat licentiam foris civitatem, qualiter pignus facere, tam in Langobardos, quam etiam in inquilinos[22] vel qualibet persona praetendere potuerit. Excepto negotiante: non habeat licentiam 35 pignerandi, et si factum fuerit componat, sicut superius affictum est. De aliis vero personis vel rebus habeat sicut suum proprium menandum et gubernandum usque ad menses tres. Et si neglexerit iudex loci iustitiam facere, habeat iterum licentiam quaestor pignerare de loco ubi causa quaeritur. Et si contingerit ante iustitiam factam, ut ipsum pignus moriatur aut perierit, non calumpnietur ille, apud quem ipse pignus fuerit, sed reputet sibi 40 ille, qui iustitiam facere neglexit; tantum ille, apud quem pignus fuerit, praebeat sacramentum, „quia eum nec donavit, nec venundedit, nec alienavit, set tanquam suum proprium habere et gubernare voluit et quid factum est nescio", et sit causa finita. Si autem vivum et sanum fuerit inventum ipsum pignus, in integrum reddatur domino suo; ita tamen ut resideant iudices a partibus in loco, ubi ea causa quaeritur; et si claruerit, quia iuste pigne-45 ravit, accipiat iustitiam suam et componat ei debitor solidos sex, pro eo quod ante pignus iustitiam ei minime fecit: si enim et claruerit, quia iniuste pigneravit, componat solidos sex et pignus salvum reddat.

9. †Si autem quispiam militem vel qualibet aliam personam simpliciter ambulantem ligare aut battere praesumpserit tempore pacis, componat cui iniuria facta fuerit solidos 50 centum. Si autem ad servi quispiam personam hoc facere praesumpserit, componat solidos 24.

i) et *cod. omittit.* k) *cod.* interiorem. l) liceat *ex coniectura supplevi.* m) *corrigi possit:* si minus; *sed vide cap.* 10 *infra.*

19) *de terciatoribus]* Vide notas 8 et 26. 20) *antiquam consuetudinem]* Olim duos solidos iudici accipere licebat; Roth. 264. Liutpr. 44. 21) *pignerare]* i. e. barbaricum facere, ut supra dicitur. 22) *inquilinos]* i. e. colonos et tertiatores.

10. †Et si quispiam homo super furtum inventus fuerit, et non dederit manum ad prendendum[23] se, et mortuus fuerit, non requirantur; tantum tres personae bonae de loco ubi factum fuerit, quales quaesierint parentes aut patronus mortui, dent sacramentum, „quia mortuus ille in furtum inventus est, et non dedit manum ad ligandum se", et amplius non quaeratur, minus ne homicida ipse tradatur. Quod si vivus deprehensus fuerit ipse fur, in hoc modo, sicut superius legitur, tres personae praebeant sacramentum, „quia super furtum deprehensus est", et de praesenti tollantur[n] ei oculi, et post data sentencia recipiant eum parentes aut dominus eius.

11. †De furone vero, et homicida ita stetit, ut si quiscumque homo homicidium, aut furtum in sua patria facere praesumpserit, et fuga lapsus fuerit, modo de praesenti a partibus redantur.

12. †De accionariis vero ambarum partium ita stetit, ut inlesi debeant ambulare, per acciones suas utilitates suas peragendo, et nullus praesumat eis iniuriam aut lesionem facere; si enim iniuriatus fuerit verbo tantum, componat solidos duodecim. Quod si manum super eum miserit, componat solidos centum. Si autem et aliquis presumserit actorem occidere utilitatem suam peragentem, ipsa persona omnibus modis tradatur.

13. †Item stetit de fluminibus, qui in fine Capuana sunt; hoc est Patria[24], Velturnas atque Melturnas[o], ut in ipsa traiecta sint licentia transeundi tam negociantibus quam et responsalibus vel militibus seu aliis personis de ducatu vestro Neapolitano, salva consuetudine nostra[25], inlesi debeant transire. Barcas enim, quae ibidem ad hora canseverint[p] vel pro tempestate subduxerint, aut applicaverint per tota ipsa plagia, vel ubicumque in fine principatus nostri venerint, securae et inlese, sicut superius legitur, debeant esse; si autem et voluerint negotiare ibidem, persolvant secundum antiquam consuetudinem. Tantum ut si peccato faciente, navis rupta fuerit, res quae in ea inventae fuerint, eis reddantur, cuius fuerunt et cuius sunt; homines autem sani et inlesi ad propria sua revertantur. Et hoc stetit, ut deinceps pro quavis occasione navigia vestra in partibus Lucaniae vel ubicumque in finibus nostris non detineantur.

14. †De tertiatoribus[26] vero hoc stetit, ut nulla nova eis a parte rei publicae imponatur, excepto antiqua consuetudine, hoc [est][q] responsaticum solum, et angaris et calcarias, simul et ad dominas suas[r] angarias et pensiones secundum antiquam consuetudinem, nec non et exenium ad ducem[s], unum semel in annum, quod fuit prisca consuetudo; nam nulla alia nova imponatur a parte rei publicae ad eos qui se dividunt, nisi tantummodo responsaticum et angarias superscriptas; et si quis hoc praesumpserit facere rei puplice, ut ad terciatores amplius imponatur, nisi superscripta capitula, nam nulli[t] alii homini; et si quis insuper hoc facere praesumpserit, componat solidos 24, et quod tulit, reddat.

15. †Item stetit, ut non habeat licentiam quispiam a partibus foris civitatem cavallum aut bovem comparare, nisi infra civitatem vel in mercato presencia de iudicibus et ab eis ipse venditor cognoscatur; et si venditor a iudicibus cognitus non fuerit, ut nullatenus habeat licentiam comparandi; si autem et comparavit foris civitatem, vel in mercato aut in civitate simul in praesentia de iudicibus, sicut dictum est, et venditor non fuerit cognitus, sit ipse emtor fur, et reddat cavallum aut bovem; si enim liber fuerit, abscidatur ei manum, aut certe si voluerit, det pretium de ipsa manu solidos quinquaginta; de servo vero ut ipsa persona tradatur, aut si voluerit ipse dominus eius, det precium de ipso servo solidos viginti quatuor. Si autem venditor negaverit, ut non ipsum cavallum aut bovem vendidisset, et illi in quorum praesentia venditus fuerit, [sint][u] personae utiles, quibus credatur absque crimine, non habeat licentiam venditor negandi; set illi tres, si fuerint fide dignae personae, praebeant sacramenta, „quia in nostra praesentia vendidistis, et tantum precium tulistis"; tunc reddat quod tulit, et illi[v] tradatur cui cavallus aut bos fuerit; sic tamen, ut non eum

n) *cod.* tollatur. o) *corrige:* Volturnus atque Minturnus. p) *an:* consederint? q) est *a cod. abest.* r) *sic codex.* s) inuicem *coniectura, ut videtur, Peregrini.* t) *corrigendum videtur* aut ulli. u) sint *codex non habet.* v) ille *cod.*

23) *manum ad prendendum]* cfr. Roth. 32. 33. 253.
24) Patria lacus, in exiguum flumen desinens.
25) *consuetudine nostra]* tributo nobis solvendo.
26) Tertiatorum conditio ideo praesertim miserrima erat, quia praeter tertiam dominis praestandam etiam gravissimis exactionibus a parte rei publicae onerabantur; quod ne fieret, ipsorum etiam dominorum Langobardorum intererat; cfr. supra not. 8. 19.

sanum apud se detineat. Et si voluerint parentes aut domini eius eum liberare, dent pretium eius sicut superius affictum est; et ille cuius cavallus aut bos fuerit, res suas recipiat. Si vero contigerit ante iustitiam factam ipsum cavallum aut bovem mori, det pretium pro cavallo solidos octo et pro bove solidos quatuor, et pro hoc capitulo nichil accipiat iudex loci illius.

16. †Sed hoc promittimus, ut non pro quovis excessu barbaricum facere, aut cursa mittere ante primam, secundam, tertiam et quartam contestationem; et si homicidium a partibus proverit et minime iusticiam a partibus infra tricesimo die facta fuerit, sicut superius scriptum est, sit in hoc pactum solutus. De aliis vero capitulis, quae infra hunc pactum affictum est, minime dissolvatur; set firmus et stabilis usque in prefinitum tempus debeat permanere, si ea quae in hunc pactum affícta sunt, inviolabiliter conservatum fuerit.

17. †Sed hoc stetit, ut si quis a partibus pro pignore pignoraverit ante iusticiam factam, reddat pignus, et componat solidos duodecim.

18. †Set et hoc placuit atque convenit, ut nullus homo causam pro causa anteponat; sed ubi prius causa quaeritur, faciat iusticiam quaestiori sine ulla apposicione; nam non habeat licenciam dicendi: „quia si non reddis hoc, non tibi faciam iusticiam.“ Et si quis pro tali occasione iusticiam facere distulerit, tunc districtus iusticiam faciat, et componat negator iusticiam quaerentibus solidos sex.

19. †Et hoc promittimus, ut ubi volueritis exercitare in alia ducata pertinencia ducatui vestro Neapolitano per terram nobis subiectam, nullam laesionem a principatu nostro[w] Beneventano in ducatu vestro Neapolitano vel in cunctis finibus, terra marique pro quavis alia occasione ab homi[x] .....

[RADELGISI ET SIGINULFI DIVISIO DUCATUS BENEVENTANI.[a]]

1. Ego Radelgisus[27] princeps concedo tibi Siginulfo[b] principi firmissimam pacem de integra parte principatus Beneventanae provinciae[c], quae tibi nominatim evenit per singula et integra gastaldata seu ministeria, quae hic descripta sunt, et sicut hic fines locorum descripti sunt inter Consciam[d] et Salernum et Capuam a parte Beneventi[e]. 851.

2. Ita quidem, ut amodo vel[f] deinceps per nullum dolum aut ingenium vel qualemcumque[g] occasionem exinde a tua potestate subtraham[h] tibi et illi, qui per tuam voluntatem fuerit princeps electus, qui post vestrum decessum[i] in tua portione principandi potestatem[k] susceperit in civitate Salerno[l].

3. Et neque cum populo mihi subiecto[m], neque cum[n] Francis[o], neque cum Saracenis[p], neque cum alia quacumque generatione exinde de praesenti die subtraham[q] vel inpugnabo[r] aut delebo[s], neque submittam qui talia faciant; et talia facere volentibus ac facientibus adiutorium nullum inpendam[t]; et per meam terram non permittam, neque dimittam aliam generationem venire ad contrarietatem terrae ac[u] populi vestrae partis, cui generationi ego cum populo, qui in[v] mea terra habitat[w] vel habitaverit[x], resistere potero, sicut si in mea terra voluerit facere damnietatem[y], donec cum Francis fidem et pactum, sicut promisistis, observaveritis; et vos vestrumque populum liceat per[z] terram meam transire contra illos hostiliter et cum scara, ad vindicandum absque homicidio[a] vel incendio et depraedatione seu zala de populo et terra mea et oppressione castellorum portionis meae, excepta erba et ligna et aqua, quos vobis non negavimus[b]. Et si contigerit esse factum[c], pax exinde non disrumpatur, sed fit exinde iustitia.

w) *cod.* uro. x) *reliqua desunt in codice, nec plura unquam habuisse videtur; nam post lineam vacuam nova prorsus et diversa sequuntur.*

a) *ex cod. Casinensi* 353 *(14) fol.* 287—289, *et Vaticano* 5001 *(15) fol.* 143—147; *uterque codex inscriptione caret. Post Peregrinum pag.* 85 *ediderunt Muratorius II,* 1 *pag.* 260—262, *Pratillus III pag.* 212—224, *Cancianius I pag.* 270—274. b) siconolfo 15. c) benebentane probinciȩ 14. d) conscia 14. e) benebenti 14. f) et 15. g) qualecumque 15. h) subtraam 14. i) excessum 14. k) potestate 15. l) salerni 15. m) subgecto 14. n) cum *om.* 15. o) phrancis 14. p) sarracenis 14. q) subtraam 14. r) impugnabo 15. s) deleuo 14. t) impendam 15. u) hac 14. v) in *om.* 14. w) abitat 14. x) abitaberit 14. y) dampnietatem 15. z) per *om.* 14. a) omicidio 14. b) *ita in codd. pro* negabimus. c) factum 14

27) Post occisionem Sicardi, quae anno 840 obvenerat, Siginulfus frater et Radelgisus thesaurarius eius principatum inter se diviserunt.

4. Omnium rerum sanctorum[a] ecclesiarum[b], episcopatum[c] videlicet vel monasteriorum[d] sub regula degentium seu sinodochiorum[e], ibi census rationes reddantur[f] de suis singulis substantiis, ubi capita sunt earum: praeter monasteria sancti Benedicti et sancti Vincentii, quae sub defensione domni[g] imperatoris Lotharii eiusque filii domni[g] Ludovici[h] regis sunt[i], ut singulae ecclesiae suum primatum habeant integrum, sicut semper habuerunt[k] in omni loco, quemammodum[l] decet causam Dei; exceptis canonicis abbatiis quae ad palatium pertinent; nam abbatiarum res, quae ad palatium pertinent, in cuius divisione ipsae res venerint, ille eas[m] habeat[n], in cuius fuerit parte.

5. Et omnes monachi et monachae redeant in sua monasteria ubi prius habitaverunt[o], ut habitent et militent ibi Deo sub magisterio illic praeordinatorum, sicut ratio et consuetudo est: exceptis illis, qui per virtutem aliorum illic[p] introierunt aut in palatio serviunt.

6. Episcopi autem, et omnes clerici[q] de quocumque gradu clericatûs vel sine gradu, redeant ad suos episcopatus, cuiuscumque diocesis fuerint; et si redire noluerint, et nobis cognitum fuerit, absque omni iniusta dilatione faciemus eos redire invitos, ut sint sub potestate praeordinatorum in ipsis episcopatibus, et habitent, sicut illi eos iuste constituerint: exceptis clericis qui in palatio serviunt, et qui per vim clericati fuerunt.

7. Similiter fiat[r] et de clericis singulorum abbatuum, exceptis illis clericis, qui in rebus abbatuum[s] ad palatium pertinentium morantur; qui clerici in illius parte sint, in cuius sorte ipsa[t] res venerunt[u].

8. Et dimittam omnes homines vestrae potestatis ire ad venerabilem ecclesiam beati archangeli Michaelis[v] recto itinere, per quod temporibus antecessorum vestrorum illuc iebatur sine omni contrarietate vel damnietate[w] atque contradictione mea et omnium hominum qui in mea terra[x] habitent[y] vel habitaverint[z] me vivente[a], ut salvi vadant et redeant a nostra parte per meam voluntatem, excepto iudicio divino.

9. In parte vestra quorum supra, Siginulfo[b] principi[c] et qui post dicti[d] estis, sint ista gastaldata[e] et loca in integrum cum omnibus habitatoribus[f] suis, exceptis servis et ancillis, qui nobis et nostris hominibus pertinent; et si in istis gastaldatibus[g] ac locis subscripta[h] sunt aliqua castella ubi nostri homines habitant[i], ego vos ibi mittam sine irrationabili dilatione: Tarantus. Latinianus. Cassanus. Cusentia. Lainus[k]. Conscia. Montella. Rota. Salernus[l]. Sarnus[m]. Cimiterium[n]. Furcule[o]. Capua. Tianus. Sora et medius gastaldatus[p] Acerentinus, qua parte coniunctus[q] est cum Latiniano et Consciam.

10. Inter Beneventum et Capuam[r] sit finis ad Sanctum angelum ad Cerros, perexiens per serram montis Virginis usque ad locum qui dicitur Fenestella. Inter Beneventum et Salernum sit finis in loco, qui dicitur ad Peregrinos, ubi ex antiquo 20 milliaria[s] sunt per partes. Inter Beneventum[t] et Consciam sit finis ad ipsum stafilum[u] ad Frequentum, ubi ex antiquo 20 milliaria sunt per partes. De omnibus autem hominibus qui inter partes sunt, si in nostram[v] fugerint, si potuerimus eis gratiam rogare, rogabimus[w]; et si non, reddemus eos absque omni iniusta dilatione.

11. Si vero vester homo in sua substantia in mea terra ad habitandum[x] venerit, et plus quam vestra voluntas est, steterit; ubi cognitum mihi feceritis, ego eum sine omni iniusta dilatione transmittam ad vos.

12. De waregnangis[y] nobilibus, mediocribus et rusticis hominibus, qui usque nunc in terram fugiti sunt, habeatis[z] eos.

13. Similiter habeatis omnes homines, qui habitant in parte vestra, et qui[a] sunt sub tributo[28].

a) sanctarum 15. b) ecclesiarum 14. c) *ita in codd. pro* episcopatuum. d) monasterium 15. e) sinadochiorum 14. f) reddentur 15. g) dompni 15. h) ludoguici 15. i) sint 15. k) abuerunt 14. l) quem commodum 14. m) eos 15. n) abeant 14. o) abitauerunt 14. p) illuc 15. q) clęrici 14. r) fiant 15. s) abbatatutum 15. t) ipsam 14. u) uenerint 14. v) Michahelis 14. w) dampnietate 15. x) parte 15. y) abitent 14. z) abitauerint 14. a) uibente 14. b) gisinolfo 15. c) principi *om.* 14. d) predicti 14. e) castaldata 14. f) abitatoribus 14. g) castaldatibus 14. h) subscripti 14. i) abitant 14. k) laynus 15. l) salernum 15. m) sarnum 15. n) cymitirium 14. o) furcul: 14. p) castaldatus 14. q) coniunctum 14. r) capua 14. s) maliaria 15. t) benebentum 14. u) staffilum 15. v) nostra 14. w) rogauimus *uterque cod.* x) addabitandum 14. y) uuaregantis 14; *scribi debebat* uuaregangis, *ut habetur Roth. cap.* 367. *Celerum nec Graecis verbum* βαράγγοι *incognitum erat, de quo vide Ducangium s. v.* waringos. z) abeatis 14. a) qui *om.* 14.

28) *qui sunt sub tributo]* tertiatores et si qui alii ex haldiorum ordine ibi habitabant.

14. Omnes homines qui in vestra portione sunt, habeant res suas integras, in quocumque loco meae[a] partis pertinent de illorum substantiis, cum servis et ancillis et aldionibus omnique pertinentia sua.

15. Servi[b] quoque et ancillae[c] atque aldiones[d] vestrae partis fugaces et apprehensos, ubicumque fuerint inventi in terra nostra, reddemus vobis absque omni dilatione, et nunquam per nostram voluntatem a quocumque[e] homine nostrae partis contradicentur aut retollentur, et si sine mea voluntate fuerit factum, ubi nobis cognitum fuerit, faciemus exinde iustitiam, et illos sine iniusta dilatione reddere faciemus.

23. Ἐάν τις ἑτέρῳ χεῖρα ἐκκόψῃ, τὴν ἡμισότητα τῆς τιμῆς αὐτοῦ, ὅπερ ἐκτετίμηται, καθάπερ[y] αὐτὸν ἀποκτείνῃ, ζημιούσθω· καὶ ἐὰν ξηρανθείη καὶ οὐκ ἐκκοπῇ ἀπὸ τοῦ σώματος, τέταρτον μέρος τῆς τιμῆς δεδότω.

24. Ἐάν τίς τινι τὸν ἀντιχείραιον δάκτυλον ἐκκόψῃ, ϛ'[z] μέρος ἧσπερ αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος ἀξιοῦται τιμῆς, ὥσπερ ἐὰν αὐτὸν ἀποκτείνῃ, ζημιούσθω.

25. Ἐὰν τὸν δεύτερον δάκτυλον ἐκκόψῃ, ζημιούσθω νομίσματα ιϛ'.

26. Ἐὰν τὸν τρίτον δάκτυλον ἐκκόψῃ, ζημιούσθω νομίσματα ε'.

27. Ἐὰν τὸν τέταρτον δάκτυλον ἐκ τῆς χειρὸς[27] ἐκκόψῃ, ζημιούσθω νομίσματα ιϛ'[28].

50. *[De labro absciso.]* Si quis alii labrum absciderit, conponat solidos sedicem; et si dentes apparuerint, unus aut duo aut tres, conponat solidos viginti.

51. *[De dentes priores.]* Si quis alii dentem excusserit, qui in risu apparit, pro uno dentem conponat solidos sedicem; si duo aut plures fuerint in risu apparentis, per hoc numero conponantur [et adpretietur].

52. *[De dentes maxillares.]* Si quis alii dentem maxillarem unum aut plures excusserit, per unum dentem conponat solidos octo.

53. *[De aure abscisa.]* Si quis alii aurem absciderit, quartam partem pretii ipsius ei conponat.

54. *[De plaga in facie.]* Si quis alii plagam in faciem fecerit, componat ei solidos sedicem.

55. *[De plaga in naso.]* Si quis alii plagam in nasum fecerit, conponat ei solidos sedicem, si resolidaverit ut tantum cechatrix appareat.

56. *[De plaga in aurem.]* Si quis alii plagam in aurem fecerit, conponat solidos 16, si resolidaverit.

57. *[De brachio transforato.]* Si quis alium in brachio punxerit et transforaverit, conponat solidos 16.

58. Si quis alii brachium puncxerit et non transforaverit, conponat solidos octo.

59. Si quis alium intra capsum plagaverit, conponat solidos viginti.

60. *[De plaga in coxa.]* Si quis alium in coxa plagaverit [aut punxerit], si transforatum fuerit, conponat solidos 16; si autem transforatum non fuerit, conponat solidos octo.

61. *[De numero plagarum.]* Si plures plagas fuerent, usque ad tres tantummodo numerentur, et per unamquamque plagam conponantur, ut supra; nam amplius si fuerent, non conponantur.

62. *[De incisione manus.]* Si quis alii manum absciderit, medietatem pretii ipsius, sicut adpretiatus fuerit ac si eum occidisset, ei conponat; et si sic sideraverit et non perexcusserit a corpore, quartam partem praetii ipsius ei conponat.

63. *[De digita manus.]* Si quis alii policem de manu excusserit, sexta partem pretii ipsius, quod homo ipse adpraetiatus fuerit si eum occidissit, ei conponat.

64. *[De secundum digitum.]* Si quis alii secundum digitum de manu excusserit, conponat solidos sedicem.

65. *[De tertium digitum.]* Si quis [alii] tertium digitum [de manu] excusserit [quod est medianus], conponat solidos quinque.

66. *[De quartum digitum.]* Si quis [alii] quartum digitum excusserit, conponat solidos octo.

r) *cod.:* καὶ ἄν ὀδόντ τοῖς. *Supra iam (not.* i*) nostrum deprehendimus* ε *et* οι *permiscentem. Inde facilis erat mutatio in* ὀδόντες. *ZACH.* s) *sic recte cod.;* ὀδόντας *corr. Zach., veram edicti lectionem ignorans.* t) οἱ ἐν γέλωτι φανεῖεν *vel* τοὺς ἐν γ. φανέντας *corrigendum censet Zach.* u) ἓν *cod.* v) *cod. videtur habere:* φαίνεται. w) καθεκάστην *cod.* x) ζημιούσθωσαν *corr. Zach., qui tamen eandem imperativi cum infinitivo confusionem infra cap.* 33 *repeti recte notavit.* y) καθάπερ ἐάν *malit Zach.* z) *cod.* ᾳ̈; *in prototypo* ϛ *scriptum fuisse censet Zach.*

26) Auctior est poena in Graecis, quam in Latinis: illic 24, hic 20 solidorum. ZACH. 27) Verba *de manu*, quae Graecus huic capiti inserit, in solis codd. 9. 11 invenimus; in cap. sequenti etiam in codd. 6. 8. 10. 28) Numerum 18, quem non solum hoc loco, sed etiam cap. 28—30 numeris

28. Ἐὰν τὸν πέμπτον[a] δάκτυλον ἐκ τῆς χειρὸς[29] ἐκκόψῃ, ὅ[b] ἐστι μικρός[30], ζημιούσθω νομίσματα ιϛ'[31].

29. Ἐάν τις ἑτέρῳ τὸν μέγαν δάκτυλον τοῦ ποδὸς ἐκκόψῃ, ζημιούσθω νομίσματα ιϛ'[31].

30. Ὁμοίως καὶ ὅ[c] τὸν δεύτερον δάκτυλον τοῦ ποδὸς ἐκκόψῃ, ζημιούσθω νομίσματα ιϛ'[31].

31. Ἐὰν τὸν τρίτον δάκτυλον ἐκ τοῦ ποδὸς ἐκκόψῃ, ζημιούσθω νομίσματα γ'.

32. Ὁμοίως καὶ ὁ τὸν τέταρτον καὶ πέμπτον ἀνὰ νομισμάτων ζημιούσθωσαν τριῶν[32].

33. Ἐν πάσαις ταύταις ταῖς πληγαῖς καὶ κρούσμασιν ἢ λογχεύμασι τοῖς προγεγραμμένοις, ἅπερ ἐν τοῖς ἐλευθέροις συμβῇ ἢ εὑρεθῇ, διὰ τοῦτο μεγάλας ζημίας ἐκτεθείκαμεν ὑπὲρ τοῖς ἀρχαιοτέροις ἥμῶν, ἵνα φανδὸς[d], ὅπερ ἐστὶν ἔχθρα, μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν προγεγραμμένην ζημίαν μετατιθέτω καὶ παρεχέσθω, καὶ τοῦ λοιποῦ μὴ ἐκζητείσθω, μήτε δόλος[e] κρατείσθω, ἀλλ' ἔστω[f] τὸ πρᾶγμα τελειωθὲν τῇ φιλίᾳ διαμενούσῃ. καὶ ἐὰν τύχῃ ἐκ τῶν αὐτῶν πληγῶν ἀναμεταξὺ τοῦ χρόνου ἤτοι[g] τοῦ ἔτους τῆς διωρίας[h] ὁ πληγωθεὶς ἀποθάνῃ, τότε ἐκεῖνος ὁ αὐτὸν πληγώσας ζημιούσθω αὐτῶν[i] γὰρ ἀγαθουργὴν[k], ὅπου ἐστὶν ὁμοιοπροσωπό[l].

34. Ἐάν τις ἵππῳ ἀλλοτρίῳ τὴν οὐρὰν ἐκκόψῃ, ὅπερ τρίχας καὶ μόνον, ζημιούσθω νομίσματα ϛ'.

67. *[De quinto digitum.]* Si quis quintum digitum excusserit, conponat solidos sedicem.

69. *[De policem pedis.]* Si quis alii policem de pede excusserit, conponat solidos sedicem. 5

70. *[De secundo digito.]* Si quis alii secundum digitum de pede excusserit, conponat solidos sex.

[70.] Si tertium digitum pedis excusserit, conponat solidos tres.

72. Si quartum [digitum excusserit], conponat solidos tres. 10

73. Si quintum [digitum pedis excusserit, conponat solidos duo].

84. In omnis istas plagas aut feritas superius scriptas, quae inter hominis liberos evenerint, ideo maiorem conpositionem posuimus, quam antiqui nostri, ut faida, quod est inimicitia, post accepta suprascripta compositione postponatur et amplius non requiratur, nec dolus teneatur: sed sit sibi causa finita, amicitia manentem. Et si contigerit de ipsis plagis intra anni spatium qui plagatus est mori, tunc ille, qui eum plagavit, conponat qualiter in angargathungi, id est secundum qualitatem personae. 15 20 25

338. *[De coda caballi.]* Si quis caballum alienum coda cappellaverit, id est setas tantum, conponat solidos sex.

a) πέπτον *cod.* b) ὃς *corrigendum censet Zach.* c) *sic cod.;* ὃς *corr. Zach.* d) ἵνὰναφανδῶς *cod.* e) δοῦλος *cod.* 30 f) ἔσθαι *cod.* g) *sic corr. Zach.;* ἰνδ *cod., quod Pottius pro* id est *accipi posse putat.* h) διορίας *corr. Zach., contradicente Pottio, cui praecedentia in* τῆς τοῦ ἔτους *transponenda esse videntur.* i) αὐτῷ *corr. Zachariae, sed* αὐτῶν *defendit Pottius.* k) *cod.* γαραθουργὴν *sec. Zach.,* γὰρ ἀγαθουργὴν *sec. Anschützium.* l) ὅπερ ἐστὶν ὁμοιοπροσωπῶς *mutavit Zach. contradicente Pottio pag.* 184.

octo, sedicem et sex substitutum videmus, non mero errori tribuendum esse, verbum ὁμοίως, quod cap. 30 superadditur, probare videtur. 29) vid. not. 27. 30) Haec tria verba Latini codices non habent. 35 31) vid. not. 28. 32) Etiam hoc loco poenam duorum solidorum consulto mutatam esse videmus.

II.

LIBER LEGIS REGUM LANGOBARDORUM, CONCORDIA DICTUS,

EDENTE FRIDERICO BLUHME ICTO[1].

INCIPIT[a] CAPITULA LEGIS REGUM LANGOBARDORUM, SEU CONCORDIA DE SINGULIS CAUSIS, QUAS ROTHARI[b] GRIMUALD[c] LIUTPRAND RATCHIS[d] AISTULF CONSTITUERUNT, OMNES INSIMUL ADUNATE ET CONCORDATE, UT LEGEM QUERENTIBUS FACILIUS INVENIRE QUEANT QUOD CUPIUNT[e].

I. Capitulo Rothari.[f] De concilio[g] mortis, vel si[h] servi manu armata in vico intraverint[i] ad[k] male faciendum.

II. Cap. Rothari, Liutprandi, Ratgisi. De seditionibus, id est[l] si quis foris provincia fugierit[m], aut inimicos infra provincia[n] incitaverit aut celaverit, aut in exercitum[o] collegam suum dimiserit aut ad[p] regem accusaverit, aut secretum regis manifestaverit, sive collectio rusticanorum[q] et zawas[r] vel adunationes contra iudicem suum.

III. Cap. Rothari et Liutprandi. De scandalis commissis, aut in civitate vel in quacumque loco, vel adunationes liberorum hominum ad malefaciendum.

IV. Cap. Rothari et Liutprandi. De homicidiis virorum et mulierum pro qualibet ingenio, et de magistros conductos si in opera mortui fuerint, sive de puteo tolenus[s] supervenerit, et de arbore inciso, vel qui se post conpositionem se[t] revindicaverit.

V. Rothari. De sepultura hominis, aut de homine mortuo invento aut expoliato.

VI. Cap. Rothari et Liutprandi. De eos[u] qui ad regem venire volunt, et qui manu armata super alium venerit, aut iniuriam suam vindicandam cum exercitu in vico intraverit, aut collectiones mulierum.

VII. Cap. Rothari et Liuprandi. De exercitalibus[v] vel neglegentiis in exercitu[w] commissis.

VIII. Cap. Rothari et Liutprandi. De wec werini[x], id est orbitaria, vel iteranti herba negare[y], aut si mulieri in via aut in campum iniuria fecerit.

VIIII. Cap. Rothari et Liutprandi. De marchworfin[z].

X.[a] *Cap. Rothari et Liutprand.* De violentiis hominis liberi aut, si insidiatus[b] fuerit aut flagellaverit aut ligaverit, aut qui se furtim vestimentum alium induerit.

XI. Cap. Rothari et Liutprandi. De homine noctis tempore in curte invento aut conpraehenso aut occiso aut ligato.

a) *ex cod. Gothano fol.* 165 *et Mutinensi.* b) RŌTHARI *cod. Goth.* c) GRIMALD *cod. Mut.* d) LIVTPRANT RATGIS *Goth.* e) capitulo roth. griml liutp̄. ratch. aistul̄ *male repetit Mut.* f) *haec, omnesque sequentium numerorum rubricas om.* M. g) consilio M. h) si *om.* M. i) intrauerit M. k) ad *om.* G. l) id est *om.* M. m) fugerit G. n) prouinciam G. o) excercitum M. p) ad *om.* G. q) rusticorum M. r) zauas G. s) tulinus G. t) se *om.* G. u) eis M. v) excercitalibus M. w) excercitu M. x) *sic* G; uuę cuuerint M. y) negaverint M. z) Darmarchuuor fin. G. a) *cod. Goth. fol.* 165 *col.* 2. b) si *om.* M; sinsidiatus, *corr.* insidiatus, G.

1) De Concordiae libro eiusque codicibus manuscriptis, Mutinensi scilicet et Gothano, plura in praefatione nostra dicta sunt; hic tantum monendum erit, Mutinensem codicem integrum extare, ex Gothano vero, in quibusdam vel pleniore vel certiore, decem folia periisse, duo non nisi lacera superesse. Quamobrem ea, quae ex Gothano nobis salva sunt, exactius in notis indicavimus. Mutinensis autem eo praesertim vitio laborat, quod rustico veteris edicti sermoni, in Gothano retento, limatius scribendi genus substituere conatus est.

XII. Cap. Rothari[c]. De curtis ruptura, aut si quis peculium occulte de curte tulerit et non rogaverit.

XIII. Cap. Rothari. De feritas hominis aut plagas sive de liberis aut servis vel mancationibus quascumque.

XIIII. Cap. Rothari. De veneno temperato et ad bibendum dederit.

XV. Cap. Rothari. De incendio pro quolibet[d] ingenio.

XVI. Cap. Rothari. De molino capelato sive in terra aliena edificato vel casina distructa[e].

XVII. Cap. Rothari et Liutprandi et Grimuald vel Aistulfi. De gradus[f] cognationum et successione utriusque sexus, vel si pater filium suum[g] meliorare voluerit et ordinationem[h] pro animam suam[i] facere voluerit, vel si quis usufructum mulieri suae dare voluerit, vel si quis aliunde res adquisierit.

XVIII. Cap. Rothari. Si quis alii[k] dixerit, quod de adulterio[l] natus sit.

XVIIII. Cap. Rothari et Liutprandi. De exhereditatione[m] filiorum pro qua culpa.

XX. Cap. Rothari et Liutprandi. De tinx quod est donatio, vel qui se de filiis desperaverit[n], sive de res leprosi, sive liber homo potestatem habeat cum frea sua migrare ubi voluerit.

XXI. Cap. Rothari et Liutprandi. De sponsalibus et nuptiis et de frea movita[o] aut mundio, vel si quis dixerit de sponsa sua aut de muliere incriminata, aut si mulier alienum[p] maritum tulerit, vel si servus aut aldius[r] liberam tulerit, vel si Romanus Langobardam tulerit.

XXII.[s] *Cap. Rothari et Liutprandi et Aistulfi.* De inlicitas nuptias[t] et violentiis[u] et iniuriis mulierum, aut si puella sine voluntate parentum se maritaverit aut fornicaverit, aut si quis sponsam[v] alterius tulerit, aut si servum tulerit, aut si quis cum gentile fornicaverit, et de mundio earum, sive de sanctęmonialibus raptis, vel si quis inventus fuerit cum uxore aliena turpiter conversari.

XXIII. Cap. Rothari. Si mulier in morte mariti sui consiliaverit aut occiderit, vel in sua potestate vel arbitrium ulla femina liceat esse.

XXIIII. Cap. Rothari et Liutprandi, Ratchis et Aistulfi. De libertis a dominis dimissis vel alienatis, vel si aldium fecerit.

XXV. Cap. Rothari et Liutprandi. De emptionibus et venditionibus de quibuslibet causis.

XXVI. Cap. Rothari et Liutbrandi, Ratchisi sive Aistulfi, Grimualdi. De possessionibus de mobilibus aut inmobilibus de quibuslibet vel per quod annis esse debeat.

XXVII. Cap. Rothari. De terminos effossos[w].

XXVIII. Cap. Rothari et Liutprandi. De arbore signato inter fines descernendas[x], si quis inciderit et sinaida in silva fecerit, et de carro invento.

XXVIIII. Cap. Rothari. De eo qui aurum transfiguraverit[y].

XXX. Cap. Rothari et Liutprandi. De cartula falsa et scribis.

XXXI. Cap. Rothari et Liutprandi sive Aistulfi. De pignoracionibus et debita de quibuslibet causis.

XXXII. Cap. Rothari, Grimualdi et Liutprandi. De furta et emendaciones earum vel rebus commendatis furatis, vel si servus aliquod damnum fecerit, et de neglegentiis iudicum sive naufragum.

XXXIII. Cap. Rothari et Liutprandi. De[z] fugitivis in quacumque parte.

XXXIIII. Cap. Rothari et Liutprandi. De furta et pena finita de minoribus causis, id est de quacumque arbore inciso, aut modulato de vite[a] de[b] palo ac xegias[c] de sepibus de retibus de lignamen aut capistro et alia similes, aut si quis per muros civitatis introierit.

XXXV. Cap. Rothari et Liutprandi. Si quislibet peculius aut homo in sepe aut in puteo vel fossato periclitaverit, aut si fossatum aut sepem in terra aliena aut in via miserit.

XXXVI. Cap. Rothari et Liutprandi. De eo qui arma sua aut iumentum alii prestiterit et cum eis aliquod malum factum fuerit.

XXXVII. Cap. Rothari et Liutprandi. De feris plagatis et in laqueo conpraehensis aliquod malum fecerit, vel si quis eas tulerit aut celaverit, sive de accipitres sive apibus de arboribus signatis quis tulerit.

XXXVIII. Cap. Rothari. De canes incitatos aut occisos sive homo aut quadrupedis rabiosus fuerit aut aliquod damnum fecerit de ancilla gravida percussa sive iumenta aut vaccam praegnantem et abortum fecerit vel animale excoriato.

XXXVIIII. Cap. Ruothari et Liutprandi. De peculio in dampno[d] invento et in curte misso et in messe aut in prato voluntarie[e] misso aut porcos[f] in silva.

XLI.[g] *Cap. Rothari et Liutprandi.* De terra arata wifata et si prato segaverit aut araverit.

XLII. Cap. Rothari et Aistulfi, Liutprandi, Ratghis. De sacramentis et wadiis et fideiussores et per-

c) et roth. G. d) qualibet G. e) cassina destructa M. f) gradibus M. g) suum *om.* G. h) ordinatione G. i) anima sua G. k) alii *om.* M. l) aliquis *add.* M. m) exhereditione G. n) disperauerit M. o) mobita G. p) *sic* G; aliene M. r) aldus G. s) *cod. Goth. fol.* 165'. t) nupcias M. u) uiolenciis M. v) sponsa M. w) terminis effossis M. x) discernaendas M. y) transfigurauerunt G. z) *cod. Goth. fol* 165' *col.* 2. a) uitae G. b) de *om.* M. c) ac segias G. d) damno G. e) uoluntariae G. f) in porcos G; *in cod. Mut.* in *radendo extinctum est.* g) *cap.* 40 *uterque codex omittit, ita tamen, ut in Gothano numerus etiam XL desideretur, in Mutinensi numeri continuentur, ideoque falsi cum ipso contextu non conveniant. Nos numeros Gothanos retinemus.*

iuris, et qui prius in placito aliquid professus fuerit postea negare non possit, et de sacramento rupto, et si filius post mortem patris de debito appellatus[h] fuerit et de servo in sacramento misso.

XLIII. Cap. Rothari. De warigangis[i], id est qui de exteras fines veniunt, qua lege vivere debent.

XLIIII. Cap. Rothari et Liutprandi. De campionibus[k].

5 *XLV. Cap. Rothari et Liutprandi.* De[l] causas regales[m] id est de eo qui sine heredes moritur, et de morth et oboeros de mundio ad curtem regis et de causis finitis et conposiciones earum.

XLVI. Cap. Rothari. De iniuriis hominum, id est[n] si arga clamaverit, aut si impingerit[o] aut capillos traxerit et si brachio ruperit sive confirmacio de garintinxh[p].

XLVII. Cap. Liutprandi. De ętate[q] utriusque sexus masculini et feminini, in quod anno sit legitima, 10 vel quid de res aut de aliis suis causis infra etate facere possit.

XLVIII. Cap. Liutprandi. Si quis causam habuerit et sculdassio dixerit, et legem[r] neglexerit facere aut per legem non iudicaverit aut causatores in illius iuditio stare noluerit, aut si opus fuerit in aliam civitatem[s] missos[t] dirigere.

XLVIIII. Cap. Liutprandi. De cautionibus.

15 *L. Cap. Liutprandi.* De negotiatoribus, si intra tres annos reversi non fuerint, quod de illorum res fieri debeant manifestum est.

LI. Cap. Liutprandi. De trewas[u] inter homines discordantes.

LII. Cap. Liutprandi. De testibus veraces sive fallaces.

LIII. Cap. Liutprandi. De aldionibus ut patronus eos defendat[v], et si apud quemcumque inventus 20 fuerit vel neglectum[w] fecerit ad inquirendum ipsum aldionem.

LIIII. Cap. Liutprandi. De ariolos et ariolas quid de eis[x] vel consentientibus illis fieri debeant.

LV. Cap. Liutprandi. De commutacionibus[y] de terris.

LVI. Cap. Aistulfi. De convenientiis inter custodes ecclesiarum et Langobardis et voluntate defuncti[z].

25 *LVII. Cap. Grimualdi.* De culpa servorum unde domini eorum 900 solidos conponere debent, ipsa persona tradatur insuper sol. 60.

LVIII.[a] *Cap. Ratgisi.* Si quis causam alterius agere praesumpserit sine iussione regis aut iudicis de vidua[b] aut orfano aut de alio homine.

LVIIII. Cap. Ratghisi. Si quis in servitio de gasindio regis introierit, et iudex eum iniuste oppri- 30 mere temptaverit aut iustitiam facere noluerit.

LX. Cap. Liutprandi. Si quis inspiratione[c] Dei conpulsus se clericaverit, qua lege filii vel filiae[d] post illius conversationem vivere debant[e].

Explicuerunt capitula.

INCIPIT LIBER LEGIS LANGOBARDORUM.

35 ## *I.*[a] *Cap. Ruothari*[b]. *De consilio mortis.*

1.[c] Si quis hominum contra animam regis cogitaverit aut consiliaverit, animae suae incurrat periculum et res eius infiscentur. Roth. 1.

2. Si quis cum rege de morte alterius consiliaverit, aut hominem per ipsius iussionem occiderit, in nullo sit culpabilis, nec ille nec heredes eius quoquo tempore ab illo aut heredes ipsius qui occisus 40 est requisicionem aut molestiam patiatur; quia postquam[d] corda regum in manu Dei credimus esse, inpossibile est ut homo possit edoniare quem rex occidere iusserit. Ro. 2.

3. Si quis homo liber in alterius morte consiliaverit et ex ipso consilio mortuus non fuerit, ipse consiliator conponat solidos 20. Ro. 10.

4. Si homines liberi inter se in morte alterius consiliaverint sine regis consilio et ex ipso tractatu Ro. 11.

45 h) appelatus M. i) uuarigandis G. k) *Mut. corr.* camphionibus, *littera* h *supra scripta.* l) *cod. Goth. fol.* 166. m) legales G. n) id̄ M.; idem G. o) impigerit G. p) garintinx M. q) etate M. r) in lege M. s) alia ciuitate M. t) missus M. u) triuuas G. v) deffendat G. w) neglectu G. x) eos G. y) comutationibus G. z) deffuncti G. a) *cod. Goth.* 166. *col.* 2. b) uia dua, al. uialua, *corr.* vidua, G. c) inspiracione M. d) filie M. e) debeat M.

50 a) *numerum uterque codex hoc loco omittit.* b) Rothari. Grimald. Liutprand. Rachis *male Mutinensis cod.* c) *Arabicos numeros non codicum, sed nostra auctoritate singulis capitibus praescripsimus.* d) quam *addit* G.

mortuus non fuerit, conponat[e] unusquisque solidos 20. Et si ex ipso consilio mortuus fuerit, tunc ille, qui homicida est, conponat ipsum mortuum, sicut adpreciatus fuerit, id est widrigild[f].

Ro. 163. 5. Si quis in morte parentis sui insidiatus fuerit, id est si frater in morte fratris sui aut barbanis, quod est patruus, seu consobrini insidiatus aut consiliatus fuerit, et ille cui insidiatur filios non reliquerit, non sit illi heres de cuius anima tractavit, nisi alii parentes proximi. Et si alios parentes proximos non habuerit, tunc illi curtis regia succedat. De anima autem illius homicide sit in potestate regis[g] iudicare quod[h] illi placuerit. Res vero quas homicida reliquerit, parentes, proximi et legitimi habeant; et si parentes non fuerint, tunc res ipsius curtis regiae socientur.

Ro. 279. 6. Si servi manu armata in vico intraverint ad malum faciendum, et quicumque liber homo sub regni nostri ditione positus cum illis in caput fuerit, animae suae incurrat periculum aut conponat solidos 900, medietatem regi et medietatem cui iniuria inlata fuerit; servi autem[l] qui cum ipso fuerint ex eodem concilio[m], unusquisque 40 sol. sit culpabilis, medietatem regi et medietatem ut supra.

II. Cap.[a] *Rothari*, *Liutprandi*, *Ratghis*[b]. *De seditionibus.*

Ro. 3. 1. Si quis foris provinciam fugire[c] temptaverit, mortis incurrat periculum et res eius infiscentur.

Ro. 4. 2. Si quis inimicos intra provinciam incitaverit aut introduxerit, animae suae incurrat periculum et res eius infiscentur.

Ro. 5. 3. Si quis camaras intra provinciam celaverit aut anonam[d] dederit, animae suae incurrat periculum aut conponat regi solidos 900[e].

Ro. 6. 4. Si quis foris in exercitu seditionem levaverit contra ducem suum aut contra eum qui ordinatus est a rege exercitum gubernandi, aut aliquam partem exercitus seduxerit, animae suae incurrat periculum.

Ro. 7. 5. Si quis contra inimicos pugnandum colegam suam dimiserit, aut anstalin fecerit, id est si eum deceperit et cum eo non laboraverit, animae suae incurrat periculum.

Ro. 9. 6. Si quis qualemcumque hominem ad regem accusaverit quod ad animae[f] pertineat periculum, liceat ei qui accusatus fuerit, cum sacramento satisfacere et se edoniare, et si talis causa emerserit, et adest homo in presenti qui crimen mittit, liceat eum per camphionem id est per pugnam crimen ipsum desuper se si potuerit eicere; et si ei probatum fuerit, aut de anima aut qualiter regi placuerit conponat; et si probare non potuerit et cognoscitur dolose accusasse, tunc ipse qui accusavit et probare non potuit, wirigild suum conponat, medietatem regi et medietatem cui crimen iniecit.

Ro. 280. 7. Si pro quacumque causa homines rusticani se collegerint, id est concilium et seditiones facere presumpserint et cuicumque se anteposuerint aut mancipium aut[g] peculium de manu tulerint, quod de casa servi sui dominus tollere voluerit, tunc ille qui in caput[h] ex ipsis rusticis[i] fuerit, aut occidatur, aut redimat animam suam quantum adpreciatus fuerit, et unusquisque qui in ipsa seditione occurrerit ad malum faciendum, conponat solidos 12, medietatem regi et medietatem cui iniuriam fecerit aut se anteponere presumpserit. Et [si][k] ille qui rem suam quaerere aut exigere videtur, ab ipsis[l] rusticis feritas aut plagas factas habuerit, sicut superius statutum est ei conponatur; nam pro praesumptione tantum poena superscripta[m] patiantur. Et si aliquis ex ipsis rusticis occisus fuerit, non requiratur, quia ille qui eum occidit, se defendendum[n] et res suas vindicandum hoc egit.

Item Liutprandi[a].

Li. 35. 8. Si quis sine voluntate regis in qualicumque civitate contra iudicem suum seditionem levaverit, aut aliut malum[b] fecerit, vel eum sine iussione regis expellere quaesiverit, aut alteri homines de alia civitate contra aliam civitatem vel alium iudicem ut supra sine regis iussione seditionem fecerint aut eum expellere sine regis voluntate quaesiverint, tunc ille qui in caput[c] fuerit, animae suae incurrat periculum et omnes res eius infescentur[d] ad publicum. Reliqui autem, qui cum ipso fuerint in malo consentientes, unusquisque conponat in palatio[e] wirigild suum, et si casa cuiuscumque blutaverint aut res eorum tulerint, qui cum palatio[f] aut cum rege tenent, et[g] fidem suam cum iudice in palatio conservant, conponant omnes res ipsas cui eas abstulerint in actogild, et widrigild[h] suum, ut supra diximus, conponant in palatio. Hoc autem ideo previdimus in presenti pagina edicti scribere, ut malum vitium non crescat, sed amputetur, ut omnes in pace et gratia Dei et regis vivere valeant.

Item Ratghis[a].

Rat. 9. 9. Si quis iudex aut quicumque homo missum suum dirigere presumpserit Romam, Ravennam,

e) componat *semper fere* M. f) uuidr. M. g) *Goth. fol.* 166'. h) quid G. i) aut M. k) consilio M.

a) *in cod. Mutin. numerus saepius post* cap̄. *habetur; sed praeferenda est constans Gothani codicis scriptura, nam non capitum numerus indicatur, sed plura diversorum regum capita uno numero, quem titulum appellare nobis licuit, complectuntur.* b) ratchis M. c) fugere G. d) annonam M. e) DCCCC tis G. f) me M. g) *cod. Goth. fol.* 166' *col.* 2. h) capite G. i) rusticanis M. k) si *uterque codex omittit.* l) istis M. m) poenam superscriptam M. n) deffendendum G.

a) liutp̄., *omisso* item, *Mut.* b) alio malo G. c) capud M. d) infiscentur M. *In edicto legitur:* res eius ad puplicum deueniant. e) patiolatio G; palacio, uiolencia *et similia constanter fere habet* M. f) tenent *inserit* M. g) et *om.* G. h) et uuidr. *om.* M.

a) rat̄, *om.* item, *Mut.*

Spoliti, Benevento, Francia[b], Baioaria[c], Alemannia[d], Retias aut in Avaria sine regis iussione, animae suae incurrat periculum et res eius infiscentur[e].

10. Cognovimus enim quod per singulas civitates mali[f] homines zawas et adunationes contra iudicem suum agendo faciant; sed ita statuimus, ut si amodo quiscumque[g] homo adunationem cum 4[h] vel 5 aut amplius homines[i] fecerint, dicendo quod voluntatem iudici suo non faciant quae ille recte eis dixerit, aut ad eius iudicium non vadant, confidens in alicuius patrocinio, et alios circa se adgregaverit aut adgregare voluerit, ut ipsi similiter faciant, conponat sicut anterior edictus[k] de seditione, quae contra iudicem suum levata, continere videtur. Si vero de causa regis aliquid dicere voluerit, sit ei licentia veniendi ad palatium, et si super quem dixerit, veritatem adprobaverit, sit condempnatus cui adprobaverit, et suscipiat[l] sententiam secundum[m] qualitatem causae, sicut anterior edictus[k] continet; et si veritatem adprobare non potuerit, fiat ei datus in manu[n] cum rebus suis, et faciat de eo quod voluerit. Violentiam quidem si sustinuerit aliquis aut a iudice suo aut ab alio homine, et iudex neglexerit iudicare, forsitan adtenderit ad gasindium vel ad parentem aut amicum suum vel ad praemium, et ad legem non iudicaverit, tunc veniat ad palatium et reclamet violentiam suam; et si probatum[o] fuerit, non conputetur in adunatione ei[p] qui proclamavit, sed ipse iudex conponat wirigild suum, medietatem regi et medietatem cui iustitiam denegavit, et honorem suum amittat. Arimannus quidem ille, si mentierit aut dolose hoc dixerit, et si antea venerit ad palatium quam ad iudicem suum, vadat ad iudicium: si habuerit unde conponere, conponat solidos 50, medietatem regi et medietatem iudici suo, et si talis homo fuerit, qui non habeat unde conponat, suscipiat disciplinam, ut et ipse emendatus fiat et alii hoc facere non presumant. Rat. 10.

11. Relatum est nobis quod sint alii pravi homines qui submittant in palatio nostro secretum nostrum discendum, ut aut per delitiosos aut per hostiarios vel alios homines captiose aut absconse ut aliquid investigare possint quicquid nos agamus, et ipsi qui rogantur quidquid[q] cognoscere possunt, eis mandant et nuntiant nostra secreta, et adhuc in extranea provincia mandatum faciunt; sed apparet nobis[r], ut qui causam istam penetrare presumit, non est in fide sua rectus, sed in mala suspectione manere videtur. Unde decrevimus, ut qui amodo in tali causa tentus fuerit, tam qui submittit quam qui et submittitur, animae suae incurrat periculum et res eius infiscentur; quia sicut dicit scriptura, secretum regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare honorificum est. Rat. 12.

III. Cap. Rothari et Liutprandi[a] de scandalis.

1. Si quis in concilio vel in quolibet conventu scandalum commiserit, 900 solidos sit culpabilis regi. Ro. 8.

2. Si quis in ęcclesia scandalum penetraverit[b], 40 solidos ipsius venerabilis loci sit culpabilis, excepto plagas aut feritas cui fecerit: et supradicti 40 sol. per sculdais aut iudicem, qui in loco ordinatus fuerit, exigantur, et in sacro altario ubi iniuria facta est ponantur. Ro. 35.

3. Si quis intra palatium, ubi rex praeest, scandalum penetrare[c] presumpserit, animae suae incurrat periculum, aut redimat animam suam si obtinere potuerit a rege. Ro. 36.

4. Si quis homo liber in eadem civitate, ubi rex praeest et tunc invenitur esse, scandalum penetraverit, id est si incitaverit et non percusserit, sit culpabilis in palatio regis sol. 12. Nam si percusserit, sit culpabilis in palatio regis sol. 24, excepto plagas aut feritas si fecerit, sicut subter constitutum est conponat. Ro. 37.

5. Si quis servus in eadem civitate, in qua praeest rex, scandalum incitaverit, et non percusserit, sit culpabilis in palatio regis sol. 6; et si perfecerit et percusserit, sit culpabilis sol. 12, excepto feritas aut[e] compositiones plagarum, sicut in hoc edicto legitur. Ro. 38.

6. Si liber homo in alia civitate scandalum incitaverit et non percusserit, sit culpabilis in palatio regis sol. 12, excepto conpositiones plagarum aut feritas cui fecerit, sicut in hoc edicto legitur conponat. Ro. 39.

7. Si servus in alia civitate scandalum commiserit, sol. 3 sit culpabilis in palatio regis. Si autem feritas aut plagas fecerit, sit culpabilis in palatio regis sol. 6, excepto plagas aut feritas cui fecerit. Ro. 40.

Liutprandi.

8. Si homines in uno vico habitantes aliquam intentionem habuerint[a] de terra aut vinea, prato aut silva, vel de alia re, et colligerit se una pars in virtute, et[b] dixerint „quia eamus et expellamus eos de ipso loco per virtutem foras", et ambulaverint et scandalum ibi commiserint, et plagas aut[c] feritas factas vel homo occisus fuerit: ita decernimus, ut plagas aut feritas vel hominem mortuum conponant secundum anteriorem edictum, quod gloriosus Rothari rex vel nos instituimus. Pro autem inlicita praesumptione de ipsa collectione conponant sol. 20 ad[d] illam partem, que in campo aut in vite vel in prato aut in silva laborem suum faciebant. Hoc autem ideo statuimus, ut nullus praesumat malas causas in Li. 134.

b) franciam M. c) baioariam M. d) alemanniam M. e) infescentur M. f) *cod. Goth. fol.* 167. g) quicumque M. h) III G. i) hominibus M. k) anterius edictus M. l) suscipiam G. m) cui adprobauerit *male inserit* M. n) manum M. o) adprobatum G. p) et G. q) quod quid G. r) *cod. Goth. fol.* 167. *col.* 2.

a) roth. et liup̄. M. b) perpetraverit M. c) perpetrare M. d) ut M. e) et M.

a) *cod. Goth. fol.* 167'. b) et *om.* M. c) uel M. d) at G.

qualicumque loco excitare aut facere, et non potuimus causam istam adsimilare neque ad arschild, neque ad concilium rusticanorum, neque ad rusticanorum[e] seditionem; et plus nobis congruum paruit esse de concilio malo, id est de concilio mortis, quia quando se colligunt et super alios vadunt, pro peccatis ad ipsum vadunt ut male faciant, aut si casus evenerit[f], hominem occidant et plagas aut feritas faciant. Ideo, ut diximus, adsimilavimus[g] causam istam ad consilium mortis, quod[h] sunt, ut supra praemisimus, sol. 20. 5

IIII. Cap. Rothari et Liutprandi de homicidiis virorum et mulierum prolibet ingenio, et de magistris conductis, si in opera mortuus fuerit, sive de puteo tullinus supervenerit[a].

Ro. 12. 1. Si duo aut tres seu amplius liberi homines homicidium penetraverint[b], et voluerint se adunare ut in unum conponant sicut adpraeciatus fuerit, sit eis adunandi licentia; et si aliquis ex ipsis se subtraxerit, et non potuerit se purificare sicut lex habet, quod nec plagam nec feritam in ipso homine qui occisus fuit non[c] fecisset, tunc sit culpabilis sicut et alius qui eum conposuit. Et si se purificaverit, sit exolutus a poena homicidii; si tamen in consilio fuerit, conponat ut supra solidos 20, aut de ipso consilio se purificet si potuerit. 10 15

Ro. 14. 2. Si quis homicidium absconse penetraverit[d] in barone libero[e] servo vel ancilla, et unus fuerit aut duo tantum qui ipsum homicidium fecerint, 900 solidos conponant; si vero plures fuerint, si ingenuus est, qualiter in angargathung ipsum homicidium conponant. Si servus aut libertus, conponat ipsum ut adpraeciatus fuerit, et si spolia de ipso mortuo tulerit, id est plodraoth, conponat solidos octuaginta[f].

Ro. 13. 3. Si quis dominum suum occiderit, ipse occidatur; si quis ipsum homicidam defensaverit[g], qui dominum suum occiderat, sit culpabilis 900 solid., medietatem regi et medietatem parentibus mortui. Et qui illius mortui iniuriam vindicandam denegaverit solatium, siquidem rogatus fuerit, unusquisque conponat solidos quinquaginta, medietatem regi et medietatem cui solacium denegavit. 20

Ro. 143. 4. De eo qui post acceptam conpositionem se vindicaverit, si homo occisus fuerit liber aut servus, et pro homicidio ipso conpositio facta fuerit, et pro amputanda inimicitia sacramenta praestita, et postea contigerit ut ille qui conpositionem accepit, revindicandi causa occiderit hominem de parte qua conpositionem accepit, iubemus ut in duplum reddat ipsam conpositionem iterum parentibus aut domino servi. Simili modo de plagis[h] aut feritis, qui post conpositionem acceptam revindicare se temptaverit, in duplum quod accepit restituat; excepto si hominem occiderit, conponat ut supra. 25

Ro. 387. 5. Si quis hominem liberum casu faciente nolendo occiderit, conponat eum sicut adpretiatus fuerit, et faida non requiratur, eo quod nolendo fecit. 30

Item[a] *Liutprandi.*

Li. 13. 6. Si quis Langobardus ab alio homine interemptus fuerit, quod Deus avertat, et causa secundum legem ad conpositionem venerit, et ipse qui occisus fuerit, filium masculinum non reliquerit, quamquam filiam instituissemus[b] heredes sicut masculos in omni substantia patris vel matris, ipsam conpositionem volumus ut accipiant propinqui parentes eiusdem qui occisus fuerit, illi qui per caput[c] succedere potuerunt, quia filiae eius, eo quod femineo sexu esse probantur, non possunt ipsam faidam levare. Ideo prospeximus, ut ipsam conpositionem non recipiant[d], nisi ut diximus, supra fati parentes[e]. Et si propinqui parentes non fuerint, tunc medietatem de ipsa conpositione habeant filie eius una aut plures si fuerint, et medietatem curtis regis. 35 40

Li. 20. 7. Si quis liber homo se defendendum liberum hominem occiderit, et si probatum fuerit quod se defendendo ipsum hominem occidisset, sic conponat, sicut in anteriore edicto continet, quod gloriosus Rothari rex facere precepit. Nam qui super alium ambulaverit, et si eum pro quacumque causa occiderit, omnem substantiam suam homicide heredes[f] ipsius qui occisus fuit, habeant in hoc ordine; ita sane, ut si minus fuerit ipsa substantia homicide quam anterior compositio erat, aut nisi tantum, tunc et res suas perdat ipse homicida, et persona eius tradatur ad propinquos defuncti. Nam si amplius habuerit ipse homicida substanciam, quam ipsa conpositio anterior erat, amittat omnes res suas, et accipiant heredes ipsius, qui occisus est, in antea tantum, quantum conpositio antiqua fuit; et quod superfuerit, medietatem habeat curtis regia et medietatem heredes defuncti, et ipse homicida animam suam liberet. 45 50

Li. 21. 8. Si servus cum voluntate domini sui hominem liberum occiderit, et si probatum fuerit, tunc ipse dominus eius omnes res suas amittat in eo ordine, sicut supra adnexum est. Et si dominus eius negaverit, quod per consilium ipsius factum non fuisset, purificet se ad legem Dei, et conponat ipsum mortuum, sicut antea fuit consuetudo, et insuper ipsum servum tradat in manus de parentibus defuncti. 55

e) rusticorum M; uel rusticorum *add.* G. f) uenerit M. g) adsimulauimus G. h) quot M.

a) IIII. ROTH. LIVTP̄., *ceteris omnibus omissis*, M. b) perpetrauerint G. c) non *om.* M. d) poenetrauerit G. e) *Goth. fol.* 167'. *col.* 2. f) LXXX M. g) deffensauerit G. h) plagas M.

a) Item *om.* M. b) instituimus M. c) capud M. d) accipiant M. e) *a cod. Goth. ultimum folium quaternionis quinti abest, in quo verba* Et si propinqui....occiderit conponat *(cap.* 16 *in fi. infra h. t.) scripta fuerunt.* f) *scribendum erat:* suam amittant et habeant heredes. 60

9. Si frater fratrem inpeccantem eximerit, quanquam et hoc anterior edictus contineat, ut proximi parentes homicide succedant, nos proximos fratres appellamus, si frater relictus fuerit, in res homicide frater succedat: ita ut secundum qualitatem persone de ipsa substancia homicide, si ille qui occisus est filios reliquerit, conposicionem dare debead; reliquum autem, quod superfuerit, sibi habeat. Et si 5 pecunia ipsius homicide in tantum fuerit sub estimatione, quantum ipsa conpositio est, aut forte minus, habeant eam filii ipsius qui occisus est. Quod si non reliquerit fratrem unum aut plures is qui occisus est, quantumcumque sit substancia homicide, filii ipsius qui occisus est in eam succedant. Quod si non habuerint filios, proximi succedant ei parentes per gradus. Quod si nec parentes fuerint, qui ei legitime succedere possint, succedat ei curtis regia. De anima autem homicide illius sit in potestate regis, 10 sicut in anteriore edicto legitur. Li. 17.

10. Reminiscimur enim, qualiter iam statuimus, qui hominem liberum occiderit, res suas in integro perdat, et qui se defendendo hominem occiderit, conponat secundum qualitatem persone. Nunc autem statuere previdimus, quomodo sit ipsa qualitas consideranda. Consuetudo enim est, ut minima persona, qui exercitalis homo esse invenitur, 150 solid. conponat, et qui primus est 200 sol. De ga- 15 sindiis vero nostris volumus, ut quicumque minores sunt[a] in tali ordine occisus fuerit, pro eo quod nobis deserviunt, 200 sol. fiat conpositio, maiores vero secundum qualis persona fuerit, ut nostra consideracione vel successorum nostrorum debeat manere, quomodo usque ad 300 solid. ipsa debeat ascendere conpositio. Li. 62.

11. Si quis liber homo in terra aliena residens libellario nomine homicidium fecerit, et fuga 20 lapsus fuerit, tunc ille, in cuius terra ipse homicida habitavit, habeat spacium in mense uno, ipsum hominem perquirere: et si eum invenerit, licentiam habeat, quamvis liber sit, ad comprehendendum in manus illius, cuius homicidium fecit; et si hoc non fecerit, reddere debeat medietatem de omnibus rebus mobilibus, excepto tectoras, quas in ipsa casa ipse homicida habuit. Quod si ne hoc facere voluerit, ipse cuius terra est, dare debeat libellario nomine ipsam terram ei, cui homicidium factum 25 est, ut reddat ei exinde, sicut ille reddebat qui ipsum homicidium fecit. Tamen de his tribus capitulis in illius sit potestate eligendi, cuius terra est, ut faciat exinde unum qualem voluerit. Li. 92.

12. Recolimus enim, quod statuimus cum nostris iuditibus, ut qui hominem liberum occidere presumpserit, omnem substantiam suam amittere. Modo vero, dum repetierunt singuli homines, cui forte aliqua duritia detinebant, quod parentem eius, qui in lectulo mortuus fuerat, per venenum occidisset, 30 et dum per pugnam ipsam causam, sicut antiqua fuerat consuetudo, querere disponebat: gravis causa nobis paruit esse, ut sub uno scuto per pugnam omnem substanciam suam homo amitteret. Ideoque statuere previdemus, ut si amodo talis causa emerserit, quis ille morte parentis sui querere per pugnam voluerit, quod eum per venenum occidisset, observata ea, que in anteriore edicto scripsimus, ut per euangelium firmet, quod non asto animo causa ipsa quaerat, nisi quod ei certa sit suspeccio, pote- 35 statem habeat postea querere per pugnam, sicut antiqua fuit consuetudo. Et si ei ferita venerit, cui ipse crimen mittitur, aut ad campionem ipsius quem conductum habuerit, non amittat omnem substanciam suam, sed conponat eum secundum qualitatem persone, sicut antea fuit lex conponendi. Quia incerti sumus de iuditio Dei, et multos audivimus per pugnam sine iustitia causam suam perdere: sed propter consuetudinem gentis nostre legem ipsam vetare non possumus. Li. 118.

40 13. Item adnunciatum est nobis, quod quidam homo habebat puteum in curte sua, et secundum consuetudinem furcam et tolinum ad auriendam aquam. Veniens autem alter homo stetit sub ipso tolino; cum autem venisset quidam ad auriendam aquam de ipso puteo, et incaute ipsum tolinum dimisisset, venit super eum, qui sub ipso stabat, et mortuus est. Dum autem requisicio eiusdem mortui fieret, quis eum deberet conponere, et nobis relatum fuisset, ita nobis vel nostris iudicibus rectum 45 paruit esse, ut ipse homo qui mortuus est, quia non fuit animal, set sensum racionalem habuit, sicut homo debet habere, prospicere debuit, in eo loco se poneret ad standum, aut quale pondus super se videbat. Ideo reputet sibi duas partes precii de conpositione sua, et terciam partem quantum secundum edicti tenorem adpretiatus fuerit, conponat ille qui ipsam aquam incaute hauriebat, et det eam filiis aut propinquis parentibus, vel qui ei heredes existunt; et sit causa finita absque omni faida vel 50 dolo, quia nolendo factum est. Ille autem, cuius ipse puteus est, nullam habeat calumniam; quia si ei calumniam ingerimus, nullus postea permittit de puteo suo aqua levare, quoniam[b] omnes homines puteum habere non possunt, reliqui qui sunt pauperes, moriuntur, etiam et iterantes necessitatem patiuntur. Li. 136.

14. Hoc autem rei veritas pervenit ad nos, quod quidam homo diabolo insidiante dixisset ad 55 servum alienum: „Veni et occide dominum tuum, et ego tibi facio bonitatem quam volueris“; ille autem puer persuasus ab ipso introivit in causa ipsa mala, et isdem qui eum suaserat in tantam malitiam perductus est, ut etiam presentialiter diceret eidem puero: „Feri[c] ipsum dominum tuum“; et ipse ei pro peccatis feritam fecit. Et iterum dixit: „Feri eum adhuc, nam si eum non ferieris, ego ferire habeo te“; ipse autem puer conversus fecit eidem domino suo alteram feritam, et mortuus est. Dum 60 autem requisicio de morte eius et de conposicione fieret, volebant aliquanti dicere, quod tantum deberet conponere ipse, qui puero ipso suasit et in sui presentia ferire dixit, quantum anterior continet edictus de consilio mortis. Sed nobis et nostris iudicibus hoc nullo modo placuit, quoniam consilium mortis in occulto fit concinnatum, et aliquotiens perficitur et aliquotiens non perficitur; nam hoc homi- Li. 138.

a) *sic cod.; corrige* minimissimus. b) *cod.* qm̄; *in edicto habetur:* et quia. c) *cod.* fieri.

tidium presentialiter factum est. Et nos non dicimus esse consilium mortis, quando homo alteri homini verbo tenus et presentialiter ostendit et dicit: „Feri hominem istum“. Ideo qui tale malum commiserit, et si probatum fuerit, non conponat de[a] consilium mortis, sed conponat sicut nos nostro tempore in edicto adfiximus, et perdat omnem substanciam suam, et medietatem exinde accipiant heredes defuncti, et medietatem curtis regia; excepto tollant antiquam conposicione mheredes ipsius qui occisus est in antea sicut in edicto nostro tempore ut diximus est adfixum.

Item Rothari de homicidiis servorum[b].

Ro. 129. 15. Si quis aldium alienum occiderit, conponat sol. 60.

Ro. 130. 16. De servo ministeriali probato, ut supra doctum est, occiderit aliquis, conponat sol. 50.

Ro. 131. 17. De alio vero ministeriali, qui secundus ei invenitur, tamen nomen ministeriale habet, si quis occiderit, conponat sol. 25.

Ro. 132. 18. Si quis servum massarium alienum occiderit, conponat sol.[c] 20.

Ro. 133. 19. Si quis bovulcum alienum de sala occiderit, conponat solidos 20.

Ro. 134. 20. Si quis occiderit servum rusticanum, qui sub massario est, conponat solidos 16.

Ro. 135. 21. Si quis porcarium alienum occiderit, magistro tamen illo, qui sub se discipulos habet duo aut tres aut amplius, conponat solidos 50. De inferioribus autem porcariis, si quis occiderit, conponat solidos 25.

Ro. 136. 22. Si quis occiderit porcarium caprarium seu armentarium[d], magistro tamen, si quis occiderit, conponat solidos 20. Pro discipulis autem qui sequentes sunt, si quis occiderit, conponat sol. 16. De illis vero pastoribus dicimus, qui dominis serviunt, et de sala propria exeunt.

Ro. 137. 23. Si quis infantem parvulum de servo aut de massario casu faciente occiderit, arbitretur a iudice secundum qualem[e] aetatem habuit, aut quale lucrum facere potuit ita conponatur.

Ro. 138. 24. Si duo aut tres aut amplius homines arborem in unum inciderint, et alium hominem supervenientem ex ipso arbore occiderint, aut quolibet[f] damnum fecerint, tunc incidentes arborem, quanticumque fuerint, ipsum homicidium pariter et damnum conponant. Et si casu faciente ab ipso arbore aliquis ex ipsis, qui incidunt, mortuus fuerit, si duo fuerint collegantes, medietas pretii reputetur illi mortui, et reddat medietatem parentibus collega ipse. Et si plures fuerint, eodem modo portio una reputetur illi mortuo, et quanticumque fuerint vivi, reddant simul summam precii, cessante faida, ideo quia nolendo fecerunt.

Ro. 75. 25. Si infans in utero matris nolendo ab aliquo occisus fuerit, si ipsa mulier est libera et evaserit, adpretietur ut libera secundum nobilitatem suam, et medietatem quod ipsa valuerit, infans ipse conponatur. Nam si mortua fuerit, conponat eam secundum generositatem suam, excepto quod in utero eius mortuum fuerit, cessante faida, eo quod nolens fecit.

III. Item Rothari de magistris conductis, si in opere mortui fuerint[g].

Ro. 144. 26. Si magistri commacini cum collegantibus suis cuiuscumque domum ad restaurandum vel aedificandum super se, placitum finitum de mercede, susceperint, et contigerit aliquem per ipsam domum aut materium[h] elapsum aut lapidem mori, non requiratur a domino cuius domus[i] fuerit, nisi magister commacinus cum consortibus suis ipsum homicidium aut damnum conponat; quia postquam fabulam firmam de mercedibus pro suo lucro suscepit, non inmerito damnum sustineat.

Ro. 145. 27. Si quis magistrum commacinum unum aut plures rogaverit aut conduxerit ad opera dictandi, aut solatium diurnum prestandi[k] inter servos suos, domum aut cassam sibi faciendam, et contigerit per ipsam casam aliquem ex ipsis commacinis mori, non requiratur ab ipso cuius casa est; nam si cadens arbor aut lapis ex ipsa fabrica occiderit aliquem extraneum, aut quodlibet damnum fecerit, non reputetur culpa magistri, sed ipse qui conduxit, ipsum damnum restituat.

Ro. 152. 28. Si operarius ab alio rogatus in opere mortuus fuerit, si quis operarios in opere rogaverit aut conduxerit, et casu faciente contigerit ex ipsis, ut in aqua moriatur, aut fulmine percuti, aut a[l] vento arbore mota occidi, aut propria morte mori, non requiratur ab eo qui conduxit aut rogavit; tantum est, ut per ipsius factum qui rogavit, aut hominibus eius, non moriatur. Et si a quocumque unus eorum occisus fuerit aut lesus, ipse conponat, qui eum occidit aut lesit.

IIII.[m] *Item Rothari*[n] *de homicidiis mulierum.*

Ro. 166. 29. Si[o] suspectio fuerit, quod maritus uxorem suam occidisset, ita decernimus, ut purificet se maritus cum sacramentalibus suis legitimis, quod mixtus[p] in morte ipsius mulieris non sit, nec per se nec per subpositam personam, et sit absolutus ab hoc crimine; absurdum et inpossibile videtur esse, ut talis causa sub uno scuto per pugnam dimittatur.

a) de *supra lineam in cod.* b) *huic rubricae, si in cod. Gothano extaret, numerus* II *praescriptus inveniretur, ut ex sequentibus numeris* III *et* IIII *facile colligi potest. Sunt autem particulae tantum tituli numerum* IIII *ferentis.* c) *codicis Gothani fol.* 169, *s. quaternionis quarti folium primum.* d) seu arment. *om.* M. e) quale M. f) quodlibet M. g) *Mutin. praeter litteras* ROTH. *nihil habet. De numero praescripto vide supra notam* b. h) materiam M. i) *cod Goth. fol.* 169. *col.* 2. k) praestando G. l) a *om. Goth.* m) *vide supra notas* b. g. n) ROTHARII G.; ROTH. M. o) si *om.* M. p) mixtum G.

30. Si maritus uxorem suam occiderit inmerentem, quod per legem non sit merita mori, conponat solidos mille ducentos, medietatem illis parentibus, qui eam ad maritum dederunt et mundio susceperunt, et medietatem regi, ita ut per actorem regis distringatur, ut[a] poena suprascripta conponat. Et si filios de ipsa muliere habuerit, habeant filii morgincap et faderfio[b] matris[c] suae mortuae; et si filios 5 non habuerit ex[d] ipsa, revertatur ipsa facultas ad parentes, qui eam ad maritum dederunt; et si parentes non fuerint, tunc ipse conpositio et predicta facultas ad curtem regis perveniat. Ro. 200.

31. Si[e] quis puellam liberam aut mulierem per quamlibet occasionem occiderit, conponat solidos mille ducentos, medietatem parentibus aut ad quem mundius de ipsa pertinet, et medietatem regi; et si parentes non habuerint, tunc ipsa conpositio in integrum ad curtem regis perveniat; sic[f] tamen si 10 asto animo, id est voluntariae, eam[g] occiderit. Ro. 201.

32. Si quis ancillam alienam percusserit[h] gravidam, et abortum fecerit, conponat solidos 3. Si autem ex ipsa percussura mortua fuerit, conponat eam, simul et quod in utero eius[i] mortuum fuerit. Ro. 334.

33. Nullus praesumat aldiam alienam aut ancillam quasi strigam, que dicitur masca, occidere; quod christianis mentibus nullatenus credendum[k] est, nec possibile est, ut mulier hominem vivum in- 15 trinsecus possit comedere. Si quis de cetero[l] talem inlicitam et nefandam rem penetrare presumpserit, si aldiam[m] occiderit, conponat pro statu eius solidos 60, et insuper addat pro culpa solidos 100, medietatem regi et medietatem cui aldia fuerit; si autem ancilla fuerit, conponat pro statu eius sicut supra constitutum est, si ministerialis aut rusticana fuerit; insuper pro culpa solidos 60, medietatem regi et medietatem cui ancilla fuerit. Si autem iudex hoc opus malum penetrare iusserit, ipse de suo proprio 20 poena superscripta[n] conponat. Ro. 376.

34. Si mulier libera in scandalum cucurrerit, ubi viri litigant, si plagas aut feritas factas habuerint, aut forsitan inpincta fuerit aut occisa, adpretietur secundum nobilitatem suam, et sic conponatur, tamquam si in fratre ipsius mulieris perpetratum fuisset. Nam alia culpa pro iniuria sua, unde 900 solidi iudicantur, non requiratur, eo quod ipsa ad litem cucurrit, quod inhonestum est mulieribus facere. Ro. 378.

25 ## *V. Cap. Rothari de sepultura hominis et de homine mortuo invento*[a].

1. Si quis sepulturam hominis mortui ruperit, et corpus expoliaverit, et celaverit aut foris iactaverit, 900 solid. sit culpabilis parentibus defuncti; et si parentes[b] proximi non fuerint, tunc gastaldius regis aut sculdais requirat culpam ipsam, et ad[c] curtem regis exigat. Ro. 15.

2. Si quis hominem mortuum in flumine aut foris invenerit, et eum expoliaverit, conponat paren- 30 tibus mortui[d] solidos 80, et cum invenerit eum et[e] expoliaverit, et mox vicinis patefecerit, et cognoscitur quia pro mercedis causa fecerit, nam non furandi animo, reddat spolia quae[f] super eum invenit, et amplius ei calumnia non generetur. Ro. 16.

VI. Cap.[a] *Rothari et Liutprandi*[b] *de eis qui ad regem venire volunt et qui manu armata super alium venerint*[c].

1. Si quis ex baronibus nostris ad nos venire voluerit, securus veniat, et inlesus ad suos rever- 35 tatur, nullus de adversariis in itinere iniuriam aut molestiam facere illi praesumat; tantum est, ut ille qui ad regem festinat venire, honeste veniat, et nullam lesionem aut damnum cuicumque in ipso itinere ad regem veniendo aut redeundo faciat; nam si fecerit, sicut subter in hoc edicto constitutum est, conponat. Ro. 17.

2. Si quis ex adversariis manu armata super quemcumque ad regem venientem iniecerit, suam 40 iniuriam aut qualemcumque culpam vindicandam, 900 solid. sit culpabilis, medietatem regi[d] et medietatem cui iniuria inlata fuerit. Ro. 18.

3. Si quis pro iniuria sua vindicanda super quemcumque cum manu armata aut exercitu usque ad quattuor homines in vicum intraverit, ille prior pro inlicita praesumptione moriatur, aut certe conponat solidos 900, medietatem regi et medietatem cui iniuria inlata fuerit; et illi qui cum ipso fuerint, si 45 liberi sunt, unusquisque conponat solidos 80, medietatem regi et medietatem cui iniuriam[e] inlata fuerit; excepto si in ipso vico casas incenderint[f] aut hominem occiderint, secundum qualiter adpreciatus fuerit, ita conponant illi, cui casa incensa aut parens aut servus occisus fuerit. Ro. 19.

Liutprandi.

4. Relatum est nobis, quod aliqui[g] homines perfidi et in malitia astuti, dum per se non prae- Li. 141.

50 a) et M. b) fader filio G. c) matris *om.* M. d) et M. e) *cod. Gothani fol.* 169′. f) si M. g) ñ *add.* M. h) percussurit M. i) cuius *add.* M. k) nullatenus n'credendum, *omisso* est, G. l) *sic corr.;* decertum *codd.* m) aldia G. n) paena suprascripta M.

a) *Goth. perperam praecedentem rubricam ita repetit:* V. ITEM RVOTHARII DE HOMICIDIIS MVLIERVM. b) parenti M. c) ad *om.* G. d) *cod. Gothan. fol.* 169′ *col.* 2. e) et *om.* G. f) quã M.

55 a) cap̄. *om.* G. b) liut̄. G; liutp̄. M. c) uennerint G. d) regis G. e) iniuria M. f) incendiderint G. g) qui aliquis G.

sumpsissent manu forti aut violento ordine intrare in vicum aut in casas alienas, timentes illam conpositionem, quae in[h] antiquo edicto posita est, fecerunt colligere mulieres suas, quascumque habuerunt, liberas et ancillas, et miserunt eas super homines qui minorem habebant virtutem, et adpraehendentes homines de ipso loco, et plagas fecerunt, et reliqua mala violento ordine plus crudeliter quam[i] viri exercuerunt. Dum autem hoc ad nos pervenisset, et ipsi homines pro sua violentia, qui minus po- 5 terant, interpellabant: ita prospeximus in hoc edicto adfigere, ut si amodo mulieres hoc facere in qualicumque loco praesumpserint, primo omnium decernimus, ut si aliquam iniuriam aut obprobrium aut plagas aut mortem acciperint[k], nihil ad ipsas mulieres aut ad viros vel munduald[l] ipsarum conponant illi, qui se defendendo[m] aliquas eis lesiones aut feritas aut internicionem[n] fecerint; insuper et publicus, in quo loco factum fuerit, conprehendat ipsas mulieres, et faciat eas decalvare et frustrare per ipsos 10 vicinantes ipsius loci, ut de cetero mulieres talem malitiam facere non praesumant. Et si in ipsa causa feritas aut plagas fecerint ipse mulieres cuicumque homini, mariti earum conponant ipsas plagas aut feritas, quas ipse fecerint, secundum edicti tenorem. Hoc autem ideo prospeximus tam de disciplina, quam de conpositione, quia non[o] potuimus mulierum collectionem ad arschild similare, neque ad seditionem rusticanorum, quia istas causas viri faciunt, nam non mulieres; ideoque sic de ipsis mulieribus 15 fiat, sicut supra statuimus. Si quidem simplititer in scandalum qualiscumque mulier cucurrerit, et mortem aut plagam aut feritam ibi susceperit, sic ei fiat iustitia, sicut decessor noster Rothari rex instituit et iudicavit.

VII. Cap.[a] *Rothari et Liutprandi*[b] *de exercitalibus.*

Ro. 20. 1. Si quis de exercitalibus[c] ducem suum contempserit, ad iustitiam viginti solidos regi et duci suo 20 conponat.

Ro. 21. 2. Si quis in exercitum[d] ambulare contempserit aut in sculca, det regi aut duci suo solidos 20.

Ro. 22. 3. Si quis de ipso exercitu[e] duci suo ad iustam causam persequendam[f] denegaverit solatium, unusquisque conponat sol. 20 duci suo et regi.

Ro. 23. 4. Si dux exercitalem suum molestaverit iniuste, gastaldius eum solatiet usque ad regis praesen- 25 tiam, aut certe apud ducem eum ad iustitiam perducat.

Ro. 24. 5. Si gastaldius exercitalem[g] suum molestaverit contra rationem, dux eum solatiet, quo usque veritatem suum inveniat.

Ro. 25. 6. Si quis res suas ab alio in exercitu requisierit et noluerit illi reddere[h], tunc ambulet ad ducem, et si dux illi, aut iudex qui in loco ordinatus est a rege, veritatem aut iustitiam non conservaverit, 30 conponat regi, quam et cuius causa est, solidos 20, causa manente.

Item[i] *Liutprandi.*

Li. 83. 7. De omnibus iuditibus quando in exercitum ambulare necesse fuerit, non dimittant amplius homines, nisi quantummodo qui unum caballum habent, hoc est homines sex, et tollant ipsos caballos sex ad saumas suas; et de minimis hominibus, qui nec casas suas habent[k] nec terras, dimittant homi- 35 nes 10, et ipsi homines ad ipsum iudicem faciant per ebdomada una[l] operas 3, usque dum ipse iudex de exercitu revertatur. Sculdais vero dimittat[m] homines 3, qui cavallos habent, et tollant ad saumas suas cavallos tres; et de minoribus hominibus dimittant homines 5, qui faciant eis operas dum ipsi regressi fuerint, sicut et iudici diximus, per ebdomad.[n] 1 operas 3. Saltarius quidem tollat cavallum unum, et de minoribus hominibus tollat hominem unum, qui ei operas faciat, sicut supra legitur. Et 40 si amplius iudex vel sculdais aut saltarius dimittere praesumpserit homines sine regis iussione, qui in exercitum ambulare debent, widrigild suum conponat in palatio. Haec omnia superius, que antea finita sunt, sic maneant.

VIII. Cap. Rothari et Liutprandi[a] *wecwerin*[b] *id est orbitaria vel si iteranti herbam negaverint*[c]. 45

Ro. 26. 1. Si quis mulieri libere aut puelle in via se anteposuerit, aut aliquam iniuriam intulerit, 900 sol. conponat, medietatem regi et medietatem cui ipsa iniuria inlata fuerit, aut ad quem mundius de ea pertinuerit.

Ro. 27. 2. Si quis homini libero viam antesteterit, viginti solidos conponat; sic tamen ut[d] aliquam lesionem in carne ipsius non faciat. Nam si fecerit, et viginti solidos pro eo quod antestetit[e] conponat, et 50 feritas aut[f] plagas, sicut subter adnexum in hoc edicto est, conponat, si fecerit.

h) que, *om.* in, M. i) *cod. Goth. fol.* 170. k) acceperint M. l) munduald M. m) deffendendo G. n) internitiones *corr.* G. o) nos non M.

a) cap. *om.* M. b) liutp. *saepius* M. c) excercitalibus M. d) excercitum M. e) excercitu M. f) persequendum M. g) excercitalem M. h) *cod. Goth. fol.* 170, *col.* 2. i) item *om.* M. k) habent *om.* G. l) ebdo- 55 madam unam G. m) dimittant G. n) ebd. M.

a) LIVTBRAND G. b) uuecuuerint M. c) negauer G.; negauerunt M. d) aut G. e) antesteterit M. f) tam M.

3. Si quis servo alieno aut ancillae seu aldio aut liberto viam antesteterit, 20 solidos domino eius conponat. Ro. 28.

4. Si quis messem suam aut pratum seu[g] quamlibet clausuram vindicandam homini prohibuerit, id est antesteterit, ut non egrediatur, non sit culpabilis, sicut ille qui homini simpliciter viam ambu-5 lanti antesteterit eo, quod laborem suum vindicavit. Ro. 29.

5. Nulli sit licentia iterantibus herbam negare, excepto prato intacto tempore suo aut messe. Post fenum aut fruges collectas tantum vindicet, cuius terra est, quantum clausura potest defendere[h]. Nam si cavallos iter facientibus[i] de stipula aut de ipsa pascua, ubi[k] alia peculia pascunt, movere presumpserint, in actogil ipsos cavallos conponat, pro eo quod ipsos de arvo campo, quod est fonsnagar, 10 movere praesumpserit. Ro. 358.

Liutprandi.

6. Si quis invenerit liberam puellam[l] aut mulierem per campum suum seminatum ambulantem et viam indicantem, pigneret[m] eam, et parentes et mundualdi eius conponant pro ipsa solidos 6, sicut lex est. Nam si ipsam conpraehendere praesumpserit, et ad casam ligatam aut submanicatam adduxerit, con-15 ponat solid. 100, medietatem regi[n] et medietatem cui causa est; sic tamen, ut conpositio illa de sex solidos[o] in ipsam conpositionem conputetur. Et si pulsatus fuerit ille, in cuius mundio fuerit mulier[p] aut puella, quod asto et iniquo animo feminam ipsam ambulare per laborem alterius fecisset, ut ei conponeret[q], tunc praebeat[r] sacramentum, quod cupiditatem habendum de conpositione ipsa asto animo per laborem ipsius ipsa femina non ambulasset, nec damnum[s] asto faciendum; et si iuraverit, tunc 20 ipse qui eam conpraehendere praesumpserit, conponat solidos 100, ut supra. Etsi iurare non praesumpserit, parentes aut mundualdi ipsius feminae, ut supra dictum est, conponat solidos 6 pro via indicata, sicut supra diximus, et ille qui praendit[t], sit solutus. Li. 146.

VIIII. Cap.[a] *Rothari de marchworfin.*

1. Si quis hominem liberum de cavallo in terram iactaverit per quodlibet ingenium iniquo animo, 25 80 solidos ei conponat. Ro. 30.

X. Cap.[a] *Rothari et Liutprandi de violentiis hominis*[b] *liberi.*

1. Si quis homini libero violentias iniuste fecerit, idem walpoz[c], 80 solidos ei conponat; walpoz est, qui se furtivum vestimentum alienum induerit aut se caput latrocinandi animo aut faciem transfiguraverit. Ro. 31.

30 2. Si quis homini libero insidiatus fuerit cum virtute aut solatio, videns eum inparatum simpliciter ambulantem aut stantem, subito super eum adveniens, et turpiter eum tenuerit et batiderit sine iussione regis, medietatem ipsius pretii ac si eum occidisset, ei conponat, eo quod in turpe et in derisu ipsius eum tam male tractaverit seu iniuriaverit. Ro. 41.

3. Si quis hominem liberum ligaverit absque iussione regis sine causa, duas partes pręcii ipsius, 35 tamquam si eum occidisset, ei conponat. Ro. 42.

4. Si quis porcarium de homine libero batiderit ipsum, qui de curte ipsius exit[d], nam non de casa massarii, conponat solidos 20; tantum est, ut porcarius ipse feritas prius non faciat aut scandalum committat, nam si fecerit plagas aut feritas, arbitrentur et conponantur. Ro. 352.

5.[e] Si duo[f] porcarii inter se[g] batiderint aut scandalum commiserint, plagas aut feritas conpo-40 nant, nam alia culpa non requiratur. Ro. 353.

Liutprandi.

6. Si quis furore accepto batiderit hominem liberum aut mulierem liberam vel puellam, quae in scandalum, ubi viri litigant[h], venerint, et per ipsas feritas ponderosus vel ponderosa effecti fuerint, sicut et modo factum audivimus, conponat medietatem precii ipsius masculi, tamquam si eum occidis-45 set, et de feminis simili modo medietatem precii tamquam si fratrem eius occidisset; excepto plagas aut feritas si fecerit, conponat sicut edictus anterior legitur. Et[i] de aldiis vel aldianes, servis vel ancillis, si talem causam fecerit, simili modo medietatem precii ipsorum conponat, excepto plagas aut feritas, ut supra. Li. 123. Li. 124.

XI. Cap. Rothari et Liutprandi de homine noctis tempore in curte invento.

50 1. De homine libero, si nocte in curte alterius inventus fuerit, et non dans manus suas ad ligandum, occidatur[a]; et si manus dederit ad ligandum et ligatus fuerit, conponat sol. 80, quia non con- Ro. 32.

g) *cod. Goth. fol.* 170'. h) deffendere G. i) facienti M. k) ibi G. l) libera puella M. m) pingeraet M. n) regis G. o) solidi M. p) ipsa mulier G. q) conponer̄ G; conponerent M. r) prebeant M. s) dampnum M. t) prendit M.

55 a) cap. *utroque titulo om.* M. b) *cod. Goth. fol.* 170'. *col.* 2. c) ualboz G *hoc loco.* d) exigit uel exit G. e) *Goth. hic falsam rubricam habet:* liutpr̄. f) Si qui duo *falso* M. g) *alterum* se *add.* G. h) ligant G. i) *hoc Liutprandi capitulum mutavit auctor Concordiae.*

a) *cod. Goth. fol.* 171.

venit rationi, ut homo noctis tempore in curtem[b] alterius ingrediatur silentio aut inabsconse; sed quamcunque utilitatem habet, antequam ingrediatur, clamet.

Ro. 33. 2. Si servus in curte aliena noctis tempore inventus fuerit, et non dans manus ad ligandum, occidatur. Et si occiditur, non requiratur ad[c] domino suo; et si manus dederit et ligatus fuerit, liberet eum cum 40 solidis.

Liutprant.

Li. 111. 3. Si quis servum aut[d] aldionem alterius per conludium conpraehendere presumpserit, dicendo quod super furtum suum eum praesisset aut tacite in curte sua noctis tempore invenisset, et conludium ipsum apparuerit[e], et certa fuerit veritas adprobata: conponat ipse, qui eum per talem[f] ingenium conpraehendere praesumpserit, ei cuius fuerit servus[g] aut aldius, quantum ipse conponere debuit, si absque conludio aut fraude eum praesisset, id est furtum ipsum, quod quaerebat, in actogild[h], et pro inlicita praesumptione conponat solidos 40; et si de furto non repetierit, nisi de tacito in curte sua conpraehenso dixerit, conponat solidos 40, si ipsum conludium apparuerit.

XII. Cap. Rotharii[a] de curtis ruptura[b].

Ro. 380. 1. Si quis peculium suum de clausura aliena[c] occulte tulerit, et non rogaverit, conponat curtis rupturam[d], id est eberos, solidos 20.

Ro. 34. 2. Si quis in curtem[e] alterius irato animo sagittaverit[f] aut lanceam[g] iactaverit, aut de foris sepe alium plagaverit intra curtem, conponat solidos 20, excepto conpositiones plagarum aut feritas, si fecerit, sicut in hoc edicto legitur persolvat.

Ro. 277. 3. Si quis in curtem alienam aistant[h], id est per furorem, ingressus fuerit, 20 solidos illi conponat, cuius curtis[i] fuerunt.

Ro. 278. 4. Mulier curtis rupturam[k] facere non potest, quod est eberos; absurdum videtur esse ut mulier libera aut ancilla quasi vir cum armis vim facere possit.

XIII. Cap. Rothari[a] de feritis hominis aut plagis, sive liber sive servus sit, vel si mancatur.

Ro. 43. 1. Si[b] quis hominem liberum subito surgente rixa percusserit et livorem aut vulnus fecerit, per unam feritam conponat ei solidos 3; si duas feritas, det sol. 6; si tres fecerit, sol. 9; si quattuor, sol. 12; si vero amplius duraverit, non numerentur, et sit sibi contentus.

Ro. 44. 2. Si quis alium pugno percusserit, solidos 3 ei conponat; si alapam, solidos 6.

Ro. 45. 3. De plagis et conpositionibus plagarum quae inter liberos homines evenerint[c], per hunc tenorem sicut subter adnexum[d] est conponat, cessante faida, id est inimicitia.

Ro. 46. 4. Si quis alii plagam in capite fecerit, ut codica tantum rumpatur quam capilli cooperiunt, conponat solidos 6; si duas plagas fecerit, conponat solidos 12; si usque tres fecerit, conponat solidos 18; si vero amplius fuerint, non numerentur, nisi istas tres conponat.

Ro. 47. 5. Si quis alium[e] plagaverit in capite, ut ossa rumpantur, per unum ossum[f] conponat solidos 12; si duo fuerint, sol. 24; si tres[g] fuerint ossa, conponat solidos 36; si super fuerint, non numerentur. Sic ita, ut unum ossum[h] tale inveniatur, quod ad pedes duodecim super viam sonum in scuto facere possit; et ipsa mensura de certo pede hominis mediocris mensuretur, nam non ad manum.

Ro. 48. 6. Si quis alii oculum excusserit, pro mortuo adprecietur, qualiter in arigargathungi, id est secundum qualitatem personae, et medietas praecii ipsius conponatur ab ipso, qui oculum evulsit.

R. 377. 7. Si quis homini libero unum oculum habentem ipsum excusserit, duas partes praecii ipsius, quod adpreciatus fuerit, si eum occidisset, ei conponat; si autem aldio aut servo alieno unum oculum habentem ipsum excusserit, conponat eum pro mortuo.

Ro. 49. 8. Si quis alii nasum absciderit, medietatem praecii ipsius conponat, ut supra.

Ro. 50. 9. Si quis alii labrum absciderit, conponat ei solidos 16; et si dentes apparuerint unus aut duo aut tres, conponat solidos 20.

Ro. 51. 10. Si quis alii dentes excusserit, qui in risu apparent, pro uno dente det solidos 16; si duo aut amplius fuerint in risu apparentes, per hunc numerum conponantur et adprecientur.

Ro. 52. 11. Si quis alii dentem maxillarem unum aut plures excusserit, pro uno dente conponat solidos 8.

Ro. 53. 12. Si quis alii[i] aurem absciderit, quartam partem praecii[k] ipsius ei conponat.

b) curte M. c) a M. d) uel G. e) apparuit M. f) talem per eum M. g) cui seruus fuerit G. h) actigild G.

a) rothari M. b) rupturam M. c) alia M. d) ruptura G. e) curte G. f) sagitauerit M. g) lancea M. h) aistan M. i) curtes M. k) crupturam G.

a) roth̃. G. b) *cod. Goth. fol.* 171. *col.* 2. c) euenerit G. d) abnexum M. e) alio G. f) *Goth. corr.* os. g) *Goth. corr.* tria. h) *Goth. corr.* os. i) alii *om.* M. k) *cod. Goth. fol.* 171'.

13. Si quis alii plagam in facie fecerit, conponat ei solidos 16. Ro. 54.

14. Si quis alii plagam in naso fecerit, conponat ei solidos 16, si se resolidaverit[l], tantum ut cicatrix appareat. Ro. 55.

15. Si quis alii[m] plagam in aurem[n] fecerit, si se resolidaverit[l], conponat solid. 16. Ro. 56.

16. Si quis alium in brachio punxerit[o] et transforaverit, conponat[p] solid. 16. Ro. 57.

17. Si quis alium in brachio punxerit[o] et non transforaverit, conponat[p] sol. 8. Ro. 58.

18. Si quis alium[q] intra capsum[r] plagaverit, conponat sol. 20. Ro. 59.

19. Si quis alium in coxa punxerit[o] aut plagaverit, si transforata fuerit, conponat solid. 16[s]; si autem transforata non fuerit, conponat ei solidos 8. Ro. 60.

20. Si plures plage fuerint, usque tres tantummodo numerentur, et per unamquamque plagam conponat[t] ut supra; nam amplius si fuerint, non conponantur. Ro. 61.

21. Si quis alii manum absciderit, medietatem praecii ipsius, quod adpreciatus[u] fuerit, si eum occidisset, ei conponat; ei si sideratum fuerit et non perexcusserit a corpore, quartam partem[v] praecii ipsius conponat. Ro. 62.

22. Si quis alii policem[w] de manu excusserit, conponat sextam partem pretii ipsius, quod homo ille adpretiatus fuerit ac si eum occidisset. Ro. 63.

23. Si quis alii secundum digitum de manu tulerit, conponat ei sol. 16. Ro. 64.

24. Si quis alii tertium digitum de manu excusserit, id est medianum[x], conponat sol. 5. Ro. 65.

25. Si[y] quis alii quartum digitum de manu excusserit, conponat sol. 8. Ro. 66.

26. Si quis quintum digitum de manu excusserit, conponat sol. 16. Ro. 67.

27. Si[y] quis alii pedem absciderit, medietatem praecii ipsius ei conponat; si sideratum fuerit et non percusserit, quartam partem pretii ipsius ei conponat[z]. Ro. 68.

28. Si quis alii policem[a] de pede excusserit, conponat solidos 10. Ro. 69.

29. Si secundum digitum pedis excusserit, conponat solidos 6. Ro. 70.

30. Si tertium digitum pedis excusserit, conponat sol. 3. Ro. 71.

31. Si quartum digitum excusserit, conponat sol. 3. Ro. 72.

32. Si quintum digitum pedis excusserit, conponat sol. duos. Ro 73.

De omnibus istis plagis aut feritis superius scriptis post conpositionem faida non requiratur[b].

33. In omnibus istis plagis aut feritis superius scriptis, quae inter homines liberos evenerint, ideo maiorem conpositionem posuimus quam antiqui nostri, ut[c] faida[d], quod est inimicitia, post acceptam suprascriptam conpositionem de poena postponatur et amplius non requiratur, nec dolus teneatur; sed sit causa finita, amicitia manente. Et si contigerit de ipsis plagis intra anni spacium qui plagatus est mori, tunc ille qui plagavit qualiter inargargathungi[f], id est secundum qualitatem personae, eum conponat. Ro. 74.

34. *De aldiis et servis ministerialibus.* De illis vero ministerialibus dicimus, qui docti domui nutriti aut probati sunt. Ro. 76.

35. Si quis aldium alienum aut servum ministerialem percusserit, si vulnus aut livor apparuerit, pro una ferita conponat solidum unum; si duas fecerit, solidos 2; si tres, solidos 3; si quattuor, solidos 4. Si vero amplius fuerint[g], non numerentur. Ro. 77.

36. Si quis aldium alienum aut servum ministerialem plagaverit in caput, ut ossa non rumpantur, pro una plaga det solidos duos; si duas plagas fecerit, conponat solidos 4, excepto[h] operas et mercedes medici; si vero amplius fuerint, non numerentur. Ro. 78.

37. Si quis aldium alienum aut servum ministerialem plagaverit in caput, ut ossa rumpantur unum aut plures, conponat solidos 4, excepto operas et mercedes medici persolvat. Ro. 79.

38. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali plagam in facie fecerit, conponat solidos duos. Ro. 80.

39. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali oculum excusserit, medietatem praecii ipsius quod adpraeciatus fuerit, ac si eum occidisset, conponat. Ro. 81.

40. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali nasum absciderit, conponat sol. 8, excepto operas et mercedes medici. Ro. 82.

41. Si quis aldio alieno aut servo[i] ministeriali aurem absciderit[k], conponat solidos duos, excepto operas et mercedes medici. Ro. 83.

42. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali labrum absciderit, conponat solidos 6, excepto operas et mercedes medici. Ro. 84.

l) sere solitauerit G. m) alii *om.* M. n) aure M. o) puncxerit M. p) ei *addit* G. q) alio G. r) capso G. s) *Goth. addit:* si autem transforata fuerit, conponat sol. 16. t) sol. *addit* G. u) apraecciatus G. v) partem *om.* M. w) pollicem M. x) id est med. *om.* G. y) *in cod. Goth. cap.* 66 *et* 67 *postposita sunt capitulis* 6. 8. z) quia mala ei intulit *add.* M. a) pollicem M. b) riquiratur G. c) *cod. Goth. fol.* 171'. *col.* 2. d) et faida G.; non requiratur *male addit uterque cod.* f) in argargatungi M. g) fecerit G. h) exceptos G. i) aut servo *om.* G. k) abscidit M.

Ro. 85. 43. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali dentes excusserit unum aut plures in risu apparentes, pro uno dente conponat solidos 4. Si plures fuerint, per hunc numerum conponantur.

Ro. 86. 44. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali maxillares dentes excusserit, pro uno maxillare conponat solidos 2; si vero amplius fuerint, per hunc numerum conponantur.

Ro. 87. 45. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali brachium ruperit, conponat solidos 6, excepto operas et mercedes medici.

Ro. 88. 46. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali manum absciderit, mediętatem praecii[l] ipsius conponat.

Ro. 89. 47. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali policem de manu excusserit, conponat sol. 8, excepto operas et mercedes medici.

Ro. 90. 48. Si secundum digitum de manu excusserit, conponat sol. 6.

Ro. 91. 49. Si tercium digitum de manu excusserit, conponat sol. 2.

Ro. 92. 50. Si quartum digitum de manu excusserit, conponat sol. 2.

Ro. 93. 51. Si quintum digitum de manu excusserit, conponat sol. 4.

Ro. 94. 52. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali coxam ruperit aut tibiam, conponat solidos 3, excepto operas et mercedes medici.

Ro. 95. 53. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali pedem absciderit, medietatem praecii eius conponat.

Ro. 96. 54. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali policem de pede excusserit, conponat solidos 4, excepto operas et mercedes medici.

Ro. 97. 55. Si secundum digitum pedis excusserit, conponat sol. 2.

Ro. 98. 56. Si tercium digitum pedis excusserit, conponat sol. 2.

Ro. 99. 57. Si quartum digitum pedis excusserit, conponat sol. 1.

Ro. 100. 58. Si quintum digitum pedis excusserit, conponat sol. 1.

Ro. 101. 59. Si quis aldium alienum aut servum ministerialem intra capso plagaverit, aut sagitta iniecta, aut per quaelibet arma, conponat solidos 6, excepto operas et mercedes medici.

Ro. 102. 60. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali brachium aut[m] coxam transforaverit, conponat solidos 3, excepto operas et mercedes medici; et si sic plagaverit et non transforaverit, conponat solid. 1.

Ro. 103. 61. Si quis alieno[n] servo rusticano plagam in caput fecerit, ut tantum codica rumpatur, pro una plaga conponat solidum 1; si duas fecerit, solid. 2, excepto operas et mercedes medici; si vero amplius plage capitis fuerint[o], non numerentur. Si autem ossa ruperit, unum aut plus, conponat solidos 3.

Ro. 104. 62. Si quis servo alieno rusticano plagam in facie fecerit, conponat sol. 1.

Ro. 105. 63. Si quis[p] servo alieno rusticano oculum excusserit, medietatem praecii ipsius, ac si eum occidisset, conponat[q].

Ro. 106. 64. Si quis servo alieno rusticano nasum absciderit, conponat sol. 4, excepto operas et mercedes medici.

Ro. 107. 65. Si quis servo alieno rusticano aurem absciderit, conponat sol. 2.

Ro. 108. 66. Si quis servo alieno rusticano labrum absciderit, conponat solidos 3.

Ro. 109. 67. Si quis servo alieno rusticano dentes excusserit qui in risu appareant, pro uno dente conp. solidos 2, pro maxillare vero sol. 1; si amplius fuerint, per hunc numerum conponantur.

Ro. 110. 68. Si quis servo alieno rusticano brachium aut coxam transforaverit, conponat solidos 2; si autem plagas[r] fecerit et non transforaverit, conponat solidum 1, excepto operas et mercedes medici.

Ro. 111. 69. Si quis servum alienum rusticanum plagaverit in capsum, conponat solidos 3, excepto operas et mercedes medici.

Ro. 112. 70. Si quis servo alieno rusticano brachium aut tibiam ruperit, conponat solidos 3, excepto operas et mercedes medici. Et si de ipsa plaga infra anni spatium sanus non fuerit et ad pristinam non redierit sanitatem, quarta pars, quod valuerit, domino eius conp.

Ro. 113. 71. Si quis servo alieno rusticano manum absciderit, medietatem praecii ipsius conp. domino eius.

Ro. 114. 72. Si quis servo alieno rusticano manum absciderit, conponat domino eius sol. 4.

Ro. 115. 73. Si secundum digitum excusserit, conponat sol. 3[s].

Ro. 116. 74. Si tercium digitum[t], conponat sol. 1.

Ro. 117. 75. Si quartum digitum excusserit, conponat sol. 1.

Ro. 118. 76. Si quintum digitum excusserit, conponat sol. 2, excepto operas et mercedes medici.

Ro. 119. 77. Si quis servo alieno rusticano pedem absciderit, medietatem praecii ipsius conponat ut supra.

Ro. 120. 78. Si quis servo alieno rusticano policem[u] de pede excusserit, conponat sol. 2.

Ro. 121. 79. Si secundum digitum de pede excusserit, conponat sol. 1.

Ro. 122. 80. Si tercium digitum de pede excusserit, conponat[v] sol. 1.

Ro. 123. 81. Si quartum digitum de pede excusserit, conponat sol. medium[w].

Ro. 124. 82. Si[x] quintum digitum de pede excusserit, conponat sol. medio[x].

Ro. 125. 83. Si quis[y] servum alienum rusticanum percusserit, id est pulisclagi, si vulnus aut livor apparuerit, conponat sol. medio[z]; si vero usque ad quattuor feritas[a] fecerit, conponat sol. 2; amplius feritae non numerentur.

l) *cod. Goth. fol.* 172. m) ut G. n) alio M. o) fuerunt M. p) quis *om.* G. q) sol. IIII *addit* G. r) *cod. Goth. fol.* 172. *col.* 2. s) II M. t) digitum *om.* M. u) pollice M. v) conp. *om.* M. w) med. sol. G. x) *cap.* 82 *totum om.* M. y) quis *om.* G. z) medium M. a) feritas *om.* M.

84. Si membrum sideratum fuerit de plagis aut feritis de suprascriptis servis ministerialibus, aut aldiis seu rusticanis atque aldiabus vel ancillis, manus aut pes, vel quodlibet membrum quod plagatum est, aut percussum sideratum fuerit, et non perexcusserit, simili modo conponatur, tamquam si eum excusisset[b]. Ro. 126.

85. Omnes vero plagas aut feritas, tam de aldiis quam de servis ministerialibus seu rusticanis atque aldiabus et ancillis, quae evenerint, per hunc tenorem sicut supra decretum est finiantur. Si autem exinde aliqua dubietas fuerit, quod evadere aut citius sanare non possunt, tunc medietatem praecii de plagis quod arbitratum fuerit, dominus eius accipiat: reliqua vero medietas suspendatur, dum usque cognoscitur, si[c] intra anni spacium potest de ipsis plagis evadere; si evaserit, quod reliquum est conpleatur. Si autem de ipsis plagis mortuus fuerit intra anni spatium, sicut supter adnexum[d] est, ita domino conponatur[e], et quae pro plaga acceptum est, in ipsa summa conpositionis mortui reputetur. Ro. 127.

86. De eo qui plagas fecerit, ipse quaerat medicum; et si neglexerit, tunc ille qui plagatus est, aut dominus eius inveniat medicum. Et ille qui caput rupit, aut suprascriptas plagas fecit, et operas reddat, et mercedes medici persolvat, quantum per doctos homines arbitratum fuerit. Ro. 128.

XIIII. Cap. Rothari de veneno temperato.

1. Si homo liber, vir aut mulier, venenum temperaverit[a], et alii ad bibendum dare voluerit, conponat solidos 20, sicut ille qui de morte alterius consiliatus fuerit. Ro. 139.

2. Si liber aut libera venenum alii dederit ad bibendum, et qui acceperit ex ipso veneno mortuus non fuerit, conponat qui venenum dedit, medietatem praecii ipsius, quod adpraeciatus fuerit, si[b] eum occidisset. Ro. 140.

3. Si quis alii venenum ad bibendum dederit, et qui acceperit[c] mortuus fuerit, precium[d] mortui secundum qualitatem personae in integrum conponat. Ro. 141.

4. Si servus aut ancilla venenum alicui dederit, et ille qui acceperit mortuus non fuerit, conponat dominus servi vel ancillae medietatem praecii, quod ipse valuerit qui accepit. Et per omnia ipse servus vel ancillo in ipsa conpositione, pro quantum adpreciatus fuerit, ad occidendum tradatur. Et si mortuus fuerit qui acceperit, tunc dominus servi vel ancillae ipsum hominem in integrum conponat, sic tamen ut ipse servus, aut ancilla in ipsa conpositione, pro[e] quantum adpreciatus fuerit, ad occidendum tradatur, et nulla sit redemptio aut excusacio[f] mortis servi vel ancillae. Ro. 142.

XV. Cap. Rothari[a] de incendio.

1. Si quis casam[b] alienam asto animo quod est voluntarie incenderit[c], in triplum eam, quod est sibi tercia, sub estimacione praecii cum omnibus intrinsecus, quicquid intus crematum fuerit, quod vicini bonae fidei homines adpreciaverint[d], restauret. Et[e] si aliquid de intrinsecus domui orta fuerit intentio, tunc ille qui damnum pertulit, iuratus dicat quantum in eadem causa perdidit; omnia, ut dictum est, in triplum ei restaurentur ab illo qui hoc malum voluntarie penetravit. Ro. 146.

2. Si quis focum super novem pedes a focolare portaverit, et damnum ex ipso foco sibi aut alterius factum fuerit, ipse qui portavit damnum conponat ferquido, id est similem, ideo quia nolendo fecit; et si intra ipsos novem pedes, quod est a fogulare, damnum facere sibi aut alterius contigerit, non ei requiratur. Ro. 147.

3. Si quis focum foris in itinere fecerit, antequam vadat, extinguat eum, et non neglegenter dimittat; nam si contigerit post egressum ipsius aliquid ex ipso foco damnum aut lesionem fieri, ipse[f] qui focum fecit et neglegenter dimisit, damnum sicut arbitratum fuerit caput tantum conponat; sic tamen, ut post relictum focum, qua hora eum reliquerit usque ad aliam talem horam diei aut noctis conputetur, quae sunt horae 24. Nam si contigerit transire ipsum focum supra publicam viam aut rivum, et damnum fecerit, non ab eo requiratur, qui focum dimisit. Ro. 148.

4. Si quis molinum alterius asto incenderit id est voluntarie, in triplum eum restituat sub estimatione rei cum omnibus, quae intus cremata sunt[g]. Ro. 149.

XVI.[a] Cap. Rothari[b] de molino capellato sive in terra aliena edificato sive cassina destructa.

1. Si quis molinum alterius capelaverit aut clusuram ruperit sine iudicis auctoritate, conponat solidos 12 illi, cui molinum esse invenitur. Et si iudicem interpellaverit, et iudex dilataverit ipsam cau- Ro. 150.

b) occidisset M. c) *cod. Goth. fol.* 172'. d) subter abnexum M. e) conponat M.

a) temperauerint M. b) sic M. c) acciperit M. d) praecio G. e) pro *om.* G. f) excussio G.

a) rōr. G. b) causam M. c) incendiderit G. d) adpraeciauer̃ G; adpreciauerunt M. e) *cod. Goth. fol.* 172'. *col.* 2. f) ipsum G. g) est M.

a) *hic titulus in cod. Goth. hoc loco, scil. fol.* 172'. *col.* 2 *med., non invenitur; habentur tamen residuae tituli partes a folii* 175. *col.* 2. *lin.* 32 *usque ad folii* 175'. *col.* 1. *lineam* 11, *ita quidem ut paucae cuiusque versus litterae supersint, reliquis per longitudinem folii abscisis.* b) XXI GRIM *Goth*; *vide infra notam* w *ad titulum XX.*

sam deliberare, aut licentiam dederit adverse parti ipsum molinum evertendi, conponat solidos 20 in palatio regis, districtus abstolcaz.

Ro. 151. 2. Si[c] quis molinum in terra aliena edificaverit et suam probare non poterit, amittat molinum, et omnia opera sua perdat, et ille habeat cuius terra fuerit, quia omnis scire debet, quod suum est non alienum. 5

Ro. 379. 3. Si quis cassinam alienam aut tectum[d] foris curtem, ubi vir non habitat, dum intentio fuerit de terra, disturbaverit aut in terra iactaverit, et terram suam, sicut lex habet convincere non potuerit, restauret ipsam cassinam et conponat aliam talem sub estimacione precii. Nam si casam hubi habitatur disturbaverit, conponat, sicut in hoc edicto legitur, aritraip[e].

XVII.[a] *Cap. Rothari et Grimualdi*[b] *sive Liutprandi et Aistulf*[c] *de gradibus cognationum et successione utriusque sexus.* 10

Ro. 153. 1. *De successionibus.* Omnis parentela usque in septimum genuculum[d] numeretur, ut parens parenti per gradus et parentelam heres succedat[e]; sic tamen ille, qui succedere vult, nominatim unicuique nomen parentum antecessorum suorum dicat. Et si intentio fuerit contra curtem regis, tunc ille, qui quaerit, praebeat sacramentum, cum legitimis sacramentalibus[f] suis, et dicant per ordinem: „Parentela nostra sic fuit et illi sic nobis fuerunt parentes, quomodo nos dicimus“. 15

Ro. 154. 2. Si quis reliquerit filium legitimum unum, quod est fulbornet, et filios naturales unum aut plures, filius legitimus tollat duas portiones de patris substantia, naturalis terciam[g]. Si duo fuerint legitimi, habeant naturales quintam partem, quanticumque fuerint. Si tres fuerint legitimi, habeant naturales septimam partem. Si quattuor fuerint legitimi, habeant naturales nonam partem. Si quinque fuerint legitimi, habeant naturales undecimam partem. Si sex fuerint legitimi, habeant naturales terciam decimam partem. Si septem fuerint legitimi, habeant naturales 15. partem. Si autem plures fuerint, per hunc numerum dividant patris substantiam. 20

Ro. 155. 3. Nulli sit licentia naturales filios equales facere aut consimiles filiis legitimis, nisi filii legitimi post completam[h] legitimam etatem consenserint. Legitima aetas est post[h] quam filii 12 annos habent[i]. 25

Ro. 156. 4. De filio naturali, qui de ancilla alterius natus fuerit, si pater conparaverit eum et liberum tingaverit, libertas illi maneat; et si non libertaverit eum, sit servus cuius[k] et mater ancilla; nam si eum conparaverit, et aliquid de rebus ei per legem tingaverit, habeat ipsas res.

Ro. 157. 5. De eo qui de filio naturali natus fuerit, quod est threus[l], heres non fiat, nisi ei tingatum fuerit per legem; et si ei tingatum aliquid de rebus non fuerit, tamen libertas illi maneat[m]. 30

Ro. 158. 6. Si quis dereliquerit filiam legitimam unam[n], et filium naturalem unum aut plures, seu et alios parentes proximos aut heredes, equaliter dividant substantiam defuncti, id est in tres partes: filia legitima accipiat uncias[o] quattuor, quod est tercia pars; naturales[p] filii, id est unus aut plures, uncias quattuor, quod est tercia pars[p]; et parentes proximi aut heredes uncias quattuor, quod est tercia pars. Et si parentes proximi non fuerint, tunc curtis regia suscipiat ipsas quattuor uncias. 35

Ro. 167. 7. Si fratres post mortem patris in casa commune remanserint, et unus ex ipsis in obsequio regis, aut cum iudice aliquas res adquisierit, habeat inantea absque portione fratrum; et qui foris in exercitu aliquid adquisierit, commune sit fratribus, quos in casa commune dimiserit. Et si quis in suprascriptis fratribus garitinx fecerit, habeat inantea cui factum fuerit; et qui ex ipsis uxorem duxerit, et de rebus communibus meta data fuerit, quando alteri idem uxorem tollere contigerit, aut quando ad divisionem faciendam venerint, simili modo de comunibus rebus ei refundantur aliut[q] tantum, quantum frater in meta dedit. Paterna autem vel materna substantia, quod reliquum fuerit, inter se equaliter dividant. 40

Ro. 159. 8. Si quis dereliquerit filias duas legitimas aut plures, et filios naturales unum aut plures, aut alios parentes proximiores, ut supra:. illae filiae tollant uncias sex, quod est medietas; naturales filii uncias quattuor, quod est tercia pars; et parentes legitimi uncias duas, quod est sexta pars; et si parentes non fuerint, curtis regia ipsas duas uncias suscipiat. 45

Ro. 160. 9. Si quis dereliquerit filias legitimas unam aut plures, et[r] sorores legitimas unam aut plures[r], et filios naturales unum aut plures, tollant filiae et sorores inter se aequaliter dividendum uncias sex, quod est medietas; naturales filii uncias quattuor, quod est tercia pars; et duas uncias parentes legitimi, aut curtis regia si legitimi parentes non fuerint, quod est sexta pars. Pro mundio autem supra scriptarum[s] rerum tollant naturales filii tertiam partem, et heredes legitimi aut curtis regia partes duas. 50

Ro. 161. 10. Si fuerint filii legitimi et filii naturales, et sorores tam legitimae quam naturales, pro mundio earum tollant legitimi filii partes duas, naturales partem terciam.

Ro. 162. 11. Si fuerint filii legitimi et filii naturales duo aut plures, et contigerit casu unus ex naturalibus occisus fuerit, tollant legitimi fratres pro compositione illius partes duas, naturales vero qui 55

c) *cod. Goth. fol.* 175'. d) *sic corrigendum;* auctectum M. e) *in cod. Goth. fol.* 175,. *lin.* 12; *sequitur tit. XXI infra.*
a) *cod. Goth. fol.* 172'. *col.* 2 *post med. huic titulo numerum* XVI *antescribit.* b) GRI G; GRIML M. c) *sic* M; AIST., *om.* et, G. d) genuuclum G. e) succedit M. f) sacramentoribus M. g) *cod. Goth. fol.* 173. h) completam.....post *om.* G. i) hab G; habet M. k) seruusculus G. l) therus G. m) permaneat G. n) unam *om.* G. o) untias G. p) naturales.....pars *om.* G. q) aliud M; *in hoc verbo incipit Goth. fol.* 173. *col.* 2. 60
r) et.....plures, *om. Goth. et supra lineam habet scripta* M. s) scripturarum G.

remanserint, partem tertiam. Facultas vero illius mortui ad legitimos fratres revertatur, nam non ad naturales. Ideo ita previdimus propter faidam deponendam, id est inimicitiam pacificandam.

Grimual.

12. Si post mortem patris in sinu avi nepotes remanserint, si quis habuerit filios legitimos unum aut plures, et contigerit unum ex filiis vivente patre mori, et reliquerit filium unum aut plures legitimos, et contigerit avo mori, talem partem suscipiat de substantia avi sui una cum patruis suis, qualem pater eorum inter fratres suos percepturus erat, si vivus fuisset. Similiter et filiae legitimae una aut plures, et filii naturales unus aut plures fuerint, habeant legem suam, sicut in hoc edicto legitur; quia[t] inhumanum et impium nobis esse videtur, ut pro tali causa exheredentur filii ab hereditate patris sui, pro eo quod pater eorum in sinu avi mortuus est; sed ex omnibus, ut supra, equalem cum patruis suis in loco patris post mortem avi percipiant portionem. Similiter et si legitimi non fuerint, et naturales inventi fuerint unus aut plures, habeant legem suam, id est terciam partem[u] ex omnibus. Gri. 5.

Liutprant[v].

13. Si quis Langobardus sine filiis masculinis legitimis mortuus fuerit et filias reliquerit, ipse in omni hereditate patris vel matris suae tamquam filii legitimi masculini succedant heredes. Li. 1.

14. Si quis Langobardus se vivente et filias suas ad nuptum tradiderit, et alias in capillis in casa reliquerit, tunc omnes equaliter in eius substantia heredes succedant, tamquam filii masculini. Li. 2.

15. Si quis Langobardus sorores reliquerit, et vivente eo ad maritum ambulaverint, tantum habeant ex fratris facultate, si ipse filias reliquerit, quantum in die votorum acceperunt[w], quando ad maritum ambulaverunt. Nam si ipse frater neque filios neque filias reliquerit, aut si habuerit et ante eum mortui aut mortuae fuerint[x], ut[y] absque filiis filiabus moriantur[z], tunc sorores eius, tam quae in capillis remanserint quam que ad maritum ambulaverunt, in omni substantia eius heredes aequaliter succedant. Li. 3.

16. Si quis[a] Langobardus sorores et filias in capillis in casa reliquerit, pariter[b] atque aequaliter quantecumque fuerint in hereditatem[c] eius succedant, tamquam si filios legitimos dereliquisset. Li. 4.

17. Si filiae aut sorores contra voluntatem patris aut fratris egerint, potestatem habeant pater et frater iudicandi quomodo aut qualiter voluerint. Li. 5.

18. Si quis Langobardus, ut habet[d] casus humanae fragilitatis, egrotaverit, quanquam in lectulo iaceat, potestatem habeat dum vivit et recte loqui potuerit, pro anima sua iudicandi vel dispensandi de rebus suis, quid aut qualiter voluerit; et quod iudicaverit, stabile permaneat. Li. 6.

Prologus.

19. Si quae causae de supradictis capitulis, quae nuper in presenti pagina edicti[e] adfigi precepimus, quae[f] antea[g] deliberatae[h] aut finitae sunt per divisionem, in eo modo maneant, sicut antea sunt finitae vel statutae. Quae autem terminatae et per divisionem decisae[i] non sunt, in eodem ordine deliberentur et maneant, sicut modo decrevimus et in hoc aedicto a nobis facto statuere visi sumus: quae universa denique superius ad celsitudinem nostram instituta scribere iussimus. Li. epil. anni I.

20. Recolimus enim, qualiter iam antea instituimus, ut si quis decidens reliquerit filiam unam aut plures, et sorores in capillis similiter unam aut plures, ut pariter atque aequaliter sorores et filiae ei succedere debeant; et si soror in capillis deciderit, soror, quae remanserit, similiter sorori[k] suae succedat. Modo vero, quia intentio exorta est inter fratrem et sorores de nepte, quae in capillis mortua fuerit[l], altercationem ponentes quis[m] ei succedere deberet, statuimus ut barba eius[n], in cuius mundio fuerit, ipse ei succedat in eius porcione. Nam amitanes ipsius de eius porcione nihil percipiant[o], nisi tantum habeant, quantum si vivens fuisset, ipsa neptis earum. Li. 145.

21. De eo qui filiam in casa habuerit in capillis, et filium non habuerit legitimum, ut de rebus suis amplius per nullum titulum cuicumque donationem, aut pro anima sua facere possit, nisi partes duas: terciam vero relinquat filiae suae, sicut iam a glorioso Rothari rege institutum est. Quia qui tinx[p] facit, et postea filia nascitur, in tercia parte ipsum tinx rumpit secundum anteriorem edictum, et si duas aut amplius, medietatem: ideo nos, dum in ipso edicto legitur „de tinx quod est donatio", nobis conparuit, quod per nullam donationem nec per launigild possit filiam suam de ipsa tercia portione substantiae suae exheredem facere; et si duas aut amplius fuerint, de medietate. Li. 65.

22. Si sorores in casa patris remanserint aut ad maritum ambulaverint, succedant patri suo vel[q] matri[r] suae in omni substantia[s] eorum, sicut antea statuimus; et si contigerit una ex eisdem sororibus mori, tunc et qui in capillis remanserint, et qui[t] ad maritum ambulaverint, in[u] omni portione sororis defunctae, quamvis puella mortua fuisset, succedant; parentes autem defunctae propinqui aut munduald Li. 14.

t) *cod. Goth. fol.* 173'. u) partem *om.* G., *quod in Mut. supra lineam scriptum est.* v) Liutprand M. w) acciperunt M. x) *Goth. om.* ut, *in Mut. supra lineam scriptum.* y) filiabusque *corr.* M. z) moriantur *om.* G., *in Mut. supra lin. scriptum.* a) quis *om.* G. b) pariterque M. c) hereditate G. d) habeat M. e) aedicti, *ut semper fere*, M. f) *cod. Goth. fol.* 173'. *col.* 2. g) ante M. h) liberatae G. i) dicise M. k) sororis G. l) fuerint G. m) qui G. n) *in Mut. incertum est, utrum* barba eius *an* barbanus *legendum sit.* o) praecipiant G. p) quia quintinx *uterque cod.* q) et M. r) *sic corr.* G.; matris M. *et* G. *pr. m.* s) omnem substantiam M. t) qui *om.* M. u) et in M.

pro mundio earum[v] suscipiant, nam de rebus eius aliud nihil percipiant. Si autem contigerit illam mori, quae iam nuptu[w] tradita est, tunc ille ei succedat qui per mundium[x] eam suam fecit.

Li. 102. 23. Si quis Langobardus habuerit filium masculinum legitimum unum, et filiam legitimam unam aut plures, et antequam eas ad maritum tradat, ad mortem venerit, potestatem habeat ad filias suas per cartulam donationis, si voluerit, usque ad quartam porcionem de rebus suis iudicare; et si iudicaverit, debeat stabile permanere. Si vero duos filios habuerit, et filiam unam aut plures, septimam porcionem earum de rebus suis iudicet, si voluerit. Si vero amplius filii fuerint, per hanc rationem conputetur. Si vero pater[y] vivente se eas ad maritum dederit, ordinet eas iuxta legem, qualiter voluerit.

Li. 105. 24. De his qui de inlicito matrimonio ante tempus nati sunt et eis legitimi fratres sui voluntarie partem dederunt, in ipso debeant permanere, et eos exhereditare minime debeant. Nam pater non possit illos inlicitos neque per tinx, neque per qualecumque conludium heredes instituere. Hoc autem ideo instituimus, ut omnis homo, qui vult, accipiat sibi legitimam uxorem, nam non inlicitas contrahat nuptias. Si autem fratres non sunt, aut parentes propinqui non fuerint, qui poterint legitime ad hereditatem venire, et usque modo tacuerunt, taceant et inantea, et nullam habeant contra eos qui possident, per 30 annos facundiam loquendi aut dicendi, quod exheredes esse debeant; sicut supra 30 annos possiderunt, possideant.

Li. 32. 25. De his qui de inlicito matrimonio nati sunt vel nascuntur, id est de matrinia[z], filiastra vel cognata, que est uxor fratris aut soror uxoris, quia et[a] canones sic habent[b] de duabus sororibus[c] sicut de duobus[d] fratribus: qui de tali matrimonio natus fuerit, heres patris sui legitimus non sit, nisi habeant ipsas res parentes propinqui; et si parentes propinqui non fuerint, succedat curtis regia.

Li. 113. 26. Si quis Langobardus voluerit in filiis suis sibi bene servientibus aliquid largiri, habeat licentiam in hoc modo: ut si fuerint duo filii, tertiam porcionem substantiae suae possit meliorare eum qui ei bene et secundum Deum[e] oboediens fuerit et servierit[f]; si tres fuerint, habeat licentiam quartam partem cuicumque[g] voluerit largiri; et si fuerint quattuor, tribuat quintam partem; et si fuerint sex, septimam partem. Et si fuerint amplius, per hunc numerum currat, ut semper qui pater est, vigorem habeat, qualiter et filii sui recte ut diximus oboediant et deserviant. Et si toti ei bene servierint, habeant aequalitatem substantiae patris. Quodsi forsitan quiscumque secundam aut terciam mulierem duxerit et habuerit filios de anteriore coniuge et de sequente, non habeat potestatem illos posteriores, quorum mater vivit, meliorare dum ipsa advixerit, ne[h] dicat aliquis, quod mulier ipsa talem suasionem fecisset. Defuncta autem ipsa muliere pater licentiam habeat facere, sicut supra legitur. Quia credimus secundum Deum esse, ut dum servos qui bene serviunt, melioratos[i] et remuneratos vidimus a[k] dominis suis, quam illos qui recte non serviunt; quanto magis debet fieri recta causa, ut homo filios suos meliorare et remunerare possit, qui ei melius servierint[l].

Aistulf.

Ahist. 10. 27. Recolimus in anteriore edicti pagina esse insertum, ut si frater deciderit absque filiis filiabus, et sorores[m] reliquerit, ipsae ei heredes succederent, nam amitanes suorum nepotum possessionem capere nullo modo poterant[n], quia nihil de eisdem amitanibus ipsum continetur edictum; nisi aut sorores aut parentes propinqui succedebant, et dum remanebant in casa in capillis inordinate, pacientes necessitatem servis se copulabant. Ideo Deo nobis[o] inspirante statuere previdimus, ut si quis Langobardus moriens sororem unam aut plures in capillis in casa reliquerit, et filium unum aut plures, filii ipsius debeant perpensare, qualiter amitanes[p] eorum absque necessitate vivere possint secundum qualitatem substantiae suae, ut amitanes[p] eorum indigentiam non paciantur, neque de victu neque de vestimento, sed nec de obsequio suo. Et si in sacro monasterio sub statuta regula vivere voluerint, ab ipsis suis nepotibus ordinentur, ut illis provisum fuerit, aut convenerit; si autem predicti nepotes deciderint[q] absque filiis filiabus, aut intestatim, et sorores reliquerint[r] amitanes[p] eorum, quae in casa in capillis remanserunt, cum ipsis neptibus[s] suis in rebus nepotum et fratrum succedant, quantecumque fuerint.

Ahist. 13. 28. A nostris decessoribus iam antea est institutum, quod Langobardus potestatem haberet filium suum sibi bene servientem de rebus suis meliorare; de filiabus non continebatur[t]. Ideo statuimus: si duas filias habuerit, et filium non reliquerit, potestas ei sit unam filiam suam, qualem voluerit, meliorare tertiam partem rerum suarum; et si tres fuerint, per hanc rationem conputetur.

Ahist. 14. 29. Si quis Langobardus decidens[u] uxori suae usumfructum de rebus suis iudicare voluerit, et filios vel filias ex ea reliquerit, non amplius ei pro usufructu iudicare possit, quam medietatem ex sua substantia super illo, quod ei in morgincap[v] et meta secundum legem datum fuerat. Et si filios aut filias ex alia uxore reliquerit, unum aut duos, possit uxori[w] suae terciam portionem ad usumfructum relinquere; si fuerint tres, quartam partem; si amplius, per eum numerum[x] conputetur. Morgincap[y] et meta quod ei legibus datum est, habeat in antea; siquidem nupserit postea aut mortua fue-

v) *Goth. fol.* 174. w) nuptiis *corr.* G. x) medium M. y) patre G. z) matrinnia G. a) et quia in M. b) habeant M. c) uxoribus M. d) sororibus *add.* G. e) *Goth. fol.* 174. *col.* 2. f) et seruierit *om.* M. g) cuique cum G. h) nec M. i) uidimus *inserit* M. k) ad M. l) seruierunt M. m) et *addit* G. n) poterunt G. o) *Mut. iterum addit:* deo. p) ammitanes G. q) *Goth. fol.* 174'. r) relinquerint. s) nepotum G. t) contigetur M. u) decedens M. v) morgin cap̄ G. w) uxoris G. x) numerum *om.* G. y) morgan cap̄ G.

rit, usufructus in integrum ad heredes revertatur. De meta vero et morgincap[z] fiat inantea secundum anteriorem edictum.

XVIII.[a] Cap. Rothari si quis dixerit quod de adulterio aliquis natus sit.

1. Si quis ex parentibus, id est barba quod est patruus, aut quicumque ex proximis dixerint de nepote aut consubrino[b] doloso animo, quod de adulterio natus sit, nam non de certo[c] patre, tunc ille cui crimen mittitur, quaerat sibi sacramentales qui prebeant sacramentum, quod filius legitimus sit, et per legem res ipsas ad eum pertineant, nec alteri eas per legem dimittere debeat[d]: si hoc fecerit, habeat et fruatur. Quia grave et impium videtur esse, ut talis causa sub uno scuto per pugnam dimittatur. Ro. 164.

XVIIII. Cap. Rothari de exhereditatione filiorum.

1. Nulli liceat sine certa culpa filium suum exhereditare[a], nec quod ei per legem debetur, alii tingare. Ro. 168.

2. Iustas autem culpas exhereditandi filium has esse dicimus: si filius contra animam aut sanguinem patris insidiatus aut consiliatus fuerit, aut si patrem percusserit voluntariae[b], aut si[c] cum matrinia[d] sua, id est noverca, peccaverit: iuste a patre exhereditatur. Ro. 169.

3. Item sicut nec patri licitum est filios suos sine iustis culpis exhereditare, ita nec filiis suis liceat viro patre cuicumque res suas tingare, aut per quemlibet titulum alienare, nisi forte[e] filios aut filias legitimas aut filios naturales habuerit, ut ipsi secundum legem consentiant. Ro. 170.

XX. Cap. Rothari et Liutprandi de tinx quod est donatio.

1. Si quis disperaverit[a] aut propter senectutem, aut propter aliquam infirmitatem corporis, filios non posset[b] habere, et res[c] suas alii tingaverit, posteaque cum contigerit filios legitimos procreare, omne tinx, quod est donatio, quod prius fecerat rumpatur, et filii legitimi unus aut plures, qui postea nati fuerint, heredes in omnibus patri succedant. Si autem filias legitimas unam aut plures, seu filios naturales unum aut plures post[d] tinx factum habuerit, habeant et ipsi legem suam, sicut supra constitutum est, tamquam si nihil[e] alii tingatum fuisset; et ille cui tingatum est, tantum habeat, quantum alii parentes proximi habere debuerant, aut curtis regia suscipere, si alii tingatum non fuisset. Ro. 171.

2. Si quis res suas alii tingare voluerit non absconse, sed ante liberos homines ipsum garetinx[f] faciat, quatenus qui tingat et qui gisel fuerit, liberi sint, ut nulla in posterum oriatur intentio. Ro. 172.

3. Si quis res suas alii tingaverit, et dixerit in ipso thinx: „lidinlaib", id est quod in die obitus sui reliquerit, non dispergat res ipsas postea doloso animo, nisi fruatur cum ratione. Et si talis ei evenerit[g] necessitas, ut terram cum mancipiis aut sine mancipiis[h] vendere aut locum pigneris ponere debeat, dicat prius illi, cui tingavit: „Ecce vides quia necessitate conpulsus res istas vado dare; si tibi videtur, subveni mihi et[i] res istas conservo in tua proprietatem"[k]. Tunc si noluerit subvenire, quod alii dederit, sit illi stabile et firmum, qui acceperit. Ro. 173.

4. Non liceat donatori ipsum thinx[l], quod antea fecit, iterum in alium hominem transmigrare; tantum est, ut ille qui garethinx susceperit tales culpas non faciat donatori suo, quales solent ingrati filii parentibus suis facere, per quas exhereditantur, quae in ędicto scriptae sunt. Ipse autem, qui garethinx susceperit ab alio, quicquid reliquerit donator[m] in die obitus[n] sui, habeat licentiam in suo dominio recolligere, et debito creditoribus reddere, et ab aliis exigere; et quod fiducia positum est, reddat debitum et requirat rem in fiduciae nexu positam. Ro. 174.

5. Si quis rem cuicumqne donaverit, et postea qui donavit launigild requisierit, tunc ille qui accepit, aut heredes eius, si ausus non est iurare quod conpositum sit, reddat ei fercoid, id est similem, qualis in illa die fuit quando donatum est; et si iuraverit, sit exsolutus. Ro. 175.

6. Si quis leprosus effęctus fuerit, et cognitum est iudici vel populo certa rei veritas, et[o] expulsus fuerit de civitate et casa sua, ita ut solus habitet et non sit ei licentia res suas alienare aut thingare[p] cuilibet personae, quia in eadem die quando a domo expulsus est, tamquam mortuus habetur; tamen dum advixerit[q], de rebus suis, quas reliquerit, pro mercedis intuitu nutriatur. Ro. 176.

7. Si quis liber homo potestatem habeat intra dominium regni nostri cum fara sua migrare ubi voluerit, sic tamen, si a rege ei data fuerit[r]; et si aliquas res ei dux aut quicumque liber homo donavit, et cum eo noluerit permanere vel cum heredibus ipsius, res ad donatorem vel heredes eius revertantur. Ro. 177.

z) morgin gap̄ G.
a) *hic numerus recte se habet in Goth.* b) consobrino M. c) certe M. d) debeat *om.* G.
a) *Goth. fol.* 174'. *col.* 2. b) uoluntarie M. c) sit G. d) matrinnia G. e) forte *om.* M.
a) desperauerit G. b) posse G. c) tres G. d) per M. e) nil G. f) gare tinx G. g) uenerit, *om.* ei, M. h) mantipiis M. i) *Goth. fol.* 175. k) proprietate M. l) tinx M. m) donatur *uterque cod.* n) hobitus M. o) et *om.* G. p) thigare G. q) uixerit M. r) *supple:* licentia.

Liutprand.

Li. 43. 8. Si quis alio homini qualemcumque rem donaverit et launigild susceperit, et postea defendere minime potuerit, tunc aliam talem rem qualem donavit, qualis in illa die invenitur esse, reddat cui donavit, et amplius non calumnietur. Et si de conludio pulsatus fuerit, satisfaciat ad ewangelia, quod nullum conludium cum alio homine de ipsa causa factum habeat, et sit solutus de culpa[q]; sic tamen ut suprascriptam rem consimilem reddat cui donavit.

Li. 54. 9. Si quis cartulam donationis per garethinx factam, aut susceptum launigilt, aut forte conparatione ostenderit, et res ipsas secundum quod legitur non possiderit, et dixerit quod ei munimen suum absentatus fuisset: si per 30 annos aut super possessio ipsa fuerit, non habeat adversus eum qui possedit facundiam loquendum cum munimen ipsum, quod ostendere videtur, nisi ipse firmiter possideat qui per 30 annos; quia iam ad gloriosum Grimuald regem de 30 annis possessio institutum[r] est. Nam si intra 30 annis possessio fuerit, pontifitium habeat cum munimen suum dicendum quod valuerit; et si ipse quis possedit[s], ei secundum aedictum respondeat.

Li. 73. 10. De donationibus qui sine launigild aut sine commutationibus stare non debeant, quia et eas specialiter in aedicto non fuit institutum, tamen usque modo[t] sic est iudicatum; idemque pro errore tollendo hoc[u] scribere in edicti pagine iussimus, ut qui fuerit propinquus, parentibus ipse succedat. Et si ipsi superstes fuerit, quae ipse donatione sine launigild dedit, post se debeat recolligere, excepto si in aecclesia aut in loco sanctorum in xenodichio pro animam suam aliquid quaecumque donaverit, stabile debeat permanere. Quia in loco sanctorum aut in exenodochio nec tinx aut launigild inpedire debeat, quod pro anima factum est.

Li. 77. 11. Si duos fratres, aut si pater et filius thingati fuerint, si unus ex ipsis sine filiabus mortuus fuerit, curtis regia ei succedat. Ideo autem hoc scripsimus, ut affictum proprie non fuit in aedicto, tamen omnibus iudicibus et fidelibus nostris sic dixerunt, quod warfida[v] antiqua usque nunc sic fuisset[w].

XXI.[a] *Cap. Rothari Grimualdi Liutprandi de sponsalibus et nuptiis et de frea movita et alias similes.*

Ro. 178. 1. Si quis sponsaverit puellam liberam aut mulierem, et post sponsalia facta et fabula firmata duos annos sponsus neglexerit eam tollere et dilataverit nuptias exequi, post transactum biennium potestatem habeat pater aut frater, vel qui mundio eius in potestatem habet, distringere fideiussorem, quatenus adimpleat meta illa, quae in die sponsaliorum promiserit; postea liceat eos [alii][b] dare, libero tamen. Et meta, quae exacta fuerit, sit in potestate puellae aut mulieres, eo quod sponsus intra prefinitum tempus uxorem accipere neglexerit, aut voluntarie dilatavit, ex[c] inevitabili causa.

Ro. 179. 2. Si sponsus de sponsa sua dixerit: adulterata sit postquam eam sponsatam habuit, liceat parentibus eam purificare cum duodecim sacramentalibus; tunc post purificata accipiat eam sponsus, sicut in priore fabula stetit. Et si postquam purificata fuerit, eam tollere uxorem neglexerit, sit culpabilis sponsus dupla meta, quantum dictum est in die illa, quando fabula firmata fuerat. Et si parentes, ut dictum est, eam mundare non potuerunt ab hoc crimine, tunc sponsus recipiat res suas, quas dedit, et illa paciatur penam adulterii, sicut in hoc edicto constitutum est.

Ro. 180. 3. Si contigerit postquam puella aut mulier sponsata fuerit, leprosa aut demoniaca[d] aut ambos oculos excecata apparuerit, tunc sponsus recipiat res suas, et non compelletur ipsum invitus tollere ad uxorem, nec pro hac causa calumnietur, quia non suum[e] neglectum [dimisit][f], sed peccatum eminentem et egritudinem supervenientem.

Ro. 181. 4. Si pater filiam suam, et frater sororem suam legitimam alii ad maritum dederit, in hoc sibi sit contenta de patris vel[g] matris substantia, quantum ei pater aut frater[h] in die traditionis nuptiarum dederit; amplius non requiratur.

Ro. 182. 5. Si quis[i] filiam suam aut quamlibet parentem in coniugium[k] alii dederit, et contigerit casus, ut ille maritus moriatur, potestatem habeat illa vidua, si voluerit, ad alium maritum ambulandi, libero tamen. Secundus[l] autem maritus, qui eam tollere disponit, de suis propriis rebus medietatem praecii, quantum dictum est quando eam primus maritus sponsavit, pro ipse meta dare debeat ei, qui heres proximi mariti prioris esse invenitur; et si noluerit accipere, habeat ipsa mulier et[m] morgingap, et quod de parentibus adduxit, id est[n] faderfio. Parentes vero eius patestatem habeant dandi ad alium maritum, ubi ipsi et illa voluerit, et mundium eius prioris mariti parentes non habeant, pro eo quod ei[o] denegaverunt voluntatem suam. Ideo redeat mundium[p] eius ad proximos parentes, qui prius eam ad maritum dederunt; et si parentes non fuerint legitimi, tunc mundius ille ad curtem regis perveniat. Et

q) *in cod. Goth. sequi debebat col.* 2. *folii* 175. *et col.* 1. *folii* 175'; *sed istae partes abscisae sunt. Sequitur in cod. Goth. fol.* 175. *col.* 2, *cuius tamen longe maior pars ita abscisa est, ut cuiusque versus septem tantum vel novem primae litterae supersint.* r) instituta G. s) possed *cod.* t) ad modo M. u) hoc *om.* M. v) *in cod. Goth. salvae sunt litterae* fida. w) *in cod. Goth. sequuntur verba* XXI GRIM, *de quibus supra ad tit. XVI dictum est.*

a) *haec habentur cod. Goth. fol.* 175'. *col.* 1. *lin.* 12, *pariter lacera ac praecedens columna, ita ut ultimae tantum cuiusque versus litterae legi possint.* b) alii *om. cod.* c) *corrige* excepto. d) *cod. Goth. fol.* 175'. *col.* 2, *non lacera.* e) solum M. f) dimisit *om. uterque cod.* g) uel de M. h) aut frater *om.* G. i) in *addit* G. k) coniugio G. l) *in cod. Mut. hic novum capit. incipit.* m) et *om.* M. n) id est *om.* M. o) pro ei quod M. p) mundius G.

si talis fuerit mulier, quae maritum[q] non vellit[r] aut non possit habere, sit in potestate illius ad quem mundius de ea pertinet; et si ipse eam male habuerit aut contractaverit[s], et probatur, tunc liceat eam ad parentes suos reverti. Et si parentes non fuerint, tunc sit in potestate regis.

6. Si quis pro libera puella aut muliere mundium dederit, [et][t] convenit ut ei tradatur ad uxorem, posteaquae contigerit marito mortuo et[u] ipsa mulier ad alium maritum debeat ambulare, aut ad parentes reverti aut ad curtem regis: tunc heredes mariti prioris accipiant medietatem de meta, sicut supra institutum est. Et ipsa per manus simili modo[v] retradatur, sicut constitutum est, sicut priori marito tradita fuerit: nam aliter sine traditione nullam rem dicimus subsistere firmitatis. Ro. 183.

7. Si quando pater filiam suam, aut frater sororem alii ad uxorem tradiderit, et aliqui[w] ex amicis accepto exenio ipsius[x] mulieris aliquid dederit, in[y] ipsius sit potestatem, qui mundium de[z] ea fecit[a]: eo quod maritus, si launigild requisitum fuerit, ipse debet persolvere. Ro. 184.

8. Si quis dixerit de uxore aliena, quod mundius ad ipsum pertineat, nam non ad maritum, tunc ille, qui eam habet uxorem, prebeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus 12, quod de certo domino mundium fecisset, et non eum alteri per legem dimittere debeat. Si hoc fecerit, habeat et fruatur, quia iniustum videtur esse, ut tam grandis causa sub uno scuto per pugnam dimittatur. Ro. 165.

Grimald[a].

9. Si quis uxorem absque culpam legitimam postposuerit, et aliam in domo[b] duxerit, conponat solidos 500, medietatem regi et medietatem parentibus mulieris; mundium[c] vero eius mulieris[c], quam postposuit, amittat. Et si noluerit ad maritum suum reverti, revertatur ad parentibus suis cum rebus suis et mundio. Grim. 6.

10. Si quis uxorem suam criminaverit asto sine causa legitima, quasi adultera sit, aut animam mariti tractasset, liceat illi mulieri per sacramentum parentum aut per pugnam se mundare; et si purificata fuerit, tunc maritus eius prebeat sacramentum cum parentibus suis legitimis sibi 12, quia[d] non asto animo et dolose[e] ei crimen iniecit, nisi perceptam suspectionem[f] audita habuisset haec verba. Et haec si facere potuerit, sit solutus a culpa; et si noluerit iurare, conponat widrigild eius mulieris, tamquam si fratrem eius occidisset, medietatem regi et medietatam parentibus mulieris. Grim. 7.

11. Si mulier libera aut puella notum habuerit quemcumque habere uxorem, et super ipsam introierit et tulerit ei[g] maritum suum, sancimus[h] ut omnes res suas perdat ipsa mulier, qui sciendo[i] alterius marito voluntarie consensit; et medietatem de rebus eius [accipiat][k] curtis regia et medietatem parentes. Et illam priorem mulierem recipiat maritus suus[l], et colat eam, ut decet, uxorem legitimam; vitium suum reputet, quae illa super uxorem alienam intrare presumpserit, et nihil ei conponatur, nec faida requiratur. Grim. 8.

[Liutprand[m]*.]*

12. Si mulier libera aut puella servum tulerit et parentes eius intra anni spatium in eam vindictam dare noluerint aut neglexerint, sicut in anteriore continet aedicto, tunc quandocumque post ipsum anni spatium inventa fuerit, sit ancilla palatii et cum ipso servo ad publicum replicetur; et filii, qui ex eis nati sunt, curtis regia omnino deserviant. Nam si parentes ipsius mulieris vel dominus servi compleverint in superscripto annis spatium, quod anterior aedictus continet, sic permaneat, sicut antea fuit constitutum. Li. 24.

13. Si aldius cuiuscumque cum libera muliere aut puella fornicatus fuerit, conponat solid. 50 in cuius mundio ipsa fuerit; illa reputet vitium suum pro eo quod aldioni consensit. Li. 60.

14. Si quis fream alienam sine voluntate eius munduald movere presumpserit et alibi duxerit, conponat ille, qui in caput est, ad mundualð eius solidos 80. Et si liberi homines cum ipso fuerint, conponat unusquisque per capud solidos 20, servi autem in conpositione domini sui reputentur. Si forte homo liber est ille, qui ipsa frea, ubi est, tulerit et sibi uxorem duxerit, sic conponat, sicut gloriosissimus Rothari rex in anteriorem aedicto constituit. Li. 94.

15. Si servus cuiuscumque ancillam alterius tulerit, et dominus ancillae eam libertaverit et eam amund fecerit, aut si eam vendiderit, et qui eam emit libertaverit eam, et servus ipse in servitio permanserit, amittat ipsa libertate sua, et sit ancilla regis; et ipse qui eam libertavit, conponat in curte regia aliam talem, pro eo quod conludium fecit. Servus vero sit in potestate domini sui, et ancilla ipsa faciat dominus servi sua cum pretio, aut qualiter regi obtinere potuit. Li. 98.

16. Si servus cuiuscumque habuerit legitimam uxorem, et aliam ancillam super eam duxerit, conponat dominus servi, sicut in aedicto de adulterio continet, ei cuius ancillam postea tulit. Ancilla vero ipsa pro inlicita presumptione accipiat talem disciplinam a domino suo in presentia de domino servi, ut alia ancilla hoc facere non presumat. Li. 104.

q) marito G. r) uelit G. s) contractarit M. t) et *uterque cod. omittit.* u) *corrige* ut. v) *Goth. fol.* 176. *col.* 1, *cui paucae tantummodo litterae in fine cuiusque versus absunt.* w) in priori M. x) aliquid G. y) ipsius.....in *Mut. omittit.* z) ex G. a) facit G.

a) *sic* M; GRI++ G. b) domum M. c) mundium......mulieris *om.* G. d) qui M. e) doloso G. f) percepta suspicione M.; *corr.* per certam susp. g) ei *om.* M. h) sanciemus M. i) sciendum G. k) *sic supplendum.* l) *absunt sequentia usque ad cap.* 21 *med. a cod. Goth. fol.* 176, *cuius exterior pars abscisa est.* m) *in cod. nomen Liutprandi hic omittitur.*

Li. 106. 17. Si quis aldiam alienam aut suam uxorem tulerit, faciat eam wribura, sicut aedictum continet de ancilla. Nam qui sine ipsa ordinatione eam quasi uxorem habuerit, filii qui ex ea mati fuerint, non sint[m] legitimi sed naturales.

Li. 126. 18. Si aldius cuiusque aldiam alterius tulerit ad uxorem, et filios ex ea procreaverint, et mundium de ea non fecerit, sint filii cuius et mater ancilla. Nam posteus[n] mundium de eam non fecerit, sint filii cuius et mater ancilla; nam postquam mundium de ea fecerit, si et filii nati fuerint, sicut anterior edictus continet patrem sequantur, et talem legem habeant cum patrono suo, qualiter et pater eorum habuit.

Li. 127. 19. Si Romanus homo mulierem Langobardam tulerit, et mundium de ea fecerit, et post eius decessum ad alium maritum ambulaverit sine voluntate heredum prioris mariti, faida et anagrip non requiratur. Quia posteus Romano marito se copulavit, et ex ea ipse mundium fecit, Romana effecta est, et filii qui de eo matrimonio nascuntur, secundum legem patris Romani sunt, et legem patri sui vivant; ideo faida et anagrip minime conponere debeant, sicut nec de alia Romana.

Li. 89. 20. Si quis coniugi sue meta dare voluerit, ita nobis iustum esse conparuit, ut ille, qui est iudex, debeat dare si voluerit solid. 400, amplius non, minus quomodo convenerit; et reliqui nobiles homines debeant dare solid. 300, amplius non. Et quicumque alter homo minus voluerit dare, quomodo convenerit, et ipsa meta sub estimatione fiat data et adpreciata, ut nullo tempore exinde intentiones aut causationes procedant.

Li. 114. 21. Si puella sine voluntate parentum absconse ad maritum ambulaverit, et meta nec promissa nec data fuerit, et contigerit, ut maritus ipsius antea moriatur, quam mundio de ea faciat, contenta sit ipsa mulier, nec possit postea meta quaerere ab heredibus eius qui defunctus est, pro eo quod neglegenter sine voluntate parentum suorum ad maritum ambulavit, nec fuit qui iusticiam eius exquiret.

Li. 66. 22. De libero homine qui uxorem de servo aut de aldione suo vivente ipso maritum tulerit, et filii aut filiae exinde nati fuerint, nullatenus ei succedant, nec libertatem suam habeant, nec per nullum[o] ingenium eis de rebus suis aliquid facere possit, quia in dubium venit causa ipsa, cuius filius aut filia sit[p], quando ambo vivent, et dominus et servus; et qui ante habuit et postea tulit.

Li. 140. 23. Si quis homo liber habuerit servum vel ancillam aldionem vel aldianem coniugatos, et[q] insidiantem inimicum[r] humani generis ipsa ancilla, quae servum eius maritum habet, aut[s] cum[t] aldia quae cum aldione eius copulata est, adulterium perpetraverit[u]: statuimus[v] ut perdat dominus eius[w] ipsum servum vel aldionem, cuius[x] uxorem adulteravit, et ipsa mulier in simul; vadant liberi et absoluti fulfreals[y], tamquam si thingati fuissent, ubi voluerint; quia non est placitum Deo ut quislibet homo cum uxore aliena debeat fornicari[z]. Tamen de ipsa libertate ita dicimus: quia non sic possunt sine vera absolutione veri liberi esse, nisi sicut edictus[a] continet, aut per thinx[b], aut erga altare Dei, sicut instituimus, ideoque veniat ad palatium ad nos aut qui pro tempore princeps fuerit terrae istius; ipse eos absolvat, et faciat eorum preceptum suum, et sint[c] postea certissimi liberi et absoluti.

Li. 142. 24.[1] Si quis homo sciens aldium aut aldiam suam, servum vel ancillam in casa cuiuscumque esse, aut copulatos aut aliter, non eum requisierit aut per iudicem aut per publicum, et non eum retulerit, et dimiserit eum apud alterum hominem diutius permanere, non requirat operas eorum, quasi sciendo neglexit requirere servum aut ancillam, aldiam vel aldianem suam. Nam[d] si requisierit dominus eorum, et ille qui eos neglexerit aut antestiterit[e], reddat operas eorum sicut lex est.

Li. 119. 25. Si quis filiam suam aut sororem suam sponsare voluerit, habeat potestatem cui voluerit, tamen libero homini, sicut anterior continet aedictus[f]. Nam posteus[g] eam sponsaverit, non habeat potestatem alteri homini eam ad maritum dandum ante biennium tempus. Et si dare cuilibet homini presumpserit, aut ipsas sponsalias inrumpere voluerit, conponat sponso ipsius, sicut inter se poenam firmaverint, qualiter in anteriore edicti pagina legitur; insuper palatio regis conponat widrigild suum, et ille qui eam tollere[h] praesumpserit, conponat similiter in palatio regis widrigild suum. Si vero sine voluntate[i] patris vel fratris eam tollere presumpserit, quae iam alterius sponsata est, conponat[k] sponsus eius dupla meta[l], sicut edictus[m] anterior continet, et in palatio regis conponat widrigild suum. Pater vero aut frater, qui in tali causa[n] non consenserunt[o], sint soluti; puella vero ipsa, quae sua voluntate hoc facere presumpserit, si aliqua porcio ex parentum successione debetur, amittat ipsam[p] porcionem suam, et nuda et vacua de rebus parentum suorum vadat; et ipsi succedant, qui per legem succedere possunt. Nec possunt ei frater aut pater per quolibet[q] ingenio aliquid dare aut hereditatem relinquere, quia excrevit vitium hoc in gentem nostram pro cupiditate[r] pecuniae, et ideo eum[s] resecare volumus, ut inimicitia cessante faida non habeant. Si autem, quod absit, post sponsalias factas inter parentes ipsos excreverit inimicitia qualicumque causa interveniente, ut homicidium de parente[t] ipsorum proveniat, unde duriciam teneant inter se: si dare aut tollere noluerint, conponat pars, qui negligit, sicut inter

m) *cod.* sit. n) *cod.* post eius. o) ullum G; *in hoc verbo initium est cod. Goth. fol.* 176'. *col.* 2. p) si *uterque codex*. q) si *addit* G. r) insidiante inimico M. s) ut M. t) cum *om.* G. u) perpetrauit M. v) instituimus M.; *sane edictus habebat* ita statuimus. w) qui M. x) cui G. y) ful freal s ++ G. z) fornicare G. a) aedictum M. b) tinx M. c) sunt G. d) nam *om.* G. e) antisteterit G. f) aedictum M. g) postquam G. h) tollere *om.* G. i) *Goth. fol.* 177. k) conponat *om.* G. l) duplamta G. m) aedictum M. n) tale casa G. o) conserunt G. p) ipsa M. q) pro colibet M. r) illud *addit* M. s) illud M. t) parentem M.

1) Liutprandi cap. 142 iterum habetur infra tit. LIII. cap. 3.

se statutum habuerint, et sint ambo soluti. Quia non est bonum, ut quispiam debeat dare filiam aut sororem vel parentem, ubi vera inimicitia homicidii esse probatur.

26. Continet enim edictus[u] de frea sua, qui eam male tractaverit, ut amittat mundium ipsius; et non dicit qualis sit illa tractatio: id est, si eam fame negaverit, aut vestimentum vel calciamentum secundum qualitatem pecuniae non dederit, aut si ad servum vel aldionem alterius eam uxorem dare presumpserit, aut si eam batiderit turpiter, excepto si infans est, pro honesta disciplina ostendendi muliebrem operam, aut a malo vitio emendandum, sicut de propria filia sua; et si eam indecibilem operam coactam[v] minaverit, aut si cum ipsa adulteraverit; omnia qui haec facere voluerit aut praesumpserit, male tractatum esse dicimus. Insuper et addimus, ut nec ad liberum hominem eam ad maritum[w] absque eius voluntate dare praesumat; quia peior tractatio esse non potest, si ullum virum tollet quem ipsa non vult. Ideo statuimus, ut propter plagas et feritas si fecerit[x], vel de adulterio, conponat eidem feminae sicut aedictus[y] continet, et mundium amittat. Li. 120.

27. Si quis fraudulenter tulerit ancillam alienam, et dixerit quod eam servus aut aldius ipsius tulisset ad uxorem, et postea veritas clara facta fuerit, quod non eam ipse servus aut aldius tulisset, tunc primum omnium reddat ipsum mancipium, cuius fuit, et sit eius ancilla, cuius antea fuerat. Et ille, qui hanc fraudem facere praesumpserit, det insuper aliam talem ancillam aut aldianem eidem homini, cui fraudem fecit, et det operas de ipsa ancilla, quam fraudulenter tulit, quamdiu eam apud se habuit. Li. 132.

28. Si quis Langobardus morgincap coniugi[z] suae dare voluerit, quando eam sibi in coniugio copulavit, ita decernimus, ut alia die ante parentes et amicos suos ostendat per scriptum a testibus roboratum, et dicat: „quia ecce quod coniugi meae morgincap dedi, ut in postero pro hac causa periurius non fiat.“ Ipso autem morgincap volumus, ut amplius non sit, nisi quarta pars de eius substantia, qui ipsum morgincap facit; si minus voluerit dare de rebus suis, quam ipsam quartam portionem, habeat licencia in omnibus dandi; nam super ipsam quartam portionem dare nullatenus possit. Li. 7.

29. Nulli sit licentia coniugi suae de rebus suis amplius dare per qualecumque ingenium, nisi quantum in die votorum ei in meffio et morgincap dederit secundum anteriorem ędictum; et quod super dederit, non sit stabile. Li. 103.

XXII. Cap. Rothari et Liutprandi seu Aistulfi[a] de inlicitis nuptiis[b] et violentiis et iniuriis mulierum.

1. De incestis et inlicitis nuptiis[c]. Nulli liceat novercam suam, id est matriniam, qui[d] fuit uxor patris, neque privignam, id est filiastram, neque cognatam, qui[d] fuit uxor fratris, uxorem ducere. Et si[e] ipsa consenserit, vir qui eam ducit, conponat pro culpa in curte regis sol. 100, et mox separetur ab ea constrictus a rege; et ipsa mulier habeat medietatem de omnibus rebus suis[f], et medietatem amittat, curtis regia suscipiat; eo quod inlicitas consenserit celebrare nuptias, hanc[g] poenam sustineat, et mox, ut dictum est, separentur alter[h] ab altero. Ro. 185.

2. Si vir mulieri violentiam fecerit, et invitam eam tulerit ad uxorem, sit culpabilis solid. 900, medietatem regi, et medietatem parentibus mulieris. Et si parentes non habuerit, ipsi nungenti[i] solidi ad curtem regis exigantur. Et mulier ipsa licenciam habeat cum omnes res suas proprias, quae ei per legem conpetent[k], eligendum qui mundio eius in potestate habeat: vult ad patrem si habuerit, vult ad fratrem, vult ad barbanem, vult ad manum regiam, in ipsius mulieris sit potestatem[l], ubi sibi ipsa voluerit. Ro. 186.

3. Si quis violento[m] animo tulerit uxorem, conponat ut supra, et postea mundium[n] eius[o] faciat. Nam si contigerit casus, antequam mundio fecerit mortua fuerit, res eius parentibus reddantur. Et ille vir, qui eam violento tulerit uxorem, conponat eam mortuam, tamquam si virum de simili sanguine, id est si fratrem eius occidisset; ita adprecietur, et parentibus pro mortua cogatur conponere, aut cui mundius de ea pertinet. Ro. 187.

4. Si puella libera aut vidua sine voluntate parentum ad maritum ambulaverit, libero[p] tamen, tunc maritus qui eam accipit uxorem, conponat anagrip sol. 20; et si contigerit eam ante mori, quam mundium eius faciat, res ipsius mulieris ad eum revertantur, qui mundium[n] in potestatem[q] habet; nam amplius calumnia presumptori non generetur, id est perdat maritus res mulieris eo quod mundium[n] facere neglexit. Ro. 188.

5. Si puella aut mulier libera voluntariae fornicaverit, cum libero tamen homine, potestatem parentes habeant in eam[r] dare vindictam; et si forte ambarum partium steterit, ut ille qui fornicavit tollat eam uxorem, conponat pro culpa, id est anagrip, solidos 20; et si non convenerit, ut eam habeat uxorem, conponat solidos 100, medietatem regi, et medietatem ad quem mundius de ea pertinuerit. Ro. 189.

u) aedictum M. v) opera coacta G. w) dare praesumat *addit* M., *ut bis scripta inveniantur.* x) *cod. Goth. fol.* 177. *col.* 2. y) aedictum M. z) coniungi G.

a) aistulf. M. b) inlicitas nuptias M. c) nuptias *pr. m.* G. d) quae M. e) si *om.* G. f) omnes res suas *pr. man.* G. g) hanc *om.* M; haec poena *pr. man.* G, *cuius fol.* 177' *his verbis incipit.* h) alter *om.* G. i) nongenti M. k) conpetunt M. l) potestate M. *et sec. man.* G. m) uiolenti M. n) mundio *constanter* M. o) ei G. p) liberum M. q) potestate G. r) ea G.

Et si parentes neglexerint aut noluerint in ipsa[s] dare vindictam, tunc liceat gastaldio regis aut sculdais ipsam ad manum regis tollere, et iudicare de ipsa quod regi placuerit.

Ro. 190. 6. Si quis puellam[t] aut viduam alterius sponsatam[u], illa tamen consentiente, tulerit uxorem, conponat parentibus mulieris, id est ad quem mundius de ea pertinuerit, anagrip sol. 20, propter faida[v] sol. 20, et mundium eius, qualiter fecerit, faciat. Et illi cui sponsata fuerit, omnia quae in meta dictum fuit quando eam sponsavit, in duplo ei conponat ab illo qui ei de sponsata sua turpe fecit; et postea sponsus post[w] accepta dupla conpositione[x] poena sit sibi contentus, et amplius ex hac causa adversus fideiussorem[y] calumniam non requiratur[z].

Ro. 191. 7. Si quis puellam aut viduam sponsatam alterius rapuerit, sit culpabilis parentibus puellae aut ad[a] quem mundius de ea pertinuerit, sol. 900, medietatem[b] regi et medietatem parentibus puellae, id est patri vel fratri aut qui proximi sunt; et mundio eius, si convenerit, faciat. Sponso autem, cuius in turpe aut in derisaculum[c] egit, conponat dupla meta, quantum dictum est in die illa quando fabula firmata fuerit; et amplius fideiussorem aut raptorem ab ipso sponso calumnia non generetur; sit sibi[d] contentus in ipsa dupla[e] conpositione poenam.

Ro. 192. 8. Si pater aut frater vel aliquis ex parentibus puellae alii sponsaverit, et postea cum alio extraneo conludium[f] fecerit, aut fraude consenserit cum illo, qui eam aut violenter aut ipsa consentiente[g] ducat uxorem: tunc ipsi parentes, qui huius consilii fraude consenserint[h], conponant sponso qui eam sponsatam[i] habuit, similem poenam, ut supra, in duplum meta, quae dicta fuerat in die sponsaliorum; et postea sponsus amplius adversus eos vel ad fideiussorem calumniam non requirat.

Ro. 193. 9. Si quis puella libera servum alienum foris provincia[k] secuta fuerit[l], requirant eos pariter parentes puellae et dominus servi. Si eos invenerint[m], ambo poenam[n] iuxta legem sustineant; nam a domino culpa cuius servus fuerit non requiratur.

Ro. 194. 10. Si quis cum ancilla gentile fornicatus fuerit, conponat domino[o] eius solidos 20; si cum Romana, solidos 12.

Ro. 195. 11. Si quis mundium[p] de puellam liberam aut mulierem[q] potestatem habens, excepto pater aut frater[r], et in animam[s] ipsius puellae aut mulieris insidiatus fuerit, aut alii invitus ad maritum tradiderit, aut[t] violentibus ad eius violentiam faciendam consensum[u] praebuerit aut consilium dederit, et probatum fuerit, amittat mundium ipsius, et illa potestatem habeat de duas vias[v]: vult a parentibus, vult ad curtem regis cum rebus suis propriis, quae eam ad legem pertinet, se commendare, qui mundium[p] eius in potestate debeat habere. Et si vir ille ista crimina negaverit, liceat eum se purificare, et mundium[p] sicut habuit habeat, si se purificaverit.

Ro. 197. 12. Si quis mundium de puella libera aut muliere[w] habens, eamquae istricam[x], quod est mascam clamaverit, excepto pater aut fratres[z], amittat mundium[p] ipsius, ut supra, et illa potestatem habeat, vult ad parentes, vult ad curtem regis cum rebus suis propriis se comendare, qui mundium[p] eius in potestate debeat habere. Et si vir ille negaverit hoc crimen non dixisset, liceat eum se purificare, et mundium sicut habuit habere[a], si se purificaverit.

Ro. 196. 13. Si quis mundium de puella libera[b] aut mulierem habens, excepto patre aut fratre[c], et crimen iniecit quod adultera sit, amittat mundium eius, et illa potestatem habeat cum rebus suis propriis, vult ad parentes reverti, vult[d] ad curtem regis se commendare, qui mundium[p] eius in potestate debeat habere. Si vir ille hoc crimen negaverit, liceat eum se purificare si potuerit, et mundium[p] ipsius sicut habuit habeat, si se purificaverit.

Ro. 198. 14. Si quis puellam aut mulierem, quae in alterius mundio est, fornicariam aut istricam clamaverit, et pulsatus penitus manifestaverit per furorem dixisset[e], tunc praebeat sacramentum[f] cum duodecim sacramentalibus suis, quod per furorem ipsum nefandum crimen dixisset, nam non de certa causa cognovisset[g]; tunc pro ipso vano ïnproperio et sermone, quod non convenerat loqui, conponat solidos 20, et amplius non calumnietur. Nam si perseveraverit et dixerit se posset probare, tunc per camphionem causa ipsa, id est per pugnam, ad Dei iudicium causa ipsa discernatur. Et si probatum fuerit, illa sit culpabilis, sicut[h] in hoc edicto legitur. Et si ille qui crimen misit, probare non potuerit, widrigild ipsius mulieris secundum nationem suam conponere conpellatur[i].

Ro. 199. 15. Si pater filiam suam, aut frater sororem suam ad maritum dederit[k], et contigerit casus maritus mori, et pater et frater qui mundium[p] eius liberaverit sicut supra constitutum est, et illa in domo patris aut fratris regressa fuerit, et alias sorores in casa patris invenerit, et postea pater aut frater mortuus fuerit, et illa remanserit in domo cum alias sorores una aut plures, et facultatem patris aut fratris venerint dividendum cum alios parentes aut curtis regis: tunc illa vidua, quae[l] in domo patris aut fratris regressa est, habeat sibi morgincap et mefio; de fadarfio autem, id est quantum de alia dona, quando ad maritum ambulavit, pater aut frater ei dedit, mittat in confuso cum alias sorores.

s) ipsam M. t) *Goth. fol.* 177'. *col.* 2. u) alteri sponsata M. v) faidam M. w) postea post sponsus G. x) acceptam duplam compositionem M. y) fedeiussorem G. z) requirāt M. a) ad *om.* M. b) et medietatem M. c) deridiculum M. d) tibi M. e) culpa M. f) conludio M. g) ipsam consentientem M. h) consenserunt M. i) sponsat G. k) prouinciam G. l) fuerint M. m) inuenerit M. n) poena G. o) dominus G. p) mundio M. q) puella libera aut muliere M. *et corr.* G. r) patre aut fratre G. s) anima G. t) *Goth. fol.* 178. u) sensum *codd.* v) duabus uiis M. w) mundio puellam liberam aut mulierem M. x) isticam M. z) patre aut fratre G. a) habeat M. b) mundio puellam liberam, *om.* quis *et* de, M. c) paī aut frs̄ M. d) tunc G. e) dixisse M. f) sacramento M. g) cognouissent M. h) sic M. i) *Goth. fol.* 178. *col.* 2. k) tradiderit M. l) qua G.

Et illa alia soror una aut plures tollat unaqueque in antea tantum, quantum pro mundio pater aut frater liberandum ad parentes mariti defuncti dedit. Reliquam patris aut fratris substantiam aequaliter dividant, sicut in hoc edicto legitur. Et si sola in casa remanserit, in quantum ei per legem conpetit, heres succedat[m].

16. Si quis aldiae alienae, id est quae iam de matre libera nata est, violentias fecerit, conponat solidos 40. Ro. 205.

17. Si quis libertae alienae, id est ipsi personae[n] quae libera dimissa est, violentiam fecerit, conponat solidos 20. Ro. 206.

18. Si quis ancillae alienae[o] violentiam fecerit, conponat solidos 20. Ro. 207.

19. Si quis rapuerit aldiam alienam, et in curtem alterius duxerit, et sequens dominus aut parentes eius, et cuius curtis[p] fuerit, antesteterit et non permiserit vindicare aut foris extrahere, conponat solidos 40, medietatem[q] regi et medietatem cuius libera fuerit[r]. Ro. 208.

20. Si quis rapuerit ancillam alienam, et in curte[s] alterius duxerit, et sequens dominus aut parentes eius, et cuius curtis est, antesterit, et non permiserit vindicare, conponat qui antesteterit sol. 20, medietatem regi et medietatem cuius ancilla fuerit. Ro. 209.

21. Si quis rapuerit aldiam aut[t] ancillam alienam, et in curtem regis duxerit, et sequens dominus aut quicumque ex amicis et servis aut gastaldius et actor regis antesterit, pro aldia de suis propriis rebus conponat cuius aldia fuit solidos 40, pro ancilla sol. 20. Ro. 210.

22. Si liber aut servus uxorem alterius tulerit[u], eamque sibi in coniugium[v] sociaverit, ambo occidantur; sic tamen si ambo consenserint. Ro. 211.

23. Si quis cum uxore sua alium fornicantem[w] invenerit, liberum aut servum, potestatem habeat eos occidendi; et si eos occiderit, non requirantur. Ro. 212.

24. Si quis super alium de uxore sua crimen miserit, quod cum ea fornicasset, liceat eum cui crimen mittitur aut per sacramentum aut per camphionem se purificare; et si probatum fuerit, animae suae incurrat periculum. Ro. 213.

25. Si quis liberam puellam absque consilio parentum aut voluntate duxerit uxorem, conponat ut supra anagrip sol. 20, et[x] propter faidam, id est inimicitiam, sol. 20; de mundio autem qualiter convenerit et lex habet; sic tamen si ambo liberi sint. Ro. 214.

26. Si quis puellam aut viduam sponsatam habuerit, aut contigerit casus ut ipsa[y] ante moriatur, quam a patre aut qui mundium[z] eius in potestatem habet, tradita fuerit, tunc meta quae data fuerat[a] ab illo sponso, reddatur ei tantum, quantum ipsa die meta dedit. Nam aliae res illius sint, qui mundium[z] in potestatem[b] videtur habere, eo quod ante traditionem mortua est. Ro. 215.

27. Si aldius uxorem liberam tulerit, id est fulfrea, mundium[z] de ea fecerit, posteaquae filios habens[c] maritus mortuus fuerit: si mulier in ipsa casa noluerit permanere, et parentes eam ad se recolligere[d] voluerint, reddant praecium, quod pro mundio ipsius mulieris[e] datum est, illi quibus aldius fuit. Tunc illa absque morgincap aut aliquid de rebus mariti revertatur sibi ad parentes suos, cum rebus si aliquid de parentibus adduxit. Et si filii de ipsa muliere fuerint, et noluerint in casa patris resedere, res paternas dimittant, et mundio pro se reddant quantum pro matre eorum datum est, et vadant sibi ubi voluerint liberi. Ro. 216.

28. Si aldia aut libera in casa aliena ad maritum intraverit, et servum tulerit, libertatem suam amittat; et si dominus neglexerit eam replicare ad servitium, mortuo tamen marito, vadat sibi una cum filiis suis et cum omnes res[f], quantas in tempore quando ad maritum intravit secum adduxit. Nam amplius nulla consequatur; vitium suum reputet, quae[g] servo consensit. Ro. 217.

29. Si aldius cuiuscumque aldiam aut libertam[h] uxorem tulerit, si filios ex ipso coitu habuerit, patrem sequantur, et sint aldii qualis et pater. Ro. 218.

30. Si aldius ancillam suam aut alterius tulerit ad uxorem, filii qui ex ea nascuntur, sint servi cuius[i] et mater ancilla. Ro. 219.

31. Si ancilla cuiuscumque in casam[k] alterius ad maritum intraverit, et servum tulerit, nihil de ipsa casa marito[l] mortuo consequatur, nisi quantum secum adduxit. Ro. 220.

32. Si servus liberam mulierem aut puellam ausus fuerit sibi coniugium sociare[m], animae suae incurrat periculum; et illam qui[n] servo fuerit consentiens, habeant parentes potestatem eam[o] occidendi, aut foris provincia[p] transvendendi, et de res ipsius mulieris faciendi quod voluerint. Et si parentes eius hoc facere distulerint, tunc liceat gastaldio regis aut[q] sculdais eam in curtem regis[q] ducere, et in pisile inter ancillas statuere. Ro. 221.

33. Si quis ancillam suam propriam matrimoniare voluerit ad uxorem, sit ei licentia; tamen debet eam liberam thingare: sic libera[r], quod est wiriburan, et legitimam facere per garithinx[s]; tunc intellegatur[t] libera et legitima uxor, et filii qui ex ea nati fuerint, legitimi heredes patris efficiantur. Ro. 222.

m) hes esucccedat G. n) ipsam personam G. o) aduene *codd.* p) curti M. q) et mediet. M. r) fuerat G. s) curtem G. t) aldiam alienam uel M. u) *Goth. fol.* 178'. v) coniugio M. w) fornicante G. x) et *om.* M. y) ipsam M. z) mundio M. a) fuerit G. b) potestate M. c) habent G. d) recolliere G. e) mulieris *om.* M. f) omnibus rebus *corr.* G. g) *Goth. fol.* 178'. *col.* 2. h) liber eam M. i) eius cuius M. k) casa G. l) maritum G. m) coniugio sociari M. n) illa quae G. o) eam *om.* M. p) prouinciam M. *et corr.* G. q) aut ....regis *om.* M. r) liberam M. s) garinthinx M. t) intelligatur G.

Liutprand.

Li. 30. 34. De feminis his, quae velamen sanctae religionis in se suscipiunt, aut[u] a parentibus suis Deo voverint[v], aut ipsa se eligunt, religionis habitu[w] aut vestem monachicam induere videntur, tamquam a sacerdote consecratae[x] sint: sic nobis iustum paruit esse pro Dei amore, ut in ipsum[y] habitu in omnibus perseverent, nec sit excusatio mali hominibus, dicendum „quod sacratae non sunt[z]; ideo si[a] copulantur[b], peccatum aut culpa[c] non habeant". Sed, ut supra praemisimus, quae tale signum super se ideo habent[d], velamen et vestem sanctae Dei genitricis Mariae quocumque ingenio in se accipiunt, et postea ad[e] secularem vitam vel habitum transire nullatenus presumant. Quia considerare debet homo christianus, quod si quiscunque[f] seculares parentes nostri desponsat puellam[g], cum solo anulo eam subarrat, et suam facit, et si postea alteram uxorem ducit, culpabilis invenitur solidos sexcentos: quanto magis causa[h] Dei et sanctae Mariae amplior esse, ut qui ipsum velamen vel habitum in se suscipiunt, in eodem debeant perseverare. Si quis vero femina contra hoc, quod nostra instituit excellentia[i], egerit aut marito se copulaverit, perdat omnem substantiam suam, et deveniat ipsa substantia[k] ad potestatem palatii. De persona autem eiusdem feminae, quae tale malum comiserit, iudicet rex qui pro tempore fuerit, qualiter ei placuerit, aut in monasterio[l] mittendo, aut qualiter secundum Deum melius praeviderit. Simili modo et de victu vel vestimento eius ipse princeps ordinet qualiter ei placuerit. Si autem ille, in cuius mundio talis femina est, consenserit in isto malo et probatum fuerit, conponat widrigild suum, et ille qui eam tollere presumpserit, conponat in palatio[m] solid. sexcentos. Si autem munduald eius in ipso malo consentiens non[n] fuerit, medietatem de ipsos[o] sol. accipiat ipse, et medietatem curtis regia. Qui[p] autem talem feminam rapuerit, conponat solid. mille, ut precedat causa Dei solid. 100; quoniam[q] de raptu secularis femine conpositio 900 solid. in aedicto[r] leguntur. Ipsa vero, quae non conservaverit ea[s] quae superius leguntur, et malo suprascripto consenserit, poena suprascripta subiaceat.

Li. 31. 35. Si quis rapuerit qualemcumque feminam liberam secularem, unde in anteriore aedicto[t] legitur sol. 900, ita volumus de illis[u] 450[v] solidis, qui pertinent[w] ad parentes, vel ad munduald, [ut][x] pro fatigio suo et exactione de ipsa poena solid. numero 150 accipiant; 300 habeat ipsa femina cui talis iniuria aut detractio facta est. Si autem patrem aut fratres ipsa femina habuerit, in eorum mundium[y] fuerit, tunc pater aut frater de ipsa conpositione, quod sunt solidi 450, faciat cum filia aut sorore sua[z] qualiter voluerint. Nam aliter munduald aut parentes sic dividant ipsam conpositionem, sicut supra statuimus.

Li. 33. 36. Hoc autem Deo iubente statuere previdimus, ut amodo nullus homo presumat relictam[a] de consubrino[b] aut insebrino[c] uxorem ducere. Si quis autem in hoc quod inlicitum est, modo facere presumpserit, amittat[d] substantiam suam, et qui de tali coniugio[e] procreati fuerint[d], legitimi heredes non existant, nisi parentes propinqui; et si parentes propinqui non fuerint, curtis regia succedat. Hoc autem ideo adfiximus, quia Deo testem[f] papa urbis Romae, qui in omni mundo caput ecclesiarum Dei est, per suam epistolam nobis adortavit, ut tale[g] coniugium fieri nullatenus permitteremus[h].

Li. 34. 37. Item hoc censemus atque precipimus, ut nullus presumat comatrem[i] suam uxorem ducere, sed nec[k] filiam, quae de sacro fonte levavit; neque filius eius presumat filiam illius uxorem ducere, qui eum de fonte suscepit; quia spiritales[l] germani sunt et esse noscuntur; et qui hoc malum facere temptaverit, perdat omnem substantiam suam. Et filii, qui de tale[m] inlicito matrimonio[n] nascuntur, heredes esse non debeant, nisi propinqui parentes; et[o] si propinqui parentes[o] non fuerint, curtis regia succedat. Et ubi autem inventi fuerint, qui ista inlicita coniugia contraxerunt, de presenti separentur, et poenam suprascriptam subiaceant.

Li. 76. 38. Si quis vestem et habitum sanctae religionis in se susceperit, si contigerit pro peccatis, ut adulterium voluntariae commitat: quicumque ipsam sanctaemonialem feminam adulteraverit, conponat solid. 200; quia de secularibus feminis conp. solid. 100 sunt[p], et nos prospeximus[q] veram esse iustitiam, ut Dei omnipotentis causa et sanctae eius genitricis Mariae, cuius vestem suscipiunt, duplicetur. De pecunia autem eiusdem religios aefeminae, [quae][r] quod absit voluntarie adulterasset, sic fiat sicut in anteriore capitulo de religiosis feminis statuimus, quae se marito copulaverint[s].

Li. 95. 39. Si quiscumque[t] liber homo pro religionis et munditiae causa[u] liberam aut ancillam suam vestem religiosam induerit, et ei, sicut consuetudo terrae istius est, inferendam oblationem[v] per loca sanctorum debeat deportare, et contigerit ex peccatis, ut quispiam homo eam uxorem ducat: ubicumque inventi fuerint, separentur, et conponat ipse qui eam tulit uxorem, domino eius solid. 40, et illa revertatur in pristinum habitum. Quod si aliquis eam, quod absit, adulteraverit, simili modo conponat

u) ut G. v) uouerit G. w) habitum M. x) ad sacerdotem congregatae M. y) ipsa M. z) sint M. a) se G. b) copulentur M. c) culpam M. d) habet G. e) ad *om.* G. f) quicumque, *om.* si, G. g) desponsata puella M. h) causā M; *in hoc verbo initium est cod. Goth. fol.* 179. i) ut excellentia M. k) substantiā M. l) monasterium M. m) regis *add.* M. n) non *om.* M. o) ipso *corr.* G. p) Cui G. q) quō G. r) edictum G. s) eam G. t) anteriorem aedictum G. u) illo G. v) CCCCtis G. w) pertinet G. x) ut *codd. omittunt.* y) mundio G. z) sororem suam M. a) relicta G. b) consobrino M. c) *sic codd.* d) *verba* amittat....fuerint *bis deinceps habet* G. e) *cod. Goth. fol.* 179. *col.* 2. f) teste M. g) talem M. h) praemitteremus G. i) contra matrem M, *sed litterae* ra *radendo deletae.* k) nec *om.* G. l) spāles *uterque cod.* m) tali M. n) matrimonium G. o) et si prop. par. *om.* G. p) sī *uterque cod.* q) proximus G. r) quae *om. codd.* s) copulauerit M. t) cuicumque G; quis quicumque M. u) causam G *prim. m.*; causae M. v) in ferenda oblatione G.

domino eius solidos 40; quia edictus[v] anterior de gentile ancilla adulterata 20 sol. [contenit ut][w] conp., de Dei quidem ancilla iustum[x] est, ut conpositio duplicetur. Verumtamen sic[y] statuimus, ut si probata causa fuerit, per presbyterum aut alium sacerdotem ipsa veste religiosa induta esse; ut non fiat alicui homini calumnia[z] per figmentum, sed per certam veritatem, et dum ipsa probatio vera facta fuerit, sic ipsa conpositio fiat.

40. Nulli sit licentia quamlibet mulierem, mundium eius habens in potestatem, post mortem mariti Li. 100. sui ante anni spatium velare, aut monastico habitu induere. Et si ipsa sua[a] voluntate ante[a] anni spacium hoc facere disposuerit, veniat ipsa[b] ad palatium regi[c], et dicat clementiae[d] eius voluntatem suam[e], et interrogata vel inquisita diligenter ad regem, et qualiter ad pietatem eius permissum acceperit religionis suae velamen. Si[f] vero ante anni spatium sine permissum[g] regis hoc facere presumpserit, conponat regi widrigild suum, mundium vero mulieris vel res eius sint[h] in potestate palatii. Quia qui[i] hoc ante anni spatium facere quaerit, pro pecuniae lucro vel pro seculi huius cupiditate hoc facere quaerit, nam non ob amorem Dei aut animae eius salvandam, quia[k] post mortem viri sui, dum dolor recens est, in qualem partem voluerit animus eius declinare potest. Nam cum in se revertitur, et carnis delectatio obvenit[l], quod peius est in adulterio cadit. Si quiscumque[m] homo, in cuius mundium non est; hoc facere presumpserit, conponat widrigild suum in sacro palatio et ipsa cum rebus suis sit in potestate munduald sui.

41. Si quis[n] mulier religionis velamen induta fuerit, observata omnia qualiter in superiore capi- Li. 101. tulo adfixa sunt, in monasterio[o] introire voluerit: si filios aut filias habuerit, in quorum mundio esse invenitur, cum tertia portione de rebus suis intret in monasterium, et post obitum eius remaneat in monasterio ipso, ubi ipsa intraverit. Si[p] vero filios aut filias non habuerit, cum[q] medietatem [de][q] rebus suis in monasterio intrare possit, et post eius discessum maneat ipsa medietas in monasterio. Nam si in domo permanserit, potestatem habeat de rebus suis iudicare pro anima sua, cui voluerit, tertiam porcionem; duae vero portiones sint[r] in potestate ipsius, ad quem mundius[s] eius pertinet.

Ahist. 21. 12. Hoc definimus, ut postquam iussio regis fuerit in exercitu[g] ambulandum, et constitutum positum fuerit ad movitionem[h] faciendam, nullus presumat fideiussorem aut debitorem pro qualecumque[i] causa pignerare. De una iudiciaria si fuerit, ad dies 12 antequam exeat in exercitu, sit quietus 12 dies antea, et 12 postquam de exercitu regressus fuerit. Si autem de alia iudiciaria fuerit, similiter sit[k] spatium ad dies 20[l]; nam si quis intra spatia pigneraverit, conponat pignera ipsa, sicut qui contra rationem pignus abstulit.

XXXII. Cap. Rothari, Grimaldi et Liutprandi de furtis et rebus conmenditis.

Ro. 253. 1. Si quis liber homo furtum fecerit, et in[a] ipso furto tentus fuerit, id est figang, usque ad decem seliquas[b] furtum ipsum sibi nonum reddat, et conponat pro tale turpe sol.[c] 80, aut animae suae incurrat periculum.

Ro. 254. 2. Si servus furtum fecerit, et in ipso furto usque ad decem siliquas tentus fuerit, sibi nonum reddat, excepto conponat pro culpa solidos 40, aut occidatur.

Ro. 255. 3. Si quis per proditorem, id est per[d] certum indicatorem, furtum invenerit, sibi nonum qui furtum[e] fecit[f] ei restituat.

Ro. 256. 4. Si servus, dum in fuga est, furtum aut dampnum alii fecerit, et in ipsa fuga foris provincia[g] migraverit et non redierit, tunc dominus servi medietatem pro ipsam rem[h] aut dampnum[i], si fuerit, restituat. Nam si regressus fuerit in potestate domini sui, tunc de quanto tulit, caput tantum dominus eius in integrum reddat, cessante in hoc capitulo poena furti eo quod in fuga fuit.

Ro. 257. 5. Si mulier libera fulfreal super furtum conprehensa fuerit, furtum[k] quod fecerit sibi nono conponat; alia culpa non requiratur pro eo quod iniuria[l] passa est, sed vitium suum reputet, quae opera indecenter facere adtemptavit.

Ro. 258. 6. Si aldia[n] aut ancilla[o] super furtum tenta fuerit, conponat dominus earum[p] ipsum furtum sibi nonum, excepto pro culpa solid. 40.

Ro. 259. 7. Si quis liber homo servum suum aut puerum furtum facere iusserit, et ipse furtus inventus[q] fuerit, sibi nonum conponat, et alterum[r] tantum in curte regis persolvat. Quia inhonestum[s] videtur esse, et nulli convenit rationi, ut homo liber se in furto debeat misceri aut consensum praebere.

Ro. 260. 8. Si quis aurum aut vestes seu qualibet[t] res in via invenerit[u], et super genuculum levaverit, et non manifestaverit [aut][v] ad iudicem non adduxerit, sibi nonum reddat.

Ro. 261. 9. Si servus, dum ancillam alienam habet uxorem, furtum fecerit et ancilla filios alienos nutrierit, omnem[w] furtum quod fecerit, servus conponat; nam nihil reputetur in culpa nec in damno ancillae vel filiis[x] eius. Tantum est, si ancilla aut filii simul cum patre ad furtum faciendum non[y] ambulaverunt; nam si fecerint, similes illi[z] efficiantur.

Ro. 262. 10. Si servus, dum in fuga est positus, res aliquas cuicumque commendaverit, posteaque proprius dominus requisierit eas, et ille qui suscepit denegaverit, pro furto eas reddat.

Ro. 263. 11. Si plures homines in unum furtum fecerint, tam liberi quam servi[a], liceat eos si voluerint, se insimul adunare, et furtum ipsum in actugild reddere. [Si quis se ex ipsis deviderit, pro se][b] tantum legibus [conponat][c] id est furtum[d] sibi nonum.

Ro. 329. 12. Si quis canem alienum furaverit, sibi nonum reddat.

m) *in cod. Mut. littera initialis rubra novae legis initium hic indicat.* n) recolexerit M. o) cauallis G. *sec. man.* p) aut M. q) bouibus *sec. man.* G. r) ut *codd.* s) quodlibet M. t) sinccensimus M. u) loco M. v) aut M. w) aut *om.* M. x) quodlibet M. y) postquam G. z) pro eum debitum M. a) et *om. codd.* b) pignorauit M. c) aeam M. d) XL G. e) adulterum G. f) recollire G. g) exercito *pr. man.* G. h) admonitionem G; ad mouionem M. i) qualicumque M. k) si G. l) XXIV M.

a) in *om.* M. b) siliquas M. c) *Goth. fol.* 184'. d) pro G. e) furto G. f) fecerit M. g) prouintiam M. h) *sic* G. *pr. man.*; ipsa re M. *et* G. *sec. man.* i) damnum G. *pr. man.*; damno *sec. man.* k) furto G. l) iniuriam M. n) Si quis aldiam G. o) ancillam G. p) eius uel earum G. q) furtum inuentum M. r) altero M. s) inonesto M. t) quodlibet M. u) uenerit G. v) aut *om. codd.* w) omne G. (?) x) filius G. y) non *om.* M. z) simillimi M. a) *Goth. fol.* 184'. *col.* 2. b) *horum vice codd. habent* possent. c) conponat *iterum codd. omittunt.* d) furto M.

13. Si quis verrum[e] alienum furaverit, conponat solidos 12; ipsum dicitur sonar pair[f], qui omnes alios verros in grege battit et vincit[g]. Tamen in hunc gregem, quamvis multitudo porcorum sit aut fuerit[h], unus conputetur sonar pair[i]; nam si minor grex de 30 capita fuerint, [non reputetur sonar pair, nisi si triginta][k] aut supra[l] fuerint. Et si in damno ipse sonar pair[m] occisus fuerit, aut similem aut meliorem ipse, qui occiderit, restituat, et dampnum ei conponat; nam alii verri aut porci si furati[n] fuerint, in actugild[o] reddantur[p]. Ro. 351.

***Grimuald*[q].**

14. Si ancilla furtum fecerit, conponat dominus eius furtum ipsum sibi nonum tantum; nam 40 sol., unde in hoc edicto legitur pro culpa [quod][r] est figang, non requiratur[s] ad dominum ancillae. Grim. 9.

***Liutprand*[t].**

15. Si servus dum in fuga est furtum fecerit, et in ipsa fuga foris provincia[u] exierit, sic exinde procedat iudicium, sicut gloriosus[v] Rothari rex instituit. Et si ipse servus intra provinciam se[w] dilataverit, tunc dominus eius habeat spatium ad[x] eum requirendum per menses 3; et si eum invenerit aut non invenerit, et[y] causa furti manifestata fuerit, quod idem servus furtum ipsum fecisset, tunc dominus eius conponat furtum ipsum, sicut lex est. Et si[z] forsitan manifestum non fuerit, et dominus idem servi vetaverit, quod ipsum furtum non fecisset servus eius, tunc aut per pugnam aut per sacramentum se defendat, si potuerit. Li. 11.

16. Si quis alium[a] de furto pulsaverit, et pro pugnam[b] eum vicerit[c], aut forte per districtionem aut per publicum facta manifestaverit, et conpositio facta fuerit, et postea ipse furtus[d] apud alium hominem inventum fuerit, et certa veritas apparuerit quod ipse qui prius conposuerit rem ipsam non furavit: omnia quicquid ipse conposuit, recipiat ab eo cui conposuerit, et ipse conponat, apud quem ipse furtus[e] inventus fuerit. Nam si aliquid pro sacramentum suum[f] dederit, habeat ipse cui dederit. Nam si certa veritas non[g] apparuerit, quod alter homo furtum ipsum fecisset, et per districtionem manifestaverit et conposuerit, habeat sibi ipsam conpositionem, cui conposuit. Li. 56.

17. Hoc enim[h] rectum nobis paruit esse de his servis qui in furto conprehenduntur, unde in anteriorem aedictum legitur ut aut occidantur aut redimeret eum dominus solidis 40: ut si amodo cuiuscumque servus conprehensus fuerit in eo tenore ut mori debeat, eum dominus eius 40 sol. redimeret. Et si eum redimere noluerit, ipse dominus eius eum occidat. Et si ipse dominus eius noluerit occidere, occidat eum ille qui eum conprehensum tenet. Et si ille noluerit, tunc accipiat eum curtis nostra, et quomodo iussio nostra fuerit, de eo debeat ordinare. Ipse [vero dominus][i] comp. sicut aedictum continet, [ei][i] cui furtum factum est. Li. 64.

18. Unusquisque iudex in civitate sua faciat carcerem sub terra; cum inventus fuerit fur, componat ipsum furtum, et conprehendat eum et mittat ipsum in carcere ad annos 2 vel tres, et postea dimittat eum sanum; et si talis persona fuerit, ut non habeat unde ipsum furtum componat, debeat eum dare in manus illius, cui ipsum furtum fecit, et ipse de eo faciat quod voluerit. Et [si][i] postea iterum ipse in furto tentus fuerit, decalvet eum et caedat per disciplinam, sicut decet furonem, et ponat signum in frontem et faciem. Et si sic non emendaverit, et post ipsas districtiones in furto tentus fuerit, vendat eum foris provintiam et habeat sibi iudex precium ipsius; verumtamen ut probata causa sit, et non eum sine vera probatione vendere debeat. Li. 80.

19. Si quis homo cavallum perdiderit aut aliam qualemcumque rem, vadat ad iudicem qui in loco positus est ubi furtum [factum][i] fuerit, et dicat omnia qualiter contigerit; et si iudex neglectum fecerit ad inquirendum furtum, componat de proprio suo ipsum furtum. Et si dixerit quod ipsum furtum inquirendum nullum neglectum fecisset, prebeat sacramentum quod nullum neglectum fecisset ad inquirendum, nisi quod invenire non potuisset: et sit exsolutus. Quod si iurare ausus non fuerit, componat, ut supra, ipsum furtum de proprio suo. Li. 81.

20. Si cuiuscumque servus aut aldius, ancilla vel aldia furto conprehensi fuerint, et dominus eorum neglexerit eos liberare, et usque ad dies 30 eos dimiserit, sint segangi, et habeat eos sibi in transacta, cui furtum fecerit; et postea ei ipso furto componatur, sicut lex est [et][i] aedictum continet. Li. 147.

21. Si quiscumque homo, quem pauper aut naufragus, qui vendidit aut discipavit substantiam suam, et non habet unde compositionem faciat, et fecerit furtum aut adulterium vel scandalum aut plagis alio homini intulerit, et fuerit ipsa compositio 20 solid. aut supra, dare debeat eum publicus in manum eius, cui istas causas inlicitas fecit, et ipse eum habeat per servo. Si autem minus 20 solid. fuerit ipsa compositio, sicut solet fieri usque ad sex aut duodecim, tunc debeat eum publicus dare in manum eius, cui talem culpam fecit, pro servo in eo ordine, ut serviat ei tantos annos ut ipsam culpam redimere possit, et vadat postea ubi voluerat absolutus. Li. 152.

e) uerro M. f) *Mut. prima manu:* sonarpiar, *secunda* sonarpair. g) batet et uincet M. h) fuerint *pr. man.* G. i) sonarpaiar *pr. man.* M. k) *haec codd. om.* l) super G. m) sonapair M. n) furati *om.* G. o) actuild G. p) reddentur G. q) *rubricam om.* M. r) quod *om. codd.* s) requirantur M. t) *rubricam om.* M. u) prouintiam M. v) gloriosissimus M. w) ipse.....se *om.* M. x) at M. y) et si M. z) si *om.* M. a) aldium G. b) pugna G. c) uincere *codd.* d) furus G; furtis M. e) furtum M. f) suum *om.* M. g) non *om.* G. h) *in hoc verbo desinit Goth. fol.* 184'. *col.* 2 *sive quaternio quintus; sequuntur octo folia papyracea, vacua, sed numeris* 185—192 *notata, in locum sexti quaternionis deperditi substituta; ipse vetus liber manuscriptus denuo extat inde a tit. XLVIII. cap.* 4 *med.* i) *haec codex Mutinensis, quem nunc solum sequimur, omittit.*

Li. 97. 22. Si quis alium pulsaverit de servo aut de aldione suo, quod furtum aut homicidium aut aliquod malum fecisset, si viventem ipsum servum aut aldionem eum pulsavit et conpelationem fecit, faciat ei iustitiam quando pulsatus fuerit. Nam si dum ipse servus advixerit, dominus eius non pulsaverit, nisi post mortem servi aut aldionis ipsius [quesierit a][n] domino eius ut iustitiam faciat: decrevimus ut nullam habeat facundia requirendi, si[o] vivente servo aut aldione non pulsaverit domino eius; quia iniustum nobis apparuit, ut posteus[p] servum aut aldionem non querere[q] potuerit, ut ei aliquam iustitiam faciat.

Li. 131. 23. Si quis commendaverit res suas in cuiuscumque casa de conliberto suo, libero homine, et contigerit ut adveniat fur ipsas res furaverit, et ipse, in cuius casa res fuerint, reddiderit, aut si non reddiderit tamen reddere debet; et nos statuimus et definimus, ut qui res commendata susceperit [et][r] eas perdiderit, ut restituat res ipsas cuius fuerint; postea si ipse furtum inventus fuerit, ei componat ipse fur, de cuius casa ipsas res rapuerit aut furavit. Quia ideo hoc prospeximus, quoniam si illi conponat furtum ipsum, cuius res fuerint, postea ille cuius casam[s] rupit, querat ei rupturam casae suae, et non possumus in una causa duas inputare calumnias. Ideo quia sic nobis iustum visum fuit, ut ille qui suas res commendavit, recipiat eas ab eo in cuius casa perierunt; et ipse de cuius casa ipse furtus exiit, querat ab ipso furone conpositione et tollat sicut lex est. Et ipse fur licet malefactor sit, non habeat[t] de una causa duas calumnias.

XXXIII. *Cap. Rothari [et][a] Liutprandi de furta et pena finita de minoribus causis, ut si quis per muros civitatis intraverit.*

Ro. 244. 1. Si quis per murum civitatis aut castrum sine noticia iudici sui intraverit aut exierit foris, si liber est sit culpabilis in curte regis solid. 20; si autem aldius aut servus fuerit, sit culpabilis in curte regis solid. 10. Et si furtum fecerit, sicut in hoc ędicto legitur, poena furti componat.

Ro. 281. 2. Si quis de lignario alterius ligna furaverit, componat illi cuius lignarius fuerit solidos 6.

Ro. 282. 3. Si quis de casa erecta lignum aut scandula furaverit, componat solidos 6.

Ro. 283. 4. Si quis de lignamine adunato in curte aut in platea ad casam faciendum furaverit, componat solidos 6. Si autem in silva dispersum fuerit, componat in actogild.

Ro. 284. 5. Si quis in orto alterius introierit aut salierit ad furtum faciendum, componat solidos 6; nam si post suam rem ingreditur et damnum non fecerit, non sit culpabilis.

Ro. 285. 6. Si quis sepem alienam ruperit, id est ider zon, componat solidos 6.

Ro. 286. 7. Si quis exegia de sepe, id est axegiato, una aut duas tullerit, conponat solidum 1.

Ro. 287. 8. Si quis de sepe stantaria facta vimen[b] tulerit, componat solidum 1. Si autem pertica[c] transversaria tulerit, componat solidos 3.

Ro. 288. 9. Si quis plovum aut aratrum alieno iniquo animo capellaverit, componat solidos 3. Et si furaverit, in actigild reddat.

Ro. 289. 10. Si quis tintinnum desuper cavallum aut bovem furaverit, componat solidos 6.

Ro. 290. 11. Si quis iugum furaverit, componat solidos 6.

Ro. 291. 12. Si quis furaverit de bove suga iunctorias, componat solidos 6. Et si qualecumque rem, unde 6 sol. aut minus in hoc aedicto sunt iudicatae, si fur ipse supertentus fuerit, non sit figang, nisi tantum componat, sicut constitutum est.

Ro. 292. 13. Si quis de vite aminiculum tullerit super 3 aut 4[or], sit culpabilis sol. 6.

Ro. 293. 14. Si quis palo de vite tullerit, componat solidos 6.

Ro. 294. 15. Si quis de vite de una fossa capulaverit asto animo, componat sol. 1.

Ro. 295. 16. Si quis trauce de vite alterius asto animo inciderit, componat sol. medio.

Ro. 296. 17. Si quis super tres uvas de vite aliena tulerit, componat solidos 6.

Ro. 297. 18. Si quis pasturias de cavallo alieno tulerit, componat sol. 6.

Ro. 298. 19. Si quis capistros de cavallo alieno tulerit, componat sol. 6.

Ro. 299. 20. Si quis retes aut nassas alterius levaverit, aut de piscatoria pisces levaverit aut tullerit, componat solidos 3.

Ro. 300. 21. Si quis rubore aut cerrum seu quercum, quod est modolo aisclo, quod est ferea[d] infra agrum alienum aut culturam seu clausuram vicini vicinum inciderit, componat per arborem tremisses 2. Nam si iterans homo si propter utilitatem suam si foris clausuram capellaverit, non sit culpabilis.

Ro. 301. 22. Si quis castenea nuce piro aut malo[e] inciderit, componat solidos 3.

Ro. 302. 23. Si quis olivo alterius capellaverit aut inciderit, componat solidos 3.

[Liutprand.][f]

Li. 45. 24. Si quis astalia[f] alterius capellaverit, componat ei cui astalia fuerit sol. 6.

n) quesierit a *om. cod.* o) sed *cod.* p) post ei' *cod.* q) *corrige* inquirere. r) et *om. cod.* s) casa *cod.* t) habet *cod.*

a) *sic supplendum erat.* b) *cod. sec. man.:* de uimen. c) tercia *cod. prim. man.* d) *cod. prim. man.:* fere. e) *cod. sec. man.:* maelo. f) *rubricam om. cod.*

XXXIIII. Cap. Rothari Liutprandi de fugitivis.

1. Si liber aut servus voluerit foris provinciam fugiret, et iudex aut quicumque in finibus provinciae residet, eum preserit, teneat eum, et res quas secum detulit salvas faciat, et mox mandet ad ducem de loco unde fugire caepit, quatenus eum recipiat, et det pro uno fugace solidos 2, ita ut cum rebus, 5 quas secum detulerit, reddantur. Et si contigerit eum de legamento fugere, prebeat sacramentum ille, qui eum tenuit, quod non asto eum largasset, sed cum tota virtute custodire voluit; post datum sacramentum res, quas ei tulit, reddat; pressura autem non querat, et amplius non calumnietur. Et si fugas ille manus ad ligandum non dederit et occisus fuerit, non requiratur, nisi ipsas res reddantur; et si ille, qui ipsum fugacem comprehendere voluerit, ab ipso occisus fuerit, nec ipse requiratur. Ro. 264.

10 2. Si quis portunarium pulsaverit, quod fugacem hominem aut furonem transposuisset, et portitor negaverit, ita decernimus, ut prebeat solus sacramentum, quod in conscientia ipsius non pervenisset, quod furonem aut fugacem transposuisset, et sit absolutus a calumnia. Ro. 265.

3. Si portonarius furonem hominem sciens transposuerit cum aliquas res furtivas, collega sit furoni, et cum ipso furto componat; excepto sit culpabilis in curte regis solidos 12. Ro. 266.

15 4. Si portunarius mancipia fugace transposuerit, si probatum fuerit, perquiras eas et proprium dominum cum rebus, quas secum detulit, restituant. Et si ipsos fugaces alibi transmigraverit, ut non inveniantur, tunc portitor ipsa mancipia, simul et res de quantas ausus fuerit iurare, ei[a] qui perdidit et[a] ipso qui sciens transposuit, reddantur, id est sub estimatione precii; excepto componat pro culpa ipse portunarius in curtis regia solidos 20. Ro. 267.

20 5. Si portunarius hominem liberum fugacem transposuerit, et cognoverit quod fugax est, animae suae incurrat periculum, aut componat widrigild suum: quia postquam cognovit, quod fuga est, si eum tenere non potuerit, mox innotescere aut antecurrere debeat. Ro. 268.

6. Si mancipium cuiuscumque post alium hominem fugerit, et dominus eius secutus invitaverit in pace, ut reddantur in gratiam, et si gratiam redditus fuerit, et pro ipsa culpa dominus eius in eo vin-25 dictam dederit, componat solidos 20 illius de cuius curte eum tulit. Et si denegaverit, prebeat singulus sacramentum ad euangelia, et sit exsolutus. Ro. 269.

7. Si quis ille, post quem mancipium alienum fugerit, noluerit eum post secunda aut tercia contestatione reddere, tunc constrictus restituat ipsum mancipium, et alium similem sub estimatione precii componat. Ro. 270.

30 8. Si mancipium cuiuscumque in curte regis confugium fecerit, et gastaldius aut actor regis ipsum mancipium post secunda aut tercia contestationem reddere dilataverit, ita iubemus, ut reddat ipsum mancipium, et alium similem de suis propriis rebus dominum, quem dilataverit reddere [cogatur][b]. Et si his, qui de curte regis ipsum mancipium in gratia reciperit, postea pro ipsa culpa in eo vindicta dederit, componat solidos 40. Ro. 271.

35 9. Si in ecclesia aut in domo sacerdotis mancipium cuiuscumque confugium fecerit, et episcopus aut sacerdos qui in loco preest, eum reddere in gratiam post terciam contestationem dilataverit, ita decernimus, ut redat ipsum mancipium et alium similem de suis propriis rebus, ut supra. Et si in gratia redditus fuerit, posteaquae [dominus][c] in ipsa[d] vindicta pro ipsa culpa dederit, aut se eduniit ut supra, aut sit culpabilis in ipsa aecclesia solid. 40, ut per auctorem regis exigantur, et in sacro altario 40 ubi iniuriam facta est ponantur. Ro. 272.

10. Si servus intra provinciam vagatur in fuga, et eum dominus eius invenerit, et servus ipse fugiens [in][e] curte aliena, et dominus eius sequens eum adprehensus fuerit, non reputetur culpa domini pro eo, quod in curte alterius furore servum suum habens rem suam adprehendere visus est. Et[f] si ille, cuius curtis fuerit, aut aliquid hominibus illius mancipium de manibus illius tulerit aut antesteterit, 45 nullum penitus qui servum sequitur in curte ipsa scandalum faciat; et si fecerit, qualiter in hoc aedicto legitur componat. Et qui servum antesterit aut de manu tulerit, ipsius sit periculum. Nam si casu faciente contigerit mancipium ipsum mori aut alibi aberrare, ipse qui eum de manu domini sui tulit, restituat. Et si inventus fuerit, reddatur et non cogatur dominum post talem fatigationem eum recipere in gratia, nisi ipse voluerit. Ro. 273.

50 11. Si quis mancipium fugacem in casa sua nesciente domino super [novem][g] noctes habuerit, et contigerit ipsum mancipium aliquid malum penetraverit, aut mori aut aberrare, illi qui eum suscepit et caelavit aut mandare neglexit, reddat ipsum mancipium aut precium eius, et damna quas fecerit ipse componat, qui eum post se habet. Ro. 274.

12. Si mancipium alienum refugium fecerit post alium, id est in fraida, mox mandet domino 55 ipsius, post quem mancipium[h] fecerit, aut per scripta aut per certum hominem, quatenus eum recipiat Et si noluerit eum recipere et dilataverit, et non[i] contigerit eum alibi translatare, nulla culpa sit illi, qui eum prius in casa suscepit; et si non mandavit, reddat ipsum mancipium et damnum cui fecerit, simul et operas. Ro. 275.

13. Si quis mancipium sciens fugacem suscepit aut anonam dederit, aut viam ostenderit, et man-60 cipium ille fuga lapsus fuerit, ipse eum perquirat, qui anonam dedit aut viam ostendere presumpsit; Ro. 276.

a) *corrige:* qui perdidit ei ab. b) *codicis scriptura erasa.* c) dominus *cod. non habet.* d) *corrige* ipsum. e) in *supplendum erat.* f) *cod. hic novae legis initium littera initiali rubra indicat.* g) *sic supplendum.* h) *corrige* refugium. i) non *delendum est.*

et si eum non invenerit, reddat precium mancipii, simul et res quas secum portavit. Et si inventus fuerit, reddat ipsum et operas.

Liutprand.

Li. 44. 14. De servo fugace et advena homine, si in alia iudicaria inventus fuerit, tunc decanus aut saltarius [conprehendere][k] debeat [et][k] ad sculdais suum adducat; et ipse sculdais iudici consignet: et si[l] 5 ipse iudex potestatem habeat eum inquirendum, unde ipse est; et si inventum fuerit, quod servus sit aut fur, mox mandet ad iudicem aut ad dominum eius, unde ipse fuerit, et habeat pro presura[m] de ipso servo per capud solid. 2. Si autem post inquisita causa ipse homo, qui conprehensus aut inquisitus fuerit, liber apparuerit, nulla culpa sit ei, qui eum adprehendit aut inquisivit. Si fuerit decanus aut saltarius qui hoc facere distulerit, componat sol. 4, medietatem sculdais et medietatem cuius causa 10 fuerit; et si sculdais neglectum posuerit, comp. sol. 6, medietatem iudici et medietatem cuius causa est. Si vero iudex ad eum inquirendum vel mandatum faciendum, unde ipse homo est, distulerit, componat in palatio sol. 12. Et si ille iudex, cui mandatum venerit, neglectum fecerit ad ipsum hominem recoligendum, aut arimanno suo mandatum faciendum: „quia in tali loco homo tuus conprehensus est", et hoc neglexit, componat in palatio solid. 12, et sit spacium de ipsum mandatum faciendum in istis par- 15 tibus in uno mense, trans Alpis vero Tuscie in menses 2.

Li. 88. 15. De servis fugatibus, quia[n] iam antea in capitulum istum adfiximus, sed non est specialiter dictum, in quale spatium dominus eius eum perquirat ut iusticiam faciat, qui eum conpellat: modo vero ita prospeximus, ut si fuerit in Benevento aut in Spoliti, habeat spacium dominus eius in menses 3; quod si fuerit intra Tusciam, habeat spatium menses duos; et si fuerit in ista parte Alpe, habeat 20 spatium mense 1 perquirendum, et faciat iusticiam ei qui eum de servo suo conpellat.

Li. 143. 16. Si cuiuscumque servus vel ancilla, aldius vel aldia in aecclesia Dei confugium fecerit, et dominus vel patronus eorum aut per se aut per missos suos exinde violenter traxerit, conponat widrigild suum in superscripta basilica. Et si servus vel aldius sine voluntate domini sui hoc malum fecerint, det ipsum servum vel aldionem pro ipso malo in manum custodis ipsius basilicae, et ipse dominus[o] 25 vel patronus satisfaciat, quod per ipsius voluntatem hoc factum non fuisset: et conponat widrigild suum.

XXXV. Cap. Rothari et Liutprandi. Si quislibet peculius aut homo in sepe aut in puteo vel fossato periclitaverit.

Ro. 303. 1. Si homo aut quislibet peculius in sepem alterius texta cum vimen se intricaverit aut inpingerit, et mortuus aut aliquam lesionem fecerit: tunc ille qui sepem ipsam fecit, et caput maiore de vimen 30 foris dimisit, ipse sit culpabilis damnum aut homicidium.

Ro. 304. 2. Si cavallus aut quislibet peculius in clusura alterius intus saliendo se inpalaverit, non reddatur ab illo cuius sepis est; et si ab infra a foris salierit et se inpalaverit, tunc ille cuius sepis esse invenitur, eum conponat; et damnum, si intra clusura fecerit, componat ei cui clausura est.

Ro. 305. 3. Si quis fossato circa campum suum fecerit et cavallus aut alter peculius ibidem ceciderit aut 35 homo pereclitaverit, non requiratur ab ipso, cuius fossatus invenitur[a] esse; quia pro salvatione campi sui fecit, nam non dolose tractavit. Et si eum occulte operuerit, et damnum factum fuerit, conp. ab ipso qui occulte fecit.

Ro. 306. 4. Si quis aliquid in puteo alterius ceciderit, et mortuus aut debilitatus[b] fuerit, non requiratur cuius puteus est; quia puteus aque communis omnium utilitatis invenitur esse. 40

[Liutprand.][c]

Li. 46. 5. Si quis fossato in terra alterius fecerit, et sua non potuerit probare, componat ei cuius terra est sol. 6.

Li. 47. 6. Si quis sepe in terra alterius miserit, et suam probare non potuerit, componat ei cuius terra est sol. 6. 45

Li. 150. 7. Si quis fossatum in via fecerit, et ipso loco probare non potuerit suum esse, componat sol. 6, et ipso fossato restauret. Et damnum, si in vites aut arbores ipso fossato cavandum fecerit, componat sicut anterior aedictus continet.

XXXVI. Cap. [Rothari[a] et Liutprandi[a]] de eo qui arma sua aut iumentum suum alio prestiterit et cum eis aliquid malum factum fuerit. 50

Ro. 307. 1. Si quis arma sua alii simpliciter prestiterit, et ille qui acceperit aliquid malum cum illa fecerit, non reputetur illi qui prestitit, sed ei qui cum ea malum penetravit. Et e contrario, si ille qui prestitit, consensum ad malum faciendum habuit, colliga sit illi ad ipsum malum sanandum.

k) *sic supplendum.* l) si *delendum.* m) pensura *cod.* n) quę *cod.* o) *cod. pr. m.* dominis.
a) inuentus *cod.* b) dilatatus *cod.* c) *deest rubrica in cod.* 55
a) *nomina regum om. cod.*

2. Si quis sua auctoritate arma alterius tollere presumpserit, et malum cum ea fecerit, non sit illi culpa, cuius arma est, sed illi qui malum cum ea fecerit. Ro. 308.

Liutprand.

3. Item relatum[b] est nobis, quod quidam homo prestitisset iumentum suum alteri homini ad vecturam, et polenus indomitus secutus fuisset ipsam matrem suam: cum autem per viam ambularet ille, qui eam ad suvectum suum acceperat, contigit ut, infantes in quodam vico stantes, ipse pollenus de calce percussit unum ex ipsis, et mortuus est. Dum autem parentes eius requirerent mortem eiusdem infantuli, et nobis retulissent, ita prospeximus cum nostris iudicibus, ut duas partes pretii, qualiter ipse infans valuerit, componat ille cuius polenus fuit; et terciam partem componat ille cui[c] ipse iumentus prestitus fuerit. Nam nos scimus quia in anteriore aedicto legitur: si[d] cavallos cum calce damno fecerit, dominus eius restituat ipsum damnum; sed quia iste cavallus prestitus fuit, et ipse qui eum suscepit in prestitum, rationabilis homo fuit, et potuit dicere, si neglecto non habuisset ad ipsos infantes ut se custodirent, ut hoc malum non perveniret: ideoque per ipsam neglegentiam eius[e] diximus, ut terciam partem precii componat. Li. 137.

XXXVII. Cap. Rothari de feras et pedicas et avibus et alia similia.

1. Si qua fera ab homine plagata fuerit, et in ipsos furore aut hominem occiderit aut quodlibet damnum fecerit, tunc ipse qui plagavit, ipsum homicidium aut dampnum componat: sub ea videlicet observatione, ut tamdiu intellegatur culpa venatoris, quamdiu eam secutus fuerit, aut canes ipsius. Nam si ista fera postposita fuerit, et se ab ea turnaverit, posteaque fera ipsa damnum fecerit, non requiratur ab eo qui plagavit aut incitavit. Ro. 309.

2. Si in pedica aut in taliola fera tenta fuerit, aut in hominem aut peculium damnum fecerit, ipse componat, qui ipsa pedica fecit. Ro. 310.

3. Si quis super feram ab alio plagatam, aut in taliola tenta aut canibus circumdata, iter suum postponens, volens eam lucrare, super ipsa se miserit et ab ipsa plagatus aut occisus fuerit, non requiratur ab eo qui plagavit aut incitavit; sed suae culpae aut audacia reputet, quia cum auctoritate lucrandi animo[a] super eam se misit. Ro. 311.

4. Si quis feram ab alio vulneratam aut in taliola tentam aut a canibus circumdatam invenerit aut forsitan mortuam, aut ipse occiderit et salvaverit, et bonum animo manifestaverit, liceat eum de ipsa fera tollere dextro armo cum 7 costas. Ro. 312.

5. Si quis fera ab alio plagatam et forsitan mortuam invenerit et celaverit, componat illi qui eam plagavit sol. 6. Ro. 313.

6. *Quamdiu intellegatur feras esse venatori.* Si cervus aut qualibet fera ab alio homine sagitata fuerit, tamdiu illius esse intellegatur usque ad aliam talem horam diei aut noctis, id est horas 24, quod eam postposuit et se turnaverit. Nam qui [eam][b] post transactas predictas [horas][c] invenerit, non sit culpabilis, sed habeat ipsam feram. Ro. 314.

7. Si quis cervum domesticum, qui in tempore suo rugire solet, fragiaverit, componat domino eius solidos 12; nam si furaverit, in actigild reddat. Ro. 315.

8. Si quis cervo alieno domestico, qui non ruxit, intricaverit, componat solidos 6; nam si furaverit, in actigild reddat. Ro. 316.

9. Si quis acceptores, grua aut cicino domestico alieno intricaverit, sit culpabilis sol. 6. Ro. 317.

10. Si quis de apiclare vasa cum apis furaverit unum aut plures, componat solidos 12. Ro. 318.

11. Si quis de arbore signato in silva alterius apes tulerit, conponat solidos 6. Nam si signatus non fuerit, tunc quicumque invenerit, naturaliter habeat sibi; excepto in gaio regis. Et si contigerit dominum, cuius silva est, supervenerit, tollat mel et amplius non requiratur. Ro. 319.

12. Si quis de silva alterius, excepto gaio regio, acceptores tulerit, habeat sibi; nam si dominus silve supervenerit, tollat acceptores et amplius adversus eum non requirat. Et hoc iubemus: si quis de gaio regis tulerit, sit culpabilis solid. 12. Ro. 320.

13. Si quis de arbore signato in silva alterius acceptores de nido tulerit, componat solidos 6. Ro. 321.

XXXVIII. Cap. Rothari de canes incitatos, et si homo aut quadrupedis rabiosus fuerit, et aliquo dampno fecerit.

1. Si quis canem alienum clamaverit aut incitaverit, et damnum fecerit in homine aut in peculio, non reputetur illi culpa, cuius canes sunt, sed illi qui eos incitavit. Ro. 322.

2. Si peccatis imminentibus homo rabiosus aut demoniacus factus fuerit, et damnum fecerit in hominem aut in peculium, non requiritur ab heredibus. Et si ipse occisus fuerit, simili modo non requiratur; tantum est ut sine culpa non occidatur. Ro. 323.

b) *cod. pr. man.* reuelatum. c) cuius *cod.* d) sic *cod.* e) eis *cod.*
a) animos *cod.* b) quia *cod.* c) horas *om. cod.*

Ro. 324. 3. Si canis aut cavallus aut quislibet peculius rabiosus factus fuerit, et damnum fecerit in hominem aut in peculium, non requiratur a domino; et qui ipsum occiderit, simili modo non requiratur a domino suo.

Ro. 325. 4. De quadrupedia si in hominem aut in peculium damnum fecerit, ipse componat, cuius peculius fuerit. 5

Ro. 326. 5. Si cavallus cum calce, si bos cum cornu, si porcus cum dente hominem intricaverit, aut si canis morderit, excepto ut supra si rabiosus fuerit, ipse componat homicidium aut damnum cuius animal fuit, cessante faida id est inimicitia, quia muta res fecit, non hominis studium.

Ro. 327. 6. Si quis prestito aut conducto cavallum aut bovum aut canem aut colibet peculium habuerit, et dum [in][a] ipsum benefitium aut conductura est et[b] damnum fecerit, non requiratur proprio domino, 10 sed illi qui praestitum post se habuit, ipsum homicidium aut damnum componat.

Ro. 328. 7. Si animalis alienum animalem occiderit aut intricaverit, id est bovis bovem aut quibuslibet peculius, tunc dominus qui animale suum intricato invenerit aut forsan iam[c] marcitum aut minuatum, iubemus[d] ut ille, qui animalem suum intricatum aut forsitan mortuum invenit, ut det eum apud illum, cuius[d] animalis eum intricavit, et recipiat similem, qualis in illa die fuit, quando fragiatus est ab ipso, 15 cuius animalis hoc fecit.

Ro 330. 8. Si quis se vindicandum occiderit canem alienum, id est cum spata aut cum virga, aut qualibet arma manu tenendum, non ei requiratur; tantum est ut in[e] ipsa virga talis inveniatur esse, ut mediocris spata. Nam si post ipsum iactaverit et eum occiderit, reddat ferquido[f], id est similem.

Ro. 331. 9. Si quis canem alienum nocte aut die damnum facientem invenerit in casa sua [si][g] eum occi- 20 derit, non requiratur; et si occisus non fuerit, dominus eius reddat damnum quod fecit.

Ro. 332. 10. Si quis percusserit vacca pregnantem alienam, et abortum fecerit, conponat tremiso 1. Et si mortua fuerit, [reddat][h] eam, qualiter adpretiata fuerit, simul et pecus persolvat.

Ro. 334. 11. Si quis ancillam alienam percusserit gravitam, et abortum fecerit, componat solidos 3. Si autem ex ipsa percussura mortua fuerit, componat eam, simul et quod in utero eius mortuum fuerit. 25

Ro. 333. 12. Si quis percusserit equam alienam pregnantem, et abortum fecerit, componat sol. 1, et si mortua fuerit, reddat eam, simul et pecus.

Ro. 335. 13. Si lupus animale alieno occiderit, et aliquis eum nesciente domino eius excoriaverit, et per proditorem inventum fuerit, componat solidos 12.

Ro. 336. 14. Si in flumen animal mortuum fuerit, aut ubicumque ab alio homine cuius non fuerit [excoria- 30 tus fuerit; qui][h] eum excoriaverit, componat solidos 12.

XXXVIIII. Cap. Rothari et Liutprandi de cavallis plagatis aut cavelegatis, sive in dampno inventis et aliis similibus.

Ro. 337. 1. Si quis cavallo alieno aurem aut oculum excusserit, aut aliquam lesionem corporis fecerit, recipiat ipsum qui lesus factus fuerit et reddat ei ferco, id est similem. 35

Ro. 338. 2. Si quis cavallo alieno cudam capellaverit, id est setas tantum, componat solidos 6.

Ro. 339. 3. Si quis cavallum alienum plagaverit, aut aliquam lesionem fecerit, tunc dominus illius cavalli reddat ipsum cavallum illius hominis, qui ei lesionem fecit, ut ipse sanet eum; et dum ipsum sanare potuerit, det illi suum proprium cavallum, qualiter usque suam faciat utilitatem. Et si ipse cavallus, qui lesus fuerit, ad pristinam redierit sanitatem, reddat ipsum proprium dominum. Si autem ex ipsa 40 lesione mortuus fuerit, reddat alium similem. Et si contigerit, ut ipse cavallus qui pigneratus est, post ipso moriatur, tunc satisfaciat ille, qui eum pigneravit habuit, si pulsatus fuerit, quia non per illius neglectum mortuum fuit; postea nullus sit repetitor.

Ro. 340. 4. Si quis cavallo alieno ascenderit, et intra vitinia cavallicaverit, id est per ipsum vicum, conponat solidos 2. Nam si inantea eum caballicare presumpserit, in actigild reddat. 45

Ro. 341. 5. Si quis cavallo alieno presumpserit, ipsumque diffiguraverit aut cercenaverit, furti poena sit culpabilis, id est in actigild, sibi nonum.

Ro. 342. 6. Si quis cavallum alienum aut quodlibet peculium credens suum esse preserit, et dominus proprius cognoverit calumniaque generare voluerit, ita decernimus, ut prebeat sacramentum ille qui eum tenuit, quia [non][a] asto nec alia causa faciente eum presisset, sed credidit suum fuisset, et sit exsolutus 50 a culpa furti, et reddat cavallum proprium domino inleso. Si autem non presumpserit iurare, reddat eum in actugild, quia postquam cognovit, quod suum non fuit, mox debuit proprio domino innotescere. Nam si eum, postquam cognovit quod suum [non][b] fuisset, ascendiderit, sit culpabilis solid. 2.

Ro. 347. 7. Si hominem iterantem cavallus aut quislibet peculius secutus fuerit, et quem sequitur in ligamen aut in clusura miserit, ipse eum salvum faciat, sicut supra constitutum est, et veniente proprio 55 domino restituat. Nam si sequire coepit et se de via turnavit, nulla sit illi culpa, quem sequere caepit.

a) in *om. cod.* b) et *delendum.* c) foris animam *cod.* d) *haec in edicto brevius habentur ita:* iubemus ut consignet ipsum intrigatum illi, cuius. e) in *delendum.* f) *cod.* fercolo. g) si *om. cod.* h) *haec om. cod.*
a) non *om. cod.* b) suum *secunda manu additum; non prorsus omissum est.*

8. Si quis ab alio homine rogatus fuerit cavallo aut quolibet peculium perditum querere, signa ei dictaverit, et ille forsitan, qui rogatus est, cavallo alieno aut quodlibet peculium per errorem preserit, et si venerit proprius dominus eius et calumnia generare voluerit: ita prospeximus, ut ille qui eum per errorem tenuit, prebeat sacramentum, quia credidit ipsum esse unde rogatus fuerat; tunc reddat cavallum et amplius non calumnietur si eum male non tractaverat. Et si noverit proprius dominus eius, reddat eum de quem ipsum tulit, ut ipsum iterum iuxta legem sicut supra decretum est conservet. Ro. 348.

Liutprand.

9. Si quis cavallum alienum in damnum suum invenerit, et iuxta anteriorem aedictum ad clausura minaverit, et illam rationem fecerit quam aedictus anterior decernit, sic exinde procedat iudicium, sicut gloriosus Rothari rex instituit. Nam si amplius in ipso cavallo facere presumpserit, si ipse cavallo aliquid damnum aut malum passus fuerit, componat pro ipsa inlicita presumptione, iuxta qualis ipse cavallus fuerit, medietatem precii quantum adpretiatus fuerit, [et][c] ipsum cavallum sanum restituat domino eius. Li. 86.

XL. Cap. Rothari et Liutprandi de peculio in dampnum inventum.

1. Si quis cavallum aut quolibet peculium damnum facientem invenerit, ipsumque in curte inclu-serit, et non venerit certus dominus qui eum cognoscat: tunc ille qui eum in damnum invenit, ducat ad iudicem, qui in loco ordinatus est, aut certe ante aecclesiae in conventu, quousque in quarta et quinta vice et omnibus voce preconia innotescat: „quia cavallum inveni." Et[a] si non invenerit, qui eum cognoscat, iubemus ut ille, qui eum invenerit, cavallicet et custodiat tanquam suum proprium. Et si mortuus fuerit, signo de proprio corium conservet, ut cum venerit certus dominus, habeat quod ostenderet. Nam si ea neglexerit et inventum fuerit, sibi nonum reddat. Et si ita cautela observaverit, sit exsolutus a calumnia. Ro. 343.

2. Si quis cavallos aut armenta asto animo in messe aliena aut in prato vel quolibet damnum miserit, componat per caput sol. 1, excepto danno si fecerit, sicut arbitratum fuerit, et loci consuetudo est. Si[b] tamen si pastor non ausus fuerit iurare, quod asto animo [non][c] misisset; si iuraverit, sit solutus a culpa, tamen damnum componat. Ro. 344.

3. Si quis porcos aut pecoras asto animo in damnum miserit et se non ausaverit idoniare, componat sol. 1, excepto damnum. Ro. 345.

4. Si quis peculium de damno aut clusura minaverit, et ille cuius peculius est, antesteterit, componat sol. 1, excepto damnum ut arbitratum fuerit. Et si in curte perminaverit, tunc ille cuius peculius est, roget eum ut reddat, si tamen ut det pignus per ultimum valentem siliquas 4[d], aut certe fideiussorem sub tali titulo, ut dampnum quod arbitratum fuerit, componat ut fabula inter vitinos est. Et si pignus suscipere noluerit, et una nocte peculium post se retinuerit, componat sol. 1. Et ille cuius peculius est, tenens duriciam cordis eum liberare dispexerit, tunc habeat eum ille qui in damnum invenit, novem noctes ipsum peculium; aquam ei tantum det et damnum in hoc sit sibi contentus, eo quod novem noctes ipsum peculium tenuit. Et si ex ipso peculium aliquid mortuum fuerit, suae neglegentiae reputet, qui dispignerare neglexit. Ro. 346.

5. De porcos si in esca alterius paverint et inventi fuerint, [si minus sunt de decim, non occidatur neque unus ex ipsis, sed ille qui eos invenit,][e] teneat unum ex ipsi, sed habeat salvum et componat pro porco siliquas tres. Nam si super fuerint 10 usque ad decem, occidatur unus mediocris et non requiratur. Nisi si minus fuerit de 10 et occidit, reddat fercoid. Ro. 349.

6. Si quis in prato porcos fossas facientes invenerit unum aut plures, occidatur unus tantum et non requiratur. Ro. 350.

[Liutprand.][e]

7. Si quis porcos in silva aliena defensa qui fuerit[f] miserit, sicut aedictus anterior habet, hoc est ad decem porcos, et occiderit porcum 1, sic sit sicut anterior edictus continet. Sed quidem[g] tantum invenerit decem, et plus occiderit quam aedictus habet, componat eos in actugild, sicut qui res alienas malo ordine tulit. Nam si ille homo qui ipsos porcos habet, amplius miserit asto animo suos aut alienos in defenso, quam aedictus habet, et ille cuius silva est, occiderit et ipsos plus quam edictus continet, non requiratur. Et [si][h] ille qui porcos miserit, iurare presumpserit[i], quod asto non misisset, nisi sine voluntate ipsius domini, reddat ille qui occidit, ipsos porcos ferquidos. Et si de pastores suos similiter iuraverit, adhuc reddantur; nam si de pastores suos de asto iurare [non][k] presumpserit, medietatem reddantur, et medietatem reputet sibi, quia servum habet indisciplinatum. Li. 151.

c) et *om. cod., a quo etiam ultima legis verba:* Nam si ipse cauallus mortuus aut laesus fuerit, sic conponat sicut in anteriore edictum legitur, et insuper pro ipsa inlecita presumptione conponat ut supra, *prorsus absunt.*

a) *in cod. hic novae legis initium littera rubra initiali indicatur.* b) *in cod. nova hic incipit lex.* c) non *om. cod.* d) *corrige* III; *nam omnes edicti codices aut* III *aut* tres *habent.* e) *quae uncinis inclusa sunt, om. cod.* f) qui fuerit *in edicto non leguntur.* g) *corrige* Si quidem. h) si *om. cod.* i) iurare pres. *secunda manu in margine addita.* k) non *om. cod.*

XLI. Cap. Rothari et Liutprandi de terra arata et wifata.

Ro. 354. 1. Si quis campo alieno araverit sciens non suum, aut sementem spargere presumpserit, perdat opera et fruges, et illi qui campum suum conprobaverit, habeat fruges.

Ro. 355. 2. Si quis exaraverit campo alieno seminato, et suum non potuerit facere, aliud tanto fruges, quod devastavit proprio domino reddat, et pro incauta presumptione componat solidos 6. 5

Ro. 356. 3. Si quis prato alieno segaverit aut exaraverit, et fenum reddat et pro inlicita presumptione componat solidos 6.

Liutprand.

Li. 148. 4. Si quis suam auctoritatem terram alienam sine publico wifaverit, dicendum quod sua debeat esse, ei postea non potuerit probare quod evasit[a], conponat solidos 6, quomodo qui palum in terra 10 aliena figit.

XLII. Cap. Rothari et Liutprandi, Rathchis[a] et Aistulf de sacramentis et wadia et fideiussores et periures.

Ro. 359. 1. Si quis qualecumque causa inter homines liberos evenerit, et sacramentum dandum fuerit: si usque ad 20 solidos fuerit causa ipsa aut amplius, ad euangelia iuret cum 12 aidos suos, id est sacra- 15 mentales, ita ut sex illi nominentur ab illo qui pulsat, et 5 quales voluerint liberos, ut sint 12. Quod si minor causa fuerit de 20 solidis usque ad 12, sibi sextus iuret ad arma sacrata: tres ei nominet qui pulsat, et duos liberos sibi eligat, qui pulsatus est, quales voluerit, et[b] sextus sit ipse. Et si minor fuerit[b] de 12 solidis, sibi tercius iuret: unum ei nominet, et alios sibi quaerat, tertius sit ipse.

Ro. 360. 2. Si quis alii wadia dederit et fideiussore posuerit de sacramento, per omnia quod per wadia 20 obligavit adimpleat. Et ille qui pulsat et wadia suscepit, proximiores sacramentales qui nascendo sunt, debeat nominare; tantum est excepto illos, qui gravem inimicitiam cum ipso qui pulsat habeant; id est si ei plaga fecerit, et in morte consenserit, aut res suas alii tingavit, ipse non potest esse sacramentalis, quamvis proximus sit, eo quod inimicus aut extraneus esse videtur.

Ro. 361. 3. Si quis pro quacumque causa wadia et fideiussorem de sacramento dederit, det ei spacium 25 usque in 12 noctes ad ipsum sacramentum dandum. Et forsitan propter egritudinem aut alia causa supervenientem in predicto constituto non potuerit iurare, suspendatur causa usque ad alias 12 noctes. Et si nec tunc compleverit, et toto anno voluntarie dilataverit et sacramentum non dederit, tunc rem ipsam, unde agitur, amittat et ille adquirat, qui wadia suscepit. Et e contrarium si ille, qui wadia suscepit, dilataverit sacramentum audire, et anno toto pertraxerit, post transacto anni spacium nulla in- 30 postero habeat facundiam de ipsam rem loquendi, sed ille qui paratus fuit sacramento dare firmiter possideat.

Ro. 362. 4. *Si postea sacramento iudicato aliquid moritur.* Si contigerit hominem post datum fideiussorem de sacramento et sacramentales nominatos mori, et filios dimiserit, et postea ille qui causa querit, pulsaverit filios dicendo: „quicquid pater per wadiam et fideiussorem obligavit filii complere debent": tunc 35 necesse est filios, quamvis virtutem minorem habeant ad patrem, aut per sacramentum negare quod pater eorum non promisisset, aut certe quod pater eorum spopondit adimpleant. Et si aliquis de ipsos sacramentales mortuus fuerit, potestatem habeat ille, qui pulsat in loco mortui alium similem nominare de proximos legitimos aut de natos aut de gamalus, id est confabulatos. Et si dixerit qui pulsat, quod sacramentum ruptum fuisset, prebeat sacramentum qui negat, si ausus fuerit, quia neque patris neque 40 ipsius sacramento ruptum non fuisset; postea iuret, ut supra constitutum est.

Ro. 363. 5. Sacramentum tunc intellegitur ruptum, quando presens sacrosancta euangelia aut arma sacrata, ipsi qui pulsatur cum sacramentales coniunxerint et non ausus fuit iurare aut ipse, aut aliquid de sacramentales suos se subtraxerit: tunc intèllegitur sacramento ruptum.

Ro. 364. 6. Si pro quacumque causa homo pulsatus fuerit ab alio et negaverit, liceat eum edoniare secun- 45 dum legem et qualitatem cause; si autem manifestaverit se fecisse, componat sicut in edicto legitur. Nam[c] non[d] liceat, postquam prius manifestaverit, postea per sacramentum denegare, quod non sit culpavilis, postquam ipse [se][e] culpabile adsignat. Quia multos cognovimus in regno nostro tales pravas supponentes intentiones, hec nos moverunt[f] presentem corrigere legem et ad meliorem statum revocare.

Ro. 365. 7. Si quis post mortem patris filium [de][g] debito appellaverit, quod pater debitor fuisset, et filius 50 negaverit: ita decernimus, ut prebeat filius sacramentum secundum qualitatem pecuniae, unde pulsatur, quod pater illius debitor non fuisset, aut per pugnam defendat, si potuerit.

Ro. 366. 8. Si aliqua inter creditorem et debitorem atque fideiussorem surrexerit intentio, et dixerit creditor, „quod in tali protexto wadia suscepi[h]", et fideiussor negaverit, nec est causa fideiussori prebere sacramento; nisi debitor singulus satisfaciat ad euangelia aut arma sacrata, „quia in tali capitulo nec 55 wadia dedi nec fideiussorem posui."

a) *sic pro* sua sit.

a) RATH̄ *cod.* b) et sextus.....fuerit *secunda manu in margine.* c) *in cod. hic novae legis initium.* d) non *sec. man. additum est.* e) se *om. cod.* f) nec non morunt *cod.* g) de *om. cod.* h) *sic corrigendum;* p̄cipiet *cod.*

[Liutprand.][i]

9. Si quiscumque homo sub regni nostri ditione cuicumque amodo wadia dedit et fideiussorem posuit presentia duorum vel trium testium, quorum fides admittitur, in omnibus complere debeat, ut cum se distulerit et pigneratus fuerit in his rebus, quibus pignerare licitum est, nulla calumnia qui pigneraverit paciatur; nam qui sine hac manifestatione pignerare presumpserit, iubemus ut duplum pignum restituat. Si vero inter creditorem et fideiussorem orta fuerit intentio, qualiter in anteriorem aedictum legitur, et a gloriosum Rotharium[k] regem institutum est, per sacramentum determinatur. Nam si in presentia duorum vel trium testium stipulatio ista facta fuerit, eorum testimonium, ut sacramentum inter dantes et accipientes minime proveniat, credatur. Et si debuerint ipsi testes suum testimonium firmare, nobis vel qui in tempore princeps fuerit, vel iudici firmare debeant. Et si homines inter non fuerint, quando wadia datur, quicumque quasi fideiussorem pigneraverit, componat sicut supra legitur. Li. 15.

10. Si quis dederit wadia et ea recipere neglexerit, componat sicut in anteriorem aedictumle gitur. Et [si][l] ille, qui ipsa wadia acciperit, reddere neglexerit per fideiussorem et apud eum remanserit, sic componat quomodo et ille qui[m] wadia sua recipere neglexerit. Li. 36.

11. Si quis alteri homini wadia dederit et antequam eam per fideiussorem liberet, violenter de manu ipsius abstraxerit cui eam dedit, componat qui ipsa wadia abstraxerit, solid. 24. Hoc autem ideo adfigi precipimus, ne[n] pro talem causam scandalum oriatur aut anima pereat. Li. 37.

12. Si quis alio wadia dederit, et voluerit eam per fideiussorem liberare[o], et adduxerit ad eum qui wadia suscipiant, fideiussorem unum aut duo vel tres, et ipse dixerit: „nescio qui sint", ut damnum ei facere possit, tunc adducere ei debeat fideiussorem aut de illa civitate, unde ipse est, qui wadia dedit, aut de illa civitate [unde ipse est][p] qui wadia suscepit. Et si[q] minime ita ibi inventi fuerint, tunc suscipere debeat ipse, qui ipsa wadia accepit, fideiussorem hominem liberum, quem conliberti cognitum habent, et dicent: „quia scio, quia huic reddere potest", ut homo ille, qui wadia dedit, damnum non paciatur. Li. 38.

13. Si quis alio homini wadia dederit pro quacumque causa et fideiussorem posuerit, et postea ad ipsum fideiussorem antesteterit aut pignus de manu tulerit, et probatum fuerit, componat sol. 20. Li. 39.

14. Si quis alio homini wadia dederit et fideiussorem posuerit, et ipse fideiussor eum pigneraverit et pignera ipsa ad creditorem eius dederit, et ipse postea cuius pignus fuerit, per virtutem tulerit, componat ipsa pignera in actugild. Li. 40.

15. Si quis alio ante constitutum pigneraverit et probatum fuerit quod ante constitutum pigneraverit, componat ipsum pignus in actugild. Li. 41.

16. Si quis servo alieno sine voluntate domini sui in sacramento miserit aut manu in caldaria mittere fecit, componat domino eius solid. 20. Li. 50.

17. Si quis alii wadia de sacramento dederit et sacramentales dicti fuerint, et postea qui nominatus est ipse, cum ad sacramentum venerit et euangelia posita fuerit, et se subtraxerit ut sacramentum rumpantur, sicut in anteriore aedictum est, tunc prebeat prius ille qui iurare debet, ab illos sacramentales suos sacramentum quod cum eo munditer iurent. Et si sacramentales ipsi audire noluerint et se[r] aliquis in omnibus subtrahere quesierit, tunc[s] ipse causam suam qui iurare debuerat non perdat[s]; iubemus ut manifestare debeat ipse sacramentales qui se subtrahere voluerint, certam[t] veritatem pro qua causa iurare non presumit. Et si manifestare minime potuerit, praebeat sacramentum quod nullum conludium[u] habeat factum cum homine illo, qui sacramentum audire debet, nisi animam suam salvandum non praesumat sacramentalis esse. Et ipse postea, qui iurare debuit, habeat spacium 12 noctes, qui prope sunt; et qui de longe, quomodo sunt de Tuscia vel de Austria, noctes 24; et querat sibi alium sacramentalem quem in locum ipsius ponat, et sic sacramentum deducat sicut wadia dedit. Et si iurare ausus non fuerit aut manifestare non potuerit, quicquid ipse, cui sacramentum in terra iactaverit, damnum passus fuerit, de propriis rebus suis restituit. Li. 61.

18. Si quis liber homo ad alium liberum hominem consilium dederit periurare, aut casam[v] alienam incendere ubi homo cum rebus suis inhabitat, aut mulierem alienam aut puellam rapuerit, et[w] causa probata fuerit, componat pro inlicito consilium quod contra rationem ministraverit, solid. 100; ita sane ut in ista capitula quae diximus, unde conpositio per ipsum datur qui ipsum malum agit conp. solid. 900, ipse consiliator componat solid. 100; unde compositio fit de[x] sol. 300, consiliator det solidos 50. Et si minus de solidis 300 fuerint, ipse consiliator componat solidos 40, minus non, medietatem omnia de suprascriptis capitulis in palatio regis, et medietatem cuius causa fuerit. Et ipse de quo[y] dicitur suprascripta mala consiliaverit et vetare voluerit, quod tale consilium non dedisset, prebeat sacramentum cum legitimos sacramentales suos, iuxta qualis causa fuerit, et sit absolutus, nam per pugnam non fatigetur; nisi qualiter manifestaverit[z], conp. ut supra. Li. 72.

19. In anteriorem nostri aedictum adfiximus, ut si wadiam suam solvendam quispiam liber homo tres fideiussores habuerit, liberos homines, et ipse qui wadia suscepit reddere neglexerit, sic componere Li. 128.

i) *rubricam om. cod.* k) Lotharium *cod. pr. man.* l) si *om. cod.* m) ille qui *sec. man. supra lineam scripta.* n) nec *cod.* o) recipere *edicti codices.* p) unde ipse est *om. cod.* q) se *cod.* r) si *cod.* s) ut...perdat, *om.* non, *edicti codd.* t) certa *cod.* u) concludium *cod.* v) causam *cod.* w) aut *cod.* x) det *cod.* y) quod *cod.* z) nam si rei ueritas manifestata fuerit *edicti codd.*

debeat, sicut ille qui non habuerit fideiussores paratos. Modo vero, dum pravos homines cognoverimus tales fideiussores velint statuere, qui nihil habuerint nisi solummodo personas suas, ut per eos iusticiam creditor ipse minime invenire possit, statuimus ut tales debeant esse fideiussores ipsi, ut[a] si amplius non habuerint, quomodo eum pignerare possit, quam ipsa oblicatio sit, vel tantum habeat quantum ut diximus oblicatio est, unde fideiussores intervenire debent. Nam si minus habuerint, non sit culpabilis qui eos recipere noluerit, nec ipse qui dare debet excusari possit a culpa, dicendo quod fideiussores paratos habuisset. Quia inpossibile est, ut homo talem fideiussorem recipiat, qui[b] non habeat, et si amplius non, vel quantum ipsum debitum fuerit, quod locum pigneris possit tollere. Et si de presente habuerit unde dare tales fideiussores[c], qui recipiendi sunt, ecce bene. Si autem non habuerit ipsa hora, spacium[d] de ipsa wadia per tres dies sine culpa: et postea debeat dare tales fideiussores qui habeant unde persolvat, quod debitor dare debet. Si vero amplius dilataverit ad fideiussores dandum, componat sicut antea statuimus.

Li. 93. 20. Si quis mulierem aut puellam et religiosam feminam, quae in alterius mundio est, in sacramento mittere presumpserit, componat mundiald eius solid. 50 et in palatio sol. 50.

Li. 144. 21. Si quis timoris Dei inmemor pro cupiditatem terrenam propter qualemcumque rem sciens se periuraverit, et postea inventum et probatum fuerit, quod periurasset, tunc amittat ipsam rem unde periuravit, et habeat eam ipse cui contra rationem iuravit; et insuper, quia in se ipso et quod plus est in Deo peccavit et negavit fidem suam et periuravit dominum Deum suum, et sibimetipsi non pepercit, medietatem de widrigild suum ei cuius periuravit conponat.

[Ratchis.][e]

Rat. 5. 22. Si quis amodo in presentia regis vel iudicis seu liberorum hominum qualicumque modo wadia dederit, et postea negare voluerit ille qui wadia dedit, quod in tali tenore wadia non dedisset, sicut ille qui wadia suscepit, queritur: si fuerint liberi homines inter, quorum fides admittitur, non habeat licentiam iurare quod in[f] tali tenore wadia non dedisset; nisi qualiter iudex, qui iudicavit, se memoraverit vel homines qui interfuerunt, quando wadia ipsa dedit, testificaverint, ita compleatur et in eorum testimonium credant. Quia si stantia, quam ante liberos homines aliquis fecit constare debet, quanto magis ea causa, quae per wadia firmatur, et homines liberis [inter]sunt[g], negare nihilominus convenit? Si vero tales homines inter non fuerint, quorum admittitur fides, quando ipsa wadia data fuerint, tunc exinde procedant iudicium, sicut ab ipso Rotharino rege statutum est.

Rat. 8. 23. Omnibus enim pene notum est, quia usque nunc per pravam cupiditatem deducebant homines in[h] sacramentum de cartulis venditionis, quae factae erant, et conpellabantur, quod precio conpleto non haberent, qui[i] ipsas cartulas habebant et res possidebant; et ipsi emptores deducebant sacramentum, quod precio conpleto haberent. Quod nobis et nostris iudicibus inlicitum esse conparuit, quia pro opinione sua iurare nolebant, dabant pro sacramento aliquid et habebant dampniaetatem sine causa; et naufragi homines propterea ipsi conpellationem faciebant, ut aliquid eorum pro ipso sacramento tollere poterint. Ideo decernimus, ut si quis cartulam venditionis alicui de aliquis rebus fecerit, et a scriba publico scripta vel a testibus idoneis roborata fuerit, et tam ipse debitor quam testes in ipsa cartula scripserint aut manus posuerint, et manifestaverint in ipsa cartula precium inter eos statutum suscepisset, et si pulsatus fuerit postea emptor quod precium ipse non conplesset, sacramentum exinde non procedat; nisi forte quod[k] per wadiam se obligavit, ipse prendat fideiussorem suum.

[Aistulf.][l]

Ahist. 19. 24. Si quis Langobardus causam habuerit cum locis venerabilibus, quae ad defensionem palacii esse noscuntur, si fuerit causa unde sacramentum debeat procedere, si iudex abbate custode vel prepositum pulsaverit, ipse ei satisfaciat; si autem abbas custus vel prepositus iudici pulsaverit et sacramentum datum fieri debuerit, ipse iudex ei iterum sacramentum deducat. Si vero alter Langobardus habuerit causam cum abbatibus, unde sacramentum simile deductum fieri debeat, anteponatur abbate ipse solus. Nam alios qui legem elegerint quanti secundum legem iurare debuerint, sacramentum deducant, ita tamen ut ipse abbas talis sit, qui per regulam secundum Deum vivat et subiectos monachos usque quinquaginta et amplius habeat, qui cum eo regulariter vivant. Si[m] quidem cum[n] alio custode vel prepositus de locis venerabilis causam habuerit, ipsi custodes vel prepositi sacramentum deducant.

Ahist. 20. 25. Si quis cum curte regis causam habuerit, et evenerit ut pars curtis regis sacramentum deducere debeat, si maior causa fuerit, per sacramentum abescarioni per actoribus finiatur; si vero minor fuerit causa, actor de loco cum actoribus secundum qualitatem sacramentum persolvat.

XLIII. Cap. Rothari de warganguis qui [de][a] *exteras fines veniunt.*

Ro. 367. 1. Omnes wargangi, qui de exteras fines in regno nostro finibus advenerint, seque sub scuto nostrae potestatis subdiderint, legibus nostris Langobardorum[b] vivere debeant, nisi si aliam legem

a) et *cod.* b) cui *cod.* c) possit *add. secunda manus supra lineam.* d) habeat *add. sec. man. in marg.*; sit spacium edicti *codd.* e) *rubrica in cod. deest.* f) in *sec. man. supra lineam additum est.* g) sunt *cod.* h) in *sec. man. addidit.* i) quae *cod.* k) quod *secunda manu supra lineam additum est.* l) *in cod. deest rubrica.* m) *in cod. hic novi capitis initium indicatur.* n) ei *cod.*

a) *sic supplendum.* b) largobardorum *cod.*

a pietate nostra meruerint. Si filios legitimos habuerint, heredes eorum existant sicut filii Langobardorum; si filios legitimos non habuerint, non sit illis potestatem absque iussione regis res suas cuicumque tingare aut per quolibet titulo alienare.

XLIIII. Cap. Rothari, Liutprandi de camphionibus.

5 1. Nullus camphio presumat, quando ad pugnandum contra alium vadit, herbas quod ad maleficias pertinent, super se habere, nec alias tales similes res; nisi tantum arma sua quae convenit. Et si suspectio[a] fuerit, quod eas occulte habeat, inquiratur a iudice, et si inventas super eum fuerint, evellantur et iactentur. Et post istam inquisitionem tendat manum ipse camphio in manum parentis et conlibertos suos, ante iudicem satisfaciat dicat, quod nullam talem rem, quod ad malefitias pertinent, 10 super se habeat; tunc vadat ad certamen. Ro. 368.

Liutprand.

2. Si quis alio[b] asto compellaverit de pugna, quod solet fieri per pravas personas, prebeat sacramentum ipse qui conpellat solus, et dicat iuratus, quia non asto animum eum per pugnam fatigare querat, nisi quod certam habeat suspectionem, sive de furto sive de incendio aut unde ipsa compellatio 15 agitur; et si hoc iuraverit, postea vadat exinde ad pugnam. Si autem inde minime iuraverit, non fiat ipsa causa per pugnam iudicata aut firmata. Li. 71.

XLV. Cap. Rothari et Liutprandi de causas regales, id est de eo qui sine heredes moritur, et de morth, de oberos, de clud.[a], de mundio ad curtem regis et de causis finitis.

20 1. Si quis sine heredes mortuus fuerit, et res ipsius ad curtem regis pervenerint, nec donato nec prestitum, quicumque ipsius mortui dedit aut prestitit, non habeat pontifitium requirendi; quia postquam ad manum regia pervenerit, terminum posuit et sine debitum [aut aliquam][b] repetitionem cecidit. Ro. 223.

2. Omnes vero regales causas, quae ad manum regis pertinent, unde compositio expectatur aut culpa quaeritur, dupliciter secundum antiquam consuetudinem conponant, excepto mundio de liberas, 25 aut morth aut alias quae similes sunt, unde 900 solidi iudicantur, quas in suum vigorem constituimus permanere. Reliquas omnes, ut supra diximus, in duplum exigantur. Ro. 369.

3. Si servus regis moroth fecerit, ita decernimus ut conponat ipsam personam, sicut adpreciatus fuerit, et servus ipse super ipsam fossam appendatur ipsius mortui, et in eum vindicta detur, ut sit causa supita[c]. Ro. 370.

30 4. De alias vero causas, unde liberi et servi aliorum hominum 900 sol. fiunt culpaviles, id est de muliere libera si viam antesteterit, aut iniuriam fecerit, seu de gregis equarum, aut porcorum pigneratos, aut reliquas quae similes sunt, unde et prefati sumus, 900 solidi queruntur, de qua supra in hoc edicto constituimus: si servus regis fecerit, animae suae incurrat periculum et 900 solidi non requiratur ad curte regis. Ro. 371.

35 5. Si servus regis furtum fecerit, reddat in actugild et non sit figang. Ro. 372.

6. Si servus regis eberos aut wecworint seu maraworfin aut qualibet alia culpa minor fecerit, ita conponat, sicut aliorum excercitalium, quae supra decretum est, conponuntur. Ro. 373.

7. Si quis sculdais aut actorem[d] regis occiderit, utilitatem regis faciendo, adprecietur per liberum hominem, sicut in aedicto legitur, et parentibus conponatur legitimis; excepto in curte regis conponat 40 qui eum occiderit solidos 80. Et si batudus fuerit aut ligatus, similiter conponatur pro libero homine secundum nationem[e] suam, sicut in hoc aedicto constitutum est; excepto in curte regis solid. 80. Ro. 374.

8. Si gastaldius aut quiscumque actor regis post susceptas aut commissas curtes aut casas regias ad gubernandum et aliquid per garitinx id est donationem ab alio quaecumque facta conquesierit, sit ille stabilem, si per preceptionem indulgentiae regis fuerit[f] confirmatum; alio quicquid, ut predictum est, 45 post susceptam administrationem per garithinx adquesierit, hoc totum regi adquirat, et non suum proprium nomine vindicet nec[g] ipse nec heredes ipsius. Ro. 375.

[Liutprand.][h]

9. Si quis gastaldius vel actor publicus habens ad gubernandum curtem regiam, et ex ipsa curte alicui sine iussu regis casam tributariam vel terram, silvam, vites, vel prata ausus fuerit donare, et si 50 amplius quam iussum[i] fuerit dare presumpserit, vel si querere neglexerit quod per fraudem tultum est, omnia ipse qui hoc contra iussum regis ausus fuerit facere in duplum actugild conponat, sicut qui res regias furaverit; et si ipse ante mortuus fuerit, quam ipsa fraus apparuit, heredes eius conponant, sicut supra legitur. Nam si per actorem fraus facta fuerit, et anteaquam ad nostram perveniat noticiam, Li. 59.

a) suspecto *cod.* b) ab alio *cod.*

55 a) *corrige* sculdais, *ex cap.* 7. b) *sic supplendum.* c) subdita *cod.* d) actor *cod.* e) rationem *cod.* f) non fuerit *cod.* g) et nec *cod.* h) *deest rubrica in cod.* i) uisum cod.

fraus ipsa per gastaldium fuerit [inventa][k], habeat ipse gastaldius de[l] conpositionem, quam actor conponere debet, partem terciam, et duas partes sint in curte regia. Et si per qualemcumque hominem prius ad nostram venerit noticiam, quam [per][k] gastaldium inventa sit, tunc conpositio in integrum nobis et curtem nostram pertineat. Quod si iudex aut actor[m] vel heredes eorum pulsati a nobis fuerint, quod neglectum fecisset [ad][k] exquirendum res nostras, et ipsi dixerit quod ipsam fraudem nesissent 5 nec nullum neglectum fecissent; prebeant in tali ordine sacramentum, ut dicant: „quia pater noster fraudem istam numquam scivit, nec consensit nec neglectum posuit ad exquirendum, nec nos per legem culpaviles esse debemus", et sint postea exsoluti. Hoc enim capitulum amodo statuimus, ut firmum sit; nam quicquid antea actum est, in nostrum arbitrium reservamus. Et hoc proinde statuere previdimus pro eo quod multas fraudes ad gastaldios vel actoribus nostris factum invenimus, unde iam multas 10 fatigationes habuimus. Nam quod a nostris decessoribus cuicumque datum est, stabili ordine debeat permanere, sicut et illud, quod nos dedimus, et in antea dederimus.

Rothari.

Ro. 385. 10. Si mundius de puella libera, parentes mortuos, ad curtem regis ceciderit [et][m] pater vel frater debitum dimiserit, in quotam[n] portionem patris vel fratris heredes successerit, ita et debitum persolvat. 15 Simili modo et si naturales filii fuerint.

Ro. 388. 11. Et hoc addimus ac decernimus, ut causas quae finitas sunt, non volvantur. Quae autem non sunt finitae, et ad presente vicesima secunda die mensis huius Novembris, indictione secunda, inchoate aut mote, per hoc aedictum incidantur. Et hoc generaliter damus in mandatis, ne aliqua fraus per vitium scriptorum in hoc aedicto adhibeatur[o]: si aliqua fuerit intentio, nulla alia exemplaria credatur 20 aut suscipiatur, nisi quod per manus Anscaldo notario nostro scriptum aut recognitum seu requisitum fuerit, qui per nostram iussionem scripsit.

XLVI. Cap. Rothari de iniuriis hominum id est si arga clamaverit, aut si inpigerit, aut capillos stragerit, aut brachio ruperit, et de garitinx confirmatio.

Ro. 381. 1. Si quis alio arga per furorem clamaverit [et][a] negare non potuerit, et dixerit quod per furorem dixisset: tunc iuratus dicat, quod eum arga non cognovisset; postea conponat pro ipso iniurioso 25 verbo solidos 12. Et si perseveraverit, aut convincat per pugnam si potuerit, aut conponat ut supra.

Ro. 382. 2. Si quis hominem liberum inpegerit[b] ut cadat, componat solidos 6, sic tamen si alteram laesionem in corpore ipsius non fecerit. Si autem sic eum inpigerit et non ceciderit, conponat solid. 3.

Ro. 383. 3. Si quis hominem liberum surgente rixa per[r] barba aut capillos traxerit, componat solidos 6. 30 Si aldium aut ministerialem seu servo rusticano per barbas aut capillos traxerit, componat sicut pro ferita una.

Ro. 384. 4. Si quis homini libero brachio super cubitum, hoc est murioth, ruperit, componat solidos 20. Si autem subtus cubito, quod est reno, componat solidos 16. Si coxa ruperit supra genuculum, hoc est lagi, conponat solidos 20. Si autem subtus genuculum, quod est tibia, componat solidos 16. Si autem 35 simus aut clodis pro hoc fuerit, conponat sicut in hoc aedicto legitur, quartam partem.

Ro. 386. 5. Presentes vero dispositiones aedicti, quae Deo iubente atque propitio et summis vigiliis ad caelestem favorem prestitis, inquirentes et rememorantes antiquas leges patrum nostrorum, quae scriptas non erant, condidimus et [quod][c] pro communi omnium gentis nostrae utilitatem expediunt parem consilium parique consensu cum primatos iudices cunctumque felcissimum excercitum nostrum augentes 40 constituimus, in hoc membranum scribere iussimus, pertractantes et sub hoc tamen capitulo reservantes, ut quod adhuc adnuente divina clementia per subtilem inquisitionem de antiquas leges Langobardorum tam per nosmet ipsos, quam per antiquos homines memorare potuimus, in hoc aedicto adiungere previdimus. Addentes quin eciam per garithinx secundum ritus gentis nostrae confirmantes, ut sit haec lex firma et stabilis, quatinus felicissimis futuris temporibus firmiter et inviolabiliter ab omnibus nostris 45 constituatur[d].

XLVII. Cap. Liutprandi de etate utriusque sexus masculini et feminini legitima.

Li. 12. 1. Si quis puellam ante 12 annos aut sponsaverit aut tulerit, tunc ille qui eam tulerit aut sponsavit, componat sicut in hoc aedicto de raptu scriptum est, hoc est 900 solidos, medietatem regi et medietatem eidem infantule; et ipsa revertatur in casa et in pecunia sua, et sit quieta usque ad supra- 50 scriptum[a] tempus; postea eligat sibi ipsa, et nubat cui voluerit. Si[b] autem mundoald eius consentiens fuerit, aut tradiderit eam ante sustentos[c] annos 12, componat in sacro palacio sol. 300 et mundio eius amittat, et sit ipsa cum rebus suis in mundio palatii. Pater autem [aut][d] fratres potestatem habeant,

k) *sic supplendum.* l) gastaldiū qui *cod.* m) *cod.* auctor, *om.* aut. n) quodam *cod.* o) adhibeat *cod.*
a) *sic supplendum.* b) inpigerit *sec. man. cod.* c) *sic supplendum.* d) *corrige* custodiatur. 55
a) sstos *cod.* b) *novae legis initium in cod.* c) *corr.* suprascriptos. d) pater aū *cod.*

cui aut qualiter voluerint, dandum aut sponsandum filiam aut sororem suam; quoniam credimus quod pater filiam aut sororem suam doloso animo aut contrà rationem cuiquam homini dare non debeat.

2. *Legitimam aetatem.* Hoc prospeximus ut intra decem et octo annos non sit legitimus homo res suas alienare; excepto si pater eius debitum dimiserit, habeat potestatem una cum noticia principis 5 terre istius de rebus suis, quantum ipsum debitum fuerit, ut ei maior damnietas propter honores solitorum[e] non adscrescat. Et ipse princeps qui pro tempore fuerit, propter Deum et animae suae mercedem dirigat personam Deum timentem de suis presentia, qui hoc ipsum sapienter consideret, ut ad ipsum infantulum aliqua damnietas contra rationem aut per neglegentiam minime proveniat. Et in nono decimo anno sic sit homini Langobardo legitima aetas, et quodcumque fecerit vel iudicaverit de rebus 10 suis, stabili ordine debeat permanere. Et hoc statuimus atque definimus, ut si cuicumque ante ipsos decem et novem annos venerit egritudo et se viderit ad mortis periculum tenderet, habeat licenciam de rebus suis pro anima sua in sanctis[f] locis, causa pietatis, vel in exenedochio iudicare quod voluerit[g]; et quod iudicaverit, stabile debeat permanere. Li. 19.

3. Si[4] infans intra aetatem est, res suas cuicumque vendiderit aut infiduciaverit, et postea cum in 15 legitima aetate venerit secundum legem cartulam ipsam inrumpere voluerit, non habeat pontificium eius qui emit aut infiduciavit, quod dederat requirendum; quia quando comparavit aut infiduciavit, tunc debuit prospicere, quia puer ipse intra aetatem erat, et contra legem faciebat; et posteus constitutum est, ut qui intra etatem est, minime vendere aut infiduciare possit. Talem causam eum habere dicimus, qui emit aut infiduciavit, qualem et ille habere videtur, qui de servo aut aldione emerit aut infiduciare dinoscitur. Li. 58.

20 4. Si infans intra aetatem est, res suas cum fratribus suis aut consobrinis suis dividere voluerit, faciat noticiam iudici; et ipse iudex faciat venire parentibus suis, et una cum ipsis aut per se ipsum aut per missum suum, bona persona Deum timentem, res ipsas dividat; sic[h] tamen ut omni tempore sortes stare debeant et aequatio currat. Li. 74.

5. Si quis infans dum intra aetate [est][i] causam habuerit cum qualicumque homine, similiter faciat 25 iudex parentes propinquos venire, et accedat apud locum cum ipso parentes, et deliberet causam ipsam per iusticiam, et faciat noticiam exinde, in quorum presentia causam ipsam deliberavit et iudicatum suum [emittat][i], et ipse qui causam suam querit non perdat iusticiam suam pro eo quod ipse infans intra aetatem esse videtur. Iudex autem quomodo ordinaverit aut aliter fecerit causam in his capitulis, de eo qui intra aetatem est, habeat retributorem Deum omnipotentem sive in bono sive in malo. Et 30 missus ille, quem iudex dixerit pro definiendis causis, quae supra premisimus, si in aliquam partem cor suum in fraudem declinaverit et fecerit ea que oportuna non sunt, ut infans ille damnum paciatur, et non fecerit aequalitatem, et probatum fuerit quod fraudem fecisset aut conludium contra ipsum infantulum statuisset, de proprio suo restituat, quod fraudulenter divisit. Hoc igitur proinde dicimus, ut infans ille qui causam suam nescit legitime procurare, dampnum non habeat. Li. 75.

35 6. [De puero qui intra aetatem est][i], decrevit clementia nostra cum nostris iudicibus vel reliquis Langobardis, sicut in alio homine de rebus suis donare non potest; ita nec regi dare possit, antequam ad legitimam aetatem perveniat; quia de causas [istas][i] multas intentiones fuerunt. Li. 99.

7. De puella, unde iam antea diximus ut in duodecimo anno legitima sit ad maritandum, sic modo statuimus ut non intrante duodecimo anno, sed expleto sic sit legitima ad maritandum. Ideo 40 nunc hoc dicimus, quia multas intentiones de causa ista cognovimus; et apparuit nobis quod inmatura causa sit ante expleto duodecimo anno. Li. 112.

8. Si infans ante decem et octo annos, quos instituimus ut sit legitima aetas, sponsalia facere voluerit aut se mulieri copulare, habeat potestatem et meta facere et morginicap dare iuxta aedicti tenorem, et obligationem facere. Et qui fideiussores extiterunt aut scriba, qui pro causa ista cartulam 45 scripserit, nullam exinde habeat damnietatem, qui ideo usque ad illam aetatem[k] perducimus causam de infantibus, ut ipse res suas non debeat naufragare aut dissipare[l]. Li. 117.

9. Intervenientem vanissimam et supersticiosa cupiditas[m] suasionem et perversionem apparuit modo in his temporibus, quae inlicita nobis vel cunctis nostris iudicibus coniunctio esse comparuit: quoniam adulte et iam[n] matura aetate feminae copulabant puerulos et intra aetatem legitimam et dicebant quod 50 vir eius legitimus esse deberet, dum adhuc secum ipsa misceri minime valuerit. Nunc itaque statuere previdimus ut nulla amodo femina hoc facere presumat, nisi pater avus puero cum legitimis parentibus puelle hoc facere previderit. Nam si puer post mortem patris aut avi sui remanserit intra etatem, et ei se qualiscumque femina antequam puer tertio decimo completo anno copulare presumpserit, dicendum quod legitimus maritus eius esse debeat, irrita sit ipsa coniunctio et separentur ad invicem. 55 Femina vero ipsa revertatur vacua cum obprobrio suo, et non habeat potestatem alio viro se copulare, dum ipse puerolus ad aetate suprascriptam venerit. Si quidem ipsa impleta aetatem puer ipse sibi eam uxorem habere voluerit, habeat licentiam; et si eam noluerit, tollat sibi uxorem aliam, qualem voluerit. Illa vero, si ad alium maritum ambulare voluerit, non ei possit vir suus et qui eam tullerit pleniter metfio dare[o], sicut ad alias puellas, sed tantummodo medietatem, sicut ad viduam mulierem. Li. 129.

60 e) *de his verbis vide quae supra pag.* 116 *not.* x *notavimus.* f) sci̅ *cod.* g) et quod uoluerit *addit cod.* h) sed *cod.* i) *sic supplendum.* k) qui.....aetatem *sec. man. in marg. addidit; corr.* quia nos ideo *rell.* l) *reliqua, quae edictus habet, cod. omittit.* m) *corrigi possit:* cupiditatis. n) eciam *cod.* o) non possit *iterum addit cod.*

4) Liutprandi cap. 58 iam supra tit. XXV. cap. 15 scriptum erat.

Qui vero puero ipsi suaserit, sive parentes eius sive extraneus hoc modo[p], componat solidos 100, medietatem regi et medietatem ad ipsum puerolum.

Li. 149. 10. Item de infantibus, qui intra etatem sunt et necessitatem maiorem habent et fame moriuntur, comparuit nobis ut dum tempus famis fuerit, licentiam habeat cum misso principis aut iudici suo terram[q] aut rebus suis vendere, qualiter vivere possint, in tantum ut se de ipsa fame liberare possint[r]. Qui Deum timet[s] hoc ipsum iudex de celo[t] debeat providere, si certe pro ipsa necessitatem famis [fecit], et sic in eius presentia fiat, ut Deum habeat propitium; et aliter si fuerit[u], Deum habeat iudicem. Et in cartulam iudicet[v], quia pro famis necessitate venditio facta est; et qui acto commissum habuerit, non praesumat de ipsis infantibus emere. Et dum famis exierit, tunc ipsi infantes secundum anteriorem aedictum distribuant res aut substantiam, nam non aliter; quia istam licentiam pro sola necessitate dedimus, nam non, quod absit, in anteriorem aedictum conrumpendum.

XLVIII. Cap. Liutprandi. Si quis causa habuerit et sculdais dixerit.

Li. 25. 1. Si quis habuerit causam et sculdais suo dixerunt, et ipse sculdais intra quattuor dies iusticiam facere neglexerit, si ambo causatores de sub ipso sculdais sunt, tunc conponat ei, qui causa sua reclamavit, ipse sculdais sol. 6, et iudici suo similiter sol. 6. Et si forsitan ille, super quem reclamavit, infirmus est aut pro utilitate sua in alia civitate esse denoscitur, expectet eum dum revertitur, aut de infirmitate sua convalescat; et dum regressus fuerit aut de infirmitate sua convaluerit, intra statutos 4[a] dies minime ad iustitiam faciendam distrinxerit, componat ipse sculdais sicut iam supra dictum est, sol. 6, et iudici suo sol. 6. Si vero talis causa fuerit de ipso[b] sculdais deliberare minime possit, destringat ambe[c] partes ad iudicem suum; et si iudex eius inter eos per legem non diiudicaverit, componat illi, qui reclamavit, sol. 12. Et si nec iudex ipse deliberare potuerit, dirigat intra 12 dies ambe partis in presentiam regis: nam si aliter fecerit ipse iudex, intra 12 dies ut dictum est iusticiam suam non invenerit qui proclamavit, tunc componat ei iudex solidos 12 et regis sit culpabilis solid. 20.

Li. 26. 2. Si homines de sub uno iudice, de duobus tamen sculdais, causam habuerint, ille qui pulsat vadat cum misso aut epistola de suo sculdais ad illum alium de sub quem ipse est cum quo causam habet. Et si intra quattuor dies minime iusticiam fecerit, componat ei ipse sculdais, qui distringere neglexit, ei qui reclamavit solid. 6, et iudici suo solidos 6. Et si talis fuerit causa, quam deliberare non possit, dirigat eos intra 6 dies ad iudicem suum secundum anteriorem capitulum. Nam si, qualiter in superiorem capitulum institutum est sive sculdais sive iudex non in omnibus compleverit, componat qualiter supra adfixum est illi, qui causam suam reclamavit, solidos 6 et iudici suo solidos 6, et iudex componat ei cuius causa est, solid. 12 et regi solid. 20.

Li. 27. 3. Si quis in alia civitate causam habuerit, similiter vadat cum epistola de iudice suo ad iudicem qui in loco est; et si ipse iudex ei iusticiam intra octo dies minime facere distrinxerit aut non inpleverit, conponat illi qui causam suam reclamavit, solid. 20 et regi alios 20. Et si talis causa fuerit, quam deliberare minime possit, ponat constitutum et distringat hominem illum de sua iudicaria in 12 dies in presentia regis venire. Nam si aliter fecerit et destringere neglexerit, componat sicut supra dictum est solidos 40, medietatem regi et medietatem qui causam suam reclamat.

Li. 28. 4. Si quis causam habuerit et sculdais aut iudex secundum aedicti tenorem per legem iudicaverit, et ipse stare in eodem iudicio minime voluerit, componat illi qui iudicavit sold. 20. Nam de causa qui per arbitrium iudicata fuerit et ipse sibi non crediderit legem iudicasse et ad regem reclamaverit, non sit culpabilis. Et si iudex contra legem iudicaverit, componat solidos 40, medietatem regi et medietatem cuius causa fuerit. Et si forsitan iudex causam per arbitrium iudicaverit et iudicium eius rectum non conparuerit, non sit culpabilis; nisi prebeat sacramentum regi quod non iniquo animo aut corruptus a premio causam ipsam iudicasset, nisi sic ei legem conparuisset, et sit absolutus. Nam si iurare non presumpsit, componat ut supra dictum est.

Li. epil. anni IX. 5. Et hoc statuimus, ut de suprascriptis capitulis que modo adiuncximus, qualiscumque causae antea emerserunt factae[d] sunt, in eo ordine finiantur et maneant, sicut anterior fuit consuetudo, vel qualiter in antico aedicto corpore continetur. Quae[e] vero amodo, id est ab isto Kal. Mar. inditione quarta, evenerint[f] vel fieri contigerit, sic terminentur et finem accipiant, sicut in presenti pagina nunc statuere visi sumus[g]; excepto de muliera libera, quae servum tulit et secundum anteriorem aedictum condempnata est, ubique inventa fuerit, sit ancilla mater, et filii eius servi regis.

Li. 96. 6. Si quis pro causa sua aliquid iudici[h] vel ad qualemcumque[i] locoposito vel fideli regi[k] dederit, et vivente[l] eum[m] requisierit, dicendum[n] quod liberatum non sit, faciat illi iustitiam, post quantoscumque annos repetierit. Nam si post mortem eius filios aut heredes pulsaverit, statuimus ut si vivente patrem[o] pulsavit proclamandum ad regem, aut conpellandum per tales homines, quorum fides admittitur, et veritas apparuit quod pulsavit et iustitiam invenire non potuit, faciant[p] illi filii[q] aut heredes eius iusti-

p) *corrige* extraneus homo. q) *corr.* de terra. r) in tantum.....possint *sec. man. in margine.* s) qui deum timet *ex edicti verbis* quidem et *finxisse scriptor videtur.* t) *corrige* loco. u) *corr.* fecerit. v) *corr.* indicet.

a) III *cod.* b) *corr.* quam ipse. c) *corr.* dirigat ambas. d) facitae *cod.* e) *cod. Goth. quat.* VII, *fol.* 193; *cfr. supra ad tit. XXXII. cap.* 17. *notam* h. f) euenerit *Mut.* g) statuere iussimus *Mut.* h) iudicium uel M. i) cuicumque, *om.* ad, G. k) loci praepositum uel fidelem regis M. l) inuentum G. m) eo M. n) ducendo M. o) patre M. p) faciat M. q) illi *om.* G; filii *om.* M.

ciam, sicut lex est. Nam si suam[r] reclamationem ostendere non potuerit, et anni spacium repetierit, eam se pulsasse[s], non habeat fecundiam[t] filiûs aut[u] heredes repetendi, nisi sit[v] sibi contentus[w] [x] et post anni spacium facundiam non habeat repetendi.

XLVIIII. Caput Liutprandi de cautionibus[a].

Li. 16.

1. Si quis solidos cuicumque[b] homini per cautionem mutuaverit[c], si intra 5 annis creditor pulsaverit et debitor non habuerit unde solvere, renovetur[d] cautio ipsa usque ad annos 10; et si intra annos 10 pulsatus fuerit et non reddiderit, et dilataverit usque ad 20 annos, et[e] fuerit pulsatus aut per principem aut per iudicem civitatis, et probatum fuerit, ipsam cautionem[f] debitor et heredes eius persolvant. Nam si nec cautio [fuerit][g] intra 10 annos bis renovata, neque principi vel[h] iudici ostensa sive manifestata usque ad 20 annos, iubemus ut creditor postmodum taceat, et nullam habeat facundiam debitoribus suis requirendum, excepto si ei captivitas evenerit[i]. De cautionibus autem[k], quomodo in praesenti[l] indictione tertia factae sunt, intra quinque annos istos advenientes iubemus ut renoventur aut exigantur. Nam si distulerit[m] intra[n] quinque annos debitores suas pulsare, aut cautiones renoventur[o] aut debita reddantur; et si neglegentiam[p] fecerit, non habeat postmodum facundiam ipsa debita requirendi. De his autem cautionibus quae amodo factae fuerint, sic fiat sicut supra praemisimus et statuimus.

Li. 67.

2. Si quis cautionem alii fecerit et non obligaverit[q] de rebus suis, nisi dixerit[r] in ipsa cautione „in quibuscumque rebus ipsius invenire potuerit“, postea vendiderit alio homini de rebus suis, habeat ipse qui emit. Nam si obligatae fuerint nominative, non eas possit vendere dum ipsam cautionem non sanaverit[s]; et qui cautionem facere voluerit, aut nominative obliget de rebus suis qualiter inter eos convenerit, aut faciat in ipsa cautione de tantis rebus, quantum in ipsa die sol. ipsi fuerint.

L. Cap.[a] *Liutprandi de negotiatoribus si intra tres annos non venerint.*

Li. 18.

1. Si quis in negotium peragendum vel pro qualecumque artificium[b] intra provinciam ambulaverit, et in tres annos regressus non fuerit, aut forsitan infirmitas ei emerserit, faciat scire per iudicem aut per missum suum. Nam si hoc distulerit mandare, si filios reliquerit, habeant[c] res ipsius in suo iure; et cuicumque filius, transacto constituto, cautionem venditionem aut qualemcumque obligationem de rebus patris sui fecerit, stabilem permaneat et debita[d] patris sui vel sua persolvat. Et si ipse postea regressus fuerit, iubemus ut nec a filiis suis recipiatur, nec res suas in potestatem[e] habeat. Quod si filius ipsius sine notitia aut iussione regis eum recolligere[f] praesumpserit, omnes res ipsorum et[g] patris substantia[g] ad curtem regis devolvantur; et si filios non habuerit[h] et habuerit fratres[i], ipsi fratres[k] res eius habeant[l]. Et si nec fratres habuerit[m], habeant proximi parentes. Et si nec parentes proximi inventi fuerint, qui ei legibus succedere possint[n], post predictos 3 annos curtis regia succedat[o]. Quod si habuerit uxorem, et intra[p] supradictum[q] constitutum[r], hoc est tres annos, minime[s] regressus fuerit, veniat ipsa mulier ad palatium regis, qui in tempore fuerit, et qualiter ipse maritandi licentiam dederit, aut causam ipsius ordinaverit vel tractaverit, ita facere debeat. Nam sine permissu regis non praesumat[t] maritum ducere; et si ipse post 3 annos inventus fuerit, potestatem habeat rex iudicandi qualiter voluerit.

LI. Cap. Liutprandi de triwas.

Li. 42.

1. Si quis iudex aut actor publicus in qualicumque civitate aut loco inter homines aliquam discordiam habentes trewas tulerit, et unus ex ipsis hominibus, inter quos ipsas trewas tultas sunt[a], eas ruperit[b], medietatem de ipsas trewas conponat in palatio, et medietatem illi[c] cuius causa est. Et ipsas trewas non sit minus quam sol. 200; qui[d] autem amplius pro maioribus causis ponere voluerit, sit licentia.

LII. Cap. Liutprandi de testibus.

Li. 8.

1. Si qualiscumque causa inter conlibertos aut parentes provenerit aut acta fuerit, et homines tres aut quattuor interfuerint, non reprobetur, nisi eorum testimonium[a] ipsa causa[b] ambe partes credatur,

r) sua M. s) *corr.* etiamsi pulsassit. t) *sic codd.* u) *codd.* ad. v) ut G. w) contenti M. x) *multa, quae uterque cod. omittit, supra pag.* 147 *exhibentur.*

a) *rubrica ex cod. Got.; nam in Mut. tit.* 49 *et* 50 *titulo* 48 *adnexi sunt, numeris* 49 *et* 50 *omnino in titulorum serie omissis.* b) cuiuscumque G. c) mutauerit M. d) renouentur M. e) et si M. f) causationem M. g) fuerit *om. codd.* h) neque M. i) aeuenerit M. k) aut G. l) presente M. m) distullerit M. n) *Goth. fol.* 193. *col.* 2. o) remouentur G. p) negligentiam G. q) *Got. pr. man.* obliincauerit, *secunda*: oblicauerit. r) direxit G. s) ipsa c. non sonauerit M.

a) *Mut. om.* L. *et* Cap. *cfr. notam* a *ad tit. XLVIIII.* b) negotio peragendo....qualicumque artificio M. c) habeat G. d) stabile....debitas M. e) potestate M. f) recoligere G. g) ad patris substantian G. h) habuerint G. i) aut filias sed, *om.* et hab. fratres, M. k) fratres *om.* M. l) habeant res eius G. m) habuerint G. n) possunt G. o) succedant G. p) infra M. q) supradictum *om.* G. r) tempus, *om.* constitutum, M. s) *Goth. fol.* 193'. t) praesummat M.

a) et *add.* G. b) tulerit M. c) illis M. d) quis M.

a) testimonio M. b) *corrige* reprobetur ipsa causa, nisi eorum testimonium.

qui fuerint inter[c]; pro cuius autem causa testes illi testimonium reddiderunt[d], ipse homo causatori suo per sacramentum[e] satisfaciat. Testes vero illi tales sint, quorum opinio in bonis precellat operibus et quibus fides admittitur, vel quibus princeps aut[f] eius iudex credere possit. Et si forsitan rememorati testes veritatem ipsam celare voluerint, tunc per sacramentum satisfaciant principi aut misso eius, ut ipsa[g] veritas non obscuretur. Si quidem per wadiam obligatio facta[h] fuerit, et intentio per hoc fuerit excitata[i], in eo iudicio maneat, sicut in anteriore aedicto[k] legitur[l] quod gloriosus Rothari rex instituit.

Li. 63. 2. Si quis testimonium falsum contra quemcumque reddiderit aut in cartula[m] falsa se scientem[n] manum posuerit, et ipsa fraus manifestata fuerit, conponat widrigild suum, medietatem regi et medietatem cui causa fuerit. Si talis persona fuerit, qui[o] non habeat unde conponere, tunc publicus debeat[p] eum dare pro servo in manu[q] eius cui culpam fecerit; et ipse ei serviat sicut et servus. Et ille, qui alium rogat testimonium falsum dicere aut in cartula falsa[r] manum ponere pro causa sua, conponat sicut et ipsi[s] falsi testes, quos iussimus conponere, pro eo quod ipsum malum per ipsum fuit inchoatum.

LIII.[a] *Cap. Liutprandi de aldionibus ut patronus eos defendat, et si quacumque*[b] *inventus fuerit.*

Li. 68. 1. De aldionibus, qui de persona sua[c] aldiones sunt, si aliqua conpellatio[d] ei facta[e] fuerit, patronus eius eum defendat aut per sacramentum aut per pugnam, qualis[f] causa fuerit.

Li. 69. 2. Si quis aldius cuiuscumque in casa alterius sine notitia domini sui fuerit, cum invenerit eum dominus eius, sic debeat dare homo ipse, qui eum habuerit, operas quomodo et de servo.

Li. 142. 3. Si[5] quis homo sciens aldium aut aldiam[g] suam, servum vel ancillam in casa cuiuscumque esse, aut copulatos aut aliter, et non eum requisierit aut per iudicem aut per publicum, et non eum retulerit et dimiserit eum apud alterum hominem diutius permanere, non requirat operas eorum, quia sciendum[h] neglexit requirere servum aut ancillam, aldium aut aldianem[i] suam. Nam si requisierit dominus eorum, et ille qui eos habuerit neglexerit aut antesteterit[k], reddat operas eorum sicut lex est.

LIIII. Cap. Liutprandi de[a] *ariolos et ariolas.*[b]

Li. 84. 1. Si quis timoris Dei immemor ad[c] ariolos aut ad[c] ariolas pro aruspices aut qualibuscumque responsis ab ipsis accipiendis[d] ambulaverit, conponat in sacro palatio medietatem praecii sui, sicut adpreciatus fuerit tamquam si eum aliquis[e] occidisset; et insuper agat poenitentiam secundum canonem institutum. Simili modo et qui arborem, quam rustici sancti[f] vocant, atque ad[g] fontanas adoraverint, aut sacrilegium vel incantationes fecerint, similiter medietatem praecii sui[h] conponat in sacro palatio. Et si quiscumque sciens[i] ariolum aut ariolam, et non eos[k] manifestaverit, suprascripta poena[l] subiaceat. Qui autem servum suum aut ancillam ad[m] ipsos ariolos aut ariolas transmiserit ad[n] aliqua responsa recipienda et probatum fuerit[o], suprascripta poena conponat. Si servus aut ancilla sua auctoritate ad ariolum aut[p] ariolam ambulaverit ad aliqua responsa recipienda, tunc dominus eorum venundare eos debeat[q] foris provinciam; et si dominus eorum neglexerit[r] hoc facere, suprascripta poena subiaceat.

Li. 85. 2. Si quis iudex, sculdais, saltarius vel decanus de loco, ubi arioli aut ariolas[s] sunt, eos[t] neglexerint amodo in tres menses exquirere et invenire, et per alios homines inventi fuerint, tunc conponat unusquisque de loco suo medietatem praecii sui, sicut supra legitur. Et si manifestum fuerit, quod sciat iudex aut sculdais vel saltarius aut decanus, ubi ariolus aut ariola est, aut eos non condemnaverint[u] aut praemium tulerint, aut quasi causa pietatis, vel pro quocumque[v] ingenio eos solserit[w], tunc in integro wirigild suum in palacio conponat. Nam si per iudicem inquisiti aut inventi fuerint sine noticia de sculdais, tunc habeat iudex potestatem foris provinciam eos vendendum, et praecium sibi habendum. Nam si per sculdais[x] inventi fuerint, medietatem de praecio tollat iudex, et[y] medietatem sculdais. Et si decanus vel saltarius ipsos ariolos vel ariolas vel suprascriptas sacrilegas invenerint, et sculdais[z] suo manifestaverint[a], tunc terciam partem ipse saltarius vel decanus de ipso praecio, per quem

c) quae interfuerint M. d) reddere debent M. e) sacramento, *sec. man.* pro sacramento, M. f) uel G. g) ipsa *om.* M. h) facta *om.* G. i) escitata G. k) anteriorem edictum G. l) legitur *om.* G; *in Mut. sec. man. additum est.* m) cartulam G. n) sciente M. o) quae M. p) debet G; *fol.* 193'. *col.* 2 *in cod. Goth.* q) manum M. r) cartulam falsam G. s) ipse G.

a) *Mut. falsum numerum habet* LIIII. b) APVD QVAECVMQVE M. c) personas suas G. d) qua conpellatio *in Mut. secunda manu addita sunt.* e) ei facta *om.* G, *in Mut. sec. manu addita sunt.* f) qualiter G. g) adiam G. h) sciendo M. i) aldionem G. k) antestiterit M.

a) DAE M. b) ARIOLOS M. c) ad *om.* G, *quod in Mut. sec. man. utroque loco addidit.* d) accipientes G. e) aliquis *om.* G. f) sc̄i G. g) ad *solus* M. *habet sec. man.* h) sui *sec. man. additum in Mut.* i) scies M. k) eas M. l) conp. *add.* G. m) aut M. n) aut M. o) *cod. Goth. fol.* 194. p) ad *addit* M. q) debet M. r) neglexerunt G. s) ariola M. t) eos *om.* M. u) condemnarint M. v) quacumque G. w) soluerint M. x) scul̄d *codd.* y) et *om.* M. z) scul̄d *uterque cod.* a) manifestauerunt M.

5) Liutprandi cap. 142 etiam supra tit. XXV. cap. 24 scriptum erat.

inventi fuerint, habeant, et duas partes tollat sculdais[b]. Et ita volumus, ut unusquisque sculdais, saltarius vel decanus iurare debeant iudici[c] suo ad sancta Dei euangelia, quod in istam causam nullum neglectum ponant; quia iniustum est, dum in nostra[d] causam neglectum ponere non presumant[e], nec nobis caelare, qui contra dominum[f] agunt[g] aut consiliant, quanto magis non debent neclectum[h] in Dei causa ponere, quae plus est ad inquirendum[i].

LV. Cap. Liutprandi de commutatione.

1. Si quis commutaverit terram suam, pratum vel silvam, et ibi laboraverit et aedificium fecerit, aut clausuram aut vineam posuerit, et postea surrexerit tercius homo, qui ipsum locum suum faciat, et eum ille qui dedit defendere[a] non potuerit, recipiat rem suam quam[b] dedit, et insuper ille qui dedit [et][a] minime defendere[c] potuit[d], ipsum damnum ei restituat, quantum adpraeciatum[e] fuerit, quod ibidem postea laboravit vel aedificavit. Sed et de conparatione[f] ita statuimus, sicut et de commutatione. Hoc autem de his causis dicimus, unde cartulas commutationis aut venditionis inter se non faciunt; nam unde cartulas faciunt et ostenduntur, sic debeat esse sicut in ipsas cartulas legitur. Li. 116.

LVI.[a] Cap. Aistulf de convenientiis[b] inter custodes ecclesiarum et Langobardis et voluntate defuncti.

1. Cognovimus multotiens perfidos homines contra voluntatem suorum parentum agere, dum ipsi pro animabus suis per loca venerabilia res suas distribuebant, et pertinentibus suis simpliciter libertatem cum rebus quibuslibet donabant[c]. Et cum ipsi homines per astutiam agebant, et eos per suis cespitibus removentes in suo servitio replicabant, postmodum libertatem simul et res amittebant. Ideo praevidimus hanc resecare malitiam, ut[d] voluntas et ordinatio impleatur defuncti. Et ita santiamus[e], ut si quis Langobardus[f] per cartulam in sanitatem[g] aut in egritudinem suam res suas ordinaverit, et dixerit eas habere loca venerabilia et familiam[i], per quam res[k] ipsius excoluntur, liberos esse dixerit[l], ut in ipsis religiosis locis redditum faciant, secundum ipsius statuta reddant omni tempore iuxta domini sui praeceptionem, et ipsi et filii filiorum, et sint liberi de suis personis, sicut dominus eorum instituerit, et ab eius heredibus non replicentur, nec a suis cespitibus removeantur, sed ab ipsis locis venerabilibus defensentur; excepto si sua voluntate exire voluerint, licentiam habeant libertate sua[m] exire, et vivere ubi voluerint. Nam si ad finem mortis properaverit ita, ut nec[n] thingare[o] hominem suum possit, neque in manu[p] sacerdotum tradiderit[q] circa altario[r] liberos dimittendum propter subitaneam mortem, et instituerit [ut][s] post eius obitum per manus sacerdotis, qualem designaverit, erga[t] sacro altario[u] duci debeatur, causa miserationis decrevimus, ut sicut dominus eorum praeceperit[v], ita inpleatur, ut sacerdos quem designaverit, eum[w] absque cuiuscumque[x] contradictione absolvat[y] et liberi permaneant. Quia maxima nobis merces videtur esse[z], ut de servitio servi ad libertatem deducantur, eo quod redemptor noster servus fieri dignatus est, ut nobis libertatem donaret. Si vero aliquid eis[a] in ipso exitu suo donaverit aut donare praeceperit, stabilis eis[b] ipsa donatio permaneat; quia apostoli Pauli auctoritas[c] maxime ad domesticos fidei beneficium[d] praebere iubet. Et pro launigild ei inputetur servitium suum, eo quod servus non habeat, unde aliud launigild ei faciat. Ahist. 12.

2. Si quis Langobardus cum pontificibus, abbatibus, custodibus ecclesiarum, seu exenadochiorum[e] propositis[f] de quibuscumque rebus convenientiam fecerit, et poenam inter se partem obligaverint, et heredes vel successores suos conligaverint[g], et idonei homines interfuerint, non possint postea eorum successores removere, sicut nec removitur[h] ab eo Langobardo, excepto si poena obligata[i] conponere voluerit. Si vero commutationem fecerint de casis[k] vel terris vel familias, et fuerit inter missus regis vel pontificis, seu iudices, aut tales homines 3, quorum amittitur fides, et res meliorata ei paruerit, tunc quando ipsa commutatio facta fuerit, quod pars loci religiosi suscipiat, nullo in tempore postea eorum successoribus[l] removeantur, sed semper commutatio ipsa firma sit; et si removere voluerunt, poenam conponat. Ahist. 16

3. Relatum est nobis, quod nunc usque talis fuerit consuetudo, ut[m] monasteria vel loca reliqua venerabilia, quae ad defensionem sacri[n] palatii esse noscuntur, conpositionem duplam exigebant[o] ab hominibus, qui in[p] ipsa venerabilia loca conponere debebant, sicut curtis regia exhibere[q] videtur. Nunc autem [statuimus][r] ut monasteria, basilicae vel exenodochia[s], quae ad palatii defensionem esse Ahist. 17.

b) *desunt complura, quae in edicto sequuntur.* c) iudicio G. d) dum intra *codd.* e) praesumunt M. f) domino G; *in edicto scriptum erat:* nos. g) agent M. h) neglectum M. i) est adquirendum M.

a) defendere...qui dedit *recentiori manu supra lineam addita sunt in cod. Mut.;* et *uterque cod. omittit.* b) quem G. c) *cod. Goth. fol.* 194. *col.* 2. d) potuerit M. e) adpreciatus M. f) comparationem, *om.* de, M.

a) *numerum Goth. non habet.* b) CONVENIETVS G. c) donabat G. d) et M. e) sentiamus G. *et* M. *pr. man.* f) Longobardus G. g) sanitate M. h) egritudine sua M. i) familia G. k) rebus G. l) dixerunt M. m) libertatem suam G. n) ne G. o) tingare M. p) manum M. q) traderit M. r) altarium M. s) ut *codd. omittunt.* t) *cod. Goth. fol.* 194'. u) sacrum altarium M. v) preciperit M. w) et uni *codd.* x) cuiusque G. y) absoluti *codd.* z) esse *om.* G. a) et G. b) ei G. c) actoritas G. d) beneficia M. e) excenadochiorum G. f) propositus *pr. man.* G. g) colligauerint G. h) remouetur M. i) poenam obligatam M. k) cassis G. l) suscessoribus G. m) in *codd.* n) sacra M. o) exiebant G. p) in *om.* G. q) *corrige* exigere. r) statuimus *codd. omittunt.* s) monasterias basilicis et exenedochia G.

videntur, [si][t] conpositionem[u] exigere debuerint, non exigant sicut de causa regis duplum[v], nisi sicut et alia venerabilia loca exigent[w] quae ad palatium non pertinent.

LVII. Cap. Grimald[a] *de culpa servorum, ut ipsa persona tradatur.*

Grim. 3

De[6] servos[b], qui culpas faciebant de solidis 900, et dominos suos pro ipso conponere stetit, statuimus[c] ut si talem culpam fecerit servus, unde 900 sol. conponebatur, nihil aliud faciat dominus eius, nisi ipsa persona tradatur ut moriatur, et conponat pro inlicita causa dominus eius, quod servus commisit sol. 60[d], et amplius non calumnietur. Et si ipse servus fugam petierit, et non potuerit dominus eum[e] invenire, det pro ipso servo solidos 20, et praebeat sacramentum, quod non potuisset eum invenire. Et si inventus fuerit, tradat ipsum servum ad moriendum, et recipiat solidos suos 20; nam 60[d] solidos conponat pro culpa, quam servus fecit. Et si spolia sepulti de sepultura tulerit, de quanto[f] tulit, dominus eius reddat et conponat, ut dictum est, sol. 60[d], et personam tradat ad moriendum.

LVIII. Cap. Rathchisi. Si quis causa alterius agere presumpserunt[a].

Ratch. 11 init.

1. Si quis causam alterius agere aut causare praesumpserit in praesentia regis, excepto si rex aut iudex licentiam dederit de vidua aut orfano, aut de tale[b] homine qui causam suam[c] agere non potest, conponat widrigild suum, medietatem regi et medietatem contra quem causaverit. Et si forte aliquis per simplicitatem causam suam agere nescit, veniat ad palatium; et si rex aut iudex praeviderit, quod veritas sit, tunc ei dare debeat[d] hominem, qui causam ipsius agat. Nam si iudex hoc consenserit, excepto his capitulis, et non emendaverit, et ipse similiter conponat widrigild suum in palatio regis.

LVIIII. Cap. Ratchisi. Qui in servitio de gastindio regis.

Ratch. 11 med.

1. Si enim quiscumque liber homo in servitio[a] de gasindio[b] regis, aut ad eius fidelem introierit, et iudex de sub quem[c] fuerit, dolosę eum premere[d] quaesierit, pro eo quod ipse in alterius servitio[e] introivit, et inlicite per[f] ipso dolo ei iudicaverit, aut forsitan ab ipso iudice suo iusticiam[g] invenire non potuerit, tunc[h] ille in cuius obsequio est, habeat licentiam causam ipsius agere eiusque[i] ad legem perducere; sic tamen, ut antea vadat ad iuditium de iudice suo, et iusticiam invenire non potuerit[k], ut ab ipso suscipiatur iusticia.

LX. Cap. Liutprandi. Si quis inspiratione Dei conpulsus se clericaverit.

Li. 153.

1. Si quis Langobardus uxorem habens filios aut filias procreaverit, et postea inspiratione Dei conpulsus clericatus effectus fuerit, tunc filii aut filiae, qui ante[a] eius conversione nati fuerint, ipsam legem vivant, qua ille vivebat, quando genuit; et causam suam per ipsam legem finire debeant.

t) si *codd. omittunt.* u) conpositione G. v) *Goth. fol.* 194'. *col.* 2. w) exhigent G.

a) GRIM̄. G. b) seruis M. c) statuimus *om.* G. d) XL G. e) eum dominus G. f) quantum, *om.* de, M.

a) *in cod. Goth. rubrica haec est:* Cap. Ratgisi qui in seruitio dgastindio regis, si quis causam alterius agere aut causare praesumpserit. b) tali M. c) causa sua G. d) debeat dare ei M.

a) seruitium M. b) gastindio G. c) quo G. d) praemere G. e) seruitium alterius M. f) pro G. g) *in hoc verbo finis est codicis Goth. fol.* 194; *sequens folium periit.* h) *desunt quae in edicto adduntur:* conponat iudex sicut supra legitur, et. i) *corrige* et usque. k) *verba* et...potuerit *abundare videntur.*

a) quante *cod.*

6) Hoc caput Grimoaldi legem 3 repetit, sed in multis mutatam. Vide supra ad tit. 26.

TABULA SYNOPTICA

ORDINEM LIBRI CONCORDIA DICTI CUM VETERIS EDICTI PARTIBUS COMPARATUM SISTENS.

CONCORDIAE:	*IN EDICTO:*
tit. I, cap. 1—6:	Roth. 1. 2. 10. 11. 163. 279.
II, 1—7:	Roth. 3—7. 9. 280.
8:	Liutpr. 35.
9—11:	Ratch. 9. 10. 12.
III, 1—7:	Roth. 8. 35—40.
8:	Liutpr. 134.
IV, 1—5:	Roth. 12. 14. 13. 143. 387.
6—14:	Liutpr. 13. 20. 21. 17. 62. 92. 118. 136. 138.
15—25:	Roth. 129—138. 75.
26—28:	Roth. 144. 145. 152.
29—34:	Roth. 166. 200. 201. 334. 376. 378.
V, 1. 2:	Roth. 15. 16.
VI, 1—3:	Roth. 17—19.
4:	Liutpr. 141.
VII, 1—6:	Roth. 20—25.
7:	Liutpr. 83.
VIII, 1—5:	Roth. 26—29. 358.
6:	Liutpr. 146.
IX, 1:	Roth. 30.
X, 1—5:	Roth. 31. 41. 42. 352. 353.
6:	Liutpr. 123. 124 epitomatum.
XI, 1. 2:	Roth. 32. 33.
3:	Liutpr. 111.
XII, 1—4:	Roth. 380. 34. 277. 278.
XIII, 1—86:	Roth. 43—48. 377. 49—74. 76—128.
XIV, 1—4:	Roth. 139—142.
XV, 1—4:	Roth. 146—149.
XVI, 1—3:	Roth. 150. 151. 379.
XVII, 1—11:	Roth. 153—158. 167. 159—162.
12:	Grim. 5.
13—26:	Liutpr. 1—6. epil. a. I. 145. 65. 14. 102. 105. 32. 113.
27—29:	Ahist. 10. 13. 14.
XVIII, 1:	Roth. 164.
XIX, 1—3:	Roth. 168—170.
XX, 1—7:	Roth. 171—177.
8—11:	Liutpr. 43. 54. 73. 77.
XXI, 1—8:	Roth. 178—184. 165.
9—11:	Grim. 6—8.
12—29:	Liutpr. 24. 60. 94. 98. 104. 106. 126. 127. 89. 114. 66. 140. 142. 119. 120. 132. 7. 103.
XXII, 1—33:	Roth. 185—195. 197. 196. 198. 199. 205—222.
34—46:	Liutpr. 30. 31. 33. 34. 76. 95. 100. 101. 121. 122. 125. 135. 130.
47:	Ahist. 15.
XXIII, 1—3:	Roth. 202—204.
XXIV, 1—3:	Roth. 224—226.
4—10:	Liutpr. 9. 10. 23. 55. 51—53.
11:	Ahist. 12.
XXV, 1—8:	Roth. 227. 229—235.
9—17:	Liutpr. 79. 57. 22. 29. 48. 49. 58. 87. 133.
XXVI, 1:	Roth. 228.
2—4:	Grim. 1 et epitome 1. 2. 4.
5—8:	Liutpr. 70 princ. 78. 90. 115.
9:	Ratch. 6.
10. 11:	Ahist. 18. 22.
tit. XXVII, 1. 2:	Roth. 236. 237.
XXVIII, 1—4:	Roth. 238—241.
5:	Liutpr. 82.
XXIX, 1:	Roth. 242.
XXX, 1:	Roth. 243.
2. 3:	Liutpr. 91. 107.
XXXI, 1—8:	Roth. 245—252.
9—11:	Liutpr. 108—110.
12:	Ahist. 21.
XXXII, 1—13:	Roth. 253—263. 329. 351.
14:	Grim. 9.
15—23:	Liutpr. 11. 56. 64. 80. 81. 147. 152. 97. 131.
XXXIII, 1—23:	Roth. 244. 281—302.
24:	Liutpr. 45.
XXXIV, 1—13:	Roth. 264—276.
14—16:	Liutpr. 44. 88. 143.
XXXV, 1—4:	Roth. 303—306.
5—7:	Liutpr. 46. 47. 150.
XXXVI, 1. 2:	Roth. 307. 308.
3:	Liutpr. 137.
XXXVII, 1—13:	Roth. 309—321.
XXXVIII, 1—14:	Roth. 322—328. 330—336.
XXXIX, 1—8:	Roth. 337—342. 347. 348.
9:	Liutpr. 86.
XL, 1—6:	Roth. 343—346. 349. 350.
7:	Liutpr. 151.
XLI, 1—3:	Roth. 354—356.
4:	Liutpr. 148.
XLII, 1—8:	Roth. 359—366.
9—21:	Liutpr. 15. 36—41. 50. 61. 72. 128. 93. 144.
22. 23:	Ratch. 5. 8.
24. 25:	Ahist. 19. 20.
XLIII, 1:	Roth. 367.
XLIV, 1:	Roth. 368.
2:	Liutpr. 71.
XLV, 1—8:	Roth. 223. 369—375.
9:	Liutpr. 59.
10. 11:	Roth. 385. 388.
XLVI, 1—5:	Roth. 381—384. 386.
XLVII, 1—10:	Liutpr. 12. 19. 58. 74. 75. 99. 112. 117. 129. 149.
XLVIII, 1—6:	Liutpr. 25—28. Epilog. a. IX. 96.
XLIX, 1. 2:	Liutpr. 16. 67.
L, 1:	Liutpr. 18.
LI, 1:	Liutpr. 42.
LII, 1. 2:	Liutpr. 8. 63.
LIII, 1—3:	Liutpr. 68. 69. 142.
LIV, 1. 2:	Liutpr. 84. 85.
LV, 1:	Liutpr. 116.
LVI, 1—3:	Ahist. 12. 16. 17.
LVII, 1:	Grim. 3.
LVIII, 1:	Ratch. 11 princ.
LIX, 1:	Ratch. 11 fin.
LX, 1:	Liutpr. 153.

Resecati sunt omnes edicti prologi atque epilogi, praeter Liutprandi epilogum anni I et IX (Concordiae tit. 17. 48*).*
Desiderantur praeterea Liutprandi cap. 70 *in fine (vide Concord. tit.* 26*), cap.* 118 *et* 139.
Geminantur Liutprandi cap. 58 *(Concord. tit.* 25 *et* 47*) et cap.* 142 *(Conc.* 21 *et* 53*).*
Duobus titulis divisum tribuitur Ratchis cap. 11 *(Conc. tit.* 58. 59*).*
Mutata vel epitomata exhibentur Grimoaldi cap. 1 *(praemisso tamen genuino contextu).* 2. 4 *(Conc. tit.* 26*), item Liutprandi cap.* 124 *(Conc. tit.* 10*).*

III.

LIBER LEGIS LANGOBARDORUM PAPIENSIS DICTUS

EDENTE ALFREDO BORETIO I. U. D.

LEX[a] A LONGOBARDORUM ET FRANCORUM REGIBUS EDITA.

In[b, c] nomine Domini[c] incipit edictum, quod renovavi cum primatibus meis iudicibus ego in Dei nomine Rotharis[d] rex[e] vir excellentissimus, septimusdecimus[f] rex gentis Longobardorum[g], anno Deo propiciante regni mei octavo aetatisque trigesimo octavo, indictione secunda, et post adventum in provinciam Italiae Longobardorum, ex quo, Albuin[h] tunc temporis rege, procedente[i] divina potencia adiuti[k] sunt, anno septuagesimo sexto feliciter. Datum Ticini in palatio.

Quanta pro subiectorum nostrorum commodo nostrae fuit sollicitudinis cura vel[l] est, subter adnexus tenor declarat; precipue tam propter assiduas fatigaciones pauperum, quam etiam propter superfluas exacciones ab his qui minorem[m] virtutem habent, quos vim pati cognovimus. Et[n] ob hoc considerantes Dei misericordiam[o] necessarium esse prospeximus, presentem corrigere et componere legem, quae priores omnes renovet et emendet et quod deest addiciat et quod superfluum est abscidat; et[p] in unum[q] previdimus volumen[q] complectendam, quatenus liceat unicuique, salva lege et iusticia, quiete vivere et propter operacionem contra inimicos laborare seque suosque defendere fines.

Tamen, quamquam haec ita se habeant, utile prospeximus propter[r] futuri temporis memoriam[r], nomina regum antecessorum nostrorum, ex quo in gente nostra Longobardorum reges nominati ceperunt esse, memorari[s], in quantum per antiquos homines didicimus, et in hac membrana[t] annotari iussimus[u].

Fuit itaque[v] primus Agilmundus ex genere Gugingi. Secundus Lamisio. Tertius Leth. Quartus Childehoc[w], filius Leth[w]. Quintus Godehoc[x], filius Childehoc[y]. Sextus Claffo, filius Claffonis[z]. Septimus Tato, filius Claffonis[a]. Octavus Wacho, filius Unichis[b], nepos Tatonis. Nonus Walterius. Decimus Audoin ex genere Gausis. Undecimus Alboin, qui exercitum, ut supra[c], in Italiam adduxit. Duodecimus Cleph ex genere Beleos. Tertiusdecimus Autharis, filius Cleph. Quartusdecimus Agilulfus Turingus ex genere Anawald. Quintusdecimus Adalwald, filius Agilulfi. Sextusdecimus Arioald ex genere Caupus. Septimusdecimus ego in Dei nomine qui supra Rotharis[d] rex, filius Nandingi ex genere Arodus; Nandingus filius Nozonis, Nozo filius Alamundi, Alamundus filius Alaman, Alaman filius Elzonis, Elzo filius Weonis, Weo filius Frochonis, Frocho filius Fachonis, Facho filius Mammonis, Mammo filius Obthora.

Glossae: (salva lege et) iusticia] id est usu. 7. — *Undecimus Alboin]* in eius tempestate fuit Iustinianus. 5. 7. 8.

Praefatio expositoris: In exordio huius libri convenit requirenda esse tria: intentio, utilitas, et ad quam partem philosophie supponatur. Philosophia enim grece, latine sapientia dicitur. Philosophia vero in tribus partibus dividitur: ethica, loyca et phisica. Quod sic solvitur: ethica moralis, loyca sermocinalis, phisica naturalis. Sed liber iste ethicae supponitur, quia

a) *inscriptio e solo codice* 6; Incipit liber huius edicti 3; *a rell. codd. inscriptio omnino abest, nisi quod in cod.* 7 *recentiori manu verba praefixa inveniuntur:* In nomini domini nostri Iesu Christi *et praeterea:* gambara á. *Cfr. libri* Origo gentis Langobardorum *dicti et a Bluhmio editi caput* 1. b) *prologum e codd.* 1. 2. 4—8. *sistimus.* c) In n. D. *om.* 2. d) Rothar 1. 4. e) *deest* 2. f) et sept. 2. g) „Longobardi" *huius populi nomen scribitur in codicibus libri legis fere omnibus; in solo cod.* 5 *(Florent.) saepius* „Langobardi" *lectio occurrit.* h) ab alboin 2; alboin 4. i) precedente 2. k) aditi 2; adiuncti 4. l) et 4. m) maiorem 4. n) Et *om.* 2. 4. o) omnipotentis gratiam 4. p) et *om.* 2. 4. q) uno p. volumine 2. 4. r) pro f. t. memoria 5. 7. 8. s) *deest* 2. t) hoc membrano 2. 4. u) *in cod.* 2 *omnino desunt regum nomina quae sequuntur; in cod.* 5 *hoc loco inseruntur versus hexametri sex p.* 291 *exhibiti.* v) *verbum in marg. suppletur* 5. w) gildech, *om.* f. L., 4. x) cunichis 5. y) gildehoc 4. z) de hoc 4; cunichis 5. a) et unichis filius tatonis *add.* 4. b) *sic* 4; supradicti cunichis 5; nichis 1. 6—8. c) dictum est *add.* 1. 7. 8. d) *sic* 6. 7; rothar *rell.*

loquitur de hominum moribus. — Duas convenit huius libri intentiones requirere: libri et legis. Intentio legis[e] est „facere homines bonos, non solum[f] metu penarum, sed etiam exhortatione premiorum.“[1] Intentio libri[g] est tractare de maleficiis et de contractibus et de successionibus. — ..... hutilitas[h] sibi in..... Idonei in sapientia degunt[h], ut firmiter delicta privatorum agnoscant. „Lex est commune preceptum, virorum prudentium consultum[i], delictorum quae sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio[k], communis reipublicae sponsio“[2]. „Lex est quod populus Romanus senatorio[l] constituebat magistratu[m] interrogante, veluti consule[n, 3]“. Herronici, qui in vita microcosmi[o] degunt, „non ab antiquis fabulis sanctiones sed ab imperiali splendore discant“[4]. „Benignius leges interpretande sunt, ut voluntas earum adimpleatur“[5].

Est[p] error spretus, quo Longobarda iuventus
Errabat. Verum loquitur nunc pagina sensum
Edicti, rectis quod strinxit rethor[q] habenis
Walcausus[r] meritus[s], quem laudat scriba disertus.
Nostrorum regum sunt hinc exordia legum.

Rothar[t] iura dedit, quae lector prima videbit.

1. Si[a] quis hominum[b] contra animam regis cogitaverit aut[c] consiliatus[d] fuerit[d], animae suae incurrat periculum, et res eius infiscentur[e,*].

* *aut qualiter regi placuerit componat* per legem istius *(Roth.* 9.*)* Si quis qualem. 7. 8.

Glossae: Si quis] „huius memoria sit dampnalis, desinit suum heredem habere, et ex quo quis tale crimen commiserit nec alienare nec manumittere potest“, ut legitur in nono libro codicis[6], „nec debitor iure ei solvit“ secundum quosdam 5. 7. 8. — *cogitaverit]* scilicet per se. 1. 3. 4. 7. — *consiliatus fuerit]* scilicet cum aliis. 1. 3. 7. — consilium est aliquid faciendi vel non faciendi vere excogitata ratio. 1. 5—8. — *infiscentur]* id est publicentur. 4.

Expositio: Ex hoc quod hec lex dicit „cogitaverit“, queritur, quomodo illius cogitatio cognoscatur, cum hominum cogitationes solus Deus discernit? Quod sic solvitur: cognoscitur per indicia; veluti si quis in camera regis post hostium, habens sub cappa ensem nudum, repperitur, vel cum cultello in manica, vel si regis pincerna, cum ei[f] est propinatus, venenum temperare videtur, vel si ipse scelerator manifestavit conscientiam suam cuique et per his similia. Consilium vero pluribus dinoscitur modis, veluti per semet ipsos vel per alios, qui eorum consilio adiverunt. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „res eius infiscentur“, dicebant antiqui iudices, hanc legem de liberis tantum loqui, cum servi res non habeant[7], ut lex Romana precipit, ubi dicit: „servus nichil sui iuris habet“[8]. Sed male dicebant: quia, si hec lex ideo non loquitur de servis, quia res non habeant, eadem ratione dici potest, quod non loquitur de illis liberis, qui res non habent, veluti de illis, qui, priusquam contra animam regis cogitassent, ex omnibus rebus suis aliis cartam fecerunt, vel de filiis qui sunt in patris potestate. — §. 3. Alia ratio, quod hec lex de servis loquatur: si hec lex ideo de servis non loquitur, quia res non habent, eadem ratione dici potest, quod Guidonis capitulum, quod est „De cartis etiam“[9] et cetera, non loquitur de carta libertatis, quia dicit: „ostensor cartae post rerum amissionem et guidrigild suum componat“. Quod non taliter est intelligendum. Licet enim illud capitulum specialiter se finiret in illis cartis, ex quibus falsis probatis ostensor post rerum amissionem guidrigild componere potest, tamen intelligendum est, quod de carta libertatis loquatur. Illud enim capitulum de his omnibus cartis generaliter incipit. Eodem modo intelligendum est, quod hec lex loquatur de servis: quia, licet specialiter se finiret in omnibus res habentibus, tamen intelligendum est, quod de servis loquatur, quia generaliter incipit. Quod per litteram videri potest: nam „si quis“ tam bene dicitur de servo quam de libero, et servus tam bene „cogitare“ et „consiliari“, etiam „mori“ quemadmodum liber potest. Illud idem de muliere dicitur. — §. 4. Si quis contra animam regis cogitaverit et, antequam inde interpelletur, mortuus fuerit, queritur, quis res eius[g] habere debeat, sive rex sive filii? Dicitur, quod hec lex nichil inde dicat, eundum est igitur iuxta Romanam legem, que omnium est generalis. Legitur enim in nono[h] libro Codicis in lege, que est „Meminisse oportebit“[10], quod, si quis cogitaverit contra animam regis, sive appellatio facta fuerit antequam moriatur, sive non, quod omnes res suae ad partem publicam deveniant, et in filiis alia vindicta non detur. Quod a quibusdam confirmatur divine pagine auctoritate, que dicit: „filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filii“[11]. Sed d'Tω[12], lege Romana pretermissa, iuxta hanc legem satis docet esse diffiniendum: in hoc enim, quod dicit: „et res eius infiscentur“, debemus intelligere, quod ipso iure infiscentur, licet inde non sit facta appellatio, cum pro ipsa appellatione res eius non dicantur infiscari, sed quia contra animam regis cogitavit. — §. 5. Item queritur: si quis contra animam regis cogitaverit et, antequam inde appellatio fiat, si de rebus suis aliquid vendiderit vel alio modo alienaverit, vel si quemlibet de familia sua liberaverit,

e) libri *cod.* f) tantum *add. c.* g) legis *c.* h) Idonei in sapientia hutilitas sibi indegunt *c., quae verba et mutila et malo ordine posita videntur.* i) consulta *c.* k) cohertio *c.* l) senatore *c.* m) magistratus *c.* n) consules *c.* o) micocrosmi *c.* p) *versus hexametros exhibent codd.* 1. 5. 7. 8. q) rothar 1. r) Widolinus 5. s) moritus 1. t) *versus iste etiam in cod.* 4 *additur rec. man.*

Cap. 1. *e codd.* 1—8. a) *in cod.* 5 *huic capiti praefigitur inscriptio:* In Christi nomine incipit aedictum Langobardorum quod renovavit Rothar vir excellentissimus rex gentis Langobardorum cum primatu iudicum suorum. b) *deest* 2—4. c) vel 7. 8. d) consiliaverit 3. e) in fisco socientur 6—8. f) eo *c.* g) eis *c.* h) uno *cod.*

1) L. 1. §. 1. Dig. iustit. et iure (I, 1). 2) L. 1. Dig. legibus (I, 3). 3) §. 4. Inst. iure natur. (I, 2). 4) Const. Imperatoriam §. 3. 5) L. 18. Dig. legibus (I, 3). 6) L. 6. C. leg. Iul. maiest. (IX, 8). 7) Cfr. expos. §. 12. ad Wid. 6. 8) §. 3. Inst. per quas personas (II, 9) spectata videtur. 9) Wido 6. 10) L. 6. C. leg. Iul. maiest. (IX, 8). 11) Ezechiel 18, 20. 12) Quae sigla, quomodo solvenda sint, non satis mihi constat; forte tamen coniectura: *dominus Wilihelmus* placet conferenti expositionis §. 1. ad Roth. 7. et §. ultim. sub fine ad Roth. 253.

vel si ei debitum solutum fuerit, utrum ita manere debeat vel non? Dicitur, quod hec lex nichil inde dicat, sed iuxta Romanam legem asseritur diffiniri. Legitur enim in nono[i] libro Codicis in lege que est: „Si quis contra imperatoriam maiestatem cogitaverit vel consiliatus fuerit“[10], quod postea non possit aliquid de rebus suis alienare nec familiam suam liberam facere, nec alius ei debitum solvere. Et si solutum fuerit, qui solvit de indebito[k] soluto agere potest iuxta legem tertii libri Institutionum quae est in titulo qui dicit „Quibus modis re contrahitur obligatio“, in hoc quod ipsa lex dicit: „is quoque, qui non debitum accepit ab eo qui per herrorem solvit, re obligatur“[13]; et postea vel antea si appellatus fuerit, regi debitum solvat.

2. Si quis cum rege de morte alterius fuerit[a] consiliatus[a] aut hominem per ipsius iussionem occiderit, in nullo sit culpabilis; nec ille nec heredes eius quoquo[b] tempore ab illo aut ab[c] heredibus ipsius requisitionem aut molestiam paciantur: quia, postquam „corda[14] regum in manu Dei“ esse credimus, non est possibile, ut* homo possit idoneare[d.]** quem rex occidere iusserit.

* *aliquis* 7. 8 *et in marg.* 4. 5. ** *illum* 7. 8.

Glossae: nec heredes eius] Hic datur intelligi, quod penalis actio transit in heredes et competit heredibus[f]. 4—8. — *idoneare]* id est purificare vel defendere. 1. 4.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu consiliatus es de morte sua, aut occidisti patrem suum. — De torto me appellas. —

Si[h] dixerit, quod consiliatus esset cum rege aut occidisset per iussionem regis, aut approbet aut emendet secundum quosdam; sed secundum quosdam aliter est: nam iurare debet. Sed melius est secundum a.[15], ut dicat, quod non consiliatus sum, neque occidi quod per legem emendare debeam. — Per usum postea det wadia, si se recordatus fuerit, quod emendabit; si non, purificabit se cum suis sacramentalibus.

Expositio: Petre, hoc Martinus[i] ait, quod fueris consiliatus in morte sua. — Si responderit: vere consiliatus fui, det regem auctorem, vel illos qui ad ipsum consilium fuerunt, et sit absolutus. Quod si facere non potuerit et probatum[k] fuerit, componat solidos 20 per subsequentem[16] legem que est „Si homo liber in alterius morte consiliatus fuerit.“

§. 2. Petre, hoc Martinus dicit, quod tu interfecisti patrem suum. — Si ipse dixerit: vere interfeci[l] sed per iussionem regis, det regem auctorem vel alios qui iussionem audierunt, et sit absolutus. — Et si appellator dixerit: licet per preceptum regis interfecisses, tamen emendare michi debes, quia ego probabo, patrem meum non dignum fuisse morte, respondeat: male dicis, quia hec lex ait: „postquam corda regum in manu Dei credimus esse, non est possibile, ut homo possit idoneare illum, quem rex occidere iussit.“

§. 3. Erant quidam, quibus grave videbatur, regem auctorem dare, et ideo harum duarum appellationum responsiones hoc modo variabant: „vere interfeci, sed per legem emendare non debeo“, et sic concedebant eis iurare, et absoluti erant. Sed non eque faciebant, quia, si sic concederetur[m], multi per timorem compositionis se periurarent; quapropter rectius apparet, ut appellationum responsiones fiant, sicut superius: ut ipsi cogantur dicere, quare per legem emendare non debeant. — §. 4. Quod vero „ab illo“ dicit, intelligere debemus quando solummodo contra eum consiliatus fuerit; in hoc vero quod dicit „ab heredibus“, intelligere debemus quando eum interfecit. Quod ait „nec ille nec heredes eius“, dicebant antiqui causidici[n] intelligendum esse, si non esset per iussionem regis, quod ipse et heredes eius tenerentur, quia iam rumperetur lex[o] Romana, in[o] hoc quod dicit[17]: penalis actio non transit in heredes nisi lis contestata fuerit. Sed hic intellectus non est hic habendus, quia non alia de causa dicit: „nec ille nec heredes eius“ nisi causa tollendi litigium, velud in lege[18] que est: „Si quis de arbore signata“ et cetera; cum enim dicit: „tollat mel et amplius culpa non requiratur“, non ideo dixit, quod per legem amplius aliquid possit requiri, sed tantum causa tollendi litigium.

3. Si quis foris[a] provinciam fugere temptaverit, mortis incurrat periculum, et res eius infiscentur[b.]*.

* *aut qualiter regi placuerit, componat* per eandem *(Roth. 9)* 7. 8.

Glossa: provinciam] id est extra regnum Longobardorum, et similiter in duabus legibus sequentibus est intelligendum. 1.

Expositio: Queritur, quid sit provincia? Dicunt quidam, unum totum regnum unam esse provinciam, hoc affirmando per legem istius regis, que est: „Si quis homo liber cum fara sua voluit aliquo migrare, potestatem habeat, intra dominium regni nostri migrare, ubi voluerit“[19], quia in hoc quod hec lex dicit „potestatem habeat“ et cetera, dat intelligere, quod extra dominium non audeat migrare, per quod dat intelligere, quod regnum dicatur una provincia. Sed male dicebant, et per hanc eandem legem reprehendi possunt: ex hoc enim, quod hec lex dicit: „sic tamen si ei licentia fuerit data a rege“, ostendit, quod non solum infra dominium regni, sed etiam extra ire potest, si ei licentia fuerit concessa. — Alii sunt, qui accipiunt provinciam sicut in gestis Langobardorum legitur[20], in quibus dicitur esse unam provinciam

i) uno *c.* k) inde debito *c.*

Cap. 2. *e codd.* 1—8. a) consiliaverit 1 *et pr. man.* 4. b) quocumque 7. 8. c) ab *om.* 7. 8. d) *sic* 2. 5. 6; idoniare 7. 8; edoniare 4; edionare 1. e) occidi 7. 8. f) Alii aliter sentiunt *add.* 3. 5. 6; secundum asellos *add.* 7. g) *placiti forma e codd.* 7. 8. 10. h) *quae sequuntur e cod.* 7. 8. i) *sic cod. plenis litteris.* k) non *add. c.* l) interfecisti *c.* m) concedentur *c.* n) causadici *c.* o) *ita correxi*; lex. Ƴ. In *codex, cuius scriptor litteram* r. (Romana) *pro signo, quo paragraphi distinguuntur, haud dubie habuit.*

Cap. 3. *e codd.* 1—8. a) foras 1. 7. 8. b) in fisco socientur 6—8.

13) §. 1. Inst. tit. cit. (III, 14). 14) Proverb. 21, 1. 15) antiquos. 16) Roth. 10. 17) §. 1. Inst. perpet. et temp. actt. (IV, 12). 18) Roth. 319. 19) Roth. 177. 20) Pauli diaconi de gestis Langobardorum libri II. capp. 14 et 15 auctor noster spectare videtur, etiamsi Paulus in describendis provinciis ab hoc

illud quod est a Pado usque ad Ticinum, et illud quod est a Ticino usque Addam aliam, et ad Addam usque ad mare tertiam. Sed male dicebant. Nichil enim rationis esset, si aliquis transiret Padum, quod ideo deberet mori et omnem suam substantiam amittere. — Et alii dicebant, unum comitatum esse unam provinciam secundum legem Romanam, que dicit in Novellis, comitatum esse provinciam, in hoc quod dicit „Preses provincie"[21]. Sed male dicebant, quia nichil rationis esset, si aliquis fugerit de uno comitatu in alium, quod ideo deberet mori et omnem substantiam suam amittere. Sed Guilielmus, quod melius est, dicit Longobardiam esse unam provinciam, Tusciam aliam, et alia huiusmodi, hoc confirmando per legem Rachis que est: „Si quis iudex aut quicumque homo missum"[22] et cetera, in hoc quod inferius dicit „anime sue incurrat periculum et res eius infiscentur", sicuti hec lex dicit, que est „Si quis foras provinciam" et cetera.

4. Si quis inimicos * intra provinciam invitaverit aut introduxerit, animae suae incurrat periculum, et res eius infiscentur[a] **.

* *regis* 7. 8. *et alii in marg.* ** *aut qualiter regi placuerit componat.* 7. 8. *et rec. man.* 4.

Glossae: Si quis] Hec lex generaliter loquitur de servis et de liberis. 1. obiit per kap. (45) Karoli De illis hominibus secundum quosdam. 4. 6—8.

Expositio: Si quis inimicos: subaudis regis. In hoc quod hec lex dicit „invitaverit aut introduxerit", intelligendum est per se aut per suum nuntium.

5. Si quis scamaras intra provinciam celaverit aut annonam dederit, animae suae incurrat periculum *, aut certe componat regi[a] solidos 900 **.

* *et res eius in fisco socientur* per kap. (45) Karoli De illis hominibus 7. 8 *et in marg.* 5. 6.

** *aut qualiter regi placuerit componat.* 7. 8.

Glossae: scamaras] id est spias. 3. id est spiones. 4. id est exploratores. 1. — *aut certe]* in illius electione est: si habet, non moriatur; si non autem, quod moriatur. 1. Hic est electio reorum, aut mortis aut solidorum 900. 4. 5. 7. 8. In servis[23] convictis est regi, non domino secundum quosdam. 5. 7. 8.

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „celaverit aut annonam dederit", intelligendum est per se aut per suumn untium. — §. 2. Item in hoc quod dicit: „animae suae incurrat periculum aut componat regi solidos nongentos", dicebant quidam ex antiquis iudicibus, esse in electione rei vel mori vel nongentos solidos dare, alii in regis electione. Sed in nullius electione est ponendum; quia, si reus solidos nongentos habuerit, dabit, sin autem, morietur. Et quod in nullius electione sit ponendum, per istius legem confirmatur quae incipit[24]: „De aliis vero causis unde liberi et servi aliorum hominum nongentos solidos fiunt culpabiles": quia in hoc quod dicit „nongentos solidos fiunt culpabiles", ostendit, si habeant, quod dare debent. — §. 3. Notandum est, quod hec lex in hoc quod dicit „aut componat regi solidos nongentos" de servis rupta est a lege Grimoaldi quę est: „Si[23] servus talem culpam fecerit" et cetera, in hoc quod dicit: „nichil aliud componat dominus eius, nisi persona tradatur ad occidendum, et componat pro illicita causa quam servus eius perpetravit solidos 60." Ex eodem modo omnes aliae leges quae faciunt compositionem solidorum nongentorum non ponentes differentiam, si liber sit sive servus, ruptae sunt de servis ab hac eadem lege Grimoaldi quae est: „Si[23] servus talem culpam fecerit" et cetera. — §. 4. Dicunt etiam alii, quod hec lex rupta est de servis regis a lege istius quae incipit[24]: „De aliis vero causis" in hoc quod dixit: „si servus regis fecerit, animae suae incurrat periculum et nongenti solidi non requirantur ad curtem regis." Sed male dicebant; quia nos non debemus intelligere, quod hec lex[b] loquatur de servis regis quae est: „Si quis scamaras" et cetera, cum rex iste inter se non corrumpat. Et hoc, scilicet quod non debeat se interrumpere, in prologo[25] suo videri potest qui est: „Presentem vero dispositionem nostri edicti" et cetera, propter hoc quod inferius dicit: „ut sit hec lex firma et stabilis, quatinus et nostris felicissimis et futuris temporibus" et cetera. Et alia causa est, quare non se interrumpat, quia Rothari rex se inantea[26] respexit. — §. 5. Item in hoc quod hec lex dicit: „animae suae incurrat periculum", et non dicit, quid de rebus suis post mortem eius fieri debeat, dicebant antiqui iudices, quod ad fiscum debeant pervenire iuxta capitulum Caroli quod est: „De[27] illis hominibus qui propter illorum culpas ad mortem sunt iudicati", et cetera. Quod, cum ad „De illis hominibus" et cetera venimus, Deo volente liquide discutiamus[28]; et illa ratio, que ibi ex hac lege fuerit confirmata, eadem in omnibus est observanda, que hominem ad mortem iudicant et de rebus eius, quid fieri debeat, non determinant.

6. Si quis foris in exercitu seditionem levaverit contra ducem[a] suum, aut contra eum qui ordinatus est a rege ad exercitum gubernandum, aut aliquam partem exercitus seduxerit, animae[b] suae[b] incurrat periculum *.

* *et res eius in fisco socientur, aut qualiter regi placuerit componat.* 7. 8.

Glossa: De autoribus tantum coniuracionis intelle-

Cap. 4. *e codd.* 1—8. a) in fisco socientur 6—8.
Cap. 5. *e codd.* 1—8. a) *deest* 5. 6. b) non *add. c.*
Cap. 6. *e codd.* 1—8. a) iudicem 4. b) sanguinis sui 1. 2.

nostro loco paululum differt: alteram enim Venetiam ab Addua usque ad mare porrectam, alteram Liguriam ab Addua ad Padum usque et usque ad Gallos vergentem nominat Paulus, ut provincia Liguria a Paulo dicta in duas provincias a glossatore dividatur. — Tres autem provincias hoc expositionis loco indicatas eadem ratione discernit Hludowicus II. in constitutione de exerc. Beneventum promovendo cap. 3 (Leges I, 504). 21) Verba citata ad Iul. nov. XV, 7. XXI, 4. 6. referenda videntur; sensu tamen huius loci respecto novellam potius XX. glossatorem spectasse existimo. 22) Rachis 5. 23) Cfr. Grim. 3. 24) Roth. 372. 25) Roth. 387. 26) ad legem scilicet 372. 27) Karol. M. 45. 28) Cfr. expos. §. 8 ad dictum Karoli cap.

gendum est; sequaces enim non morte afficiendi sunt per sequentem legem [29] „sic alter alterum flagitare debet et eorum nares adscindi.“ — Si queritur, utrum res eius fisco sint addicendae, an ad heredem transmittendae, fisco igitur videntur addicendae per quoddam kapitulum incipientem sic „De illis hominibus“ [30]; ibi enim legitur: „omnes res secundum iudicium Francorum puplico devolvantur.“ Set intellegenti non rumpitur: tunc enim secundum iudicium Francorum devolvuntur, cum lex iubet, ut ad fiscum devolvantur; si enim aliter iudicaret, non est iudicium. Quociens enim igitur addit, ut res eius infiscentur, confiscandae sunt; quociens vero non addit, confiscandae non sunt, sed ad heredes volvendae [31]. *rec. man.* 4.

7. Si quis contra inimicos pugnando collegam suum dimiserit aut astalim fecerit, id est si eum deceperit et cum eo non laboraverit, animae suae incurrat periculum*.

* *et res eius in fisco socientur.* 7. 8 *et rec. man.* 4.

Petre[a], *te appellat Martinus, quod eras suus socius pro officio publico et dimisisti eum, quando pugnabat contra suum inimicum. — De torto. — Aut eum decepisti, et cum eo non laborasti. — De torto. — Secundum quosdam haec fit actio*[b].

Expositio: Dicebant antiqui iudices, quod si quis esset electus ad societatem, sicut in tertio libro Institutionum legitur in titulo „De societate“ — legitur enim ibi [32]: „qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit“ — et si quislibet eius inimicus eum adsalierit, et alter alium dimiserit aut astalim fecerit, item si alter eorum videns inimicum suum venientem socio dixerit: „ope et auxilio tuo eum adsalire volo“, si ipse suum auxilium promiserit et postea eum pugnantem dimiserit: quod morte dignum esse. Quod dominus etiam Guilelmus affirmavit. — §. 2. Hic talis oritur questio: si duo socii simul fuerint, et alter illorum absque alterius consilio inimicum suum assalierit, et socius eum non adiuvaverit: utrum sit moriturus vel non? Ad quod Guilelmus respondit, eum non debere mori. Lex enim ista non alium mori iubet, nisi illum qui socium dimittit, quando eum adsalit, vel qui socio astalim facit. — §. 3. Ugo vero, ab antiquis dissentiens, hanc legem de inimicis regis tantum loqui asserit, et non de privatorum inimicis, ut antiqui dicebant; et ideo, quocumque modo se associaverit, si alter alterum dimiserit contra inimicum regis pugnantem, sive a regis inimico assalitus fuerit, sive ipse assalierit, sive socio astalim fecerit, mori debere, hanc dando rationem: de privatorum inimicis, si[c] hanc legem loqui intelligeremus et hec lex illum mori faciat, qui socium contra inimicum pugnantem dimittit, nulla ratio esset; cum, etiam si socius socium contra inimicum pugnantem dimittit, mori non iubetur; et quod hec lex de inimicis tantum regis loquatur, ex hoc etiam affirmat, quod omnes supradictae leges preter „Si quis cum rege“ et cetera [33] huc usque locutae sunt de regalibus causis.

8. Si quis in concilio vel in quolibet conventu scandalum commiserit, 900 solidos sit culpabilis regi*.

* *excepto ut dicturi sumus* [34]. 7. 8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si quis] De servo et aldio ut Grimoaldi (3.) „Si servus.“ — vacua per (Ludov. P. 53.) „Omnis ordo“. Emendatur per capitulum Karoli (101.): „Si quis in emunitate“, secundum quosdam. 5. — *scandalum]* grece, latine dicitur offendiculum. 3.

Martine[a], *te appellat Petrus, qui est advocatus de parte publica, quod tu commisisti scandalum in tali consilio aut in tali conventu. — Non*[b] *placeat Deo*[b].

9. Si quis qualemcumque hominem* ad regem accusaverit, quod animae[a] suae pertineat periculum[b], liceat ei qui accusatus fuerit cum sacramento** satisfacere et se idoneare. Et si talis causa emerserit, et adest homo in presenti, qui crimen mittit, liceat ei per camphionem id[c] est per pugnam[c] crimen ipsum desuper se, si potuerit, eicere. Et si ei[d] probatum fuerit, aut de anima sua[e], aut qualiter[f] regi placuerit componat. Et si[g] probare non potuerit, et cognoscitur dolose accusasse, tunc ipse qui accusavit et probare non potuit***, widrigild suum componat, medietatem regi et medietatem cui crimen iniectum fuerit****.

* *de causa regis* 7. 8 *et in marg.* 4. 5. ** *XII.* [35] 7. 8 *et in marg.* 5. *** *tradatur in manus eius cum rebus suis, et ipse faciat de eo quod voluerit* [36]. 7. 8. **** *Hoc primum sapias secundum quosdam*[h], *quoniam in omnibus appellationibus, quae sunt in edicto, debet interrogari appellator, si potest probare; et si non potuerit probare, det wadia qui appellatus est, si se recordatus fuerit, quod emendet, sin autem, iuret*[i]; *exceptis illis appellationibus unde leges infra se precipiunt hominem iurare, per edictum quidem: sed per kapitulare fit probacio et esse potest de omnibus, ubi testes per iudicium producendi sunt*[k]. 7. 8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si quis qualemc.] haec vacua est; dicitur enim in Rachis (c. 6.): fiad datum cum rebus suis in manu et faciad de eo quod voluerit. 3. — *Si quis]* exceptis [37] servis libertinis familiaribus, nisi in crimine maiestatis, nam hii nequeunt accusare dominum. 5. 7. 8.

Petre[l], *hoc dicit domnus noster imperator aut Paulus advocatus de parte publica, quod tu consiliatus es aut cogitasti contra animam suam aut contra animam regis, aut ausus fuisti fugere foras provinciam, aut inimicos regis intra provinciam invitasti vel introduxisti, aut spiam regis intra provinciam celasti aut annonam dedisti, aut levasti*

Cap. 7. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7. 8. 10. b) appellatio 7. c) si *om. cod.*
Cap. 8. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7. 8. 10. b) R. non 10.
Cap. 9. *e codd.* 1—8. a) ad animae 1. 2. 4. b) ad peric. 7. 8. c) id est p. p. *om.* 6—8. d) ei *om.* 1. 5. 7. 8. e) *deest* 6. f) quomodo 5. 6. g) ei *add.* 1. 7. 8. h) valentes *add.* 4. i) secundum qualitatem causae *add.* 4. k) per kap. (15.) Lodoici „Si quis cum altero“ *add.* 4. l) *huius placiti forma e codd.* 7. 8. 10.

29) Loth. 67. 30) Karol. M. 45. 31) Cfr. expos. §. 5. Roth. 4 et expos. §. 8 ad Karol. M. 45. 32) §. 5. I. societ. (III, 25). 33) Roth. 3. 34) in legibus scilicet quae in glossis dicuntur. 35) Cfr. Roth. 359. 36) Rach. 6. 37) L. 20. 21. Cod. Qui accusare (IX, 1).

seditionem foris in exercitu contra tuum ducem aut contra eum qui erat ad exercitum gubernandum ordinatus a rege. — Non feci. —

Si[m] *accusator non est in presentia, per sacramentum cum suis, secundum quosdam, sacramentalibus se purificet; et si est in presentia, per pugnam se defendat; sic tamen — dum iurat — ut advocatus non iuret ante*[38]. *Per usum. Sed secundum valentes solus iuret.*

In margine cod. 5.7.8 *talia adscripta inveniuntur, quibus adumbrantur verba e codd.* 7.8 *modo exhibita:* „ut advocatus non iuret ante."

Appellatorum, secundum quosdam,

alii sunt qui nunquam ante iurant	alii qui semper ante iurant
ut advocati publici in lite finienda solummodo sacramento.	ut advocatus publicus in bello. ut advocatus privatus. ut ceteri omnes preter positos in adversa figura.

Expositio: Hec lex dicitur esse diffinitio omnium supra dictarum, que de regalibus causis locuntur; quia, si appellatus negaverit illud quod ei inponitur, iuxta hanc legem se debet defendere.

§. 2. Petre, hoc dicit Martinus, partis publicae advocatus, quod tu cogitavisti vel tu consiliatus fuisti contra animam regis vel foras provinciam fugere temptasti, vel regis inimicos intra provinciam invitasti aut introduxisti per te aut per tuum nuntium, aut celasti scamaras regis intra provinciam, aut annonam eis dedisti, aut levasti seditionem contra ducem tuum aut contra eum qui ordinatus erat a rege ad exercitum gubernandum, vel quod tu dimisisti socium tuum contra inimicum regis pugnantem aut astalim fecisti.

§. 3. He omnes appellationes secundum Ugonem ab advocato regis fieri debent. Secundum vero Guilelmum he posteriores appellationes, que sunt: „tu dimisisti socium tuum aut astalim fecisti", non fient iuxta hanc legem, scilicet „Si quis qualemcumque" et cetera, sed fient iuxta „Si quis contra inimicum"[39] et cetera, etsi negaverit non dimisisse.

10. Si[a] quis liber homo[a] in morte alterius consiliatus fuerit*, et ex ipso consilio mortuus non fuerit, tunc ipse consiliator componat solidos viginti.

* *scilicet cum servo aut cum femina*[40]. 7.8.

Glossae: Recordare: Si servus consiliaverit in morte de libero, dominus eius nihil componat. Si liber homo consiliaverit in morte de servo, similiter nihil componat. 3. — *alterius]* scil. liberi, quia si servus de morte liberi vel de morte servi vel liber de morte servi consiliatus fuerit, nichil debet. 4.5.7.8.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod tu consiliatus es de anima sua. — De torto. —*

Expositio: Per „alterius" liberum intelligere debemus[c]. Nam si de libero et servo intelligamus, dabimus magis privilegium servo quam libero: quia, si liber consiliatus esset in morte servi, 20 solidos per hanc legem componeret, si vero consiliatus esset servus in morte liberi, per hanc legem vel per alteram nichil ei componeret. Item idem videri potest per legem istius regis quae est „Si[41] homo liber aut mulier venenum temperaverit", quia in hoc quod dicit: „componat solidos 20 sicut et ille qui de morte alterius consiliatus fuerit", dicunt quidam, quod „alterius" eodem modo hic accipitur pro libero. Hic obici potest hoc modo: si „alterius" ponitur hic pro libero tantum, tunc sequens lex[42] que est: „Si homines liberi" et cetera superflua est; sed non est: quia ibi complures liberi consiliabantur in morte alterius liberi, hic vero intelligendum, quod unus liber cum servo suo vel servus cum libero consiliaretur.

11. Si homines liberi inter se de morte alterius consiliati fuerint sine regis consilio, et ex ipso tractatu[a] mortuus non fuerit, componat unusquisque, ut supra, solidos 20; et si ex ipso consilio mortuus fuerit, tunc ille qui homicida est componat ipsum mortuum, sicut appreciatus fuerit, id est widrigild[b]. *.

* *Unusquisque qui homicida est omnem substantiam suam amittat, si temerarius fuit; si enim deffensor, widrigild componat*[43]. 7.8 *et similiter alii codd. in marg.*

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „componat ipsum mortuum sicut appretiatus fuerit, id est widrigild suum", et non ponit differentiam, sive se defendendo sive super alium ambulando occidisset, rupta est et affirmata a lege Liuprandi que est: „Si[43] quis liber homo se defendendo": [rupta[c], in hoc quod praecipit,] si super eum ambulando, quod omnem substantiam suam amittat; affirmata, si se defendendo interfecit. Sed dici potest, quod non rumpatur, immo sit addicio.

12. Si duo aut tres homines seu amplius liberi[a]. * homicidium perpetraverint** et voluerint se adunare, ut[b] in unum componant sicut appreciatus fuerit, sit[c] eis adunandi licentia***. Et si aliquis de[d] ipsis se subtraxerit et non potuerit se purificare, sicut lex habet, quod nec plagam nec feritam in ipso homine qui occisus est fecisset, tunc sit culpabilis sicut et alii[e] qui eum composuerunt[e]. Et si se purificaverit****, sit exsolutus[f] de[g] pena[h] homicidii; si tamen in consilio fuerit, componat, ut supra, solidos 20, aut[i] de ipso consilio se purificet****, si potuerit.

* *se deffendendo*[43]. 7.8. ** *non in absconso, non furtive*[44]. 7.8 *et in marg.* 4.5. *** *Et si sponte fecerint, perdant omnem substantiam suam*[43]. 7.8. **** *cum duodecim*[45]. 7.8.

m) *quae iam sequuntur adsunt in codd.* 7.8.

Cap. 10. *e codd.* 1—8. a) Si homo liber 7.8. b) *e codd.* 7.8.10. c) *verbum supplevi.*

Cap. 11. *e codd.* 1—8. a) consilio 5.6. b) suum *add.* 8. c) *verba uncis inclusa desunt in codice.*

Cap. 12. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1. b) ut *om.* 1.7.8. c) et sit 1.7.8. d) ex 1.5.6. e) alius qui e. composuit 7.8. f) solutus 7.8; absolutus 6. g) a 1.7.8. h) culpa 2.5. i) certe *add.* 7.8.

38) Conf. form. ad Wid. 4. 39) Roth. 7. 40) Conf. Roth. 11. „Si homines liberi inter se". 41) Roth. 139. 42) Roth. 11. 43) Liutp. 20. 44) Roth. 14. 45) Roth. 359.

Petre[k], *te appellat Martinus, quod tu occidisti patrem suum. — De torto*[l]. — *Si manifestaverit, se occidisse, sed cum aliis, det wadia de emendatione, aut per se aut cum aliis.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu occidisti fratrem suum. — Feci, sed cum illo et illo; volo me adunare et simul componere. — Non te adunabis, quia ipsi michi composuerunt, et tu te subtraxisti. — Aut iuret, quod non se subtraxit, aut componat sicut alii; et si iuraverit, det suam partem.

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „sicut appretiatus fuerit", rupta est et affirmata ab eadem lege Liuprandi que est: „Si quis liber homo se defendendo" et cetera, ut superius[46] diximus ad presens. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „et non potuerit se purificare sicut lex habet", dicebant antiqui, quod respexerit ad antiquas leges; vel, ut alii dicunt, respexit ad usum, et ponebant legem pro usu; et alii, quod inantea[m] respexit ad legem que est: „Si[45] qualiscumque causa" et cetera; quod melius est.

§. 3. In hoc quod hec lex dicit: „sit culpabilis sicut alii qui eum composuerunt", dicebant antiqui, quod ille qui se subtrait non plus componet, quam unus illorum qui eum composuerunt. Sed male dicebant: quia in hoc quod hec lex dicit „sicut alii", debemus intelligere, quod hic solus tantum per se debet componere. quantum omnes alii communiter composuerunt, id est totum widrigild. Quod per aliud simile videri potest in lege istius que est „Si[47] plures homines in unum furtum" et cetera, quia ibi legitur: „si quis se ex ipsis diviserit, pro se tantum componat legibus, id est furtum ipsum sibi nonum." —

§. 4. Per has duas leges[48], id est: „Si homines liberi" et cetera et „Si duo aut tres" et cetera ponitur questio: si duo homines seu plures liberi in morte alterius liberi consiliati fuerint, et unus illorum tantum homicidium perpetraverit, quid componere deberet? Unde Wilielmo[n] Bonifilius[n] respondit: homicida widrigild componat, et consiliator unusquisque 20 solidos per hanc legem que est: „Si homines liberi inter se" et cetera. — Cui Wilielmus[o]: de homicida bene dicis, de consiliatoribus male; quia hec lex que dicit „Si homines liberi inter se" et cetera non consiliatores facit alio casu 20 solidos componere, nisi quando mortuus non est. Quod videre possumus in hoc quod dicit: „et si ex ipso consilio mortuus non fuerit." — Bonifilius[p]: male interpretaris; quia cum ipsa lex facit consiliatores in eo casu, quando mortuus non est, componere 20 solidos, multo melius, quando mortuus. — Wilielmus: non tibi credam per argumentum, nisi per legem specialiter ostendas. — Bonifilius legem dare nescivit. — Wilielmus: ego tibi per hanc legem que est: „Si duo aut tres" ostendam, componere debere, quando mortuus est, in hoc quod dicit: „si tamen in consilio fuerit, solidos 20." — Bonifilius: consiliatores per hanc legem non debent componere in hoc casu, quando unus est homicida tantum, sicut tu dicis; quia hec lex non facit consiliatores solidos 20 componere, nisi quando plures sunt homicide. — Wilielmus: tam bene hec lex loquitur de uno solo homicida, quemadmodum de pluribus; quia in hoc quod hec lex dicit in principio: „Si duo aut tres", et inferius dicit: „si aliquis ex ipsis se subtraxerit", tam bene respexit ad duos, quemadmodum ad tres. Et si ad duos respexit et unus se subtraxerit, non remanet nisi unus homicida. — Bonifilius: quodsi aliquis dicit: non ad duos, sed ad tres tantum respexit, seu amplius, quod videre possumus in hoc quod inferius dicit: „componat sicut alii qui eum composuerunt"? — Wilielmus: pluralis numerus pro singulari ponitur; cuius rei exemplum est capitulum Lotharii, quod est „De conspirationibus"[49] in hoc quod dicit: „auctores facti interficiantur"; eodem modo debemus intelligere, si solus fuerit, debere interfici. Quapropter unusquisque consiliator debet componere solidos 20, sive sit mortuus sive non, et sive[q] unus homicida sit sive plures.

13. Si quis dominum suum occiderit, ipse occidatur. Si[a] quis ipsum homicidam defensare[b] voluerit[b], qui dominum suum occiderit, sit culpabilis solidos 900, medietatem regi et medietatem parentibus mortui. Et qui ad[c] illius mortui iniuriam vindicandam denegaverit solacium, siquidem rogatus fuerit, unusquisque componat solidos 50, medietatem regi et medietatem cui solacium denegaverit.

Glossae: Si quis] scil. servus vel aldius vel libertus 4. De hoc tantum est reclamatio, non appellatio, quia non potest fieri placitum iudicii inter servum et dominum. 4. 5. 7. 8.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu voluisti aut unus servus tuus defensare Iohannem, qui fuit servus de suo patre, quem ipse habebat occisum. —*

Petre[e], *te appellat Martinus, quod tu aut servus tuus vetuisti sibi adiutorium ad vindicandam iniuriam de suo patre, quem Lupus*[f] *suus servus habebat occisum.*

Expositio: In hoc quod dicit lex „900 solidos componat" rupta est de servis a lege Grimoaldi „Si[50] servus" et cetera. — §. 2. Notandum, quod hic „Si quis" intelligendum tantum de servo et ancilla, aldio vel aldia, liberto vel liberta, cum et in Rothare aliquis alicuius respectu dominus non vocatur nisi horum; et quod horum respectu dominus dicitur, videri potest per legem istius quae est „Si[51] quis servo alieno aut ancille" et cetera. — §. 3. In hoc quod dicit haec lex: „siquidem rogatus", dicebant antiqui, quod, a quocumque rogatus fuerit, si non prestaret auxilium, quod deberet componere solidos 50. Sed male dicebant; quia talis debet esse rogator, cui iniuria ad vindicandum pertineat.

k) *e codd.* 7. 8. 10. l) me appellat *add.* 7. 8. m) *ita correxi,* ante *cod.* n) *ita correxi:* Wilielmus Bononius *c.* o) Vi. *cod., caeterum in huius capitis expositione litteris* Vil. *Wilielmi nomen indicatur.* p) Bō. *cod., similiter in sequentibus.* q) si *c.*

Cap. 13. *e codd.* 1—8. a) Et si 1. 2. 5. b) defensaverit 5. 6. c) *deest* 1. 4. d) *e codd.* 7. 8. e) *e codd.* 8. 10. f) *sic plenis litteris* 8; l. 10.

46) Expos. Roth. 11. 47) Roth. 263. 48) Roth. 11. 12. 49) Loth. 67. 50) Grim. 3. 51) Roth. 28.

14. Si[a] quis homicidium in absconso perpetraverit in barone libero servo vel ancilla, et unus fuerit aut duo tantum qui ipsum homicidium fecerint, componant 900 solidos. Si vero plures fuerint, si ingenuus*, qualiter in angargathungi[b] ipsum homicidium componant; si servus* aut libertus, componant ipsum[c] ut adpretiatus fuerit. Et si spolia de ipso mortuo tulerit, id est pludraub[d], componat solidos octuaginta**.

* *qui occiditur* 7.8. *et in marg.* 4. ** *Si quis unus vel duo liberi homicidium in absconso in barone libero perpetraverint, omnem substantiam suam amittant; si vero in servo vel ancilla, et unus fuerit aut duo tantum, qui ipsum homicidium fecerint, 900 solidos componant. Ita tamen, quod, si unus servus privati hominis fuerit, qui servum vel ancillam in absconso interfecerit, tradatur ad occidendum, et dominus eius pro illicita causa 60 solidos componat; si vero duo fuerint, det dominus illorum secundum hanc legem solidos 900. Quod si servi vel servus liberum hominem interfecerint in absconso cum voluntate domini sui, perdat dominus suus omnem substantiam. Si vero absque voluntate, purificet se dominus inde et componat ipsum mortuum et insuper ipsum[e] servum tradat in manus parentum defuncti[e]. Si vero servus regis hoc malum fecerit, componatur ex parte publica persona mortua, prout apreciata fuerit, et servus suspendatur supra fossam. Si vero plures duobus liberis fuerint, si ingenuus, qui occiditur, aut libertus fuerit, omnem substantiam suam amittant; si servus, qui occiditur, componant ipsum ut appreciatus fuerit. Si vero plures fuerint servi, si servus vel serva fuerit qui quaeve occiditur, componat ut appreciatus apreciataque fuerit, et si spolia de ipso mortuo quis tulerit, id est pluderap, componat in atagild.* 7.8. *et pro priori parte etiam in marg.* 4.

Glossae: Nota, quia hec lex aliquatenus corrumpitur a Liuprandi 19. (20) dicente: qui super alium ambulaverit et eum pro quacumque cosa occiderit, omnem substantiam suam perdat. 3. — *aut duo tantum]* Quia morth non fit a duobus inantea secundum Rotharem. 5.7.8. — *barone]* homine perfecte aetatis. 4. — *ut appreciatus fuerit]* secundum qualitatem personae. 4.5.7.8. — *Si quis unus vel duo]* per legem Liuprandi (20) Si quis liber homo. 8. — *si vero in servo]* per illam *(Roth.* 14*)* legem. 8. — *Ita tamen quod]* per legem Grimoaldi (3) Si servus talem. 4. 8. — *Quod si servi]* per legem Liuprandi (21) Si servus. 8. — *Si vero servus regis]* per legem istius *(Roth.* 371*)* Servus regis. 8. — *Si vero plures duobus]* quia secundus hic rex non fecit differentiam, an furtiva mors esset ab uno, an a duobus, an a pluribus, ut Rotharis. 8. — *si ingenuus]* per eandem legem Liutprandi. 8. — *et si spolia]* per legem Liuprandi (150) Si quis porcos. 8.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu occidisti patrem suum in absconso, aut Iohannem servum suum, aut Aldam suam ancillam.

Petre, te appellat Martinus, quod tuus servus occidit Iohannem patrem suum, aut Robertum suum servum aut Mariam suam ancillam in absconso. — De torto[g].

Expositio: Hanc legem antiqui dicebant omnino ruptam esse. Nam de libero occiso a libero, in hoc quod dicit: „componat solidos 900“, ruptam esse a lege Liuprandi dicebant, que est: „Si quis liber homo se defendendo“ et cetera[52], quia ibi legitur, si se defendendo occiderit, quod componat sicut Rotharis rex instituit, id est widrigild, et si supra alium adsalierit[h], omnem substantiam amittat, et non ponit differentiam, sive homicidium sit in absconso, sive non; et capitulo secundi Einrici quod est: „Quicumque venificio“ et cetera[53], in hoc quod dicit: „mortis sententiam incurrat omniumque suarum mobilium facultatem amittat“. De libero vero a servo occiso ruptam esse dicebant a lege Grimoaldi que est: „Si servus talem culpam fecerit unde 900 solidi iudicantur“[54], in hoc quod dicit: „nichil componat aliud dominus nisi 40 solidos et insuper tradat servum suum ad occidendum“. Et he utreque rupte sunt a lege Liuprandi que est: „Si servus voluntate domini sui“ et cetera[55], in hoc quod dicit: „si probatum fuerit, quod cum voluntate domini interfecisset, dominus res suas omnes amittat; si vero dominus se purgaverit, quod cum voluntate sua non fecisset, servum donet et ipsum mortuum componat sicut antea fuit consuetudo“. De servo occiso a liberis vel a servis dicebant ruptam esse a legibus[56] istius, que sunt: „Si quis servum alienum ministerialem probatum vel doctum occiderit, componat solidos 50“, et: „Si quis servum alienum massarium occiderit, componat solidos 20“, et ab aliis quam pluribus, que non ponunt differentiam, sive sit in absconso, sive non. — §. 2. Sed antiqui partim bene, partim male dicebant: nam de liberis occisis omnino bene, de servis autem male. Quod videri potest per legem istius que est: „Omnes vero regales cause“[57] et cetera, quia in hoc quod dicit: „excepto iniuria de libera, aut morth, quod est homicidium in absconso, aut aliae quae similes sunt, unde 900 solidi iudicantur, quas in suo constituimus permanere“, ostendit, hanc legem nondum ruptam esse a predictis legibus istius[56], que sunt: „Si quis servum alienum ministerialem“ et „Si quis servum alienum massarium“ et ab aliis huiusmodi, que[i] loquuntur de homicidio in absconso intelligere debemus[i]. Tamen in hoc quod dicit: „900 solidos componat“, in hac causa quando solus servus in absconso servum interfecit, rupta est a lege Grimoaldi quae est: „Si[54] servus talem culpam“, in hoc quod dicit: „nichil aliud componat dominus eius nisi sola persona tradatur ad occidendum“; in omnibus vero aliis causis de servis occisis in absconso bona est, veluti si unus liber vel duo liberi vel duo servi vel servus cum libero servum in absconso interfecerint. — §. 3. In hoc quod

Cap. 14. *e codd.* 1–8. a) De morth *cap. inscribitur in c.* 7.8. b) hac garathingi *vel similiter* 5–8. c) mortuum *add.* 5. d) pluderap 7.8. e) ipse servus tradatur a domino in parentum defuncti manus per legem Liutprandi (21) Si quis servus cum voluntate domini, *reliquis omissis*, 4. f) *e codd.* 7.8.10. g) me appellat *add.* 7.8. h) *hoc verbum in codice omissum respecta Liutprandi lege supplevi.* i) *lectio corrupta hoc modo forte sananda est:* que, si loquuntur de hom., non in a. i. d.

52) Liutp. 20. 53) Heinr. II. 3. 54) Grim. 3. 55) Liutp. 21. 56) Roth. 130. 132. 57) Roth. 370.

dicit hec lex: „et si spolia de ipso mortuo tulerit, componat solidos 80“, rupta est a lege Liuprandi quae est „Si[58] quis porcos“ et cetera in hoc quod dicit: „componat eum in actogild sicut qui res alienas malo ordine tulit“. Sed ita salvatur a quibusdam: dicitur illam legem non spexisse ad alias leges nisi in quibus pena specialis non[k] dicta est ut hic est. Quae salvatio[l] laudatur.

15. Si[a] quis* sepulturam** hominis mortui*** ruperit et corpus expoliaverit[b] aut foris iactaverit, 900 solidos sit culpabilis parentibus sepulti[c]. Et si parentes proximi non fuerint, tunc gastaldius regis aut sculdais requirat culpam ipsam et ad curtem regis exigat****.

* *liber*[59] 7.8. *et in marg.* 4. ** *ab emunitate episcopatus vel abbaciae prophanam*[60] 7. 8. *et similiter in marg.* 4. *** *liberi vel liberti* 7.8. **** *Si sepulturam in emunitate episcopatus vel abbaciae fregerit, 900 solidos parentibus vel corti regis componat, et 600 ad ecclesiam tribuat*[60]. 7.8. *et in marg.* 4.

Glossae: 900 solidos sit culp.] „Si quis porcos“[61] infringit eam. 4—6. — *parentes proximi]* Nam[62] nomine proximitatis vocantur parentes usque ad sextum gradum et ex septimo a sobrino sobrinaque natus nataque. Iure vero agnationis etiam usque ad 10.[d] 5.7.8. — *gastaldius]* id est comes. 4. — *sculdais* vel sculdasius est pedaneus iudex. 1.

Petre[e], te appellat Martinus, quod rupisti sepulturam sui patris, et corpus expoliasti aut foras iactasti. — De torto[f].

Expositio: In hoc quod dicit: „900[g] sol. componat“, dicebant antiqui ruptam esse per capitulum Caroli: „Si quis in emunitate“[60] et cetera, in hoc quod dicit: „sexcentos solidos componat“. Sed ita salvari potest, ut per hanc et per illam nos ire oportere intelligamus. — §. 2. In hoc quod dicit: „parentibus sepulti“, dicebant antiqui, quod hec lex non loquatur de sepultura servi, quia parentes dicuntur per legem non habere. Quibus respondendum, quod hec lex generaliter incipit de sepultura tam servi quam liberi: licet specialiter terminetur in illis, qui parentes habent, tamen illud idem voluit de servis; et inde possumus dare exemplum per legem Liuprandi que est: „Annuntiatum est nobis“[63] et cetera, quod ipsa generaliter incipit de liberis et servis, in hoc quod dicit: „quod aliquis perversus homo“, licet se specialiter finiret in liberis, in hoc quod dicit: „quam de mortuo crescat fayda inter parentes et compositio maior fiat“, tamen quod voluit de liberis illud idem de servis. Et in hoc quod dicit: „sepulturam ruperit et corpus expoliaverit aut foras iactaverit“, [dicebant[h] antiqui, si tantum sepulturam ruperit, sed non corpus expoliaverit aut foris iactaverit], quod non deberet componere, quia hec lex non alium facit componere nisi illum qui omnia facit. Quod male dicebant, quia „aut“ est hic[i] disiunctivum; et item debemus intelligere, si quis foras iactaverit quod debet componere solidos 900.

16. Si quis hominem mortuum in flumine aut foris invenerit et expoliaverit et celaverit, componat parentibus mortui solidos octuaginta*. Et si[a] eum invenerit et expoliaverit et mox vicinis patefecerit, et cognoscitur, quia[b] pro mercedis causa fecerit, nam non furandi animo: reddat spolia, quae super eum invenit, et amplius ei calumpnia non generetur.

* *expoliaverit, componat parentibus mortui solidos 80, aut si celaverit, componat spolia sibi nona* per legem Liutprandi (150) Si quis porcos. 7.8.

Glossae: vicinis] scil. sui inventoris. 5.7.8. — *nam non furandi animo]* quia furtum non committitur sine affectu furandi. 4.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu invenisti patrem suum mortuum in flumine aut foris, et expoliasti eum et celasti. — De torto.

Expositio: In hoc quod dicit: „aut foris invenitur“, volebant antiqui iudices[d] intelligere, sive illud corpus esset insepultum sive non, et ideo volebant rumpere superiorem legem[64], que ostendit, pro sola corporis expoliatione nichil debere componere. Sed male dicebant, quia non debemus illud tam laxe intelligere, quemadmodum ipsi dicebant; sed debemus intelligere „aut foris“ scilicet iuxta flumen et ab illo flumine deiectum. — §. 2. In hoc quod dicit „componat parentibus mortui solidos 80“, dicunt quidam ruptam esse a lege Liuprandi „Si quis porcos“[65] in hoc quod dicit: „sicut qui res alienas malo ordine tollit“; et salvari potest eo ordine quo alias[66] inde salvamus.

17. Si quis ex baronibus nostris ad nos venire[a] voluerit[a], securus veniat et illesus ad suos revertatur, et nullus de adversariis illius aliquam ei iniuriam in itinere aut molestiam facere presumat. Tantum est, ut ille qui ad regem venire festinat honeste veniat, et nullam lesionem aut dannum cuicumque in ipso itinere ad regem veniendo aut redeundo faciat: nam si fecerit, sicut subter in hoc edicto constitutum est, componat.

Glossae: baronibus] id est militibus. 4 *(cfr. autem glossam ad c. 14)*.

Expositio: In hoc quod dicit: „nam si fecerit, sicut subter adnexum est componat“, respexit ad compositiones quas postea fecit, per quod notari potest, quod Rothar prius precogitavit omnes leges suas, quam eas faceret.

18. Si quis ex adversariis manum armatam super quemcunque[a] ad regem venientem iniecerit,

k) non *om. c.* l) non *secunda manu add. c. Cfr. autem expos.* §. 2. *Roth.* 16.
Cap. 15. *e codd.* 1—8. a) De grapworfi *capiti inscribunt* 1.3. b) et celaverit *add.* 4. c) defuncti 1.7.8. d) secundum quosdam *add.* 7. e) *e codd.* 7.8.10. f) me appellasti *add.* 7.8. g) XC *cod.* h) *quae uncis includi e coniectura supplevi.* i) tibi *c.*
Cap. 16. *e codd.* 1—8. a) forte cum *add.* 1; cum *add.* 2.4. b) quod 1.7.8. c) *e codd.* 7.8.10. d) iudicare *c.*
Cap. 17. *e codd.* 1—8. a) vol. venire 7.8.
Cap. 18. *e codd.* 1—8. a) hominem *add.* 5.7.8.

58) Liutp. 150. 59) Grim. 3. 60) Karol. M. 101. 61) Liutp. 150. 62) §. 5. Inst. success. cognat. (III, 5). 63) Liutpr. 134. 64) Roth. 15. 65) Liutpr. 150. 66) Cfr. expos. §. 3. Roth. 14.

suam[b] iniuriam aut qualemcumque culpam vindicandam[b], 900 solidos sit culpabilis, medietatem regi et medietatem cui iniuria illata fuerit.

Glossa: Hic videtur, quod inimicus homo potest inimico sibi offenso iniuriari absque culpa secundum quosdam. 4.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu venisti super eum cum manu armata pro revindicanda tua iniuria aut aliqua culpa, cum veniebat ad regem aut redibat ab eo. — De torto.

Expositio: Intelligendum est hic: „si quis“ tantum loqui de liberis et non de servis, in hoc quod dicit: „ad suam iniuriam aut qualemcumque culpam vindicandam“, quia in Institutis legitur in quarto libro in titulo de iniuriis: „servis autem quidem[d] ipsis iniuria fieri non videtur sed dominis pro eis“[67]. — §. 2. In hoc quod dicit: „manu armata“, quomodo intelligatur, queritur. Sed armorum appellatione non solum scuta et lancee appellantur sed etiam fustes et lapides. — §. 3. Quod dicit: „900 solidos sit culpabilis“, antiqui[e] iudices[e] dicebant, ruptam esse a capitulo Caroli quod est: „Si[68] quis super missum dominicum“ et cetera, cum dicit: „de vita componat“. Sed non bene dicebant: ille enim ibat per missaticum iniunctum[f] a rege, hic vero ibat ad regem per suam utilitatem, et ita salvatur. — §. 4. In hoc quod hec lex dicit: „ad regem venientem“ et cetera, queritur, si aliquis pro iniuria sua vindicanda aut qualicumque culpa super aliquem retinerantem a rege se iniecerit, quid inde debeat esse? Sunt qui dicunt, ei debere componi ad similitudinem venientis ad regem solidos 900: sed melius videtur, ut vadat ad presentiam regis per capitulum Caroli quod est: „De[69] his qui legem observare contempserint, ut per fideiussorem in presentia regis deducantur“ quemadmodum legis contemptor; et qui sit legis contemptor, possumus videre per legem que est: „Si[70] quis ex baronibus nostris“, in hoc quod dicit: „illesus ad suos revertatur“.

19. Si quis pro iniuria sua vindicanda super quemcumque hominem manu[a] armata aut cum exercitu usque ad quattuor homines* in vicum intraverit[b], ille prior pro illicita presumptione moriatur aut certe componat solidos 900, medietatem regi et medietatem cui iniuria illata fuerit; et illi[c] qui cum ipso fuerint, si liberi sunt**, unusquisque componat solidos 80***, medietatem regi et medietatem ei[d] qui iniuriam passus est[d]: exepto si in ipso vico casas incenderint aut hominem occiderint****, secundum qualiter adpreciatum fuerit, ita componatur illi cuius casa incensa aut parens aut servus occisus fuerit*****.

* *non[e] coniuncto per dexteram vel obligationem aut per sacramentum* per kap. Lotharii (67) De conspirationibus. 7.8. *et in marg.* 4. ** *et sint saltem quattuor tantum.* 7.8. *** *nam servus 40 componat solidos* per legem istius (*Roth.* 279) Si servi in concilium. 7.8. *et in marg.* 4. **** *nisi[f] sit servus capitalis qui liberum interfecerit, et nisi super aliquem liberum aliquis liber iverit* per legem Liutprandi (20) Si quis liber homo. 7.8. ***** *casas quidem in triplum componat*, per legem istius (*Roth.* 146) Si quis casam alienam, *pro homine libero occiso omnem substantiam amittat.* 7.8.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu pro iniuria tua vindicanda intrasti super se in vicum talem cum manu armata aut cum exercitu usque ad quattuor homines. —

Petre[h], te appellat Martinus, quod Davus intravit super se in talem vicum pro sua iniuria vindicanda cum manu armata aut cum exercitu usque ad quattuor homines, et tu fuisti cum ipso.

Expositio: Petre, hoc dicit Martinus, quod tu pro iniuria tua vindicanda intrasti in vicum talem cum manu armata aut cum exercitu; et tu fuisti in capite et Davus[i] fuit sequens, vel Davus[i] fuit in capite et tu fuisti sequens. — Respondet: non est verum. — Deinde, si accusator poterit, probet; et si non potuerit, appellatus se defendat; et si non fuerit ausus se defendere, si fuit in capite, aut moriatur aut certe componat solidos 900, et si sequax, componat 80 solidos.

§. 2. Notandum quod „si quis“, in hoc quod dicit: „pro iniuria sua vindicanda“, loquitur tantum de liberis et non de servis. — §. 3. Eadem ratione qua superius[71] de manu armata diximus, dicetur. — §. 4. Notandum est, quod „cum exercitu usque ad quattuor homines“ secundum Ugonem ita exponitur, ut tres sint sequaces et quartus in capite; volunt quidam, quod sequentes sunt quattuor et qui est in capite quintus. — §. 5. Queritur, si quis non pro iniuria sua vindicanda super quemcumque hominem et cetera, quid inde fieri debeat? Quod sic solvitur: quod de istis, de quibus minus videtur, hec lex sit statuta, multo magis de illis, de quibus maius[k], patet. — §. 6. In hoc quod dicit: „ille prior pro presumptione moriatur aut componat solidos 900“, videtur nichil de uno precipere, cum „prior“ de uno solo non dicatur. Solvitur sic: prior non accipitur respectu plurium sed pro[l] auctore[l] ponitur hic. Aliter: cum lex dicit „manu armata“, non ponit differentiam, solus sit sive non; in hoc quod inferius dicit: „cum exercitu“, „ille prior“ respexit ad plures: et quod vult de illo qui cum exercitu, illud idem de solo qui cum armata manu. — §. 7. Quod dicit: „et alii qui cum ipso fuerint, si liberi sunt, unusquisque componat solidos 80“, opponitur: quod si solus fuit sequax, non debeat componere solidos 80 per hanc legem quae non loquatur nisi de pluribus. Tamen, quod de pluribus voluit sequacibus, hoc de uno, quia multotiens pro singulari numero ponitur pluralis, veluti in capite Lotharii quod est: „De[72] conspirationibus“,

b) sua pro iniuria *rell.* 1.7.8. c) *e codd.* 7.8.10. d) quod *c.* e) ante iudice *c.* f) inventum *c.*
Cap. 19. *e codd.* 1—8. a) cum manu 1.2. b) ad malum faciendum *add.* 3.6. c) *deest* 7.8. d) iniuriam passo 4. cui iniuria illata fuerit 5. e) in 7.8. f) nam si 7.8. g) *e codd.* 7.8. h) *e codd.* 7.10; *in cod.* 8 *nonnisi verba* et tu fuisti cum ipso *servata sunt subnexa formulae primae.* i) *sic plenis litteris c.* k) satis *cod.* l) per actorem *cod.*

67) §. 3. Inst. iniuriis. (IV, 4.) 68) Karol. M. 29. 69) Karol. M. 91. 70) Roth. 17. 71) Expos. §. 2. Roth. 18. 72) Loth. 67.

quia quamvis ibi dicatur, quod auctores facti interficiantur, tamen intellexit de uno solo ibi. — §. 8. Cum de liberis et non de servis scribat, eundum est per legem istius quae est: „Si[73] servi per consilium manu armata" et cetera. — §. 9. In hoc quod dicit hec lex: „si hominem occiderit, componat qualiter appretiatus fuerit", et non ponit differentiam, sive sit in defendendo sive sit super alium ambulando, rupta est et affirmata a lege Liuprandi que est: „Si[74] quis liber homo se defendendo" et cetera. Quod vero dicit: „si case incense fuerint; quod debeant emendari sicut appretiate fuerint", dicunt quidam, intelligi debere, quod nolendo incense fuerint. Nam si volendo incense essent, iam rupta esset per legem istius quae est: „Si[75] quis cassinam" et cetera in hoc quod dicit: „si incenderit voluntarie, quod debet emendari in triplum". In hoc quod hec lex dicit: „si case incense fuerint, quod componantur secundum quod appretiate fuerint", intelligere debemus, quod secundum legem appretientur, id est si fuerint incense volendo, in triplum, si nolendo, in simplum, ut per subsequentem[75] legem istius videri potest. — §. 10. Quod dicit: „si quis pro iniuria sua vindicanda intravit in vicum super quemcumque manu armata cum exercitu, ille prior aut moriatur aut componat solidos 900", et non posuit differentiam, sive essent per obligationem vel per sacramentum seu per dextram, rupta esse videtur a duobus capitulis Lotharii, in hoc quod prius capitulum „Volumus[76] de obligationibus" et cetera: „ipsum qui in capite est in Corsicam mittendum in exilium, et sequaces bannum componant", et in hoc quod secundo dicitur „De[77] conspirationibus" et cetera: „auctores facti interficiantur, adiutores vero eorum singuli alter ab altero flagellentur et nares sibi invicem incidant". Quod ita salvatur, ut intelligamus, quod hec adunatio non fuit per obligationem aut per dexteram.

20. Si quis de exercitalibus ducem suum contempserit ad iusticiam faciendam, 20 solidos regi et[a] duci suo componat.

Petre[b], te appellat Martinus, advocatus de parte publica, quod tu fuisti contemptor ducis tui ad iusticiam faciendam. — Non placeat Deo.

21. Si quis in exercitum ambulare contempserit aut in sculcam, det regi et[a] duci suo solidos 20*.

* *det principi 60 solidos, et si non habuerit, unde det, semet ipsum tradat in servicium, donec per terram[b] serviendo hoc precium excuset. Si vero in sculcam ire contempserit, regi vel duci suo sol. 20 componat* per kap. Karoli (34) Quicumque liber homo. 7. 8.

Glossae: sculca] id est cabalcata. 1. id est custodire aliquam rem. 7.

Petre[c] te appellat Martinus, advocatus de parte publica, quod tu fuisti contemptor ambulare in sculcam, aut in exercitum. — Non placeat Deo.

Expositio: De exercitu rupta, in hoc quod dicit: „componat solidos 20", a capitulo Caroli quod est: „Quicumque[78] liber homo" et cetera in hoc quod dicit: „plenum eribannum componat". Sed ita salvatur, ut sit addicio, non ruptio.

22. Si quis de ipso exercitu duci suo ad iustam causam persequendam denegaverit solacium, unusquisque componat regi et[a] duci suo solidos 20.

Petre[b], te appellat Martinus, advocatus de parte publica, quod tu vetuisti solacium duci tuo ad iustam causam persequendam. — Non placeat Deo.

23. Si dux exercitalem suum molestaverit iniuste, gastaldius eum[a] solatiet[a] usque[b] ad[c] presentiam regis, aut certe apud ducem suum[d] ad iusticiam perducat.

Glossae: exercitalem] i. e. militem. 1. — *gastaldius]* id est comes. 5. 7. 8.

Expositio: Gastaldius hic ponitur pro comite, eodem modo et in sequenti lege[79]; quod confirmatur ex lege Liuprandi, que est: „Si quis[e] gastaldius aut actor regis" et cetera[80], in hoc quod, dicens inferius: „quodsi iudex aut actor", ostendit, quod superius „gastaldius" ponitur pro „comite", cum superius de iudice mentionem non fecisset.

24. Si quis[a] gastaldius exercitalem suum contra rationem molestaverit, dux eum[b] solatiet[b], quousque veritatem suam inveniat.

25. Si quis res suas ab alio in exercitu requisierit et noluerit ille[a] reddere, tunc ambulet ad ducem; et si dux illi, aut iudex, qui in[b] loco[b] ordinatus est a rege, veritatem aut iusticiam non servaverit[c], componat regi et cui causa est solidos 20, causa manente*.

* *id est 20 solidi dividantur inter regem et actorem.* 7. 8.

Glossa: causa manente] i. e. salva. 5. 7. 8.

Petre[d] dux, aut Petre iudex, te appellat Martinus, quod tu eras ordinatus a rege ad gubernandum exercitum talem, et ille erat in ipso exercitu, et habebat perditam talem rem in ipso exercitu, et venit ad te, ut faceres ei iusticiam, et non fecisti. — De torto.

Expositio: In hoc quod dicit: „aut iustitiam non servaverit, componat solidos 20 causa manente", dicitur rupta esse a lege Rachis que est: „Cognovimus enim" et cetera[81], in hoc quod dicit: „neglexerit iudicare aut forsitan attenderit ad premium aut ad gasindium vel ad parentes aut ad amicum

Cap. 20. *e codd.* 1—8. a) vel 7. 8. b) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 21. *e codd.* 1—8. a) vel 7. 8. b) tempora *recte dicendum erat.* c) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 22. *e codd.* 1—8. a) vel 7. 8. b) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 23. *e codd.* 1—8. a) ei prebeat solatium 1. 7. 8. b) quousque veritatem suam inveniat 2. 6; dum usque 5. c) et ad 2; ad *rell. om.* 6. d) eum *add.* 4. 5. e) pro comite *add. c.*
Cap. 24. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1. 2. 5. 6. b) ei solatium prebeat 1; ei tribuat solatium 7. 8.
Cap. 25. *e codd.* 1—8. a) illi 1. 2. 4. b) *desunt* 5. 6. c) reservaverit 1. 4; conserv. 2. d) *e codd.* 7. 8. 10.

73) Roth. 279. 74) Liutp. 20. 75) Roth. 146. 76) Loth. 4. 77) Loth. 67. 78) Karol. M. 34. 79) Roth. 24. 80) Liutp. 58. 81) Rachis 6.

et legem non iudicaverit, tunc veniat ad palatium et reclamet suam violentiam; et si probatum fuerit, componat ipse iudex widrigild suum et honorem ammittat". Sed sic salvatur, quod ipsa lex
5 que est „Cognovimus enim" et cetera non loquatur de illis qui in exercitu essent, quod potest videri in hoc quod dicit: „Erimannus quidem ille"; per nullas leges qui sunt in exercitu erimanni vocati sunt. Sed hec lex tantum loquitur de illis qui
10 in exercitu sunt.

26. Si quis mulieri liberae aut puellae* in via se anteposuerit aut** aliquam iniuriam intulerit, 900 solidos componat, medietatem regi et medietatem[a] cui ipsa[b] iniuria illata fuerit aut cui[c]
15 mundium de ea pertinuerit***.

* *non in scandalum pergentibus, et non missis a viris super minores virtutes habentes, non pro necessitate corporis sedentibus, non per campum seminatum euntibus et viam monstrantibus, non lavantibus, non currenti in scandalum ponderose facte*[82] 7.8. *et in marg.* 4. — ** *volendo*[83] 7.8. *** *Excepta divisione componat sicut raptus*[84]. 7.8.

Glossa: mulieri liberae] id est ingenuae vel libertae; ingenuae ut natura, libertae ut factura, ut est fulfreal et amund et inpans et item fulfreal. Nam hae habentur ut ingenuae secundum vt., secundum a. aliter est. 4.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu fecisti*
30 *aliquam iniuriam ad Mariam suam mundoaldam. — De torto. — Similiter*[e] *fit de liberta, nisi nominatim de ea aliter inveneris*[e].

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „900 solidos componat", rupta est per legem istius que
35 est „Si[85] mulier libera in scandalum incurrerit", in hoc quod dicit: „si plagas aut feritas habuerit aut forsitan inpicta fuerit aut occisa, appretietur secundum nobilitatem suam et sic ea componatur, tamquam si fratri ipsius mulieris hoc perpetratum fuis-
40 set". Sed ita salvatur, quod iniuria de qua hec lex loquitur non sit facta in scandalo. Aliter salvatur, ut non sit ruptio sed exceptio, cum usus est huius regis se inantea respicere. — §. 2. Item in hoc quod dicit: „900 solidos componat", dicitur
45 hec lex rupta esse a quam pluribus legibus Liuprandi. Prima est: „Si quis furore accepto"[86], cum „de feminis simili modo medietatem pretii tamquam si fratrem occidisset". Secunda est: „Si quis malitiose"[87], in hoc quod dicit: „componat mundoaldo
50 eius solidos 80". Tertia est: „Relatum est nobis quod aliqui homines"[88], in hoc quod dicit: „ut si aliquam iniuriam aut obprobrium aut plagas aut feritas aut mortem ibi acceperint, nichil ad ipsas mulieres vel ad viros vel ad mundoaldum earum
55 componant". Quarta est: „Si quis invenerit liberam puellam"[89], in hoc quod dicit: „et eam ad casam suam ligatam aut submanicatam adduxerit, componat solidos 100". Sed ita salvatur, ut non sint rupture, sed exceptiones, quod sapientes non laudant. Et rumpitur a lege Grimoaldi in parte que est: „Si[90] servus talem culpam fecerit" et cetera, in hoc quod inferius dicit: „nichil aliud componat dominus eius, nisi ipsa persona tradatur ad occidendum, et componat pro illicita causa, quam servus eius perpetraverit, solidos 60". — §. 3. Quodsi vero dicit: „in via se anteposuerit" et postea dicit: „aut aliquam iniuriam intulerit", secundum quosdam de iniuria in via facta tantum loquitur; secundum vero[f] alios de iniuria in quolibet loco facta; quod per legem istius confirmatur, quae est: „Si[85] mulier libera in scandalum", in hoc quod, inferius dicens: „nam alia culpa pro iniuria sua, unde 900 solidi iudicantur, non requiratur, eo quod ipsa ad litem cucurrerit", ostendit, quod non erat posita differentia, in quocumque loco facta esset iniuria. — §. 4. Dicitur quod hec lex eodem modo de libertina quemadmodum de libera nascendo. Ad hoc sic obicitur: que ratio est, si, cum libertina rapitur, non componantur nisi solidi 20 per legem istius que est: „Si quis liberte aliene"[91], et quando via solummodo ei contradicatur, 900 deberent componi? — Male dicis; quia si hec lex non loqueretur de iniuria libertine, non esset lex, que inde loqueretur; quod iniquum esset. Alia ratio quod de libertina loquatur: quia, ubicumque lex Romana sive Longobarda precipit aliquid de libera, illud idem de libertina intelligendum est, nisi ubi specialiter inter eas differentia ponitur. — §. 5. Hanc iniuriam volendo esse factam intelligere debemus, quia, si intelligeremus nolendo factam esse, iam intelligeremus ruptam esse a lege istius quae est „Si[92] infans in utero matris sue" et cetera, in hoc quod dicit: „componat secundum generositatem suam".

27. Si quis homini[a] libero viam[a] antesteterit, 20 solidos ei componat, sic tamen ut aliquam lesionem in carne ipsius non faciat; nam si fecerit, et 20 solidos pro eo quod antesteterit componat[b], et feritas aut plagas, si fecerit, sicut subter in[c] hoc edicto[c] adnexum est componat.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod ei antestetisti in via. — De torto.*

Expositio: Hic notandum, quia homo ille et mulier illa, quibus pro vie antestatione compositiones predicte fiebant, simpliciter irent; quod potest videri per legem istius quae est: „Si[93] quis messem suam" et cetera, in hoc quod inferius est: „non sit culpabilis sicut ille qui hominem simpliciter ambulando per viam antestetit".

Cap. 26. *e codd.* 1—8. a) mulieri *add.* 7.8. b) *deest* 1.5. c) ad quem 4. d) *e codd.* 7.8.10. e) Similiter.....inveneris *om.* 8. f) vi *c.*
Cap. 27. *e codd.* 1—8. a) hominem liberum in via 7.8. b) *deest* 7.8. c) in hoc ed. *om.* 5.7.8.
60 d) *e codd.* 7.8.10.

82) Cfr. leges in expositione dictas. 83) E lege Roth. 75. 84) Roth. 187. 85) Roth. 379. 86) Liutp. 122. 87) Liutp. 124. 88) Liutp. 140. 89) Liutp. 145. 90) Grim. 3. 91) Roth. 206. 92) Roth. 75. 93) Roth. 29.

28. Si[a] quis servo alieno aut ancillae seu aldio aut liberto viam[a] antesteterit, 20 solidos domino eius componat.

Glossae: Aldius proprie est de libera muliere natus: vel ut Longobardi ipsi tenebant, qui tantum[b] verbis manumissus est, vel in ceteris ante imperatorem seu regem. 1. — Hic videtur quod dominus agit pro servo. 4.

Petre[c], te appellat Martinus, quod antestetisti in via ad unum suum servum vel ancillam vel aldium vel aldiam vel ad libertum vel ad libertam suam. — De torto.

29. Si quis, messem suam aut pratum seu quamlibet clausuram vindicando, homini prohibuerit, id[a] est antesteterit[a], ut non ingrediatur, non sit culpabilis sicut ille qui homini simpliciter ambulanti viam antesteterit, eo[b] quod laborem suum vindicavit

Glossae: vindicando] id est defendendo. 4. — *non sit culp.]* quia nichil componere debet. 4.

Expositio: In hoc quod dicit: „non sit culpabilis sicut ille qui hominem simpliciter per viam ambulantem antestetit", dicunt quidam, quod aliquo modo sit culpabilis; sed male dicunt, quia non ideo dixit, ut aliquo modo esset culpabilis, sed ut ostenderet, quod nullo modo culpabilis esset.

30. Si quis hominem liberum de caballo in terram per quodlibet ingenium iactaverit iniquo animo, 80 solidos ei componat; et si aliquam lesionem ei fecerit, sicut in hoc edicto subter[a] adnexum est componat[a].

Glossa: iniquo animo] et si ludendo et bono animo fecit, nichil inde componat. 4.

Petre[b], te appellat Martinus, quod iactasti eum irato animo de caballo. — De torto.

Expositio: Quod dicit: „si quis de caballo in terram iactaverit iniquo animo per quodlibet ingenium, componat solidos 80", rupta est a lege istius que est „Si[94] servus regis oberum aut vecorim seu manossim" in hoc quod dicit: „ita componat sicut servi aliorum exercitalium".

31. Si quis homini libero violentiam iniuste fecerit, id est walapaus, 80 solidos ei componat. Walapaus est qui[a] se furtivum vestimentum aliud induerit, aut sibi[b] caput latrocinandi animo aut faciem transfiguraverit*.

* *Si vero furtum fecerit, tantum id in atagild[c] componat[d].* 7.8. *et in marg.* 4.

Glossa: vest. aliud] quam quo quotidie utitur. 4.

Petre[e], te appellat Martinus, quod tu pro[f] animo de involando uno suo caballo[f] te vestisti de veste furtiva. — De torto.

32. De[a] homine libero, si[a] nocte[b] in curte alterius inventus fuerit et non dans manus ad ligandum occidatur[c], a[d] parentibus non requiratur. Et si manus dederit ad ligandum et ligatus fuerit, det pro se solidos 80. Quia non convenit racioni, ut homo noctis tempore in curte aliena silentio aut absconse ingrediatur; sed si qualemcumque utilitatem habet, antequam intret[e], clamet*.

* *Ut similiter de servo intelligatur, ita precipimus[95].* 7.8.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu occidisti suum patrem. — Ego inveni in curte mea illum tacito, et noluit michi dare manus ad ligandum, et ita occidi illum. — Et ita probet; sin autem, probet appellator, quod eum ita non interfecerit, aut ipse qui appellatus est iuret cum suis sacramentalibus, quod ita eum interfecisset. — Sed melius est, ut dicat, quod non occidi illum, quod emendare debeam per legem[g].

Petre, te appellat Martinus, quod ipse invenit te in curte sua tacito. — De torto.

Petre, te appellat Martinus, quod tu eum ligasti. — De torto. —

Sed secundum valentes solus iuret.

Expositio: Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu interfecisti patrem suum. — Respondet: vere, sed ego inveni eum tacite in curte mea noctis tempore. — Si ipse dixerit: non est verum, ille qui eum invenit in curte sua probet se invenisse. — Respondet: quamvis in curte tua inveneris illo modo, tamen non eum debuisti occidere, quia ipse voluit dare manus ad ligandum. — Et probet, si potuerit; et si potuerit comprobare, componatur; sed si probare non potuerit, absque dubio sine compositione iaceat. —

§. 2. In hoc quod dicit hec lex: „si occiditur, a parentibus non requiratur", dicitur rupta esse a lege Liuprandi que est: „Si liber homo se defendendo"[96] et cetera, in hoc quod dicit: „si occidatur se defendendo, quod componat, sicut Rothari rex instituit, et si fuerit supra eum ambulando, quod debeat suam substantiam amittere". Sed de his qui se defendendo occisi sunt, secundum Wilihelmum[h] ita salvatur: in hoc quod dicit: „sic componat sicut Rothari instituit", respexit ad ipsa homicidia, que Rotharis componi facit: et non ad illa, que componi noluit; quia si ipse homicida decernitur componi, quod Rotharis componere noluit, tunc non componerentur illa homicidia „sicut Rotharis instituit". Et de his qui super alium ambulando sunt occisi, ita secundum Wilihelmum salvatur: in hoc quod ipsa lex dicit: „et accipiant ex ea substantia heredes illius inantea tantum, quantum antiqua compositio fuit", respexit ad illas leges, que de compositione homicidii locute sunt. Aliter salvatur per capitulum Lotharii „De homicidio unde lex pro simplicitate"[97] et cetera, quia in hoc quod dicit: „pro simplicitate querit probationem trium testium", respexit legem Liuprandi quae

Cap. 28. *e codd.* 1—8. a) Si quis servum alienum aut ancillam vel aldium vel aldiam aut libertum vel libertam in via 7.8. b) tamen *c.* c) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 29. *e codd.* 1—8. a) i. e. ant. *om.* 5.6. b) pro eo 1.7.8.
Cap. 30. *e codd.* 1—8. a) subnexum est ei componat 7.8. b) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 31. *e codd.* 1—8. a) dum quis 1.7.8; cum quis 6. b) se 2.4. c) actogild 4. d) secundum vt. *add.* 4. e) *e codd.* 7.8.10. f) animo involandi unum suum caballum 10.
Cap. 32. *e codd.* 1—8. a) Si homo liber 4; Si quis liber homo 1.7.8. b) noctis tempore 5.6. c) si occiditur 5.6. d) et a 1.4. e) ingrediatur 4. f) *e codd.* 7.8.10. g) Ita fit hoc placitum secundum quosdam *add.* 4. h) vit. libri *cod.*

94) Roth. 374. 95) Roth. 33. 96) Liutp. 20. 97) Loth. 92.

est: „Si[98] quis liber homo se defendendo" et cetera, et dat intelligere, quod ille qui occisus erat super eum ambulando stabat simpliciter, sed hic qui noctis tempore inventus fuerit non stabat simpliciter. — 5 §. 3. Hec lex tantum de duobus Longobardis loquitur. De illo cuius curtis est possumus videre sine dubio, quod est Longobardus, in hoc quod per legem Longobardam compositionem recipit, si suo nomine agit. Nam si alieno nomine agitur, non secundum legem 10 agentis, sed secundum legem ipsius cuius nomine agitur componendum est. Quod videri potest per capitulum Pipini: „De diversis generationibus hominum"[99] et cetera, quia in eo legitur: „secundum legem ipsius, cui commisit neglegentiam, emendet". 15 Item de illo qui in curte inventus fuerit, possumus videre, quod est Longobardus, quia quod hec lex dicit, quod potest interfici, debemus intelligere, quod sit Longobardus, cum lex Romana nullum pro tam levi causa mori faciat. — Alia ratio, quod sit 20 Longobardus. In hoc dicto: „a parentibus non requiratur" possumus videre per intellectum huius legis, quod, si alio modo mortuus esset, quam noctis tempore, quod posset queri; sed si per intellectum huius legis posset queri, tunc esset Lon- 25 gobardus, cum hec sit lex Longobarda. Dicitur tamen, quod per hanc legem ire debeamus, qui in curte aliena inventus fuerit seu Romanus seu Longobardus sit, hoc confirmando per capitulum Pipini: „De diversis generationibus hominum"[99], in 30 hoc quod dicit: „secundum ipsius legem, cui commisit neglegentiam, emendet". [Sed[i] non videtur esse rectum; quia si Romanus diceretur mori per legem „Si noctis tempore", non secundum legem ipsius cui commisit neglegentiam emendaret,] cum 35 lex ipsius cui neglegentiam commisit id est: „Si quis liber homo in curte" in alio casu non facit accipere compositionem 80 solidos aut illum mori qui inventus fuerit, nisi Longobardus fuerit qui inventus fuerit. — §. 4. In hoc quod dicit: „et si 40 manus dederit ad ligandum et ligatus fuerit, det pro se solidos 80", [dicebant[k] quidam, si evaserit nec manus ad ligandum dederit, non debere componi solidos 80.] Sed male dicebant, quia hec lex non per ligaturam facit illum componere 80 solidos, 45 nisi pro sola presumptione.

33. Si servus in curte aliena[a] noctis tempore inventus fuerit, et non dans manus ad ligandum occidatur[b], non requiratur a domino suo. Et si manus dederit[c] et ligatus fuerit, liberet[d] eum do- 50 minus eius[d] cum 40 solidis.

Petre[e], te appellat Martinus, quod tu occidisti unum servum suum. — Similiter omnimodo fiat ut supra de libero.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse invenit in corte sua unum tuum servum. — De torto.

Expositio: Servus ponitur hic pro servo et aldione, et hoc videre possumus per legem Liuprandi quae est: „Si[1] quis servum aut aldionem" et cetera, que in hoc quod dicit: „repetierit nisi de tacito in curte sua comprehensum dixerit", respiciens ad servum et aldionem, ostendit, quia in hac lege positus sit servus pro aldione et pro servo, cum nulla alia lex loquatur de aldione in curte tacite invento.

34. Si quis in curte aliena[a] irato animo sagittaverit aut lanceam iactaverit aut de foris sepe alium plagaverit intra curtem, componat solidos 20; excepto compositione plagarum aut feritas[b], si[c] fecerit, sicut in hoc edicto legitur, persolvat.

Petre[d], te appellat Martinus, quod in cortem suam sagittasti aut lanceam iactasti irato animo. — De torto.

Expositio: Hic „curte" intelligere debemus pro curte et casa, ut in sequenti[2] ostendetur in eodem rege, et tam de conducta quam propria, ut in quarto libro Institutionum[e] legitur in titulo de iniuriis, quia ibi taliter[3]: „domum accipimus, sive in propria domo quis habitet sive in conducta vel gratis". Et quod hic diximus de curte, illud idem intelligendum est de curte in lege suprascripta[4]. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „componat 20 solidos", affirmata est a lege istius quae est „Si[5] quis in curte aliena" et cetera, in hoc quod dicit: „componat solidos 20".

35. Si quis in ecclesia* scandalum perpetraverit**, 40 solidos ipsi venerabili loco sit culpabilis, excepto plagas aut feritas, cui[a] fecerit[b]. Et predicti 40 solidi per sculdascium[c] aut iudicem, qui in loco ordinatus fuerit, exigantur et in sacro altari, ubi iniuria facta est, ponantur***.

* *propria[6] Longobardi.* 7.8. *et in marg.* 4.

** *non[7] in servis suis vel ancillis vel aldiis vel aldiabus nec per se nec per suos: si enim ita fecerit, widrigild componere debet.* 7.8.

*** *Si[6] vero in ecclesia de episcopatu vel abbaciae fuerit, 500 solidos componat.* 7.8.

Petre[d], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod commisisti scandalum in tali ecclesia, quae est in proprietate Dominici.[e] — Non placeat Deo.

i) *haec quae uncis inclusa sunt supplevi e glossis codicis Olmutiensis* 210, *Lombardae librum continentis.* k) *lacunam quae in codice Neapol. apparet e codd. Palat.* 772 *et Vatican.* 3845 *supplevi; in codice nostro supplementi tamen loco verba inveniuntur sive fugiente sive non sub fine forsan expositionis ponenda.*

55 *Cap.* 33. *e codd.* 1—8. a) alterius 1.6. b) si occiditur 1.5.6. c) ad ligandum *add.* 1. d) liberet se 2; componat pro eo dom. e. 4. e) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 34. *e codd.* 1—8. a) alterius 1.4.7.8. b) feritarum 5.6. c) cui 1; quas *add.* 7.8. d) *e codd.* 7.8.10. e) constitutionis *c.*

Cap. 35. *e codd.* 1—8. a) quam cui 1; quas cui 7.8; si alicui 4. b) componat *add.* 7.8. c) sculdais 1; 60 sculdaem 5; sculdai 7.8. d) *e codd.* 7.8.10. e) *sic plenis litteris* 10. D. 7.8.

98) Liutpr. 20. 99) Pipin. 27. 1) Liutp. 110. 2) Expos. §. 2. Roth. 277. 3) §. 8. Inst. iniuriis (IV, 4.) 4) Roth. 32.33. 5) Roth. 277. 6) Karol. M. 101. 7) Liutp. 142.

36. Si quis intra palacium, ubi rex preest, scandalum perpetrare presumpserit, animae suae incurrat periculum*, aut redimat animam suam, si[a] obtinere potuerit a rege[a].

* *et*[8] *res eius in fisco socientur.* 7.8.

Glossa: praesumpserit] antequam scandalum fiat secundum vł. 4.

Petre[b], *te appellat Martinus, advocatus de parte publica, quod tu commisisti scandalum in palatio, ubi rex erat. — Non placeat Deo.*

37. Si liber homo in eadem civitate, ubi rex preest et[a] tunc invenitur esse, scandalum* perpetrare presumpserit, id est si incitaverit et non percusserit, sit culpabilis in palacio regis solidos 12. Nam si[b] percusserit, sit culpabilis in palacio regis solidos 24, excepto plagas aut feritas, si fecerit, sicut subter constitutum[c] est componat.

* *non*[9] *in concilio, non in conventu.* 7.8. *et in marg.* 4.5.

Petre[d], *te appellat Martinus, advocatus de parte publica, quod tu commisisti scandalum in eadem civitate, ubi rex erat aut statim venire debebat, et plagas aut feritas fecisti. — Non placeat Deo.*

38. Si[a] servus in eadem civitate, in qua rex preest[b] vel[c] tunc invenitur esse[c], scandalum* incitaverit et[d] non percusserit[d], sit culpabilis in palacio regis solidos 6. Et si percusserit, sit culpabilis solidos 12, excepto feritas aut composiciones plagarum, sicut in hoc edicto legitur, componat[e].

* *non*[9] *in concilio, non in conventu.* 7.8.

Petre[f], *te appellat Martinus advocatus de*[g] *parte publica*[g], *quod Marcoardus tuus servus commisit scandalum in civitate tali ubi rex erat aut statim venire debebat, et fecit plagas aut feritas. — Non placeat Deo.*

39. Si liber homo in alia civitate scandalum incitaverit[a, *] et non percusserit, sit culpabilis in[b] palatio[b] regis solidos 6. Si autem percusserit aut plagaverit, sit culpabilis in[c] palatio regis[c] solidos 12, excepto composiciones plagarum aut feritas, cui[d] fecerit, sicut in hoc edicto legitur componat.

* *non*[9] *in concilio, non in conventu.* 7.8.

Glossa: alia civitate] id est ubi rex non est. 4.5.7.8.

Petre[e], *te appellat Martinus advocatus partis*[f] *publicae*[f], *quod tu commisisti scandalum in aliam civitatem, et fecisti plagas aut feritas. — Similiter dicat.*

40. Si servus in alia civitate scandalum commiserit*, solidos 3 sit culpabilis in palacio regis. Si autem plagas[a] aut feritas[a] fecerit, sit culpabilis in palatio regis solidos 6, excepto plagas aut feritas, cui fecerit, componat[b].

* *non*[9] *in concilio, non in conventu.* 7.8.

Petre[c], *te appellat Martinus advocatus partis*[d] *publicae*[d], *quod Marcoardus tuus servus commisit scandalum in talem civitatem et fecit plagas aut feritas. — Similiter dicat.*

41. Si quis homini libero insidiatus fuerit cum virtute* aut[a]** solacio, videns eum imparatum[b] simpliciter ambulantem aut stantem, subito[c] super eum adveniens, et[d] turpiter eum tenuerit et[e] battiderit sine iussione regis, medietatem pretii ipsius, ac si eum occidisset, ei componat, eo quod in turpe et in derisiculum ipsius eum male tractavit.

* *sua* 7.8. *et in marg.* 4. ** *aliorum* 7.8. *et in marg.* 4.5.

Glossae: male tractavit] quia maior iniuria est per locum ita fieri sibi, quam si plagaretur in duobus plagis. De feritis insidiose factis. Si tantae fuerint plagae, qualiter compositio fuerit maior quam medietas widrigildi, vadat per plagas secundum vl. et in electione passi sit; si vero minus, per hanc legem vadit. 4.

Petre[f], *te appellat Martinus, quod tu ei insidiatus es cum virtute aut aliorum solacio, dum vidisti eum imparatum et simpliciter ambulantem aut stantem, et turpiter eum tenuisti et battisti sine iussione regis. — De torto.*

Expositio: Quam plures dicunt, edicta antiquorum hanc litteram habere: „turpiter eum tenuerit et battiderit"; et ideo antiqui[g] iudices dicebant[g], quod si eum turpiter tenet et non battiderit et e converso, quod non erat culpabilis. Quod summa esset iniquitas; quare non est credendum, edicta antiquorum talem litteram habuisse, inmo talem: „turpiter eum tenuerit vel battiderit".

42. Si quis hominem liberum ligaverit absque iussione regis sine causa, duas partes pretii ipsius, tanquam si eum occidisset, ei componat.

Petre[a], *te appellat Martinus, quod tu ligasti eum sine iussione regis aut sine causa. — De torto.*

Expositio: „Sine causa" dixit ad differentiam illius qui captus erat in curte tempore noctis.

43. Si quis hominem liberum, subito surgente rixa, percusserit et livorem aut vulnus fecerit, pro una ferita componat ei[a] solidos 3, si duas fecerit, solidos[b] 6, si tres fecerit, componat[c] solidos 9, si quattuor fecerit[d], solidos 12; si vero amplius dura-

Cap. 36. *e codd.* 1—8. a) ut optinere ad regem potuerit 7.8. b) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 37. *e codd.* 1—8. a) vel 1.7.8. b) perfecerit et *add.* 7.8; incitaverit et *add.* 1. c) adnexum 1.6. d) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 38. *e codd.* 1—8. a) quis *add.* 7.8. b) est 5. c) vel.....esse *om.* 4.5. d) et non percusserit *om.* 7.8. e) *deest* 2. f) *e codd.* 7.8.10. g) de p. p. *om.* 7.8.
Cap. 39. *e codd.* 1—8. a) perpetrare pres. 1; incitare pres. 7.8; perpetraverit 2. b) *desunt* 2.6. c) *sic* 1.4; regi 2.5.6; *desunt* 7.8. d) quas cui 1.7.8. e) *e codd.* 7.8.10. f) *desunt* 7.8.
Cap. 40. *e codd.* 1—8. a) feritas aut plagas 1.4. b) *deest* 1.5. c) *e codd.* 7.8.10. d) *desunt* 7.8.
Cap. 41. *e codd.* 1—8. a) cum *add.* 7.8. b) et *add.* 1.7.8. c) *sic* 2.4; et sub. *rell.* d) et *om.* 5.6. e) aut 1.2.6 *et in marg.* 5.7.8. f) *e codd.* 7.8.10. g) añ iudič dič *c.*
Cap. 42. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 43. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1.2. b) det sold. 1.4; comp. sol. 2.5. c) det 1.4; *deest* 6. d) *deest* 7.8.

8) Karol. M. 45. 9) Roth. 8.

verint, feritae non numerentur, sed sit sibi contemptus.

Glossae: Si quis] De feritis temere factis secundum v†; secundum a. aliter est. — Si in uno membro fecerit tres plagas, omnes emendentur. 4. — *surgente rixa]* scilicet a percussore; si autem a percusso, nichil est. 4.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod, tibi subito adveniente ira, fecisti ei quattuor feritas, quae apparuerint lividae et inflatae. — De torto*[f].

Expositio: „Subito surgente rixa" ad differentiam illius qui, ut supra[11], insidiatus fuit cum virtute et cetera. — §. 2. Vulnus in hac lege non proprie dicitur sed pro inflatura.

44. Si quis alium pugno percusserit, componat ei solidos tres; si alapam, solidos 6.

Petre[a], *te appellat Martinus, quod tu percussisti eum de pugno, aut percussisti eum de alapa. — De torto.*

45. De plagis et compositionibus plagarum, quae inter homines liberos evenerint, per hunc tenorem, sicut subter adnexum est, componatur, cessante faida, id[a] est inimicicia.

Glossa: De plagis] scilicet temere factis secundum v†; secundum quosdam aliter est. 4.

46. Si quis alii plagam in capite fecerit, ut cutica tantum rumpatur, quam capilli cooperiunt, componat solidos 6; si duas plagas fecerit, componat solidos 12; si usque tres fecerit, componat solidos decem et octo; si vero amplius fecerit, non numerentur, nisi istas tres componat.

Petre[a], *te appellat Martinus, quod tu fecisti ei tres plagas in capite tantum, quod cooperiunt capilli. — De torto.*

47. Si quis alium plagaverit in capite, ut ossa rumpantur, pro uno osse componat solidos 12; si duo fuerint, componat[a] solidos 24; si tria[b] fuerint, componat solidos 36; si[c] super[d] fuerint, non numerentur; sic tamen, ut unum os tale inveniatur, quod ad pedes duodecim super viam sonum in scuto facere possit, et ipsa mensura de certo pede hominis mediocris mensuretur, nam non ad manum*.

* *Si vero os tale non egredietur, emendabitur ut plage secundum asinos.* 7. 8.

Glossae: pro uno osse] scilicet super scutum in viam usque ad 12 pedes sonans. 4. — *ut unum os]* ex duobus vel ex tribus, manente sola poena primi ossis semper, et si non inveniatur os tale, licet plura sint. 5. 7. 8. — *manum]* id est brachium. 5. 7. 8.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod tu fecisti ei plagam unam in caput, unde exiverint tria ossa, ex quibus unum os aut omnia talia inveniuntur, quae ad pedes 12 per viam sonum in scuto facere possunt. — De torto.*

Expositio: Quod dicit: „si plus fuerint, non numerentur", de ossibus intelligere debemus et non de plagis, ut quidam dicebant. — §. 2. In hoc quod dicit: „quod ad pedes 12 super viam sonum[f] in scuto facere possit", dicebant antiqui, quod per viam computandi essent 12 pedes, cum per usum hoc[g] sit[g], ultra viam alii duodecim, ponentes „supra" pro „ultra". Sed male dicebant, quia non ob aliam causam dixit, quod ad pedes 12 super viam sonum facere possit, nisi ut sonus vel os usque ad spacium 12 pedum audiretur.

§. 3. In hoc quod dicit: „et supra fuerint, non numerentur", dicebat Bonifilius[h], quod, si plage plures fuerint quam una, non debere numerari; ideoque confirmabat, quod, si quis alii duas plagas vel plures in capite fecerit, et ex unaquaque illarum tale os exierit, quod supra scutum ultra 12 pedes sonum facere possit, et duo ossa, que super scutum sonum facere nequiverint, quod non debet ea emendare, nisi 30 et 6 solidos. — Cui hoc affirmanti Vilihelmus[i] contra hoc ponit placitum: si quis alium in capite plagaverit, et ex illa plaga os tale exierit, quod sonum in scuto ultra 12 pedes facere possit, et eidem in capite duas alias plagas fecerit, pro quibus cutica tantum rumpatur: quid ei debeat componere? — Bonifilius[h]: pro illa plaga, ex qua predictum os, debet componere solidos 30 et 6; et pro unaquaque aliarum solidos 6. — Vilihelmus[i]: nichil dicis; quae ratio esset, huic debere emendare illas 3[k] plagas quas fecit, illi vero nonnisi unam? Nulla scilicet. Item ratio, quam superius confirmasti — quodsi aliquis alii duas plagas vel plures in capite fecerit, et ex unaquaque illarum tale os exierit, quod supra scutum ultra 12 pedes sonitum facere possit, quod non debet emendare nisi 36 solidos — non valet; quia lex non ideo dixit: „et si superfuerint, non numerentur", quod respiceret ad plagas, sed tantum ad ossa, scilicet si plura essent quam tria, non deberent numerari. Et licet hec lex non loquatur, nisi de una sola plaga, ex qua tria ossa exierint, tamen per similitudinem unius debemus intelligere de aliis duabus, quod videri in compositionibus illis ubi dicit: „Si plures plage fuerint, usque tres tantummodo numerentur, pro unaquaque plaga componatur ut supra"[12].

§. 4. Queritur, si quis alium in capite plagaverit et talia ossa inde[l] exierint, que sonum super scutum facere non possint, vel si os tantum scissum fuerit: quid inde[l] fieri debeat? — Dicit Vilihelmus[i]: eundum per supradictam legem que est „Si quis alii in capite plagam fecerit", et cetera[13], cum lex ista nichil inde[l] dicat. Sed alii dicunt: per legem illam eundum esse, ita ut per utramque[14] eat, ut non solum 6 solidi componantur, nec ex toto 12[15]. Quod non a legibus habent, sed ex arbitrio.

e) *e codd.* 7. 8. 10. f) *in margine codicis* 10 *haec altera formula adscribitur:* Quando testes qui eum vidissent non sunt: P., te appellat M., quod tibi surgente rixa fecisti ei unam feritam et per ipsam feritam fecisti sibi liborem aut vulnus.
Cap. 44. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 45. *e codd.* 1—8. a) hoc 5. 6.
Cap. 46. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7. 8.
Cap. 47. *e codd.* 1—8. a) *deest* 4; det 7. 8. b) ossa *add.* 1. 7. 8. c) et si 7. 8. d) plures 5. 6. e) *e codd.* 7. 8. 10. f) sonum *om. cod.* g) *ita restitui e Lombardae cod. Vat.* 3845, *in quo expositionis* §. 2 *inter glossas recepta est;* tantum sint *cod. Neap.* h) Bõ *codex.* i) Vil. *cod.* k) in *cod.* l) idem *cod.*

11) Roth. 41. 12) Roth. 61. 13) Roth. 46. 14) Roth. 46. 47. 15) *sed ex arbitrio novem solidi, media via electa, et hoc benigna interpretatione Ugonis.* Ita legitur in glossis, quas codd. Palat. 772 et Vatic. 3845 exhibent.

48. Si quis alii* oculum excusserit, pro mortuo adprecietur, qualiter in angargathungi, id est secundum qualitatem personae; et medietas precii ipsius componatur[a] ab ipso[a] qui oculum excusserit.

* *praesumptive*[16] *aut non* 7. 8.

Expositio: In hoc quod dicit: „medietas precii ipsius componatur ipsi" affirmata est a capitulo Caroli quod est „Si[16] quis alium praesumptive castraverit" et cetera in hoc quod legitur: „de manibus de oculis vel de lingua sancimus, ut, si unus eorum abscisus fuerit, medietatem widrigild sui componat".

49. Si quis alii nasum absciderit, medietatem precii ipsius componat ut supra.

Expositio: Affirmatur a capitulo eiusdem Caroli[16].

50. Si quis alii labrum absciderit, componat solidos 16; et si dentes apparuerint, unus aut duo aut tres, componat solidos 20.

51. Si quis alii dentes excusserit, qui in risu appareant, pro uno dente det solidos 16[a]; si duo aut amplius fuerint in risu apparentes, per hunc numerum componantur et[b] adpretientur[b].

52. Si quis alii dentem maxillarem unum aut plures excusserit, pro uno dente componat solidos 8.

53. Si quis alii aurem absciderit, quartam partem pretii ipsius ei componat.

54. Si quis alii plagam in facie fecerit, componat ei solidos 16.

55. Si quis alii plagam in naso fecerit, componat ei solidos 16, si resolidaverit, ut tantum cicatrix appareat[a].

56. Si quis alii plagam in aure fecerit, componat solidos 16 si resolidaverit[a].

57. Si[a] quis alii brachium punxerit et transforaverit, componat solidos 16.

58. Si[a] quis alii brachium punxerit et non transforaverit[a], componat solidos 8.

59. Si quis alium intra capsum plagaverit, componat solidos 20.

60. Si quis alium in coxa punxerit aut plagaverit, si transforata fuerit, componat solidos 16; si autem transforata non fuerit, componat solidos 8.

61. Si[a] plures plagae fuerint, usque tres tantummodo numerentur, et per unamquamque plagam componatur ut supra; nam amplius si fuerint, non componantur[b].

62. Si quis alii manum absciderit, medietatem pretii ipsius, quod[a] appreciatus fuerit, tamquam[b] si eum occidisset, ei componat, et si siderata[c] fuerit[c] et non perexcusserit a corpore, quartam partem precii ipsius ei componat[d].

Glossa: absciderit] et si plagata fuerit tantummodo, vadat per dampnum secundum vt. 4.

63. Si quis alii pollicem de manu excusserit, sextam partem[a] quod homo ipse appreciatus fuerit, si[b] eum occidisset, ei componat.

Glossa: Et si aliqua pars digiti vel ungula plagata fuerit, vadat per dampnum secundum vt. 4.

64. Si quis alii secundum digitum de manu excusserit, componat solidos 16.

65. Si quis alii tercium digitum de manu excusserit, qui est medianus, componat solidos 5[a].

66. Si quartum digitum[a] excusserit, componat solidos 8.

67. Si quintum digitum[a] excusserit, componat solidos 16.

68. Si quis alii pedem excusserit, medietatem pretii ipsius ei componat. Et si sideratus fuerit et non perexcusserit, quartam partem precii ipsius ei componat.

Expositio: Eodem modo affirmatur ab eodem capitulo[17].

69. Si quis alii pollicem de pede excusserit, componat solidos 10.[a]

70. Si quis alii secundum digitum de pede excusserit, componat solidos 6.

71. Si tercium digitum pedis excusserit, componat solidos 3.

72. Si quartum digitum excusserit, componat solidos 3.

73. Si quintum digitum pedis excusserit, componat solidos duos.

74. In[a] omnibus istis plagis aut feritis superius scriptis, quae inter homines liberos evenerint, ideo maiorem compositionem posuimus quam anti-

Cap. 48. *e codd.* 1—8. a) ei componatur, *rell. omissis,* 1; ei componat 5.
Cap. 49. *e codd.* 1—8. *Cap.* 50. *e codd.* 1—8.
Cap. 51. *e codd.* 1—8. a) duodecim 4. 6. b) *desunt* 1. 6—8.
Cap. 52. *e codd.* 1—8. *Cap.* 53. *e codd.* 1—8. *Cap.* 54. *e codd.* 1—8.
Cap. 55. *e codd.* 1—8. a) et si non resolidaverit, medietatem precii ipsius componat *rec. man. add.* 4.
Cap. 56. *e codd.* 1—8. a) et si non resolidaverit, quartam partem precii ipsius ei componat *rec. man. add.* 4.
Cap. 57. *e codd.* 1—8. a) *in codd.* 1—3. 6. *hoc cap. subnectitur capiti nostro* 58.
Cap. 58. *e codd.* 1—8. a) Si autem transforatum non fuerit 5.
Cap. 59. *e codd.* 1—8. *Cap.* 60. *e codd.* 1—8.
Cap. 61. *e codd.* 1—8. a) *anteriori capiti subiungitur in codd.* 5—8. b) numerentur 1. 5. 6.
Cap. 62. *e codd.* 1—8. a) ut 1. 7. 8. b) ac 7. 8. c) sidraverit 7. 8. d) *in marg. cod.* 7 *hoc loco rec. man. adscripsit Karoli caput* 81.
Cap. 63. *e codd.* 1—8. a) pretii *add.* 1. 5; pretii ipsius *add.* 4. b) tamquam si 1; ac si 2. 4.
Cap. 64. *e codd.* 1—8. *Cap.* 65. *e codd.* 1—8. a) VI. 1. 7.
Cap. 66. *e codd.* 1—8. a) de manu *add.* 1. 2. 4. 5.
Cap. 67. *e codd.* 1—8. a) de manu *add.* 1. 5.
Cap. 68. *e codd.* 1—8. *Cap.* 69. *e codd.* 1—8. a) *ita codd. omnes.*
Cap. 70. *e codd.* 1—8. *Cap.* 71. *e codd.* 1—8. *Cap.* 72. *e codd.* 1—8. *Cap.* 73. *e codd.* 1—8.
Cap. 74. *e codd.* 1—8. a) De 1. 7. 8.

16) Karol. M. 81. 17) Karol. M. 81; cfr. supra Roth. 48.

qui nostri, ut faida, quod est inimicitia[b], post acceptam suprascriptam compositionem postponatur et amplius non requiratur, nec dolus teneatur, sed sit causa finita, amicitia manente. Et si contigerit 5 de ipsis plagis, intra anni spacium* qui plagatus est mori, tunc ille[c] qui eum plagavit** componat qualiter in angargathungi, id est secundum qualitatem personae***.

* *vel post*[18] 7.8. ** *se*[19] *defendendo* 7.8. *et* 10 *in marg.* 4. *** *Si*[19] *vero super eum ambulaverit, omnem substantiam suam amittat. — Excepto*[20] *si servus se deffendendo hominem liberum plagaverit. — Nam*[18] *ille qui post plagatus est et intra annum inde compositio facta* 15 *est, si post annum mortuus fuerit, absque compositione alia iacebit.* 7.8.

Glossae: plagis aut feritis] scilicet temere factis liberis hominibus ab aliis liberis vel servis secundum vt., secundum a. de omnibus. 4. — *de ipsis plagis]* de qui- 20 bus compositio est facta, tantummodo infra annum mortuum componat. Si vero compositio plagae non est facta, quocumque tempore moritur, componatur. 4.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu fecisti ad patrem suum unam plagam, et fuit mortuus de ipsa* 25 *plaga intra anni spacium. — Ipse fecit michi finem de ipsa plaga*[e]. *— De plaga potuit tibi facere finem, sed non de morte.*

Expositio: Quod dicit: „inter homines liberos evenerint" debemus intelligere de plagis su- 30 prascriptis liberis tantummodo factis a liberis vel a servis. Quod videri potest per legem istius que est: „Omnes[21] vero plage aut ferite" et cetera, que specialiter dicit de plagis factis servis[f] et ancillis aldiis et aldiabus et non ponit differentiam sive a 35 liberis sive a servis sint facte. — §. 2. Notandum, quod hec lex loquatur ita de mulieribus, tam liberis quam ancillis, plagas facientibus quemadmodum de masculis. Quod videri potest per Liuprandi que est: „Relatum[22] est nobis quod aliqui homines" et 40 cetera, quia, ubi dicit: „secundum edicti[g] tenorem", respexit has compositiones et ostendit per has compositiones. Videtur etiam alia causa: quia in hoc quod he leges de compositionibus loquentes dicunt „Si quis", debemus intelligere tam de feminis quam 45 de masculis, cum masculinum genus pondus feminini sepe contineat, veluti in Liuprando in lege que est: „Si[23] quis Longobardus sine filiis mortuus est" et cetera debemus intelligere: si qua Longobarda. — §. 3. Notandum, quod, sive iste plage sint 50 nolendo sive volendo, utemur tantum his compositionibus, cum segregatim de istis legibus non habeamus; ita tamen si masculis fuerint factae: nam si mulieribus fuerint facte nolendo, eundum est per has compositiones ad similitudinem virorum[24]. 55 — §. 4. In hoc quod hec lex dicit: „ideo maiorem compositionem ponimus quam nostri antiqui", dixerunt antiqui: respexit ad compositiones antiquarum legum vel per antiquum usum. — §. 5. In hoc quod dicit: „et si contigerit, de ipsis plagis de quibus compositio facta est intra anni spacium mori, tunc ille qui eum plagavit componat qualiter in egargathungi id est secundum qualitatem persone", dat intelligere, quod, si fuerit mortuus post annum, non debeat emendari. Per quem intellectum antiqui[h] dicebant[h] esse ruptam a lege Liuprandi que est: „Si[25] quis liber homo se defendendo", in hoc quod dicit: „si fuerit se defendendo, sic sit sicut Rotharis[i] instituit", et in hoc quod dicit: „si fuerint super alium ambulando, quod debet amittere omnem substantiam". Sed male dicunt, quia sic salvatur, quemadmodum „Si quis liber homo noctu in curte alterius" salvata est[26] ab eadem lege. — §. 6. Item quod dicit: „si contigerit ex ipsis ex quibus accepta est conpositio infra anni spacium mori, quod deberet componi", dat intelligendum, si compositio non est facta, quod, in quocumque tempore moriatur, componi deberet. — §. 7. In hoc quod dicit: „componat qualiter in egargathungi", si se defendendo fuerit, affirmatur a lege Liuprandi que est: „Si[25] quis liber homo", in hoc quod dicit: „sic componat, sicut Rothari dixit"; si vero fecit supra eum ambulando, rupta ab eadem lege Liuprandi in hoc quod dicit: „omnem substantiam suam amittat". Item in hoc quod dicit: „secundum qualitatem persone" de servo rupta, si fuerit cum voluntate domini a lege Liuprandi que est „Si[27] servus cum voluntate domini", in hoc quod facit dominum amittere omnem substantiam suam; et si fuerit sine voluntate domini, dicetur affirmata esse in eadem lege, in hoc quod dicit: „widrigild suum componat" et insuper addit: „ut persona servi tradatur". Sed secundum quosdam non dicitur esse affirmata, sed rupta in hoc quod dicit: „persona servi insuper tradatur"; non tamen est ruptio, imo addicio.

75. Si infans in utero matris suae[a] nolendo ab aliquo occisus fuerit, si ipsa mulier libera est et evaserit, apprecietur ut libera secundum nobilitatem suam, et medietatem[b], quod ipsa valuerit, infans ipse componatur. Nam si[c] mortua fuerit, componat eam secundum generositatem suam, excepto quod in utero eius mortuum fuerit[d] ut supra: cessante faida, eo quod nolendo fecit*.

* *Similiter*[28] *precipitur de omnibus feminis liberis, quae nolendo occiduntur* per intellectum 7.8.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod tu occidisti unum infantem in utero de Maria*[f] *sua mundoalda nolendo. — De torto.*

Expositio: Quod dicit „nolendo" et quod inferius dicit: „si ipsa mulier libera est et evaserit" et cetera, notari potest, quod, si quid malum mulieri libere nolendo factum fuerit, ut iniuria non sit componenda, sed ut damnum datum in corpore liberi hominis, quia, cum datum est volendo, fit iniuria: patet itaque, retropositam legem „Si[29] quis volendo, per compositionem in capite Roth. 26 statutam.

b) non teneatur *add.* 1. c) *deest* 7.8. d) *e codd.* 7.8.10. e) intra anni spacium *add.* 8. f) a servis *c.* 60 g) eundem *c.* h) a. d. *cod.* i) romana *c.*

Cap. 75. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1.4.7.8. b) precii *add.* 5.7.8. c) ipsa *add.* 5—8. d) componat *add.* 2.5. e) *e codd.* 7.8.10. f) *sic plenis litteris* 8.

18) Cfr. glossa e cod. 4 et expos. §. 6. 19) Liutprand. 20. 20) Liutp. 21. 21) Roth. 127. 22) Liutp. 140. 23) Liutp. 1. 24) Sin autem 25) Liutp. 20. 26) Expos. §. 2. Roth. 32. 27) Liutp. 21. 28) Roth. 388. 29) Roth. 26.

mulieri libere" et cetera de iniuria volendo[g] facta esse locutam. — §. 2. Per „generositatem" debemus intelligere „qualitatem persone", ut in lege Liuprandi legitur que est: „Recolimus[30] enim qualiter iam statuimus" et cetera. — §. 3. Notandum, quod usu et exemplo huius legis, quecumque libera mulier nolendo occisa fuerit, quod debemus intelligere secundum hanc legem esse componendam. — §. 4. In hoc quod ipsa lex dicit: „nam si ipsa mortua fuerit, componat eam secundum generositatem suam", ostendit, quod plage aut ferite nolendo ei facte ut ad modum illorum quae viris fuerint sint componende, exemplo et mortis similitudine. — §. 5. Queritur, si infans in utero matris sue volendo[h] occisus fuerit et ipsa mortua fuerit, si puer debet componi? Ut[31] affirmat, puerum non debere componi in eo casu, quia lex istius que est: „Si[31] quis puellam aut mulierem liberam" non posuit differentiam, sive puer esset in eius utero sive non, et non facit interfectorem componere nisi matrem. Sed quidam affirmarunt, puerum debere componi non per legem sed per argumentum, sic dicentes: quoniam hec lex facit puerum componi, quando in utero matris nolendo occisus est, multo melius debemus intelligere, quod debet componi, quando in utero matris occisus est volendo.

76. De aldionibus et servis ministerialibus. De illis vero ministerialibus dicimus, qui docti domui[a] nutriti[b] aut[c] probati sunt.

77. Si quis aldium alienum[a] aut servum ministerialem percusserit, si vulnus aut livor apparuerit, pro una ferita componat solidum unum; si duas fecerit, det solidos 2; si tres fecerit, det solidos 3; si quattuor[b], det solidos 4; si vero amplius duraverint[c], non numerentur.

78. Si quis aldium alienum aut servum ministerialem plagaverit in capite, ut ossa non rumpantur, pro una plaga det solidos duos; si duas plagas fecerit, det solidos 4, excepto operas et mercedes medici; si vero amplius plagae capitis fuerint, non numerentur.

79. Si quis aldium alienum aut servum ministerialem plagaverit in capite, ut ossa rumpantur, unum[a] aut plura, componat solidos 4, excepto operas et mercedes medici.

80. Si quis aldium alienum aut servum ministerialem plagaverit in facie, componat solidos duos.

81. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali oculum excusserit, medietatem precii ipsius[a], quod appreciatus fuerit[b] ac si eum occidisset, ei[c] componat[c].

82. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali nasum absciderit, componat solidos 8, excepto operas et mercedes medici.

83. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali[a] aurem absciderit, componat solidos duos, excepto operas et mercedes medici.

84. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali labrum absciderit, ut dentes appareant, componat solidos 6, excepto operas et mercedes medici.

85. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali dentem excusserit, unum aut plures in risu apparentes, pro uno dente componat solidos 4; si plures fuerint, per hunc numerum componantur.

86. Si quis[a] maxellares dentes excusserit, pro uno maxellari componat solidos 2; si vero plures fuerint, per hunc numerum componantur.

87. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali brachium ruperit, componat solidos 6, excepto operas et mercedes medici.

88. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali manum absciderit, medietatem precii ipsius componat.

89. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali pollicem de manu excusserit, componat solidos 8, excepto operas et mercedes medici.

90. Si secundum digitum de manu excusserit, componat solidos 6.

91. Si tercium digitum de manu excusserit, qui[a] est medianus[a], componat solidos 2.

92. Si quartum digitum de manu excusserit, componat solidos duos.

93. Si quintum digitum de manu excusserit, componat solidos 4.

94. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali coxam ruperit aut tibiam, componat solidos 3, excepto operas et mercedes medici.

95. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali pedem excusserit, medietatem pretii ipsius componat.

96. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali pollicem de pede excusserit, componat solidos quattuor, excepto operas et mercedes medici.

97. Si[a] secundum digitum pedis excusserit, componat solidos 2.

g) nolendo *c.* h) nolendo *c.*

Cap. 76. *e codd.* 1—8. a) domi 1.5.7.8; domum 6. b) quod nutrici 1; et nutriti 4.5.7.8. c) *deest* 5.7.
Cap. 77. *e codd.* 1—8. a) *deest* 7.8. b) fecerit *add.* 1.4. c) feritae *add.* 5.7.8.
Cap. 78. *e codd.* 1—8.
Cap. 79. *e codd.* 1—8. a) aut unum 7.8.
Cap. 80. *e codd.* 1—8.
Cap. 81. *e codd.* 1—8. a) componat *add.* 7.8. b) est 7.8. c) *desunt* 7.8.
Cap. 82. *e codd.* 1—8.
Cap. 83. *e codd.* 1—8. a) *deest* 7.8.
Cap. 84. *e codd.* 1—8. *Cap.* 85. *e codd.* 1—8.
Cap. 86. *e codd.* 1—8. a) aldio alieno aut servo ministeriali *add.* 1.2.4.6.
Cap. 87. *e codd.* 1—8. *Cap.* 88. *e codd.* 1—5.7.8; *deest in cod.* 6. *Cap.* 89. *e codd.* 1—8. *Cap.* 90. *e codd.* 1—8.
Cap. 91. *e codd.* 1—8. a) qui est med. *om.* 4—6.
Cap. 92. *e codd.* 1—8. *Cap.* 93. *e codd.* 1—8. *Cap.* 94. *e codd.* 1—8. *Cap.* 95. *e codd.* 1—8. *Cap.* 96. *e codd.* 1—8.
Cap. 97. *e codd.* 1—8. a) quis *add.* 7.8.

30) Liutp. 117. 31) In codd. Pal. 772. Vatic. 3845. Paris. 4616. Olmut. 210. sententiae contrariae eaedem iureconsulto „Wal." (Gual. Wald'.) dicto et Ugoni adscribuntur. 32) Roth. 201.

98. Si tercium digitum pedis excusserit, componat solidos 2.

99. Si quartum digitum pedis excusserit, componat solidum 1.

100. Si quintum digitum pedis excusserit, componat solidum unum.

101. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali plagam intra capsum fecerit aut[a] sagitta iniecta aut cum quibuslibet armis[a], componat solidos 6, excepto operas et mercedes medici.

102. Si quis aldio alieno aut servo ministeriali brachium aut coxam transforaverit, componat solidos 3, excepto operas et mercedes medici; et si plagaverit et non transforaverit, componat solidum unum.

103. Si quis servo alieno rusticano plagam in capite fecerit, ut cutica tantum rumpatur[a], pro una plaga det solidum unum, pro duabus det solidos 2, excepto operas et mercedes medici; si vero amplius plagae capitis fuerint, non numerentur. Si autem ossa ruperit, unum aut plura, componat solidos 3; amplius[b] non numerentur.

104. Si quis servo alieno rusticano plagam in facie fecerit, componat solidum unum.

105. Si quis servo alieno rusticano oculum excusserit, medietatem precii ipsius, quod appreciatus fuerit si eum occidisset, domino eius componat.

106. Si quis servo alieno rusticano nasum absciderit, componat solidos 4.[a]

107. Si quis servo alieno rusticano aurem absciderit, componat solidos 2.[a]

108. Si quis servo alieno rusticano labrum absciderit, ut[a] dentes appareant[a], componat solidos 3.[b]

109. Si quis servo alieno rusticano dentem excusserit, qui in risu apparet, componat pro uno dente solidos 2, pro maxillare vero solidum 1. Si autem[a] amplius fuerint, per hunc numerum componantur.

110. Si quis servo alieno rusticano brachium aut coxam[a] transforaverit, componat solidos 2; si autem plagam[b] fecerit[b] et non transforaverit, componat solidum unum, excepto operas et mercedes medici.

111. Si quis servum alienum rusticanum intra capsum plagaverit, componat solidos 3, excepto operas et mercedes medici.

112. Si quis servo alieno rusticano brachium aut coxam aut tibiam ruperit, componat solidos 3, excepto operas et mercedes medici. Et si de ipsa ruptura intra anni spatium sanus factus non fuerit et ad pristinam sanitatem[a] non redierit, quartam partem quod[b] valuerit domino eius componat.

113. Si quis servo alieno rusticano manum absciderit, medietatem pretii ipsius domino eius componat.

114. Si quis servo alieno rusticano pollicem de manu excusserit, componat[a] solidos 4.

115. Si secundum digitum de manu excusserit, componat solidos 3.

116. Si tercium digitum de manu excusserit, componat solidum unum.

117. Si quartum digitum de manu excusserit, componat solidum unum[a].

118. Si quintum digitum de manu excusserit, componat solidos 2, excepto[a] operas et mercedes medici.

119. Si quis servo alieno rusticano pedem absciderit[a], medietatem pretii ipsius componat ut supra.

120. Si quis servo alieno rusticano pollicem de pede excusserit, componat solidos 2.

121. Si secundum digitum pedis excusserit, componat solidum 1.

122. Si tercium digitum pedis excusserit, componat solidum 1.

123. Si quartum digitum[a] excusserit, componat solidum medium[b].

124. Si quintum digitum[a] de pede excusserit, componat solidum medium.

125. Si quis servum alienum rusticanum percusserit, pro una ferita, id est pluslai, si vulnus aut livor apparuerit, componat solidum[a] medium[a]; si vero usque[b] quattuor feritae fuerint, componat solidos 2; amplius[c] feritae[d] non numerentur.

Cap. 98. *e codd.* 1—8. *Cap.* 99. *e codd.* 1—8. *Cap.* 100. *e codd.* 1—8.
Cap. 101. *e codd.* 1—8. a) aut....armis *om.* 7.8.
Cap. 102. *e codd.* 1—8.
Cap. 103. *e codd.* 1—8. a) quam capilli cooperiunt *add.* 5.6.8. b) et ampl. 7.8.
Cap. 104. *e codd.* 1—8. *Cap.* 105. *e codd.* 1—8.
Cap. 106. *e codd.* 1—8. a) excepto operas et mercedes medici *add.* 1.4; de aure comp. sol. II *add.* 2.5 *(cfr. c.* 107*)*.
Cap. 107. *e codd.* 1—4.6—8*; de cod.* 5 *cfr. c.* 106 *in not.* a) unum 4; III. 6; excepto opere et mercede medici *add.* 2.6.
Cap. 108. *e codd.* 1—8. a) ut dent. ap. *om.* 4.5. b) II. 5; IV. 6.
Cap. 109. *e codd.* 1—8. a) *deest* 2.4.6.
Cap. 110. *e codd.* 1—8. a) seu tibiam *add.* 1; aut tibiam *add.* 7.8. b) plagaverit 1.4.
Cap. 111. *e codd.* 1—5.7.8*; deest in cod.* 6.
Cap. 112. *e codd.* 1—8. a) quae fuerit *add.* 7.8. b) ipse *add.* 2.5.
Cap. 113. *e codd.* 1—8.
Cap. 114. *e codd.* 1—8. a) domino eius *add.* 4.
Cap. 115. *e codd.* 1—8. *Cap.* 116. *e codd.* 1—8.
Cap. 117. *e codd.* 1—8. a) II. 1.6.7.
Cap. 118. *e codd.* 1—8. a) excepto *rell. om.* 2.5.
Cap. 119. *e codd.* 1—8. a) excusserit 2.7.8.
Cap. 120. *e codd.* 1—8. *Cap.* 121. *e codd.* 1—8. *Cap.* 122. *e codd.* 1—8.
Cap. 123. *e codd.* 1—5.7.8*; abest a cod.* 6. a) pedis *add.* 8; de pede *add.* 1. b) unum 7.8.
Cap. 124. *e codd.* 1—8. a) dig. de p. exc. *om.* 6—8.
Cap. 125. *e codd.* 1-8. a) medietatem solidi 7.8. b) ad *add.* 1.2.4.5. c) et amplius 7.8. d) si fuerint *add.* 1.

126. Si de plagis aut feritis suprascriptis aldii aut servi ministerialis seu servi rusticani atque aldiae aut ancillae manus aut pedes vel quodlibet membrum, quod plagatum aut percussum est, sideratum[a] fuerit et non perexcusserit[b], simili modo componatur tanquam si eum[c] excussisset[c].

127. Omnes vero plagae aut feritae, tam de aldiis quam de servis ministerialibus seu servis[a] rusticanis[a] atque aldiis aut ancillis, quae evenerint, per hunc tenorem, sicut supra decretum[b] est, finiantur. Si autem inde[c] aliqua dubietas fuerit, quod evadere aut cicius sanare non possint, tunc medietatem pretii de plagis, quod arbitratum fuerit, dominus eius[d] accipiat; reliqua vero medietas suspendatur, dum usque cognoscitur, si intra anni spacium potest de ipsis plagis evadere. Si[e] evaserit quod reliquum est compleatur; si autem de ipsis plagis mortuus fuerit intra anni spatium, sicut subter adnexum est, ita domino[f] componatur; et quod pro plaga acceptum est, in ipsa summa compositionis mortui reputetur.

Glossae: si autem de ipsis] scilicet pro quibus medietas compositionis est data. 4. — *mortui reputetur]* secundum a.; si autem transacto anno mortuus fuerit, tota plagae compositione accepta, nichil amplius componi oportet secundum vl. 4.

Petre[g], *te appellat Martinus, quod ipse appellavit te, quod tu fecisti plagam in capite de Marcoardo suo servo, et propter hoc quod dubietas erat, si evaderet, medietatem de composicione dedisti, et medietas in suspenso fuit. Modo sanus est, et vult, ut tu adimpleas aliam medietatem, aut: modo mortuus est, et vult, ut*[h] *adimpleas compositionem mortui.*

Expositio: Notandum est, nos ire debere per has[33] leges, sive mulieres, tam libere quam ancille, seu masculi, tam liberi quam servi, supradictas plagas aut feritas aut haec subsequentia homicidia fecerint, quae continentur in his[34] legibus que sunt usque ad legem que est: „Si duo aut tres homines", et notandum, quod sive iste plage fuerint nolendo sive volendo, quod utemur his compositionibus, ut supra[34*] dictum est. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „si autem de aliquo fuerit dubietas quod evadere aut citius sanare non possit, tunc medietatem pretii de plagis quod arbitratum fuerit dominus accipiat, reliqua vero medietas suspendatur", et inferius dicit: „si autem de ipsis plagis, de quibus medietas compositionis accepta est, mortuus fuerit intra anni spacium, sicut subter annexum est componat domino eius", dat intelligere, si tota compositio plaga facta est, etsi alia die mortuus fuerit, non debere componi. Item quod dicit: „si autem ex ipsis plagis", scilicet unde medietas compositionis facta est, „mortuus fuerit intra anni spacium", ostendit, si post anni spacium mortuus esset, non debere componi. Et rursum in hoc quod dicit: „si autem de aliquo fuerit dubietas, quod evadere" et cetera, „tunc medietas precii de plagis" et cetera, et omnino quod inferius dicit: „si autem de ipsis plagis" et cetera usque „ita componat", datur intellegi, si nichil de compositione plage vel minus medietatis datum esset et tunc mortuus esset, sive infra annum sive post annum, quod deberet componi. — §. 3. Si quis servum habuerit in usufructu, et alterius fuerit proprietas, et ipse servus plagatus fuerit et ex ipsa plaga intra anni spatium mortuus fuerit, queritur, cui illorum compositio fieri debeat? Affirmatur, debere fieri compositionem[i] cui proprietas pertinet, quod videri potest per Romanam legem, quia in 4. libro Institutionum[k] legitur[35] in titulo de iniuriis: „Quod si ususfructus in servo Titii est, proprietas Mevii est, magis Mevio iniuria fieri intelligitur". Sed tamen usufructuarie opere, quas usufructuarius pro ipsa plaga amisit usque dum ipse mortuus fuerit, vel ea sint, componi deberent, sicut inferior lex declarat, que est: „De eo qui plagas fecit"[36] et cetera.

128. De[a] eo[a] qui plagas fecerit, ipse querat medicum, et si neglexerit[b], tunc ille qui plagatus est aut[c] dominus eius inveniat medicum. Et ille, qui caput rupit aut suprascriptas[d] plagas fecit, et operas reddat et mercedes medici persolvat, quantum per doctos homines arbitratum fuerit.

Glossa: plagas fecerit] scilicet servis vel aldiis. 4.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod tu plagasti Dominicum suum servum in capite, et noluisti querere medicum, sed ipse quesivit, et vult, ut solvas ei mercedem, quantum per doctos homines arbitratur. — De torto.*

129. Si quis aldium alienum occiderit, componat solidos 60.

Petre[a], *te appellat Martinus, quod tu occidisti unum suum aldium, aut unum suum servum ministerialem probatum, aut de aliis*[b] *ministerialibus, aut unum servum massarium, aut unum servum bobulcum de sala, aut unum rusticanum, aut unum porcarium magistrum, aut de inferioribus porcariis, aut pecorarium, aut caprarium, seu armentarium, aut ex discipulis, aut infantem parvulum de servo aut de massario.*

130. Si quis servum[a] ministerialem probatum ut supra[37] aut[b] doctum[c] occiderit, componat solidos 50.

131. De[a] alio vero ministeriali[a], qui secundus ei invenitur, tamen[b] nomen ministerialis habet, si quis occiderit, componat solidos 25.

132. Si quis servum alienum massarium occiderit, componat solidos 20.

Cap. 126. *e codd.* 1—8. a) sidratum 7.8. b) perexcussum fuerit 7.8. c) id excussum fuerit (esset 5) 5.7.8.
Cap. 127. *e codd.* 1—8. a) servo rusticano 7.8. b) dictum 2; constitutum 5.6. c) exinde 7.8. d) *deest* 1. e) et si 6—8. f) eius *add.* 5—8. g) *e codd.* 7.8.10. h) quod 7.8. i) componere *cod.* k) constitutionum *cod.*
Cap. 128. *e codd.* 1—8. a) *desunt* 7.8. b) medicum querere *add.* 1.2.5.6. c) certe *add.* 1.2.5.6. d) istas 7.8. e) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 129. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7.8.10. b) aldiis 8.10.
Cap. 130. *e codd.* 1—8. a) alienum *addit* 2. b) et 4.7.8. c) domi *add.* 1.5.6.
Cap. 131. *e codd.* 1—8. a) Alium vero ministerialem 7.8. b) et tamen 7.8.
Cap. 132. *e codd.* 1—8.

33) Roth. 76—128. 34) Roth. 129—137. 34*) Expos. §. 3 ad Roth. 74. 35) §. 5. Inst. iniur. IV, 4. 36) Roth. 128. 37) Roth. 76.

133. Si quis servum[a] bobulcum de sala occiderit, componat solidos 20.

134. Si quis servum alienum rusticanum qui sub massario est occiderit, componat solidos 16.

135. Si quis porcarium alienum occiderit, magistrum tamen illum, qui sub se discipulos habet[a] duos aut tres aut amplius, componat solidos 50. De inferioribus autem porcariis, si quis[b] occiderit, componat solidos 25.

Glossae: porcarium] scilicet servum. 4. — *alienum]* scilicet de domo domini. 4.

136. De[a] pecorario, caprario seu armentario occiso, magistro tamen, si quis[b] occiderit[a], componat solidos 20. Pro discipulis autem[c] qui sequentes sunt, si quis[b] occiderit, componat solidos 16. De illis vero pastoribus dicimus, qui ad liberos homines serviunt et de sala propria exeunt.

Glossae: pecorario] scilicet de domo. 7.8. — *pastoribus]* scilicet servis. 5.7.8.

137.[a] Si quis infantem parvulum de massario[b] aut de servo[b] casu faciente occiderit, arbitretur a iudice, secundum qualem aetatem habuit, aut quale lucrum facere potuit[c]: ita componatur.

138. Si duo aut tres aut[a] plures homines[a] arborem in unum inciderint, et alium hominem supervenientem ex ipsa arbore occiderint aut quodlibet dampnum fecerint, tunc incidentes arborem, quanticunque fuerint, ipsum homicidium aut dannum pariter componant. Et si casu faciente ab ipsa arbore aliquis ex ipsis qui incidunt[b] mortuus fuerit, si duo fuerint collegae, medietas pretii reputetur illi mortuo, et medietatem reddat parentibus collega ipsius; et si plures fuerint, eodem[c] modo[c] porcio una reputetur illi mortuo et, quanticumque fuerint, vivi[d] simul reddant summam precii, cessante faida, ideo quia nolendo fecerunt *.

* *Et si tres aut quattuor vel amplius fuerint, et omnes mortui fuerint nisi unus, ipse unus de unoquoque medietatem componere debet; si tres fuerint, et unus mortuus fuerit, duo vivi duas partes widrigild componant; similiter in ceteris.* 7.8. *et in marg.* 5.

Glossae: ipsa arbore occiderint] scilicet nolendo et culpa, quia non praeclamaverunt, ut casus evitasset. 4. — *aut quodlibet dampnum]* scilicet hominem vulnerando aut pecudes 4.

Petre[e], te appellat Martinus, quod tu taliasti unam arborem cum illo et illo, et ex ipsa arbore occidisti patrem suum.

Petre, te appellat Martinus, quod tu taliasti unam arborem cum Alberto suo patre, et ex ipsa arbore fuit mortuus, aut tale dampnum ei fecisti. — De torto.

Expositio: In hoc quod dicit: „aut quodlibet damnum fecerit, tunc incidentes arborem" et cetera, notandum est, quod, quocumque modo damnum factum fuerit, quod debet componi, quia, cum hec lex emendare facit quodlibet damnum nolendo factum, multo magis intelligi debet de volendo facto. — §. 2. In hoc quod dicit: „tunc incidentes arborem, quanticumque fuerint, ipsum homicidium aut damnum componant", notandum est, quod illi tantum homicidium aut damnum componunt, qui tunc presentaliter arborem incidebant, quando ex arboris occasu homicidium aut damnum factum fuit, et non alii, ut quidam dicunt, qui, licet ipsam arborem incidissent, tamen cum arbor cecidit, non aderant, vel, si aderant, occasum arboris non viderunt, veluti si dormirent. — §. 3. In hoc quod dicit: „quanticumque fuerint, vivi reddant simul summam precii", ita est intelligendum: si unus fuerit mortuus et duo vivi, mortuus tertiam partem widrigild in se computet, et duo vivi componant duas partes. Et, quod ita sit intelligendum, ex eo comprobari potest quod superius dixit: „si duo fuerint college, medietas pretii reputetur illi mortuo, et medietatem reddant parentibus college ipsius". Hoc eodem ordine debemus intelligere, si fuerint tres vivi et tres mortui; tres vivi pro unoquoque mortuo tres partes widrigild componant, unusquisque mortuus sui widrigild quartam partem in se computet. Et si fuerint 3 mortui, unus vivus, det pro unoquoque mortuo medietatem widrigild, unusquisque mortuus in se computet medietatem sui widrigild, et hoc ordine computetur de pluribus.

139. Si[a] homo liber aut mulier venenum temperaverit, et alii* ad bibendum dare voluerit, componat solidos 20, sicut ille qui de morte alterius consiliatus fuerit.

* *libero[b] vel libere* 7.8. *et in marg.* 4.

Glossae: Si quis] per kapitulum secundi Heinrici (2) „Decet" abrogatur. 5—8. — *libero vel libere]* nam si servo dare voluerit, vel si dederit, et servus mortuus non fuerit, nichil inde fieri debet. 5.7.8.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu aut Maria tua mundoalda temperasti venenum, et dare voluisti sibi aut Marthae suae mundoaldae ad bibendum. — De torto.

140. Si liber aut libera venenum alii* dederit ad bibendum, et qui[a] accepit[a] ex ipso veneno mortuus non fuerit, componat qui venenum dedit medietatem precii ipsius, quod appreciatus fuerit, ac si eum occidisset **.

* *libero vel liberae* 7.8. *et in marg.* 4. ** *Si liberae vero, similiter medietatem appreciaturae, ut hominis de simili, componat, id est widrigild.* 7; *si libere similiter medietatem secundum amentes.* 1.

Cap. 133. *e codd.* 1—8. a) alienum *add.* 1.7.8.
Cap. 134. *e codd.* 1—8.
Cap. 135. *e codd.* 1—8. a) unum vel *add.* 7.8. b) aliquem *add.* 7.8.
Cap. 136. *e codd.* 1—8. a) Si quis porcarium, caprarium seu armentarium occiderit, magistrum tamen 1.4. b) aliquem *add.* 7.8. c) aut 7.8.
Cap. 137. *e codd.* 1—8. a) Si infans parvulus de massario servo occisus fuerit *inscriptio e codd.* 7.8. b) servo massario 1.5.7.8, *cfr. form. ad Roth.* 129 *sub fine.* c) poterat 1.7.8.
Cap. 138. *e codd.* 1—8. a) homines seu amplius 1.7.8; seu amplius liberi 5. b) inciderunt 7.8. c) item 1.4. d) illi vivi 7.8. e) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 139. *e codd.* 1—8. a) quis *add.* 7.8. b) vel liberto *add.* 7. c) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 140. *e codd.* 1—8. a) *desunt* 2.4.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod tu aut Maria tua mundoalda temperasti venenum, et dedisti ei aut Marthae suae mundoaldae ad bibendum. — De torto.*

Expositio: „Alii“ in hac intelligendum est de libero, quod confirmari potest per hoc quod dicit: „Si liber aut libera“. Quod et alia ratione confirmatur, quia, ubicumque lex de compositionibus servorum loquitur, specialiter dicit, ut potest videri per compositiones supradictas[38].

141. Si quis alii venenum ad bibendum dederit, et qui acceperit mortuus fuerit, precium mortui secundum qualitatem personae in integrum componat*.

* *ipse*[39] *qui dedit, si per pugnam convictus fuerit; si vero aliter, omnem substantiam suam amittat; at*[a. 40] *si feminae liberae dedit, mille* 200 *solidos componat*[a]. 7. 8.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod tu occidisti suum patrem per venenum. — De torto.*

Expositio: Notandum „Si quis“ tantum de libero loqui, quod videri potest in hoc quod inferior lex[41] specialiter de servo loquitur. — §. 2. Sciendum quoque, „alii“ pro libero tantum intelligi, quod confirmatur per easdem rationes quibus confirmatum est superius[42]. — §. 3. In hoc quod dicit: „et qui accepit mortuus fuerit, secundum qualitatem persone in integrum componatur“, rupta est a lege Liuprandi que est: „Recolimus enim quia statuimus“[39], quia in hoc quod dicit: „et si ei ferita venerit cui crimen ipsum iniungitur aut ad camphionem illius quem conductum habet, non ammittat omnem substantiam, sed componat eum secundum qualitatem persone sicut ante fuit consuetudo, quia incerti sumus de iudicio Dei“, dat intelligendum, quod, si alio modo fuit probatum quam per pugnam, quod debeat amittere omnem substantiam suam; affirmata est ab eadem lege in hoc quod dicit: „si fuerit convictus per pugnam quod debet componere secundum qualitatem persone sicut ante fuit lex componendi“. Et in hoc iterum corrupta est a capitulo secundi Enrici quod est: „Quicumque[43] veneficio“ et cetera (hoc capitulum intelligitur loqui tam de masculis quam de feminis), in hoc quod dicit: „mortis sententiam incurrat omniumque suarum rerum mobilium vel immobilium facultatem amittat“. — §. 4. Notandum in hac lege, „alii“ intelligendum tam de libera quam de libero, quod confirmatur per supradictas[44] leges. — §. 5. Notandum est etiam, quod plures dicunt, „qualitatem persone“ mulieris hic accipiendam esse sicut Rothar determinare videtur, in hoc quod in lege quae est: „Si[40] quis puellam aut mulierem liberam per quamlibet occasionem occiderit“, faciat pro ipsa 1200 solidos componi.

142. Si servus aut ancilla venenum alicui*[1] dederit[a], et ille*[2] qui*[3] acceperit mortuus*[4] non fuerit, componat dominus servi vel[b] ancillae medietatem precii[c], quod[d] ipse*[5] valuerit qui*[6] accepit; et[e] per omnia[e] ipse servus vel[b] ancilla in ipsa[f] compositione[f], pro quanto appreciatus*[7] fuerit, ad occidendum tradatur. Et si mortuus*[8] fuerit qui*[6] acceperit, tunc dominus servi vel ancillae ipsum hominem[g] in integrum componat, sic tamen ut[h] servus aut ancilla in ipsa compositione, pro quanto appreciatus*[7] fuerit, ad occidendum tradatur, et nulla sit redemptio aut[i] excusatio[i] mortis servi vel[k] ancillae*[9].

*[1] *libero vel servo aliquando*[45] *vel liberae* 7. 8. —
*[2] *vel illa* 7.8. *et in marg.* 4. *[3] *vel quae* 7. 8.
*[4] *vel mortua* 7.8. *[5] *vel ipsa* 7.8.
*[6] *quaeve* 7.8. *[7] *appreciatave* 7.8.
*[8] *mortuave* 7.8. *[9] *De*[l] *servo quidem sic sit aliquando*[45] *ut*[l] *si ipse*[m] *servus hoc malum fecerit cum voluntate domini sui et probatum fuerit, perdat ipse dominus omnem substantiam suam in*[n] *eo ordine ut dicturi*[46] *sumus*[n]. *Et si dominus negaverit, quod per suum consilium factum non fuisset, purificet se ad legem Dei et componat ipsum mortuum, sicut*[o] *antea fuit consuetudo*[o]; *et insuper ipsum servum tradat in manus de parentibus defuncti*[p]. *De ancilla vero, ut dominus eius ipsum homicidium in integrum componat, et ipsa in compositione, pro quanto appreciata fuerit, ad occidendum tradatur; et*[q] *nulla sit redemptio aut excusatio mortis ancillae.* 7. 8. *et in marg.* 4.

Petre[r], *te appellat Martinus, quod Aldus tuus servus, aut Maria tua ancilla, temperavit venenum, et dedit sibi aut patri suo, aut Marthae suae mundoaldae. — De torto.*

Expositio: Notandum quia hic „alicui“ pro libero ponitur, quia, si de servo intelligeretur et contingeret, quod servus doctus daret venenum servo, qui est sub massario servo, et inde mortuus non fuerit, ideo ipse deberet tradi infra medietatem conpositionis ipsius „pro quanto precio appreciatus esset“ sicut hec lex precipit. Quomodo hoc contingere posset, quod servus doctus 50 solidos valens[47] posset tradi: „pro quanto appreciatus est infra medietatem compositionis illius“, qui non est apretiatus nisi[s] solidos 16[48]? scilicet nullo modo. — Alia ratio quod „alicui“ intelligendum tantum de libero sit: quia, etsi[s] contingere posset, quod unus servus traderetur pro quanto appreciatus esset infra medietatem compositionis

b) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 141. *e codd.* 1—8. a) at si...componat *adsunt etiam in cod.* 1. b) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 142. *e codd.* 1—8. a) ad bibendum *add.* 1.2.5.6. b) aut 7.8. c) ipsius *add.* 2.7.8. d) quantum 2.7.8. e) insuper 1; et insuper 2. f) ipsam compositionem 7.8. g) homicidium 7.8. h) ipse *add.* 2.8. i) *desunt* 7.8. k) aut 7.8. l) De servo...ut *om.* 4. m) *deest* 4. n) in eo...sumus *om.* 4. o) id est widrigild 4. p) lege Liutprandi (21) „Si servus cum voluntate“ *add.* 4. q) et *rell. om.* 4. r) *e codd.* 7.8.10. s) *deest c.*

38) Roth. 76 sqq. 39) Liutp. 117. 40) Roth. 201. 41) Rothar. 142. 42) Expos. ad Rothar. 140. 43) Heinr. II, 3. 44) Roth. 139.140. 45) iure scilicet antiquo Rothariano, cui derogat lex Liutprandi 21. 46) Liutprandi IV, 2. 47) Roth. 130. 48) Roth. 134.

alterius servi (veluti qui appreciati sunt 16 vel 20 solidos possunt tradi infra medietatem compositionis illius qui 50 solidos appretiatus est), tamen non debemus intelligere, quod hec lex de servis loquatur, quia, si de servis loqueretur, universaliter de omnibus[49] diceret. — §. 2. In hoc quod dicit: „ipsum hominem in integrum componat, sic tamen, ut ipse servus vel ancilla in ipsa compositione pro quanto apreciati fuerint ad occidendum tradantur“, ruptum est a lege Liuprandi que est „Si[49*] servus cum voluntate domini sui, dominus eius omnes res suas amittat“, in hoc quod inferius dicit: „si dominus purificaverit, quod per ipsius consilium mortuus non fuisset, componat ipsum mortuum sicut antea fuit consuetudo et insuper tradat servum suum in manibus defuncti“. Hec et illa rupte sunt a capitulo secundi Einrici quod est: „Quicumque[43] veneficio“, in hoc quod dicit: „aut inde consentiens fuerit, mortis sententiam incurrat“, (consentiens[t] scilicet dominus) et in hoc quod dicit: „si vero servus fuerit, per iudicium se defendat aut similem sententiam habeat“, scilicet quod moriatur, si sine voluntate domini fecit. — §. 3. In hoc quod dicit: „et si mortuus fuerit qui accepit, tunc dominus servi vel ancille ipsos servos vel ancillas in ipsa compositione pro quanto appreciati fuerint ad occidendum tradantur“, affirmatur a capitulo Caroli quod est „Nemini[50] liceat“ in hoc quod dicit: „aut ad penam petitori offerat“.

143. Si homo occisus fuerit liber aut servus et pro homicidio ipso[a] compositio facta fuerit et pro amputanda inimicitia sacramenta praestita fuerint, et postea contigerit, ut ille qui compositionem accepit revindicandi causa occiderit hominem* de parte, qua[b] compositionem accepit, iubemus, ut in duplum reddat ipsam compositionem iterum parentibus aut domino servi. Simili modo de[c] plagis aut feritis, qui post compositionem acceptam revindicare temptaverit, in duplum quod accepit restituat; excepto si hominem occiderit, componat ut supra**.

* *liberum pro revindicanda morte liberi* 7. 8.

** *Omnem[51] substantiam suam amittat et insuper manum perdat[52], si liberum causa vendicandi liberum occiderit. Si vero servum vel aldium causa vendicandi servum vel aldium, in duplum quod accepit pro compositione servi vel aldii domino reddat. De plagis vero aut feritis, qui post compositionem acceptam revendicare temptaverit, in duplum quod accepit restituat, excepto si hominem occiderit, sit ut supra.* 7. 8.

Petrus[d], Martine[e], interfecit patrem tuum, et vult, ut sibi iures ita: de hac hora inantea per ipsum homicidium, quod de patre meo fecisti, unde michi compositionem dedisti, per me nec per meam submissam personam non faciam furtum nec scachum nec homicidium nec incendium nec plagas nec comprehensionem[f] de personis tibi, nec hominibus de tua parte, nec aliquod malum, si Deus.

Modo iura, Petre, quod de hac hora inantea per ipsam compositionem, quam tu fecisti Martino de patre suo, quem tu interfecisti, nec per te nec per tuam submissam personam facias scachum furtum homicidium nec incendium nec plagas nec comprehensionem[g] de personis Martini nec hominibus de sua parte, nec aliquod malum, si Deus.

Martine, perdona Petro per istum fustem omnes causas calumpnias querelas et querimonias composituram et sacramenta seu de ceteris causis, quae per ipsum advenerint, quod tu inde permaneas tacitus et contemptus, et Petrus permaneat securus, solutus et indempnis[h]. Qua lege vivis? — Ad legem Longobardam. — Modo te sponde, Martine, ut si unquam in tempore tu aut tui filii vel heredes contra Petrum vel contra suos heredes de hac re habueritis agere aut causare, aut apparuerit[i] datum aut factum aut scriptum aut securitas, quae in alia parte facta habueritis et clarefacta fuerint: quod composueritis in duplo querimoniam unde agetur, et insuper penam argenti libras 10. *Spondes ita? — Sic[k] facio[k]. — Da ei launechild. Rogatis inde fieri breve? — Rogamus[l]. — Vel ita: seniores iudices, mittite iudicium. — Iuxta vestram professionem et manifestationem Martinus permaneat tacitus et contemptus, et Petrus permaneat securus, solutus et indempnis. — Senior comes, rogatis facere inde noticiam? — Rogo.*

Martine[m], te appellat Petrus[m], quod ipse interfecit patrem tuum[n], et fecit tibi compositionem, et ei fecisti perdonationem, et iurasti, et[o] revindicandi causa interfecisti fratrem suum. — Aut: pro plaga, quam tibi fecit in capite, unde tu finem fecisti ei, revindicandi causa fecisti plagam unam in suo capite. — De[p] torto[p].

Expositio: Petre, hoc dicit Martinus, quod tu interfecisti patrem suum pro revindicanda morte patris tui, quem ipse interfecit, unde tu compositionem accepisti. — Respondet: non est verum. — Deinde actor, si potuerit probare, probet; si vero non potuerit, vadat ad pugnam secundum capitulum Einrici, quod est: „Quicumque infra treuguam“[53], et detur ei spacium secundum legem, et postea faciat pugnam; et si[q] convictus[q] fuerit, per hanc legem duplum, quod accepit, restituat, et propter periurium[r] manum perdat.

§. 2. Petre, hoc dicit Martinus, quod tu interfecisti servum suum Donatum pro revindicanda morte Or., servi tui, unde compositionem accepisti et finem fecisti. — Respondet: non est verum. — Deinde actor probet, si potuerit; et si probare

t) quod sensit *c.*

Cap. 143. *e codd.* 1—8. a) ipsius 7. 8. b) unde 5; ex qua 7. 8. c) et de 7. 8. d) *e codd.* 5. 7. 8. 10. e) P. M. 5. 7. 8; Petre M. 10; *Petrum autem esse interfectorem sacramenti forma secunda demonstrat.* f) prehensionem 5. 7. 8; nec adsaltum *supra lineam* 10. g) nec adsaltum *addit supra lin.* 10. h) dempnis 7. 8. i) ullum *add.* 5. k) Spondeo 5. l) *deest* 7. 8. 10. m) P. hoc te appellat I. 5. n) A *add.* 5. o) postea *add.* 5. p) R. nequaquam 5. q) sicut victus *c.* r) iniuriam *c.*

49) scilicet servis, non tantum de iis servis interfectis, qui maioris pretii aestimantur quam servi interfectores. 49*) Liutp. 21. 50) Karol. M. 26. 51) Liutp. 20. 52) Heinr. I, 2. 53) Heinr. I, 3.

potuerit[s], compositionem[t], quod accepit, in duplum restituat, et manum propter periurium amittat per capitulum Pipini, quod est: „Si[54] quis periurium fecerit“ et cetera; et si probare non potuerit, ipse se[u] defendat per legem istius, que est: „Si pro quacumque causa vel culpa“[55], vel, ut alii dicunt, per pugnam se defendat per capitulum quod est „Quicumque infra treuguam“[53]; nam, ut quidam dicunt, ita loquitur de servo mortuo, quemadmodum de libero.

§. 3. Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu fecisti ei plagam in cassum pro revindicanda plaga cassi, unde compositionem accepisti et finem fecisti. — Respondet: Non est verum. — Deinde actor probet, si probare potuerit; si actor non potuerit probare, reus se defendat; quodsi ausus non fuerit se defendere, compositionem, quam accepit, in duplum restituat, et manum pro periurio amittat.

§. 4. In hoc quod dicit: „ut in duplum reddat ipsam compositionem“, et non posuit differentiam, sive homicidium factum esset se defendendo sive super alium ambulando, affirmatur et rumpitur a lege Liuprandi que est: „Si[56] liber homo se defendendo“.

§. 5. Notandum, quod in hac lege intelligendum est de homicidio liberi contra homicidium liberi et de homicidio servi contra homicidium servi et de plaga cassi contra plagam cassi et semper de omnibus similibus contra similia. Quod si ita non[v] intelligeretur, magna iniquitas procederet: veluti, si quis hominem liberum interfecit et compositionem fecit, et qui compositionem acceperit postea pro revindicanda morte liberi servum occiderit, in duplum restituere deberet, quod[w] accepit, et e converso; quod esset magna iniquitas. — Item, si intelligeretur de plaga capsi servi contra plagam capsi liberi, magna esset iniquitas: veluti, si quis servum rusticanum plagaverit intra capsum et compositionem domino eius fecerit, id est tres solidos[57], et ipse dominus, qui compositionem accepit, revindicandi plagam servi sui liberum in capsum plagaverit, quod tantum debeat reddere compositionem de servo in duplum quod accepit, id est solidos 6[x] et e converso. Item, si[y] intelligeretur de plaga capsi liberi contra[z] plagam liberi ex qua cutica tantum rumpatur, magna iniquitas esset: veluti, si quis hominem liberum in capsum plagaverit et ei composuerit, et ipse qui compositionem accepit causa vindicandi eum pro quo compositionem fecit in caput[a] plagavit, ut cutica tantum rumpatur, quod ipse [deberet[b] componere solidos 40, etiamsi ipse] non debet componere nisi solidos 6, si causa revindicandi non fuisset, et e converso. Intelligendum est igitur Vil.[c] de homicidio servi contra servum, liberi contra liberum et de similibus contra similia. Sunt tamen, qui dicunt, intelligi posse de homicidio servi contra liberum et e converso, et ita de ceteris plagis, quia, cum lex ista sit facta ad proficuum illius qui per hanc legem agit, debemus intelligere, quod in electione sua sit, vel agere de duplo per hanc legem, vel de simplo secundum alias leges, si melius sibi visum fuerit. — §. 6. Notandum est, istud „excepto“ ita intelligi, quod, si quis causa revindicandi plagam[d] homicidium fecerit, quod non ageret per hanc legem, sed per illam que est „In[58] omnibus istis plagis“ et cetera, quod videri potest in hoc quod haec lex dicens: „componat ut supra“ respexit „In[58] omnibus istis plagis“.

§. 7. In hoc quod dicit: „et pro amputanda inimicitia“, notandum est, quod per hanc legem post compositionem homicidii factam finis[e] homicidii sacramento debet confirmari hoc modo:

Petre, modo iura, quod post mortem patris tui, unde hanc compositionem accepisti, ut ab hac hora inantea non eris in consilio, neque in facto per te aut per personam tibi suppositam, quod inde sit factum furtum aut scacchum homicidium aut incendium captio aut plaga asaltus aut ferita Martino, neque hominibus ex sua parte, si Deus et illa sancta evangelia te adiuvent.

Et e converso Martinus propositionem id est sacramentum facit.

Petre, modo perdona cum illo fuste, quem tenes in manu, Martino omnes causas querelas calumnias et querimonias compositiones et sacramenta, que usque modo ab illo habuisti ad querendum, hoc ordine, ut ab hac hora inantea tu et tui heredes permaneatis inde taciti et contenti, ipse et sui heredes inde permaneant securi et soluti et indempnes. Dicis ita, Petre? — Dico. — Modo da ei fustes, et tu, Martine, recipe. — Tunc interrogetur Petrus, qua lege vivat? Si dixerit: Longobarda, sic dicatur ei: Petre, modo promitte et sponde[f] te, ut, si unquam tu aut tui filii filieve vel heredes contra eum aut suos heredes de morte patris tui[g], unde compositiones accepisti, habetis agere aut causare vel per placitum fatigare, per vos aut per vobis subpositas personas, aut si apparuerit ullum datum aut factum aut scriptum aut firmitas, que in aliam partem facta aut data sit, et in omni tempore non permanebitis taciti et contempti: quod vos componatis duplas querimonias, unde vos agatis et insuper penas libras mille. Petre, dicis ita? — Dico. — Sic promitte illi et huic notario da[h] scribendo[h]. Habes launechild? — Habeo. — Modo dic: omnes vos rogo esse testes huius rei. — Domne comes, precipitis vos inde fieri notitiam? — Precipio. — Tunc scribatur notitia sicut in formulario scripta est.

144.[a] Si magister comacinus cum collegis suis cuiuscumque domum ad restaurandam vel fabricandam super se, placito finito de mercede[b], susceperit, et contigerit, aliquem per ipsam domum aut materiam aut lapidem[c] elapsum mori, aut[d] quod-

s) non potuerit *c.* t) componat *c.* u) se *om. c.* v) non *om. cod.* w) quod *om. cod.* x) XV. *cod.* y) si *om. cod.* z) contra pl. lib. *post* rumpatur *transponit cod.* a) capsum *c. cfr. Roth.* 46 *et* 59. b) deberet.....ipse *coniciendo supplevi.* c) secundum Wilihelmum? *In glossis autem quas codd. Pal.* 772. *Vat.* 3845. *exhibent priorem sententiam Gual., posteriorem Ugo defendit.* d) vel *add. cod.* e) *ita correxi:* siue *c.* f) expond *c.* g) avi *c.* h) describende *c.*

Cap. 144. *e codd.* 1—8. a) De magistris cummacinis *inscriptio in codd.* 7.8. b) n.ercedibus 7.8. c) muri *add.* 1.5.6. d) aut q. d. f. *prim. man. om.* 4.

54) Pipin. 43. 55) Roth. 365. 56) Liutp. 20. 57) Cfr. Roth. 111. 58) Roth. 74.

libet dampnum fieri, non requiratur a domino, cuius domus fuerit, nisi magister comacinus cum consortibus suis ipsum homicidium aut dampnum componat; quia, postquam fabulam firmam[e] de mercede pro suo lucro suscepit, non inmerito dampnum sustineat.

Glossa: Nota, non esse in usu. 5.

145.[a] Si quis magistrum comacinum unum aut plures rogaverit aut conduxerit ad opera dictanda aut solatium diurnum prestandum inter servos suos ad[b] domum aut casam sibi faciendam, et contigerit per ipsam casam aliquem ex ipsis comacinis mori, non requiratur ab ipso[c] cuius casa est. Nam si cadens arbor aut lapis ex ipsa fabrica occiderit aliquem extraneum, aut quodlibet dampnum fecerit, non reputetur culpa magistro, sed ille qui conduxit ipsum dannum sustineat.

146. Si quis casam alienam asto animo, quod[a] est voluntarie, incenderit[a.*], in triplum eam, quod est sibi terciam, sub estimatione precii cum omni quicquid[b] intus[b] crematum fuerit, quod vicini bone fidei homines appreciaverint, restauret[c]. Et si aliqua de[d] intrinsecus domus[d] orta fuerit intentio, tunc ille qui dampnum pertulit iuratus dicat, quantum in eadem casa perdidit: omnia[e], ut dictum est, in triplum ei restituantur ab illo, qui voluntarie hoc malum perpetravit **.

* *ita ut focus non sit convivatus in silva* per kap. Lotharii (81.) Volumus ut si qua persona. 7.8 *et in marg.* 4. ** *Qui appellatus est aut in triplum emendet, aut se purificet secundum legem* per legem istius „Si pro quacumque causa“ et „Si qualiscumque causa“ *(Roth.* 365. 359.*)* secundum asinos. 7.8.

Glossae: asto animo] nam si nolendo, ferquido emendet[59]. 4.5.7.8. — scilicet non vindicando suam iniuriam. 4. — *fuerit intentio]* id est si dubium fuerit, quantum sit in ipsa domo exarsum. 4. — *iuratus dicat]* Nota: hic videri potest, quod de incerta re actor iurare debet. 4.

Petre[f], te appellat Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod voluntarie incendisti unam suam casam, quae valebat libras 100, *cum tanto mobili, quod valebat libras* 50. — *De torto.* — *Vis ei adardire[g].* — *Volo.* — *Wadiate pugnam.* — *Et si dixerit: incendi ego ipsam casam, sed non valebat tantum, tunc veniant vicini et estiment. Et[h] si dixerit, quod mobilia non fuerint tanta incensa, si appellator facere pugnam vult, faciat[h]. Et si dixerit: non feci per meam voluntatem, iuret cum suis sacramentalibus secundum quosdam; nam solus secundum valentes iurare debet.*

Expositio: In hoc quod dicit: „in triplum componat“, usu et exemplo huius legis debemus intelligere de omni incendio voluntarie facto, quod debeat componi in triplum. — §. 2. In hoc quod dicit: „in triplum eam restauret“, affirmatur a lege istius que est: „Si[60] quis casinam“ et cetera, que, in hoc quod dicit: „nam si casam, ubi habitaverit, distirpaverit, componat sicut in hoc edicto legitur alatraib, id est sibi tertiam“, respexit ad istam. — §. 3. In hoc quod lex dicit: „tunc ille qui damnum pertulit iurando dicat quantum in hac casa perdidit“, dicebant antiqui iudices ruptam esse a lege istius que est: „Si[61] pro quacumque causa vel culpa“ et cetera, in hoc quod dicit: „liceat ei se idoniare secundum legem et qualitatem cause“. Sed prave dicebant, quia, si eo casu, quo sacramentum est actori datum per hanc, per illam daretur appellato[k], non posset se idoniare secundum legem, imo contra legem esset. — §. 4. In hoc quod dat sacramentum actori, ideo quia maiorem certitudinem rei habet, exceptio[62], ubi reo dandum specialiter precipitur esse. — §. 5. Hec lex precipit, litigium de mobili in domo exusta determinari [per[l] sacramentum; alii autem dicebant, litigium hodie determinari] per pugnam per legem Liuprandi quae est: „Si[63] quis alium astu compellaverit de pugna“ et cetera, que facit pugnam fieri de incendio. Dicentes illam legem precipere pugnam fieri de incendio et faciunt ita appellationem fieri:

Petre, hoc dicit Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu incenderis domum suam cum tanto mobili, quod valeat solidos 100. — Et ita pugnam faciebant fieri. Sed non est verum, quod ipsa lex[63] precipiat pugnam fieri de omni incendio, quia de mobili incenso in domo fieri non debet: nam ipsa[63] non aliunde facit pugnam fieri, nisi unde solita erat fieri. Et quod de ea pugna loquatur, quae solet fieri vel usu vel lege, videri potest illic, ubi dicitur: „quae solet fieri per pravas personas“; sed de mobili incenso in domo non possumus dicere, quod per usum pugna inde fieri debeat, neque quod per legem retropositam pugna fieri debeat, cum specialiter per hanc legem determinatum est, ut per sacramentum fieri debeat.

147. Si quis focum foras super novem pedes a focolari portaverit, et dannum ex ipso foco sibi aut alteri factum fuerit, ipse qui portavit dampnum componat ferquidum[a] id est simile, ideo quia nolens[b] fecit; et si intra ipsos novem pedes, quod est de focolari, dannum facere sibi aut alteri contigerit, non ei requiratur.

Glossae: Si quis] Accio danni. 5. — Accio danni in factum. 7.8. — *a focolari]* videndum est suo an alterius an et suo et alterius. 5.7.8.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu portasti focum ultra novem pedes de focolari, et de ipso foco fuit incensa una sua casa, quae valebat soli-

e) firmata 1.2.6—8.
Cap. 145. *e codd.* 1—8. a) De rogatis aut conductis magistris *inscriptio in codd.* 7.8. b) *deest* 1.4. c) illo 7.8.
Cap. 146. *e codd.* 1—8. a) incenderit quod est voluntarie 7.8. b) quod intrinsecus 7.8. c) restituat 1.4. d) de hoc quod (hoc quod *om.* 2) intrinsecus crematum est 2.5.6; de re intrinsecus domo 7.8. e) et omnia 5—8. f) *e codd.* 7.8.10. g) emendare 7; ardire 8. h) Et si.....faciat *om.* 10. k) appellatio *c.* l) *uncis hic inclusa ex coniectura supplevi.*
Cap. 147. *e codd.* 1—8. a) ferquido 1.2.7.8. b) nolendo 2.4.6. c) *e codd.* 7.8.10.

59) Roth. 147. 60) Roth. 380. 61) Roth. 365. 62) regulae scilicet in lege Roth. 365 propositae, ex qua reo datur sacramentum. Hoc loco verba nonnulla excidisse videntur. 63) Liutp. 70.

dos 10. — *Si dixerit: „non portavi", non faciat pugnam, sed iuret. Si dixerit: „portavi, sed non fuit incensa tua casa", fiat pugna, si vult qui appellat.*

Petre, te appellat Martinus, quod ipse deposuit tibi tanta sua mobilia, quae valebant solidos 20. — *Si negaverit, fiat pugna. Si dixerit: „incensa est", tunc ipse qui appellat dicat: „ego te appello, quod tu portasti focum ultra novem pedes de focolari tuo, et ex ipso foco fuit incensa". Secundum quosdam ita sit haec appellatio; sed secundum valentes est exeptio et replicatio.*

Expositio: In hoc quod ipsa lex dicit: „ipse qui portavit dampnum componat ferquidum id est simile, ideo quia nolendo fecit", usu et exemplo huius legis debemus intelligere, omne incendium, quod fit nolendo, debere componi ferquidum.

148. Si quis focum foris in[a] itinere* fecerit, antequam egrediatur, extinguat eum et non neglegenter dimittat. Nam si contigerit, post egressum ipsius alicui ex ipso foco dannum aut lesionem[b] fieri[b], ipse qui focum fecit et neglegenter dimisit dannum sicut arbitratum fuerit, caput tantum, componat; sic tamen, ut post relictum focum, qua hora eum reliquerit, usque ad aliam talem horam diei aut noctis computetur, quod[c] sunt horae 24. Nam si contigerit, transire[d] ipsum focum[d] super publicam viam aut rivum, si dampnum fecerit, non ei requiratur, qui focum dimisit.

* *non in silvis* per kap. Lotharii (81.) Volumus ut si quis. 7.8.

Petre[e], te appellat Martinus, quod tu fecisti focum foris in itinere, et laxasti per neglegentiam, et per ipsum focum fuerint incensa tanta sua mobilia, quae valebant solidos 100. — *Si dixerit: focum feci ego, sed non dimisi per neglegentiam, iuret cum suis sacramentalibus secundum quosdam; sed solus secundum valentes. — Si dixerit: focum feci et per neglegentiam dimisi, sed non fuerint incensa tua mobilia, tunc fiat pugna. — Si dixerit: focum feci et per neglegentiam laxavi, sed non fuerint incensa tua mobilia, antequam* 24 *horae, aut antequam transiret focus super publicam viam aut rivum, iuret cum suis sacramentalibus[f] secundum quosdam; sed solus secundum valentes.*

Expositio: In hoc quod dicit: „nam si contigerit ut alicui noceat focus post viginti quattuor horas vel quod transeat focus ipse super publicam viam aut rivum et damnum fecerit, non requiratur illi qui focum dimisit", dicebant antiqui iudices, ruptam esse a capitulo Lotharii: „Volumus[64], ut si quaelibet persona in finibus regni nostri ignem in silva convivare ausa fuerit" et cetera, cum dicit: „aut pro eo, quicquid damni fecerit, emendare cogatur. Si quoque libera persona hoc fecisse comprobata fuerit, penitus emendare cogatur et insuper bannum componat", et non posuit differentiam, aut esset 24 horarum aut non, vel si transisset publicam viam seu rivum vel non. Sed ita salvatur, ut non intelligamus, focum vel ignem ex quo hec lex loquatur in silva esse; et aliter salvatur, ut ipsum capitulum secundum determinationem huius legis intelligamus. — §. 2. In hoc quod dicit: „et non neglegenter dimittat", datur intelligendum, quod, si talis persona fuerit qui focum fecerit, ut neglegentiam nesciat recognoscere, quod non debet componi.

149. Si quis molinum alterius asto incenderit, id est voluntarie, in triplum eum restituat sub estimatione pretii cum omnibus, quae intus cremata sunt.

Glossa: *asto]* id est irato animo. 8.

Martine[a], hoc te appellat Petrus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu incendisti ei asto unum molinum cum tanto de suo mobili, quod valebat 10 *solidos. — De torto.*

150. Si quis molinum alterius capellaverit[a] aut clusam[b] ruperit sine auctoritate iudicis, componat solidos 12 illi, cuius molinus esse invenitur[c]. Et[d] si iudicem interpellaverit, et iudex dilataverit ipsam causam deliberare, aut licentiam dederit adversae parti ipsum molinum evertendi, componat solidos 20 in palatio regis districtus ab stolesaz*.

* *id est ab infertore regis vel regali sede, et*[65] *ei qui se reclamavit solidos* 12 *Sed si iudex suus adtenderit ad gasindium, aut ad parentes, aut ad amicos, vel ad premium, et legem non fecerit, honorem perdat et widrigild suum componat, medietatem regi et medietatem cui iusticiam denegavit* per legem Rachis (6.) Cognovimus. 7.8. *et similiter in marg.* 4.

Glossa: *sine auctoritate iudicis]* Hic videri potest, quod homo non emendet malum, quod iudex precipit ei facere alicui (quod agit precipiente iudice 5). 5.7.8 *et similiter* 4.

Martine[e], hoc te appellat Petrus, quod tu capellasti ei unum molinum aut rupisti clausuram sine auctoritate iudicis. — De torto; — vel: feci, sed cum auctoritate iudicis. — Ita iuret solus, sed cum 12 *secundum quosdam.*

Petre comes, te appellat Martinus advocatus de parte publica, quod Paulus se reclamavit tibi de Marcoardo, quod habebat ei capellatum unum molinum, aut quod habebat ruptam unam clausuram, et tu dilatasti ipsam causam deliberare, aut licentiam dedisti adversae parti perpetrandi illud malum. — Non placeat Deo; — vel: reclamavit, sed non dilatavi; — vel: non dedi licentiam. — Et ita iuret.

Expositio: In hoc quod dicit: „si iudex dilataverit ipsam causam deliberare, aut licentiam dederit adverse parti ipsum molendinum evertendi, componat solidos 20 in palatio regis", rupta est a lege Rachis quae est: „Cognovimus[66] quod per

Cap. 148. *e codd.* 1—8. a) *deest* 7.8. b) lesio, *om.* fieri, 7.8. c) quae 7.8. d) ut alicui noceat focus post 24 horas vel quod transeat ipse focus 7.8. e) *e codd.* 7.8.10. f) iuratoribus 7.8.
Cap. 149. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 150. *e codd.* 1—8. a) excapellaverit 7.8. b) clausuram 5.6; clausam 7.8. c) inveniatur 7.8. d) At 7.8. e) *e codd.* 7.8.10.

64) Loth. 81. 65) Liutp. 25. 66) Rachis 6.

singulas" et cetera, in hoc quod dicit: „si forsitan adtenderit ad gasindium vel ad parentem aut ad amicum suum vel ad premium et legem non iudicavit, componat widrigild suum et insuper honorem 5 suum amittat". Et si ad aliquod eorum inde attenderit, componat per hanc legem solidos 20 in palatio regis, et illi qui se reclamaverit solidos 12 per legem Liuprandi que est „Si[65] quis casam habuerit et sculdai" et cetera, in hoc quod dicit: „si 10 iudex eius causam ipsam dilataverit intra 6 dies, et intra eos per legem non iudicaverit, componat illi qui se reclamavit solidos 12".

151. Si quis molinum in terra aliena edificaverit et suam probare non potuerit, amittat[a] moli- 15 num et omnia[b] opera sua[b], et ille habeat, cuius terra[c] aut ripa[c] esse invenitur; quia[67] omnes scire debent, quod suum non est, alienum est.

Glossae: amittat] Similiter iudicatur de omnibus aliis edificiis ut de molino per[d] huius legis intellectum secun- 20 dum vl.[d] 1.4. — *et suam probare non pot.]* Litigatorum alii ostendunt rem esse suam, unde appellantur, ut rei Longobardi, ut per leges Rotharis Si quis molinum (151.). Si quis exaraverit campum (360.) ut per legem Grimoaldi Si quis per 30 annos (4.) et alias complures, alii ostendunt, rem 25 unde agunt suam esse, ut Romani actores, veluti „necessitas probandi semper incumbit illi qui agit"[68]. Et hoc secundum quosdam. 5.7.8.

Petre[e], te appellat Martinus, quod tu edificasti unum molinum in sua terra. — De torto; — vel: feci, 30 sed mea est. — Et ita probans nichil componat.

Expositio: Cum dicit: „amittat molendinum et omnem operam", usu et exemplo huius legis debemus intelligere de omnibus mala fide aedificantibus, quod aedificium et operam suam omnem 35 perdere debeat. Cum dicit: „ammittat molendinum et omnem operam" ac sic concordat cum lege Romana, quia in principio secundi libri Institutorum legitur: „Omne, quod inedificatur, solo cedit"[69]. — §. 2. Sciendum quoque, quod bannum dare de- 40 bet per capitulum Pipini: „Nullus[70] alteri res suas" et cetera.

152.[a] Si quis operarios conduxerit aut rogaverit in opera, et casu faciente contigerit, unum[b] ex ipsis aut in aqua mori aut a fulmine percuti 45 aut a vento arbore mota occidi[c], aut propria morte mori, non requiratur ab[d] eo[d] qui conduxit aut rogavit; tantum est, ut per ipsius factum, qui rogavit[e], aut hominum eius non moriatur. Et si a quocumque unus eorum occisus fuerit aut lesus, ipse 50 componat qui eum occiderit aut leserit.

Glossae: conduxerit] actio conducti. 4.7. — *ut per ipsius factum]* actio in factum. 7. — *aut homines eius]* id est servos. 5.7.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu rogasti aut conduxisti Paulum suum patrem in opera et fuit occisus a te aut ab hominibus tuis. — De torto.

153.[a] Omnis parentela usque in septimum geniculum[b] numeretur, ut parens parenti per gradum et parentelam heres succedat*; sic tamen, ut ille qui succedere vult nominatim unaqueque[c] nomina parentum antecessorum suorum dicat. Et si intentio fuerit contra curtem regis**, tunc ille qui querit prebeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis et dicat per ordinem, quod parentela nostra sic fuit, et illi sic nobis fuerunt parentes quomodo nos dicimus***.

* *nisi ut dicturi sumus*[71]. 7.8. ** *vel inter aliquos ex parentibus.* 7.8 *et in marg.* 4.
*** *et eo ordine nunc[d] maneat successio, qualiter hic subter*[71] *legitur.* 7.8.

Glossae: genuculum] gradum. 4. — *parens parenti]* non dicit, ut parentes succederent liberos, quia liberifamilias successores habere non possunt. 5.7.8. — *per gradum]* ut dicit media iurisprudentia i.e. ius civile. 5.7.8. — *sic tamen]* ut succedat. 4. — *dicat]* scilicet potestatibus. 5.7.8. — *sacramental. suis]* duodecim. 4.7.

Petre[e], te appellat Martinus[f], quod tu tenes sibi malo ordine terram, quae iacet in loco tali. — Ipsa terra, de qua tu dicis, mea propria est de parte Dominici parentis mei; et tibi, quid pertinet ad requirendum? — De parte ipsius. — Tunc[g] interroga ipsum qui tenet, quomodo fuit suus parens. — Marcoardus proavus suus fuit consobrinus de proavo meo, et fuerunt in tercio gradu; avus meus et avus illius in quarto; pater meus et pater illius in quinto; ego et ille in sexto. — Interroga[h] similiter illum, qui pulsat[h]. — Avus meus et avus suus fuerunt fratres, et fuerunt secundo gradu; pater meus et mater sua in tercio; ego et ille in quarto[i]. Et[k] cum fuerit nominata haec parentela, interroga[k] eum qui tenet, si potest probare, quod plus proximus sit; si non potest probare, probet ipse qui appellat. Et[l] si ipse[l] non potuerit, iuret[m] ipse qui appellatus est[m] cum suis sacramentalibus, quod plus proximus sit, et habeat ipsam terram.

Petre, te appellat Martinus, quod pars publica, unde tu es advocatus, tenet sibi terram malo ordine in loco tali. — Ipsa terra propria est de parte publica de parte Dominici, qui fuit mortuus sine heredibus. — Non[n] fuit mortuus sine heredibus[n], quia ego sum suus heres. Avus meus et avus suus fuerunt consobrini. — Iuret cum suis sacramentalibus, quod ita sit.

Secundum a.[o] ita fit placitum; sed ita esse[p] debet[q]:

Petre, te appellat Martinus, quod terram, quam tenes et possides in tali loco, sua propria est. — Quid tibi pertinet? — Ex hereditate ex parte Io-

55 *Cap.* 151. *e codd.* 1–8. a) ipsum *add.* 2.5.6. b) omnem operam suam 7.8. c) terram aut ripam 7.8. d) per....sec. vl. *om.* 1. e) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 152. *e codd.* 1–8. a) Si operarius ab alio rogatus in opere mortuus fuerit *inscriptio in codd.* 7.8. b) *deest* 1.4; aliquem 7.8. c) *deest* 1; opprimi 7.8. d) ad eum 7.8. e) vel conduxit *add.* 6–8. f) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 153. *e codd.* 1–8. a) De gradu (gradibus 1) cognationum *inscriptio in codd.* 1.7.8. b) genuculum 2.4.5.7.8. 60 c) unicuique 4; uniuscuiusque 1.7.8. d) nuō 7.8. e) *e codd.* 5.7.8; *absunt formulae a cod.* 10. f) l. 5. g) *loco* Tunc..... suus parens *cod.* 5 *habet:* Tenens ita refert. h) Querens ita 5, *omissis* Interroga..... pulsat. i) quinto, *corr.* quarto, 7. k) Tunc interroga, *om.* Et cum....parentela, 5. l) Si vero 5. m) iuret appellatus 5. n) Non.....heredibus *om.* 7.8. o) asinos 7.8. p) fieri 5. q) Coniectura (coniectum 8) stulticiae *add.* 7.8.

67) Cfr. L. 11. C. unde vi (VIII, 4). 68) L. 21. Dig. probation. (XXII, 3). 69) §. 29. Inst. rer. divis. (II, 1). 65 70) Pip. 23. 71) infra (p. 318.) in tractatu de successione hereditaria §. 1–29.

hannis. — Iohannes, quid tibi pertinuit? — Hoc: Paulus fuit suus avus et meus; pater meus et pater suus fuerunt fratres; ego et ille fuimus fratres patrueles. — Prebe sacramentum, ut ita sit parentela tua.

Petre, te appellat Martinus, quod terram, quam tenes et possides in tali loco, sua propria est. — Quid tibi pertinet? — Ex hereditate ex parte Iohannis. — Iohannes, quid tibi pertinuit? — Andreas fuit suus attavus et meus. — Tamen non debes eum succedere; nam Stephanus suus fuit avus et meus; Paulus fuit suus pater et meus; et ipse fuit meus frater, et ita sum proximior te. — Prebe sacramentum, ut ita sit parentela[r] *tua*[r].

Petre, te appellat Iohannes, advocatus ex parte publica, quod terra, quam tenes in tali loco, est rei publicae, cuius est advocatus. — Quid[s] *pertinet ad partem illam publicam?*[s] *— Ex parte Iosephi, qui fuit mortuus sine heredibus. — Non fuit mortuus sine heredibus; nam*[t] *avus meus et avus suus fuerunt fratres; pater meus et pater suus fuerunt fratres patrueles; ego et ipse fuimus sobrini. — Prebe*[u] *sacramentum, ut ita sit parentela tua*[u].

Petre, advocate rei publicae, te appellat Timotheus, quod terra, quam pars publica tenet in tali loco, sua est. — Quid pertinet ei? — Ex parte Pauli sui sobrini. — Prebe sacramentum, ut ita sit parentela tua.

Vel[v] *ita: quia nemo hereditatem vel bonorum possessionem olim habebat, nisi peteret potestatibus, ideo dixit*[72]*: „dicat“ scilicet potestatibus, quibus petebat*[w]*; „et si intentio fuerit contra cortem, tunc prebeat sacramentum, quod ita sit sua parentela“.*

§. 1.[a] *Si*[73] *quis Longobardus intestatus moriens reliquerit filium vel filios legitimos, ipse vel ipsi in omnem substantiam patris succedant, si in sacris patris et filiifamilias erant; at si unus emancipatus erat et filiusfamilias alter, filiusfamilias tantum succedat: secundum*[b] *quosdam utrique succedant*[b]. *— §. 2. Si vero nepotes tantum vel neptes vel deinceps aliqui ex parte filiorum defunctorum superstites fuerint, similiter succedant. — §. 3. At*[74] *si filium vel filios et nepotes vel neptes vel deinceps aliquem ex parte alterius filii olim defuncti, pro virili porcione vel in stirpes omnes ei succedant. — §. 4. Quod*[75] *si filium vel filios et filiam vel filias reliquerit, filii tantum succedant. — §. 5. Si vero filiam et nepotes vel neptes vel deinceps aliquem ex parte filii defuncti reliquerit, aequaliter succedant; sed ut alii dicunt nepotes vel neptes ex parte filii tantum succedant. — §. 6. Quod si filiam et nepotem vel neptem ex parte filiae olim defunctae reliquerit, filia tantum succedat. Sed ut alii dicunt, aequaliter succedant. — §. 7. Sed si nepotes vel neptes, vel deinceps aliquis ex parte filii iam defuncti, et nepotes vel neptis vel deinceps aliqui ex parte filiae iam defunctae superstites fuerint, nepotes vel neptis tantum ex parte filii avo suo succedant. Si vero nepotes et neptes, nepotes tantum succedant. — §. 8. At*[75] *si tantum filiam vel filias, vel tantum nepotes vel neptes ex parte filiarum dimiserit, ut filii masculini vel descendentes ab illis succedant.*

§. 9. Sed*[76] *si filiam et sororem in capillo reliquerit, aequaliter succedant. At si sororem et abiaticam ex parte filiae reliquerit, abiatica tantum succedat. Sed ut alii dicunt, aequaliter succedant. — §. 10. Si*[77] *vero filiam et sororem non in capillo, filia tantum succedat. Si vero nepotes vel neptes tantum aut ex parte filii vel filiae, ipsi succedant. — §. 11. Sed si filiam et sororem in capillo et nepotes vel neptes ex parte filii, equaliter succedant. Sed, ut alii dicunt, tantum filia et nepotes vel neptes ex parte filii aequaliter vel in stirpes succedant; et, ut alii dicunt, tantum nepotes vel neptes ex parte filii succedant.

§. 12. Et ita, ut descendentes semper caeteris preferantur, etsi proximioribus.

At si ascendentes emancipatus reliquerit, nullo descendentium nec ullo fratre superstite, veluti patrem aut avum vel aliquem superiorum agnatorum, ipsi ei succedant. Sed si matrem quoque reliquerit vel aliquem cognatorum superiorum, semper agnati, matre quoque excepta, preferantur cognatis; et si patrem et matrem et non fratrem sed sororem, pater ascendens non his preferatur, mater vero simul non vocetur, sed sola soror. — §. 13. Sed si avum paternum et maternum et fratres vel sorores reliquerit consanguineos, non avus sed soror, non frater, quia sunt eiusdem gradus, aequaliter succedant, etiam materno expulso avo. Ita enim non semper fieri debet, ut plures agnatorum in uno gradu manentium, vel proximior agnatus, nisi quia hac lege excipitur, caeteris preferatur. — §. 14. Si*[c] *vero solam matrem vel solos cognatos, nichil habeant, sed curia succedat*[78]*. — §. 15. At si in sacris patris est, paene nulla ut servis est successio.

§. 16. At si migraverit qui fuit, dum vixit pater, in potestate eius patris, relinquens tantum fratrem et sororem consanguineos, soror fratri preferatur, etiam si superstes fuerit aliquis cognatorum, necnon excepta matre; si vero fratrem consanguineum et sororem uterinam, frater sorori excelleat. — §. 17. Si vero sororem consanguineam et in capillo amitam, aequaliter succedant; sed si amita non fuerit in capillo, soror tantum*[d] *succedat. — §. 18. At si fratres, alios tantum uterinos, alios tantum consanguineos, aliquos sibi utroque iure coniunctos, tantum consanguinei et utroque iure decorati ceteris preferantur. Sed si fratrem consanguineum et fratrem uterinum, frater consanguineus uterino excelleat. — §. 19. Si vero fratrem legitimum et fratrem naturalem, legitimus ei succedat.

§. 20. Quod si facto testamento quisquis deces-

r) ut affirmas 5. s) Quid ei pertinet? 5. t) Nequaquam, quia 5. u) Ita sacramento affirmet 5. v) *coniecerim equidem, verbum* vel *falso esse positum pro iureconsulti cuiusdam nomine, vel Walcausae* (Val.) *vel Wilihelmi* (Vil.). w) nisi.....petebat *om.* 7.

a) *edimus hunc tractatum e codd.* 5.7.8. b) sec. quosd. ut suc. *desunt* 5. c) Si vero.....est successio *om.* 5. d) ipsa 7.8.

72) Rotharis scilicet in capite 153: „nomina parentum antecessorum suorum dicat.“ 73) Ex argum. Liutp. 1. 74) Grim. 5. 75) Liutp. 1. 76) Liutpr. 4. 77) Liutp. 3. 78) Haec nonnisi de successione quae post emancipatum fit dicuntur; ei enim qui patre mortuo sui iuris factus fuerat cognati etiam succedunt secundum vulgarem opinionem. Cfr. §. 23.

serit, et heres non existit, heres, aliquo casu et interim proximiore mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus, [curia[c] *succedat*[e]*].*

§. 21. *Si*[f. 79] *autem naturales duo fratres fuerint et legitimus*[f]*, occiso naturali, tantum legitimus succedat. Si*[g] *vero duo fratres naturales fuerint, mortuo aliquo eorum, non frater fratri succedat*[g]*. Si vero soror fuerit tantum, non succedat naturali.*

§. 22. *Si vero aliquis matre superstite et fratre vel sororibus, tantum uterinis, decesserit, omnes succedant. Secundum quosdam non, sed*[h] *curia succedat*[h]*; quod est melius.* — **§. 23.** *Et in omni ordine, scilicet ascendentium et descendentium et ex latere venientium, semper agnatus preferatur, nisi excipiatur. Si vero nullus agnatorum fuerit, tunc proximior cognatus veniat. Secundum quosdam nullus is, sed curia succedat.*

§. 24. *In muliebri quidem sexu talis teneatur observatio. Si*[80] *quidem mulier in capillo mortua fuerit, quae parentibus utrisque vel uni successit, et sorores vel in capillo vel nuptui traditas consanguineas vel utrasque habuerit, ipse eius bona percipiant. Si vero*[i] *parentibus non successerit et fratrem consanguineum et sorores dimiserit, frater tantum succedat, quia mundoaldus est.* — **§. 25.** *Si*[81] *vero filia fuerit patris nichil habentis (quia*[k] *habuit posse ut eum succederet*[k]*) et post eius mortem aliquid ei aliquo modo evenerit, et fratres et sorores reliquerit, quamvis patri et matri non successerit pro paupertate, tamen sorores ei succedant.* — **§. 26.** *Sed si sorores aliae in capillo aliae nuptui traditae fratri successerint, et aliqua in capillo postea mortua fuerit, mundoaldus ei succedat; quod*[l] *si sorores non habuerit, similiter mundoaldus succedat*[l]*.*

§. 27. *De vidua quidem ita: si mortua quidem fuerit absque filiis legitimis et filias reliquerit, ipse ei succedant. Si vero filium et solum abiaticum vel solam abiaticam ex parte filii, aequaliter succedant. Sed ut alii, solus filius. Si vero filiam solam et abiaticam vel abiaticum solum ex parte filii, aequaliter succedant. Sed ut alii, filia tantum succedat, et ut alii, solus abiaticus vel sola abiatica succedat. Si vero filium et abiaticum vel abiaticam ex parte filiae, solus filius succedat. Si vero filiam et solam abiaticam vel solum abiaticum ex parte filiae, filia tantum succedat. Sed ut alii, aequaliter succedant.*

§. 28. *Sed nuptae legaliter vir suus fiat heres vel, ut quidam dicunt, mundoaldus qui est vel futurus est.*

§. 29. *His omnibus defunctis vel vivis successionem nolentibus, ut quidam dicunt, ex parte publica successio capiatur.*

Expositio[a]:

Cod. Pal. 772.

Huius legis semper fuit, est et erit inter causidicos contentio. Set hec principaliter inter Bagelardum[b] et Bonifilium[c] fuit contentio. Dicebat enim Bonifilius[c], hanc legem tantum loqui de masculo. Bagelardus[d] vero, tam de masculo quam de femina: hoc possumus videre bene per hanc litteram, que est: „Omnis parentela usque ad septimum genuculum numeretur, ut parens parenti per gradum et parentelam heres“, quod hec lex bene loquitur tam de femina, quam de masculo. Quia „omnis“ communis generis est, parentela feminae[e] et femina bene numerari potest usque ad septimum genuculum, quemadmodum vir, et tam „parens“ communis generis est, „per gradum et parentelam“ ita succedere potest, quemadmodum vir, „heres“ quoque communis generis est, „succedere“[f] potest ut vir. — Bonifilius[g]: licet per supradictam litteram quoquo modo videri[h] potest, quod hec lex de femina et masculo loquitur, tamen in hoc quod legitur ibi[h]: „ille qui succedere vult“ ostendit, quod de masculo tantum loquatur. — Bagelardus[i]: licet „ille“ et „qui“ sint generis masculini, tamen ita[k] loquitur de femina quam de masculo[k], quia masculinum genus multotiens contineat in se pondus feminini, quod pluribus potest[l] confirmari[l] exemplis, ut in lege istius que est: „Si quis[82] molinum in terra aliena“ et cetera, ubi dicit: „ille habeat, cuius terra aut ripa esse invenitur“ et[m] in lege retroposita, quae est: „Si homo[83] liber aut mulier venenum temperaverit et alii ad bibendum dederit“ et caetera, ubi dicit: „componat, qui venenum dedit“[m], et ut loquitur in lege Liuprandi que est: „Si qua mulier res suas consentiente“[84], ubi dicit: „ipse qui emere vult vel illi qui vendunt“; eodem modo intelligendum est de femina emente et vendente. — Notandum est, quod in hoc quod hec lex dicit „suorum antecessorum“ et non „suarum antecessatricum“, dicebant[n] antiqui causidici[n], quod non loqueretur nisi de agnatorum successione, id est descendentium et ex masculino

Cod. Branc.

De hac lege diversi diversa sentiunt. Alii dicunt, tantum loqui de masculo, alii de utroque sexu sic: cum „omnis“ dicat, quod est communis generis; parentela feminae et femina tam bene potest numerari usque ad septimum genuculum, quemadmodum vir; et item „parens“ communis est generis; — videtur, quod de utroque sexu loquatur, nam „per gradum parentelam“ quoque communis generis est, „succedere“ potest ut vir.

e) *verba* curia succedat, *quae a cod.* 7. *absunt, detenda videntur, nisi forsan ante ipsa exciderunt:* si non fuerit proximus *vel similia.* f) Si autem.....legitimus *om.* 7. g) Si vero.....fratri succedat *om.* 7. h) sed cur. succ. *om.* 5. i) ullis *add.* 7. 8. k) quia...succederet *om.* 5. l) *loco* quod...succedat *in cod.* 5 *leguntur:* etiam si sine sorore mortua sit.

a) *hanc expositionem praeter codicem Brancaccianum* (B.) *nostrum codex quoque bibl. Vat. Pal.* 772 (P.) *librum Lombardae continens nobis offert.* b) Baiargadum *cod.; cfr. autem infra huius nominis litteram in nota* d. *et in cod. B.* c) Bonfilium *hoc loco P.* d) Bagardus *P.* e) s. *cod., quod correxi secundum cod. B.* f) quoque *add. B.* g) B. *Pal.;* Quia contra itur (illum?) sic *Branc.* h) uiri possit de utroque secto qui lex *B.* i) Ba. *P.;* Contra *B.* k) de utroque sexu loquitur *B.* l) confirmatur *B.* m) et in lege retrop. ..... venenum dedit *om. P.* n) quia ita antiqui iudices dicebant *B.*

79) Expos. §. 1 ad Roth. 162. 80) Liutp. 14. 81) Expos. §. 6 ad Liutp. 14. 82) Roth. 151. 83) Roth. 140. 84) Liutp. 22.

sexu. Sed male[o] dicebant[o]. Loquitur enim de descendentibus tam[p] ex sexu feminino, quam ex masculino[p], quia in quam pluribus locis, ut supra dixi, masculinum genus continet in se pondus feminini. Et hoc videri potest per Lotharii capitulum, quod est: „De precariis quoque"[85], ubi dicit: „precipimus, ut nemo successor in statuta pena sui antecessoris sit obligatus"; eodem modo intelligendum est de femina, scilicet: „ut nulla abbatissa sit obligata in pena ipsius abbatisse que antecessit"; vel per capitulum Henrici quod est: „Quicumque ex quacumque natione"[86], ubi dicit: „sine filiis eorum amborum": nam ibi intelligendum est de eorum matre, quemadmodum de patre. — Bonifilius[q]: alia[r] ratione ostendam[r], quod de masculo tantum loquitur; quia in hoc quod dicit: „tunc ille qui querit prebeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis" ostendit, quod de femina non loquitur, cum femina sacramentum facere non debeat. — Bagelardus[s]: male dicis, quod[t] femina ideo expellatur, quod iurare non potest[t]; quia[u], licet iurare per se non valeat, tamen iurabit per alium, quia[u] mundoaldus pro ea iurabit. — Bonifilius[v]: male dicis; quia mulier nondum mundoaldum habebat, cum[w] hec lex facta fuit[w]. — Bagelardus[s]: ostendam[x], quia[x], cum hec lex facta fuit, mundoaldum habebat per legem retropositam, que est: „Si quis mulieri libere"[87], in hoc quod dicit: „aut cui mundium de ea pertinuerit". Et si ea occasione mulier expelleretur, quod sacramentum facere non possit, eadem ratione expelli posset mutus, surdus, furiosus et infans, pro[y] quibus omnibus, quicumque super aliis rebus iuraverit, de successione iuret similiter[y]. — Bonifilius[z]: licet per litteram huius legis te cogere non possim, quod hec lex non loquatur de masculo et femina, tamen intelligendum est, quod de masculo tantum loquatur; quia, si de femina loqueretur, iam rupta esset ab inferioribus legibus[88] istius, que sunt: „Si quis dereliquerit filiam legitimam" et alie due statim sequentes, que faciunt filias et sorores succedere cum parentibus longioris gradus et cum curte regia deficientibus parentibus, quod esse non deberet, si hec lex tam[a] de femina quam de masculo[a] locuta esset. — Bagelardus[b]: male dicis; quia, si illa occasione dicere velles, quod de femina hec lex non loqueretur, eadem occasione dicere possumus, quod de masculo non loquatur; quia, si de masculo tantum loqueretur, ut tu dicis, iam rupta esset ab eisdem legibus, que[c] faciunt filias et sorores et filios naturales succedere cum legitimis parentibus[c], qui secundum te in totum succedere deberent. Sed non est ruptura, immo exceptio, quia, quamvis „Omnis parentela" universaliter de masculo et femina loquatur, tamen fecit hanc exceptionem, quod filie et sorores succederent cum filiis naturalibus et cum parentibus et deficientibus parentibus cum curte regia. Quia mos legum est, universale preceptum aliquando facere et postea aliquid inde excipere, veluti videri potest in Liuprando, quia prima lex Liuprandi deficientibus filiis filias in totum succedere facit tamquam filios, in quarta autem lege filias et sorores equaliter succedere facit; et ut legitur in capitulo secundi Octonis quod est: „Cotidie contra leges agitur"[89], quia ibi legitur: „toto tempore anni liceat iudicibus causas agere", et postea excepit natale Domini et epiphania et cetera. Adhuc[d] ostendam[d], quod „Omnis parentela" ita loquatur de femina sicut et de masculo, per legem istius que est: „Si pater filiam suam aut frater sororem"[90], quia in hoc quod dicit: „et amplius non requirat" ostendit quidem, quod per hanc legem poterat requirere. — Bonifilius[e]: male dicis, quia non ideo dixit: „et amplius non requirat", quod per: „Omnis parentela" requirere posset, sed ideo dixit, quia, si minus daretur ei, quam inferiores leges[88] dicunt quae sunt: „Si quis dereliquerit filiam legitimam" et due statim sequentes, quod requirere posset. Vel aliter: non[f] ideo[f] dixit: „et amplius non requirat", quod per „Omnis parentela" amplius posset requirere, sed solummodo causa tollendi litigium dixit. Unde tale datur exemplum, ut legitur[g] in[g] lege istius quae est: „Si quis de arbore signata"[91], ubi dicit[h]: „tollat mel et amplius non requiratur calumpnia", non ideo dixit, ut per legem aliquam posset requiri, sed tantum causa tollendi litigium, scilicet, ne aliquis crederet, quod requiri posset. Et ostendam tibi, quod „Omnis parentela" de masculo tantum loquatur, per primam legem Astulfi que est: „Recolimus in anterioris edicti pagina esse insertum", quia in hoc quod dicit: „nichil de eis amitis ipsum continet edictum" perspicue[i] liquet[i], „Omnis parentela" de feminis nullum dedisse preceptum, quia „ipsum edictum" pro toto volumine posuit[k]. — Bagelardus[l]: „ipsum edictum", quod in ipsa lege Astulfi scriptum est, non[m] ad totum libri volumen sed ad quandam Liuprandi legem, ex qua initium sumpsit, referri putandum est, quae est: „Si quis Longobardus sororem reliquerit"[92]. Et quod „ipsum edictum" referendum sit ad illam legem, possumus videre per illud idem: „Recolimus" in hoc quod dicit: „si frater decesserit absque[n] filiis filiabus et sorores reliquerit, ipse ei succedere debent", sicut illa lex dicit Liuprandi. — Bonifilius[o]: male[p] dicis, quia, si „ipsum edictum" non ad totum volumen referretur, sed ad Liuprandi legem, se ipsam Astulfi lex redargueret; quia in hoc quod hec lex Astulfi dicit: „quod nichil de eis amitis ipsum continet edictum, nisi aut sorores aut propinqui parentes succedere debent", ostendit, quod „ipsum

o) non bene aiebant *B.* p) utriusque sexus *B.* q) Bo. *P.; Contra B.* r) alia rat. ost. *om. B.* s) Ba. *P.; Contra B.* t) quod femina.....iurare non pot. *om. B.* u) *in cod. B.* quia.....quia *abbreviantur ita:* nam quod femina iurare non potest. v) Bo. *P.; Contra B.* w) cum h. l. f. fuit *om. B.* x) ost. quia *om. B.* y) pro quibus..... similiter *om. B.* z) Bo. *P.; Contra B.* a) tam *et* quam de m. *om. B.* b) Ba. *P.; Contra B.* c) *sic restitui;* que faciunt filias et sorores succedere cum parent. *B.;* que faciunt filios naturales succedere cum legitimis *P.* d) Et aliud ostendit *P.* e) Bo. *P.; Contra B.* f) non id. *om. B.* g) lex non *B.* h) dič. *P. forte* dicens *corrigendum.* i) prosperitate loquitur *B.* k) fuit *P.* l) Ba. *P.; Contra B.* m) non *om. B.* n) sine *B.* o) Bō. *uterque codex.* p) male d. quia *om. B.*

85) Loth. 21. 86) Heinr. I, 1. 87) Roth. 26. 88) Roth. 158—160. 89) Otto III. cap. unicum. 90) Roth. 181. 91) Roth. 319. 92) Liutp. 3.

edictum“ referri debet ad talem legem, que sorores aut parentes propinquos succedere facit: sed ipsa lex Liuprandi parentes non facit succedere, nisi sorores tantum. — Bagelardus[q]: male dicis, quia in eadem lege Liuprandi doceri potest, ut parentes ad successionem accedant, quia in ea legitur: „si frater decesserit absque filiis filiabus, sorores succedant“, et ibi „filii“ pro filiis[r] et parentibus accipiuntur, sicut[s] „parentes“ et pro filiis et parentibus accipiuntur[s] aliquando[t]. Quod videri potest per legem Liuprandi que est: „De his qui de illicito matrimonio nati sunt“[93], ubi dicit: „nisi habeant ipsas res parentes propinqui“[u], quia, nisi ibi „parentes“[u] accipiantur pro filiis, hec iniquitas inde procederet: quod, si quis habet filios de illicito matrimonio et filios legitimos, quod filii legitimi ei non[v] succederent, immo parentes; et veluti in capitulo Lotharii quod est „De oppressione pauperum“[94] et cetera, in hoc quod dicit: „ne forte parentes eorum contra iustitiam[w] fiant exhereditati“: et in[x] hoc[x] quoque intelligendum est, „parentes“ esse positum pro parentibus et filiis. Rursus ostendam, quod „Omnis parentela“ tam bene loquitur de femina quam de masculo, per legem Liuprandi, que est: „Recolimus enim, qualiter iam statuimus“[95]; quia[y] in hoc quod dicit[y]: „modo quia intentio exorta est inter fratres et sorores de nepte, que in capillo mortua est, altercationes ponentes, quis ei succedere debeat“ possumus videre, quod „Omnis parentela“ ita locuta est de femina, quemadmodum de masculo, quod hec intentio orta sit per „Omnis parentela“. — Bonifilius[z]: male[a] dicis, quia[a] hec intentio non fit per „Omnis parentela“, immo per argumentum, quia soror contra fratrem dicebat: frater, ego nepti mee succedere debeo, quia, si ipsa nata non fuisset, ego fratri meo mortuo in totum successissem per legem Liuprandi que est: „Si quis Longobardus sorores reliquerit et vivente eo“[96], et sicut eius nativitate a successione sum expulsa, ita eius morte revocari volo. Aliter: manifeste datur intelligi amitam per „Omnis parentela“ non altercatam[b] fuisse, quia, si hac lege contenderet, medietatem tantum requireret; sed per legem Liuprandi que est: „Recolimus, qualiter iam antea statuimus“[95] patruus et amita, et[c] utraque[c] sibi[d] totum, vendicare conabantur. — Bagelardus[e]: re vera amita per „Omnis parentela“ altercabatur medietatem successionis requirens; quia per hoc quod lex Liuprandi dicit: „quis ei succedere deberet“ non me constringere potes, quod illa altercatio melius esset in toto, quam in parte. — Bonifilius[f]: non potes dicere[g], quod hec altercatio[h] fieret per „Omnis parentela“, quia, si „Omnis parentela“ locuta esset tam de masculo quam de femina, ut dicis, iam rupta esset a lege Rotharis, que est „Si quis puellam aut viduam sponsatam“[97], que facit mundoaldum succedere, quicumque sit, vel parens vel extraneus. — Bagelardus[i]: etsi „Omnis parentela“ a lege mundoaldum succedere iubente rumperetur, adhuc tamen de neptis successione valescebat[k] litigium, et ad litigium istud destruendum lex „Recolimus“ excogitata est; et hinc multa possunt dari exempla: in Lothario „De feminis quibus defunctis viris lex Longobardorum prohibet ante anni spatium“[98], quod ad destruendam litem excogitatum est, qualis supererat rupta lege edicti que est: „Nulli sit licentia“[99], viduas ante anni spatium prohibente, per capitulum Caroli quod est: „De feminis que viros ammittunt“[1]; et ut in Lotharii capitulo quod est: „De homicidio, unde lex pro simplicitate probationem trium testium querit“[2], quod „querit“ ideo positum est[l], quia Liuprandi lege que est: „Si liber homo se defendendo“[3] a pluribus[4] rupta capitulis[m], lis tamen valescendo[m] supererat. — Contra Bonifilius[n]: ideo[o] quod per litteram huius legis, scilicet „Omnis parentela“, et predictas rationes te non cogere possum[o] quin[p] hec lex de utroque sexu loquatur, sed nunc congruentem ostendam rationem, cui minime poteris oppugnare. Modo dic: si, ut tu dicis, „Omnis parentela“ de utroque sexu loqueretur, et Longobardus quidam moreretur et amitam vel consobrinam et masculos longioris gradus relinqueret, quomodo succedere deberent? — Bagelardus[q]: amita vel consobrina in totum succedere debent. — Bonifilius[r]: que ratio esset, si[s] amita vel consobrina masculos longioris gradus per „Omnis parentela“ excludat, et filie et sorores cum illis ad successionem veniant, etiam cum curte regia[5], cum ipse melius expellere deberent? Scilicet nulla. Asserendum est igitur, quod „Omnis parentela“ de masculo tantum loquatur. Et[t] quia rex in hac lege de nullius mulieris successione locutus fuerit, pietate commotus per leges subsequentes filias tantum ac sorores cum parentibus ad successionem advocat. Hac[u] alia ratione videri potest, „Omnis parentela de masculorum tantum loqui successione[u], quia omnes fere leges edicti de successione loquentes de feminarum tantum successione loquuntur, quod non fieret, si „Omnis parentela“ de earum successione locuta esset.

§. 2. Quamquam universaliter „Omnis parentela“ initio resonet, non tamen de servorum stirpe et[v] de solis legitimis eius intelligenda est sententia, quia Institutionum lege: „Hoc loco necessarium est exponere, quemadmodum gradus“ legitur: „illud quo-

q) *sic B.;* Ba. *P.* r) filiabus *B.* s) sicut.....accipiuntur *om. P.* t) *deest P.* u) propinqui.....parentes *om. P.* v) non *om. B.* w) rationem *P.* x) hic *B.* y) quod legitur ibi *B.* z) Bo. *P.;* Contra *B.* a) male dicis quia *om. B.* b) aliter altercatam *B.;* alĩa uitã actura *P.* c) utrumque, *om.* et, *P.* d) in *B.* e) Ba. *P.;* Contra *B.* f) Bo. *P.;* Contra *B.* g) fieri potest *B.* h) melius esset in toto quam in parte *add. P.* i) Ba. *P.;* Contra *B.* k) invalescebat *P.* l) ideo positum est quod querit *P.* m) *sic legendum videtur;* cap̄. listñuale. scn̄do P. capitulis invalescendo B. n) Bō. *uterque codex.* o) *sic P.;* quamvis te cogere non possum per hanc legem et per predictas rationes *B.* p) quia *B.* q) Balardus *B.;* Ba. *P.* r) Bo. *B. P.* s) ut *B.* t) Sed *B.* u) *sic P.;* Potest quoque alia ratione videri *B.* v) sed *B.*

93) Liutp. 31. 94) Loth. 68. 95) Liutp. 144. 96) Liutp. 3; cfr. §. 3 expositionis ad ipsam Liutp. legem, ubi iuris regula hic proposita ad verbum eadem invenitur. 97) Roth. 215. 98) Loth. 70. 99) Liutp. 99. 1) Karol. M. 123. 2) Loth. 92. 3) Liutp. 20. 4) exempli grat. Karol. M. 20. Pipin. 10. Lud. P. 3. 5b. 58 — 160.

que certum est, ad cognationem servilem illam edicti partem non pertinere"[6]. — §. 3. Licet in eadem Institutionum lege[7] et in aliis de successionibus legibus habeatur, ut, donec ex paterna linea parentes id est agnati supererunt, ex materna linea venientium cognatorum ad successionem fere nullus accedat, moderno tamen tempore iuxta Novellarum legem[8] cognati in eodem gradu quo agnati positi sunt, eodem modo ad successionem accedunt. Quapropter intelligendum est, „Omnis parentela" cognatos agnatosque pariter ad successionem coniunxisse[w]. — §. 4. Si quis Longobardus moriens germanum[x] fratrem aliumque ex una parte reliquerit, quamquam secundum Institutionum[9] gradum in succedendo sunt equales per „Omnis parentela", tamen[y] germanus tantummodo ad successionem vocatur, quia iuxta Novellarum leges[8], consanguineo fratre seu uterino a successione evulso, germanus tantum aut eius filius iubetur succedere. — §. 5. Quicumque parenti succedit, quomodo manentibus rebus defuncti succedit, eodem modo debitis in[z] accipiendo[z] et persolvendo deberet succedere, iuxta quod in octavo[a] libro Codicis legitur[a]: „Manifesti et indubitati iuris est, defuncto creditore multis relictis heredibus actionem quidem personalem inter eos ex lege 12 tabularum dividi, pignus vero in solidum unicuique teneri"[10]. „Pro hereditariis partibus[b] heredes onera hereditaria agnoscere etiam in fisci rationibus placuit, nisi intercedat pignus vel ipotheca: tunc enim possessor obligate rei conveniendus est"[11]. — §. 6. Supervacaneum est hanc legem negare de descendenti linea precepisse, eo quod „nominatim dicere unaquaeque nomina parentum antecessorum suorum" precipiat: non enim nominare parentes nisi perlonginquos[c] precipitur. Et Institutionum[d] lege[d, 12], unde[e] precipit nominare, numerus graduum[f] ita potest facile repperiri: si in ascendendo vel descendendo[g] due persone fuerint[h], veluti pater et filius, vicissim utrique in primo gradu ponendi sunt; si autem tres fuerint, veluti avus et nepos, contra se in secundo gradu ponuntur; et quotcunque fuerint persone, abstracta una[i] de numero, quot erunt persone, tot et gradus. Ex transverso[k] autem venientes persone, si due fuerint persone, veluti[l] duo fratres, duo erunt gradus et quotcunque fuerint personae, tot erunt etiam gradus[13]. — §. 7. Quod[m] in hac lege „per gradum et parentelam" scriptum est, ita oportet intelligi: scilicet quod „per gradum", donec aliqua persona in descendendo supererit, nemo alius ad successionem accedat; quibus deficientibus propinquiores gradus superstites succedant. „Per parentelam" autem oportet intelligi, scilicet quod in septimum gradum nulla transit successio. — §. 8. Quicumque de libero servus efficitur, etsi in libertatem redeat, ad successionem non vocabitur postea, quod[n] per[n] Institutionum legem que est: „Est autem capitis deminutio"[14] evidenter exprimitur. — §. 9. Hac in lege „querit" pro „vult" esse positum, nemo dubitet, quod in quibusdam aliis locis invenitur similiter, ut in Liuprandi lege que est: „Si quis pro causa sua aliquid iudici dederit"[15], ubi dicit: „ideoque, qui sine wadia et fideiussore repetere querit", id est repetere vult. Quapropter eodem modo exhibendum est sacramentum, si pars publica[o] tenuerit, vel si parens possederit: quia, si „querit" in sua propria significatione hic acciperetur, iam videretur, quod rex esset in possessione et parentes[p] quererent; et si parentes essent in possessione et rex quereret, iam hec lex nichil inde preciperet.

§. 10. Martine, hoc[q] te appellat[q] Iohannes, quod tenes ei terram malo ordine in tali loco. — Respondet: illa terra, de qua tu me appellas, mea propria est iuxta successionem, que michi a Petro devenit, cuius avus abavi mei pater fuit, et ideo in sexto gradu ei succedere debeo. — Respondet[r] ita: terra illa contingit michi ab eodem Petro, cuius

w) iussisset *B.* x) germani *P.* y) unde *P.* z) incipiendo *B.* a) *sic P.;* in codice in eodem octavi libri et quarti capitulo scriptum est *B.; fortasse legendum:* in Codice in eiusdem octavo libro et quarto libro scr. e. b) portionibus *P.* c) longinquos *B.;* per longum quos *P.* d) ῑn̄ iust. *P.;* institutionum lex *B.* e) inde *P.* f) gradum *P.;* gradus *B.* g) vel desc. *om. B.* h) fiunt *B.* i) una *om. B.* k) adverso *P.* l) *deest P.* m) Et *B.* n) *ita corr.;* quamquam *P.;* per quandam *B.* o) parti *P.* p) parens se *B.* q) hic dicit *P.* r) Resp. ita.....succedere debeo *propter homoioteleuton prorsus omisit cod. B.; textum pluribus modis corruptum praebet cod. P., ita scilicet:* Vel (ꝉ) ita; terra illa contingit michi ab eodem Petro cuius proavus | matris mee fuit et ideo in ḍẹ serto gradu succedere debeo *Equidem haec verba tribus locis sanare conatus sum coniecturis, quae quam proxime ad Palatini codicis lectiones accedunt. Primo enim dubitari non potest, quin verba de quibus agitur Iohanni actori, non autem reo Martino qui primus ius suum succedendi proposuit tribuenda sint. Quod quidem probatur verbis* ab e o d e m Petro, *quae demonstrant, iam* ***a l t e r a m*** *partem antea se Petri heredem dixisse, ac similiter verbis sequentibus:* Quorum altercantium, scilicet ex latere venientium, ut hic qui propinquioris gradus invenitur succedat, *quae ostendunt, utramque partem heredem esse velle. Quas ob causas lectioni* vel ita *ad ceterarum appellationum similitudinem substitui verba* Respondet (R̸) ita. *Quod ad secundam quidem emendationem attinet, ita argumentatus sum: Martinus reus, cum sexto gradu se Petro propinquum esse antea confirmaverit et Iohannes actor iure suo meliori a Petri successione Martinum pellere*

6) §. 10. I. gradib. cognat. (III, 6.) 7) §. 12. I. l. c. 8) Iulian. nov. 109. §. 3 in fine. 9) §. 2. I. l. c. 10) L. 1. C. si unus ex plurib. hered. (VIII, 32.) 11) L. 2. C. heredit. action. (IV, 16.) 12) §. 1—7. I. l. c. (III, 6.) 13) Regulae de gradibus numerandis hic propositae non tam graduum computationi, quae in Iustiniani institutionibus invenitur, convenire, quam cum regulis consentire videntur, quibus arbor consanguinitatis dicta secundum ius canonicum explicatur, et cum regulis Germanicis *„dye regeln der syppeczal"* dictis (ed. Wasserschleben sub fine libri *„Das Princip der Successionsordnung. Gotha* 1860" pag. 130. *IV. Von den gelydern*). Forsan et regula ab expositore nostro hic proposita et regulae consanguinitatis arbori in corpore iuris canonici subnexae a Petro Damiani (mortuo a. 1072) primo conceptae sunt, qui in opusculi octavi *De parentelae gradibus* inscripti capite decimo ita disseruit: *Notandum quoque est, quod in cognationum generationibus numerandis una semper debet abundare persona; nec enim ex una persona potest generatio fieri,* ac deinde, de propinquis ex transverso venientibus locutus: *quot sunt personae, tot sunt procul dubio gradus.* 14) §. 6. I. cap. demin. (I, 16.) 15) Liutp. 95.

proavus [avus] matris mee fuit, et ideo in [quarto] gradu succedere debeo[r]. — Quorum altercantium, subaudis[s] ex latere venientium, ut hic qui propinquioris gradus a iudicibus invenitur, altero depulso, succedat. Sin autem rei veritatem repperire nequiverit[t], inde[u] licet[u], ut iuxta morem se propinquiorem esse possessor legitimis testibus approbet; hic[v] si probare nequierit, actor se iuxta modum predictum approbet[v]. Sin[w] autem utrique hac[w] probatione caruerint, possessor iurando, se esse propinquiorem, sibi successionem vindicet. — Ugo[x]: sed dicunt alii, actoris esse probationis electionem[x].

§. 11. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod pars publica, cuius tu es advocatus, tenet res eius omnes, que quondam Petri parentis sui fuerint. — Respondet: partis publice sunt[z] proprie, quia ei a predicto Petro sine herede mortuo pervenerunt. — Respondet: non[a] est verum, quod absque[a] herede obiit, quia eius avus et meus fratres tunc fuerunt in secundo gradu, et[b] si eius avus avo meo fuit in secundo gradu[b], tunc eius avus patri[c] meo[c] fuit in tertio et michi in quarto; et si eius avus fuit michi in quarto, pater eius fuit michi in quinto, et ipse qui[d] mortuus est, fuit michi in sexto. Succedere igitur debeo. — Super hanc igitur altercationem regiam sacramentum, quod „Omnis parentela“ precipit, applicetur. —

§. 12. Notandum est, quod hec lex de masculo tantum loquatur mortuo et masculo succedente, tam a femina quam a masculo procedente.

154. Si quis dereliquerit filium legitimum unum, quod est fulborin, et filios naturales unum aut plures, filius legitimus tollat duas portiones de patris substantia, naturales terciam. Si duo fuerint legitimi, habeant[a] naturales quintam partem, quanticumque fuerint; si tres fuerint legitimi, habeant naturales septimam partem; si quattuor fuerint legitimi, habeant naturales nonam partem; si quinque fuerint legitimi, habeant naturales undecimam partem; si[b] sex fuerint legitimi, habeant naturales tertiam decimam partem; si[c] septem fuerint legitimi, habeant naturales quintam decimam partem[c]; si autem plures fuerint, per hunc[d] numerum dividant patris substantiam.

Glossa: Si quis] obiit per legem (1.) Liutprandi Si quis Longobardus. 4—8.

155. Nulli sit licentia, naturales filios aequales aut consimiles facere legitimis filiis, nisi filii legitimi post completam legitimam aetatem patri consenserint. Legitima[b] etas est, postquam* filii[c] duodecim annos habuerint*.

* postquam duodecim annos habuerit ipse filius *Longobardi, si pater vivus fuerit, ut cum patre aliquid faciat* per intellectum. 7. 8.

Glossae: Legitima aetas] Laudatur per intellectum, ut a 12 annis inantea agat consentiente patre quicquid voluerit. 5. — Hec est aetas legitima, si pater eius vivus fuerit, ut cum patre aliquid faciat; et cavendum est, si fecerit aliquod dampnum infra 12 annos, si debet emendare annon: secundum vl. nata est statim actio, sed non debet emendare infra decem et octo annos, quia, si emendat, alienat a se; et ideo appellator exspectet legitimam etatem et ea intrante appellet, et ipse emendet; et hoc secundum vl., set secundum a. aliter est. 4.

Petre[d], te appellat Martinus, quod tenes ei terram malo ordine in loco tali. — Ecce cartam, qua pater tuus et meus fecit me consimilem tibi te consentiente.

Expositio: Naturales filii sunt, qui ex concubina nati sunt, quae ad modum uxoris tenetur[16]. — §. 2. „Equales“ intelligendum est in portione, „consimiles“ in honore, scilicet ut legitimi heredes fiant. — §. 3. In hoc quod dicit: „legitima etas est, postquam filii legitimi 12 annos habuerint“, dicebant antiqui iudices, ruptam esse a lege Liuprandi que est: „Hoc prospeximus“[17] in hoc quod dicit: „ut intra 18 annos non sit legitimus homo ad alienandum res suas“. Sed male dicebant, quia in hac lege debemus intelligere vivente patre, in ipsa vero mortuo; et quod in ipsa lege mortuus esset pater, potest videri in hoc quod dicit: „excepto si pater eius debitum dimiserit“. — §. 4. Duodecim annorum etas non solum est legitimis filiis ad hoc faciendum legitima, verum etiam ad cetera que cum

velit (Quorum altercantium, ut hic qui propinquioris gradus invenitur succedat), *non sexto gradu, sed propinquiori potius se Petro propinquum esse dicere debet, aut tertio scilicet aut quarto aut quinto gradu. Quorum inter numerorum formas forma* quarto *proxime accedit ad litteras* đserto, *quas librarius noster in archetypo suo legisse et quarum loco falso* sexto *correxisse videtur. Quodsi Iohannes, ut ad tertiam emendationem transeam, eadem graduum computatione, qua ante Martinus sexto gradu se Petri propinquum dixerat, quarto gradu Petro succedere vult, tunc eum qui Petri proavus dicitur, quantum ad Iohannem, avum matris fuisse necesse est. Quam ob rem loco verbi procul dubio inter* proavus *et* matris *supplendi* avus *ponendum esse mihi visum est, quod verbum librarius omisit, coniiciens fortasse, in archetypo suo falso vocem* avus *esse geminatam. Sin autem* quinto *pro* deserto *legere velis, tunc verba quae antecedunt ita sanari debent:* cuius proavus proavus matris mee fuit; *si denique* tertio, *Petri proavus pater matris Iohannis dicendus erit. — Huius loci emendationes a me modo propositas omnino probavit in dissertatione inscripta: „Die Germanische Verwandtschaftberechnung und das Princip der Erbenfolge nach Deutschem, insbesondere Sächsischem Rechte. Giessen* 1864.“ *pag.* 8. 9. *vir clarissimus H. Wasserschleben, quocum formulam e codicibus a me restitutam communicaveram.* s) scilicet *P.* t) nequiret *P.* u) videlicet, *om.* ut, *P.* v) hic si.....approbet *om. B.;* iurando se esse propinquiorem *iis, quae sequuntur, ductus addit P., falso tamen, cum contraria ea sint verbis* iuxta pred. modum. *Neque codex, quem descripserat librarius codicis B., verba illa* iurando *rell. exhibuisse videtur: nam ea quae antecedunt nonnisi propter homoioteleuton* approbet *in cod. B. omissa sunt.* w) Si vero ac propria *B.* x) Secundum autem auctoris est probationis electio *P.* z) sibi *P.* a) non enim sine *P.* b) et si.....gradu *om. P.* c) et pater meus *P.* d) et si *add. P.*

Cap. 154. *e codd.* 1—8, *sed in cod.* 3 *primo omissum et postea demum suppletum est.* a) quattuor partes *add.* 1. 7. 8. b) si sex.....tert. dec. partem *om.* 7. 8. c) si.....quintam dec. partem *om.* 2. 5. 6. d) istum 7. 8.

Cap. 155. *e codd.* 1—8, *sed in cod.* 3 *secunda demum manu suppletum est.* a) id est post annõ XII *addit* 1. b) enim *add.* 1. 4. 7. 8. c) legitimi *add.* 2. 5. 6. d) *e codd.* 7. 8. 10.

16) Cfr. Iulian. nov. 82, 12. L. 6. C. natural. lib. (V, 27.) 17) Liutp. 19.

consensu patris debuerant facere: in quo a Romani filiis distant, quibus nonnisi quartodecimo anno expleto licitum est hoc facere, velut Institutionum lege legitur, que est „Omnis res que dominio nostro subicitur": „si quis in potestate patris est inpubes, nec auctore quidem patre obligatur"[18].

156. De filio naturali, qui de ancilla alterius natus fuerit, si pater comparaverit eum et liberum thingaverit, libertas illi permaneat; et si* non liberaverit[a] eum, sit servus cuius et mater ancilla est[b]. Nam si eum comparaverit** et aliquid de rebus suis[c] per legem ei thingaverit, habeat ipsas res.

* *non comparaverit et* 7.8 *et in marg.* 4.5.

** *et liberaverit* 7.8 *et in marg.* 4.5.

Glossae: Ut filii matrem sequantur 4.5.8. — *per legem]* i. Si quis res suas alii thingaverit[19]. 4.7.8. — *thingaverit]* id est donaverit. 4.

Petre[d], te appellat Martinus, quod tu es servus suus. — Liber sum: ecce cartam, qua Donatus, pater meus, me emit de te, et dimisit me liberum. — Falsa est.

157. De eo, qui de filio naturali generatus fuerit, quod[a] est threus, heres non fiat, nisi ei thingatum fuerit per legem. Et si ei thingatum non fuerit aliquid de rebus[b], tamen libertas illi permaneat*.

* *Is qui de filio liberto naturali generatus fuerit, qui filius est threus, heres patri fiat, etiam si thingatum sibi non fuerit* per legem istius *(Roth.* 225.*)* Si libertus. 1.7.8.

Glossae: *threus]* id est libertus. 5.7. threus est ipse, qui natus est de adulterio. 5. — *Is qui de]* secundum quosdam a.[c] 5.7.8.

Expositio: Naturalis filius, de quo in hac lege scriptum est, libertus erat; ideoque in hoc quod dicit: „heres non fiat", a quadam Rotharis lege[20] rupta est, que dicit: „si filios reliquerit, sint heredes". Salvatur tamen hoc modo, scilicet quod hec non[d] loquatur de hereditate patris, immo de hereditate avi, quia avus liberaverat patrem istius, qui hac lege heres esse prohibetur.

158. Si quis dereliquerit filiam legitimam unam et filium naturalem unum aut plures et[a] alios parentes proximos aut heredes, equaliter dividant substantiam defuncti, id est in tres partes: filia[b] legitima accipiat uncias quattuor, quod est tercia pars, naturales[c] filii uncias quattuor, quod est tertia pars, et parentes proximi aut heredes uncias quattuor, quod est tercia pars; et si parentes proximi non fuerint, tunc curtis regia suscipiat ipsas quattuor uncias.

Glossa: Obiit per eandem legem *(Liutp.* 1.*).* 4.5.7.8.

159. Si quis dereliquerit filias legitimas duas aut plures et filios naturales unum aut plures et alios parentes proximos, ut[a] supra[a], illae filiae tollant uncias sex, quod est medietas, naturales filii uncias quattuor, quod est tertia pars, et parentes legitimi uncias duas, quod[b] est[b] sexta pars; et si parentes non fuerint, curtis[c] regia ipsas duas uncias suscipiat[c].

Glossa: Obiit per eandem legem *(Liutp.* 1.*).* 4.5.7.8.

160. Si quis dereliquerit filias legitimas unam aut plures et sorores legitimas unam aut plures et filios naturales unum aut plures, tollant filiae et sorores inter se equaliter dividendum uncias sex, quod est medietas, naturales filii uncias quattuor, quod est tertia pars, et duas uncias parentes legitimi, aut[a] curtis regia, si legitimi parentes non fuerint[a,b], quod est sexta pars. Pro[c] mundio[c] autem superscriptarum tollant naturales filii tertiam partem, et[d] heredes legitimi aut curtis regia partes duas.

Glossa: Obiit per eandem legem *(Liutp.* 1.*).* 4.5.7.8.

161. Si fuerint filii legitimi et filii[a] naturales et sorores tam legitimae quam naturales, pro mundio earum tollant legitimi filii[b] partes duas, naturales vero partem terciam*.

* *totum*[21] 7.8.

Glossae: Hic videtur, quod agnati habeant mundium naturalium feminarum. 6.7. Hic videtur quod naturalis filia est in mundio patris. 4.

Expositio: In hoc quod dicit: „pro mundio earum tollant legitimi filii partes duas, naturales vero partem tertiam", dat intelligere, quod mundium unde per successionem, quia mundium ad modum hereditatis inter illos dividitur; et dat intelligere, quod filia naturalis ita est in mundio patris sicut legitima, quia[c], si[c] in mundio patris non esset, non veniret in eorum mundio, cum ipsi alio modo ad eorum mundium venire non possint, nisi per patrem. Unde a lege Romana dissentit, que non facit filias esse in potestate patris nisi legitimas[22]. — §. 2. In hoc quod dicit „naturales tertiam tollant" rupta est a lege Liuprandi que est. „Si quis Longobardus sine filiis"[23], quia in hoc quod ipsa lex naturales filios a successione expellit, cum eis mundium non competat nisi per successionem, removet etiam eos a mundio.

162. Si fuerint filii legitimi et[a] naturales duo

Cap. 156. *e codd.* 1—8. a) comparaverit 6. b) est *om.* 1. c) *deest* 2. d) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 157. *e codd.* 1—8. a) qui filius 7.8. b) re 7.8. c) asinos 7.8. d) non *om. c.*
Cap. 158. *e codd.* 1—8. a) seu et 7.8. b) et filia 7.8. c) et natur. 7.8.
Cap. 159. *e codd.* 1—8; *prima autem manu omissum est in cod.* 3, *et in cod.* 1 *bis, et ante et post caput* 158 *invenitur.* a) aut heredes 1.4. b) quae sunt 7.8. c) ipsas duas uncias cortis regia suscipiat 7.8.
Cap. 160. *e codd.* 1—8; *omissum autem prima manu cod.* 3. a) et si parentes legitimi non fuerint, curtis regia 1.5.6. b) suscipiat ipsas duas uncias *add.* 1. 5—8. c) Mundii 7.8. d) et *add.* 7.8.
Cap. 161. *e codd.* 1—8; *secuuda autem demum manu in cod.* 3. a) *deest* 4. b) parentes 4. c) quasi *cod.*
Cap. 162. *e codd.* 1—8. a) filii *add.* 7.8.

18) §. 10. I. inutil. stip. (III, 19.) 19) Roth. 172. 20) Roth. 225. 21) Referendum est hoc verbum ad: „legitimi filii partes duas". Cfr. Liutprandi 1. 22) pr. I. pat. potest. (I, 9.) §. 12. I. nuptiis (I, 10). 23) Liutp. 1.

aut plures, et contigerit casus, ut unus ex naturalibus occisus fuerit, tollant legitimi fratres pro[b] compositione[b] illius[c] partes duas, naturales vero qui remanserint partem terciam; facultas vero illius mortui[d] ad[e] legitimos fratres revertatur[e], nam non ad naturales. Ideo[f] ita previdimus propter faidam deponendam, id est inimicitiam pacificandam*.

* *tota compositio*[g] *et facultas illius mortui ad legitimos fratres revertatur* per legem Liutprandi Si quis Longobardus[24]. 7.8.

Expositio: In eo quod naturales filios tertiam partem compositionis habere insinuat, a Liuprandi legibus[24] rumpitur, id est: „Si quis Longobardus ab aliquo homine" et: „Si liber homo se defendendo", in quibus, qui esse possunt vel sunt heredes, compositionem totam accipere iubentur. — §. 2. „Revertatur" pro „deveniat" ponitur, sicut in Lotharii capitulo quod est: „Ut si cuiuscumque servus"[25] in hoc quod dicit: „et in servitium domini illius cuius servus fuerit ambo revertantur", id est deveniant.

163. Si quis* in morte parentis sui insidiatus fuerit, id est si frater in morte fratris sui[a] aut barbani[a], quod est patruus, seu consobrini[b] insidiatus[c] aut consiliatus fuerit[c], et ille cui insidiatur filios non reliquerit[d], non sit** illi heres cuius[e] de[e] anima tractavit, nisi[f] alii parentes proximi; et si parentes[g] alios proximos aut legitimos non habuerit[g], tunc illi curtis regia succedat. De anima autem illius homicidae sit in potestate regis iudicare quod illi placuerit; res vero quas homicida reliquerit parentes proximi et legitimi habeant***; et si parentes non habuerit[h], tunc res ipsius curti regiae socientur.

* *non propter cupiditatem*[26], *nec per insidias unde ad mortem iudicetur*[27]. 7.8. ** *ipse insidiator nec aliquis suus liber.* 7.8. *** *id est fratres occisi, scilicet fratris, per*[i] *legem Liutprandi „Si quis"*[28], *et si fratres non fuerint, proximi succedant per gradus*[i]. 7.8.

Glossa: non sit illi heres] datur intellegi, quia hic agnati succederent, nisi insidiarentur in morte parentis. 5—8.

Petre[k], *te appellat Martinus, quod tu occidisti per insidias Albertum suum fratrem et tuum. — De torto.*

Expositio: In eo quod hec lex fratricide bona propinquiori parenti velut filio devenire iubet, a Liuprandi lege rumpitur que est: „Si frater fratrem suum"[28], quoniam homicide fratris bonis fratrem vel occisi filium facit succedere. Que utreque leges in partem corrumpuntur ab Henrici capitulo quod est: „Quicumque propter cupiditatem"[26] in hoc quod dicit: „hereditas interfectoris in fiscum redigatur". Sed ita salvari videntur, ut intelligatur, has duas non loqui de homicidio propter cupiditatem facto sed per insidias. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „de anima autem illius homicide sit in potestate regis iudicandi quod illi placuerit", affirmatur ab eadem lege Liuprandi que est: „Si frater fratrem"[28] in hoc quod dicit: „de anima autem sit in potestate regis, sicut in anteriore edicto legitur"; et hec et illa rupte sunt a capitulo Henrici quod est: „Quicumque propter cupiditatem"[26] in hoc quod dicit: „ordinante vero episcopo ipse publice subdetur penitentie". — Ugo: Sed ita salvatur, ut intelligamus, in his duabus homicidium non esse factum propter cupiditatem, immo per insidias; et si fuerit per cupiditatem, per[l] capitulum Henrici: „Quicumque propter cupiditatem"[l. 26], et si per insidias, leges per duas iudicetur a rege. Sed secundum Henrici capitulum, quod est: „Quicumque propter", precipit scilicet, ut agat publicam penitentiam, quia per hoc capitulum homicida est in potestate regis, et per illud Henrici potestas est determinata. — §. 3. Si quis homicide huius filium ob patris homicidii obiectionem ab occisi rebus seiungere nititur, videtur esse a[m] rationis tramite devius[m]: quia, si quis ob meritam noxam in servitutem redactus fuerit, ipso a successionis gradu depulso, filii eius legitimi mortuis succedent parentibus, quia, cum media persona quoquo modo removetur, posterior que longinqua erat fit propinquior.

164. Si quis ex parentibus, id est barba[a] qui est patruus, aut quicumque ex proximis dixerit de nepote aut consobrino* doloso animo, quod de adulterio natus sit, nam non de certo patre: tunc ille cui crimen mittitur querat sibi liberos sacramentales[b], et** prebeat sacramentum, quod filius legitimus sit, et per legem res ipsae ad eum pertineant, nec alteri eas per legem dimittere debeat; si hoc fecerit, habeat et fruatur, quia grave et impium videtur esse, ut talis causa sub uno scuto per pugnam dimittatur[c].

* *vel de aliis propinquis* usu 7.8. ** *qui crimen mittet nominet legitimos sacramentales, et ille cui crimen mittitur.....* per legem istius „Si qualiscumque"[29] secundum amentes. Secundum asinos; nam est exceptio. 7.8.

Petre[d], *te appellat Martinus, tuus barbanus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est de parte patris mei Alberti. — Non debes eum succedere, quia de adulterio natus es. — Iuret cum suis sacramentalibus, sicut lex dicit.*

Glossa: Haec placita secundum quosdam asinos fiunt, nam aliter fiunt a prudentibus. 7.8.

b) composicionis 1.7.8. c) quod adpreciatus fuerit *addunt* 1.2.5.6. d) tota *add.* 7.8. e) legitimi fratres accipiant 1. f) autem *add.* 7.8. g) compositionem 7.8.

Cap. 163. *e codd.* 1—8. a) sive barbanus 7.8. b) consobrinus 7.8. c) ins. a. c. f. *om.* 5.6; aut cons. *om.* 7.8. d) derel. 7.8. e) de cuius 1.2.5.6. f) sed 5.6. g) par. proximi non fuerint aut legitimi 5.6. h) fuerint 3.8. i) per legem...per gradus *in marg. add.* 8. k) *e codd.* 7.8.10. l) per capit.....propter cup. *in codice omissa supplenda esse credidi.* m) *sic e cod. Pal.* 772 *emendavi, in quo haec* §.3. *item invenitur;* aratio que sunt tramite de vivis *cod. Br.*

Cap. 164. *e codd.* 1—8. a) barbam. 1; barbanus 5.6.8. b) XII *add.* 1.2. *et rec. m.* 4. c) dirimatur 6—8. d) *e codd.* 7.8.10.

24) Liutp. 13. 20. 25) Loth. 75. 26) Heinr. I, 2. 27) Karol. M. 45. 28) Liutp. 17. 29) Roth. 359.

Expositio: In hoc quod dicit: „querat sibi liberos sacramentales“ rumpitur a lege Rotharis quae est: „Si qualiscumque causa“[30], quia ille qui[e] pulsat[e] per illam legem sacramentales nominare precipitur, sed per hanc dicitur[f], quod appellatus quereret sacramentales liberos quos vellet. Contra quod sic obicitur: si actor[g], ut dicis, per ipsam adversario suo sacramentales nominaret[h], cum lex ipsa legitimos parentes nominare precipit, tunc adversarium legitimum esse, legitimos eius parentes nominando, confirmaret. Que obiectio non valet, quia nichil nocet nominare[i] actori parentes. Tandiu enim habendum est pro legitimo, quandiu esse[k] probatum non[k] fuerit; veluti si quis de servitute appellatus fuerit, tandiu habetur pro libero, quandiu servus esse probetur[31]. — Ugo: Salvatur sic: per utramque legem eundum est; per illam nominabuntur parentes, per hanc vero ipse quinque[l], qui appellatus est, nominat[m] sibique querit[n]. — §. 2. Hec lex tantum habet, si de nepote[o] patruus aut de consobrino consobrinus dixerit: tamen, si alius de alio parente hoc idem[p] dixerit, ex eiusdem legis exemplo et usu dignum est diffiniri similiter.

165. Si quis dixerit de uxore aliena, quod mundium eius[a] ad[b] ipsum pertineat, nam non ad maritum, tunc ille, qui eam habet uxorem, prebeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis duodecim[c], quod de certo domino mundium ipsius[d] fecisset, et non eum[e] alteri per legem dimittere debeat; si hoc fecerit, habeat et fruatur. Quia iniustum[f] videtur esse[f], ut tam[g] grandis[g] causa sub[h] uno scuto per pugnam dimittatur[h].

Glossae: Actio in rem incorpoream. 4.5.7. — *Si quis]* scil. liber. 5.7. — *mundium]* id est defensio. 1; id est defensio vel potestas. 4; id est potestas 5.7. — *sacrament. suis duodecim]* Hic videri potest, quod mundium ingenuae est 20 solidorum saltem, minus non, quod hoc sacramentum fit cum 12[32]; et hoc aliquando: nam sepe est minus, ut in vidua pro mete dimidio[33] secundum quosdam. 5—8 *et sim.* 4.

Petre[i], te appellat Martinus, quod mundium de uxore tua sibi pertinet, non tibi[k].

Expositio: In hoc quod hec lex dicit, postquam mulier manu traditur, de mundio litigium fieri, fefellit eos, qui sola manu traditione mulieres in virorum mundium accedere asserunt. — §. 2. Secundum Wilielmum in hoc tantum est intentio de mundio mulieris illa vivente; secundum Elc.[l] est intentio tantum de successione mulieris, quam maritus dicebat esse mortuam in suo mundio. — §. 3. In hoc quod dicit: „prebeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis duodecim“ notari potest, quod mundium ingenue est 20 solidorum.

166. Si suspectio fuerit, quod maritus[a] uxorem suam[b] occidisset[c]*, ita decernimus, ut[d] purificet se maritus cum sacramentalibus suis** legitimis***, quod mixtus in morte ipsius mulieris non sit[e], nec per se, nec per[f] subpositam personam, et sit absolutus ab hoc crimine. Quia absurdum[g] et impossibile videtur esse[h], ut talis causa sub[i] uno scuto per pugnam dimittatur[i]****.

* *inmerentem*[34] 7.8. ** *duodecim*[30] 7.8 *et in marg.* 4.6. *** *nominatis.* 7 *et in marg.* 4.
**** *Similiter si aliquis aliquem occiderit*[k] *fecerit* per intellectum istius legis. 7.8 *et simil. in marg.* 5.

Petre[l], te appellat Martinus, quod habet suspectionem, quod tu occidisti Mariam suam filiam et tuam mulierem inmerentem. — De torto; — vel: occidi, sed non inmerentem. — Iuret.

Expositio: Huic legi quedam Rotharis lex congruit que est: „Si maritus uxorem suam“[34], quia illa compositionem, hec sacramentum precipit. — §. 2. Quamquam modernus usus hoc habeat tantum, iuxta hanc legem, cuius iussu[m] perpetrabitur homicidium, homicida videtur.

167. Si fratres post mortem patris in casa communi remanserint, et unus ex ipsis* in obsequio regis aut cum[a] iudice[a] aliquas[b] res[b] adquisiverit[c], habeat sibi inantea absque porcione fratrum; et qui foris in exercitu aliquid adquisierit, commune[d] sit[d] fratribus, quos in casa communi dimiserit. Et si quis[e] in[e] suprascriptis fratribus garethinx fecerit, habeat inantea[f], cui factum fuerit. Et qui[g] ex ipsis uxorem duxerit, et de rebus communibus meta data fuerit, quando alterum[h] uxorem tollere contigerit aut quando ad divisionem faciendam venerit, simili modo de communibus rebus ei refundatur aliud tantum, quantum[i] frater in meta

e) perpulsat *cod.* f) dicebant *c.* g) auctor *cod.* h) numeraverit *cod.* i) nomina *cod.* k) non esse probatum *legendum esse coniicio.* l) *sic coniiciendo emendavi; codex noster:* ũo *(id est* uero*), ut falso librarius siglam* „V.“ *interpretatus esse videatur. Haec mea coniectura affirmatur lege Rotharis* 359, *quae in causis, quae usque ad* 20 *solidos forent aut amplius, actorem septem sacramentales nominare, reum vero quinque sibi eligere iubet. Status autem causam maiorem* 20 *solidis fuisse, ostendit expos. §.* 3 *ad Roth.* 165. m) nominatus *cod.* n) fuerit *cod.* o) nepte *cod.* p) ideo *cod.*

Cap. 165. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1.4; de ipsa 2. b) de *add.* 7.8. c) nominatis *add.* 7. d) ipsum 1.4.7.8; suum *add.* 7.8. e) *deest* 7.8. f) absurdum et impossibile videtur 7.8. g) talis 7.8; tanta 2. h) per pugnam sub uno scuto dirimatur 7.8. i) *e codd.* 7.8.10. k) et ita est actio de ceteris *add.* 10. l) Gualcosus *forte legendum est; cfr. Roth.* 226 *expos. §.* 1. *In codd. Pal.* 772 *et Vat.* 3845 *eandem sententiam adscribi iureconsulto, cuius nomen littera* „G.“ *indicatum sit, refert Merkel.*

Cap. 166. *e codd.* 1—8. a) immerentem *add.* 5. b) inmerentem *add.* 1.2.6 *et rec. man.* 4. c) occiderit 7.8. d) ut *om.* 7.8. e) fuisset 1. f) aliam *addit* 1. g) est *add.* 7.8. h) *deest* 7.8. i) per pugnam sub uno scuto dirimatur 7.8. k) occidi *corrige.* l) *e codd.* 7.8.10. m) usu *cod.*

Cap. 167. *e codd.* 1—8. a) iudicis 1. *rec. m.* 4. b) aliquid 1. c) serviendo *add.* 1.2.5.6. d) communicet cum 7.8. e) aliquis alicui de 7.8. f) ille *add.* 7.8. g) si quis 1.5—8. h) iterum *add.* 2. i) alter *add.* 1; ille alter *add.* 2.6.

30) Roth. 359. 31) Cfr. expositionis §. 2 ad Loth. 80. 32) Cfr. Roth. 359. 33) Cfr. Roth. 182. 34) Roth. 200.

dedit. Paternam[k] autem vel maternam substantiam[k], quod reliquum fuerit, inter se equaliter dividant**.

* *non in hoste* 7.8. ** *et ita intelligitur de omnibus dispendiis.* 1.7.8 *et in marg.* 6.

5 *Glossae:* Actio propter collationem. Actio communi dividundo. Actio familiae herciscundae. 4.5.7.8. — *Si fratres]* scilicet legitimi, quod videri potest illic ubi dixit haec lex: „aequaliter dividant". 5.7.8. — *in exercitu]* id est in castris; castrense lege Longobarda legi Romanae 10 contrarium. 4. — *meta data]* donum sponsalicium. 4.

Petre[l], *te appellat Martinus tuus frater, quod ipse remansit tecum in casa communi post mortem sui patris et tui, et tu adquisisti in exercitu tanta mobilia, quae valebant solidos* 10. — *De torto.*

15 *Petre, te appellat Martinus tuus frater, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsam*[m] *terram ego adquisivi in servitio regis aut iudicis, aut michi donata fuit. — Aut probet per scriptum aut per testes, aut det partem ad suum fratrem.*

20 *Petre, te appellat Martinus tuus frater, quod ipse remansit tecum in casa communi post mortem sui patris et tui, et, quando tu duxisti uxorem, dedisti in metam de communibus rebus* 100 *solidos; modo vult se a te dividere et vult de communibus* 25 *rebus tollere solidos* 100.

Expositio: In hoc quod dicit: „si quis foris in exercitu", notari potest: quicquid causa communis rei adquisitum est, aeque commune est in omnibus quibus res communis est. — §. 2. In hac 30 lege legitur: „si quis in suprascriptis fratribus garathins fecerit"; non est intelligendum, ut haec donatio sit facta in hoste, quia omne, quod frater in hoste conquisiverit, commune debet esse fratribus, qui in casa communi remanserint per hanc 35 legem. — §. 3. In hac lege legitur: „si quis ex ipsis uxorem duxerit, et de rebus communibus meta data fuerit", inferius dicit: „ei refundatur aliud tantum, quantum frater eius in meta dedit": ideoque notari potest, quod usu et exemplo huius legis frater 40 debet restituere fratri, quicquid de communibus rebus dispenderit: quod etiam affirmatur a lege Romana[35].

168. Nulli liceat sine certa culpa filium suum exheredare, nec quod ei per legem debetur alii thingare*.

45 * *Suam partem alii thingare: id est, si unus est, medietas servetur; si duo, due partes; et ita in ceteris, ut semper patris sit una porcio, quod*[a] *advixerit*[a]. *Post vero, ut reliquerit* per intellectum legis Liutprandi (112.) Si quis Lon-50 gobardus in filiis. 7.8 *et similiter in marg.* 4.5.

Glossa: per legem] scilicet per legem „Si[36] quis dereliquerit" secundum a. 5.7.8.

169. Iustas autem culpas exheredandi filium has[a] esse dicimus: si filius contra animam aut sanguinem patris insidiatus aut consiliatus fuerit, aut si patrem percusserit voluntarie, aut si cum matrinia sua id est noverca peccaverit, iuste[b] a patre exheredetur[b].

Petre[c], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi terram in tali loco malo ordine. — Ipsa terra mea propria est; ecce carta, quam pater tuus michi dedit. — Si manifestat de venditione, aut dicat falsam aut taceat. Si manifestat de donatione, dicat: contra legem est ipsa carta, quod pater meus non potuit me deheredítare. — Sic potuit, quod tu insidiatus es animae suae, aut cogitasti de anima sua, aut percussisti patrem tuum voluntarie, aut voluisti peccare cum matrinia tua et peccasti. — Approbet ingratitudinem ille qui habet cartam, aut taceat per Novellam*[37].

Glossa: Secundum asinos hoc placitum est. 7.8.

Expositio: Filius tantum legitimus: quia, ubicumque lex Longobarda vult de naturali filio loqui, specialiter inde loquitur; et alia ratione videri potest, quod hec lex tantum de filio legitimo loquatur, quia in hoc quod dicit: „Si cum matrinia sua id est noverca peccaverit" ostendit, quod hic filius erat legitimus, quia nisi esset legitimus, non vocaretur eius noverca. Aliter videri potest per legem subsequentem: „Item sicut nec patri licitum est"[38], in hoc quod dicit: „ita nec filio liceat vivo patre res suas thingare"; sed filius naturalis bene alienare potest vivo patre absque eius consensu, quia non est in potestate patris. — §. 2. In hoc quod dicit: „nec quod debetur per legem, alii thingare", respexit in Novellam[39], que dicit, quod pater filio debet tertiam partem rerum suarum, si unus sit tantum, sive duo sive tres sive[d] quattuor[d]; si[e] plures, medietatem. Secundum vero Ugonem[f] respexit Rotharis legem iuxta „Omnis parentela" positam, que est: „Si quis dereliquerit unum qui est fulborans"[36]. Sed hodie per legem Liuprandi deberetur filio medietas, si unus fuerit tantum, si duo fuerint, due partes, si plures fuerint, per hunc numerum computetur[g], ut pater pro uno filio habeatur, que est: „Si quis Longobardus voluerit filiis suis"[40]. — §. 3. Notandum est, quod usu et exemplo harum culparum in hac lege positarum intelligendum de maioribus culpis vel consimilibus. — §. 4. Si pater filium exhereditaverit et ingratitudo in carta scripta non fuerit, inutiliter testabitur; si autem scripta fuerit, ipse qui accepit hereditatem aut probet ingratitudinem veram esse aut ipsam perdat. Et hoc possumus videre in lege posita in secundo libro Novellarum que sic incipit: „Sive igitur omnes predictas causas, sive unam ex his parentes in suo scripserint testamento et suos filios[h] exhereditaverint"[i, 41]. —

k) Ex paterna autem vel mat. subst. 1.4; Paternae autem vel mat. subst. 7.8. l) *e codd.* 7.8.10. m) Mea propria 55 est quia ego ipsam 10.

Cap. 168. *e codd.* 1—8. a) quoad vix. *corrigendum.*

Cap. 169. *e codd.* 1—8; *in cod.* 6 *hoc caput antecedenti coniungitur, similiter formulae etiam et expositio ad capp.* 168.169 *coniuncta conceptae sunt.* a) eas 1.7.8. b) iuste pater exheredet eum 7.8. c) *e codd.* 7.8 10. d) sive quat. *om. cod.* e) siụẹ *cod.* f) ur. *cod. noster; correxi autem lectionem auctore glossatore, qui Lombardae* 60 *codicem Laur. LXXVII,* 10 *scripsit et sententiam altero loco a nostro propositam Ugoni attribuit.* g) componantur *cod.* h) filios *om. cod.* i) hereditaverint *cod.*

35) Cfr. L. 19. C. familiae ercisc. (III, 36.) §. 3. I. obl. quasi ex contr. (III. 27.) 36) Roth. 154. 37) Iulian. nov. 107, 4. 38) Roth. 170. 39) Iulian. 65 nov. 34, 1. 40) Liutp. 112. 41) Iul. nov. 107, 4. De epitome Novellarum in duos libros divisa cfr. quae disseruit Haubold in ephemeridibus „Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft" tom. IV. p. 141. 143. 156. 170. 188 sqq. et Merkel in libro suo „Die Geschichte des Langobardenrechts" in annot. 31. ad cap. III. pag. 58.

§. 5. Si pater dederit omnes res suas per imaginariam venditionem causa exhereditandi filium, ut filius falsam cartulam dicat, aut taceat; et bene cartulam falsam clamare potest.

170. Item sicut nec patribus[a] licitum est, filios suos sine iusta causa aut culpa exhereditare, ita nec filiis liceat, vivo patre cuicunque res suas thingare*, aut per quemlibet titulum alienare, nisi forte filios aut filias legitimas aut filios naturales habuerit, ut ipsis secundum legem conservet**.

* *nisi volente eo* 7.8 *et in marg.* ** *His namque dare filius potest nolente suo patre* per intellectum quorundam. 5.7.8.

Glossae: Hic videtur quod pater succedit filio. 4. — *sine iusta]* vadit ad commune secundum quosdam[b], quod videri potest ex Novella. 4.5.7.8. — *nec filiis liceat thingare]* vel propter morgincap et phaderfium matris occise inmerentem a patre ut legitur inantea *(Roth.* 200.*)* Si maritus. 5.7.8. — *res suas]* id est peculium quod melius est. 5.7.8. — Rerum secundum quosdam (1) Aliae sunt quae sunt filiorum familias: (a) Bonum maternum nunc per kap. Henrici Quicumque, (b) Ut quasi castrense peculium, (c) Ut castrense. (2) Aliae quae non sunt, sed parentum, ut ceterae omnes praeter adversas, ut legitur in Institutis[42]: „Adquiritur", in antiquo[43]. 4.5.7.8. — *aut filios naturales]* obiit per legem (1.) Liutprandi Si quis Longobardus. 4.6. — *secundum legem]* per legem istius *(Roth.* 154.*)* Si quis dereliquerit. 8.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi terram in tali loco malo ordine. — Mea propria est ipsa terra; ecce cartam, quam fecit michi Marcoardus tuus filius. — Contra legem est ipsa carta, quod non potuit tibi vendere eam, quia ipse erat in mea potestate. — Tu habebas eum emancipatum de tua potestate. — Non est verum. — Probet ipse, secundum quosdam, qui habet cartam, quod ita sit, aut perdat. — Aut: fecisti ei talem ingratitudinem.

Glossae: Hoc placitum secundum quosdam. 7. — *emanc.]* Emancipatio fit per legem Romanam. 7.8.

Expositio: Non est intelligendum, quod hec lex interdiceret, filium exhereditare cum voluntate patris, quia, sicut hec exhereditatio erat absque eius voluntate, filii, sic et ista alienatio erat absque voluntate patris, quod satis hec lex declarat in hoc quod dicit: „Item sicut nec patri licitum est". Et etiamsi hec lex interdiceret, rupta esset a lege Liuprandi que est: „Si quis cum pertinente"[44]; quia illic datur intelligi, quod cum notitia domini, patris, aliquis cum pertinente, cum filio alieno, convenire possit[d]. — §. 2. Si filius alicuius hominis filios vel filias habuerit, satis his potest dare suam liberam[e] absque voluntate patris per hanc legem; quia in hoc quod dicit: „ut ipsis secundum legem conservet", concedit etiam, illis dari; et nullam penam inde dabit, ideo quia se obligare non valuit. — §. 3. Si pater res suas filio vendiderit et si filius absque voluntate eius patris res ipsas tradiderit, vacua erit traditio, quamvis cartula dicat: „et faciat ipse exinde a presenti die, quicquid voluerit"; ideo quia sine notitia patris facta fuit.

171. Si quis se desperaverit, aut[a] propter senectutem aut propter aliquam infirmitatem corporis filios[b] non posse[b] habere, et res suas alii thingaverit, posteaque eum[c] contigerit filios legitimos procreare, omne thinx, quod est donatio, quod prius fecerat, rumpatur, et filii legitimi unus aut plures, qui postea nati fuerint, heredes in omnibus[d] patri[d] succedant. Si autem filias legitimas unam aut plures, seu filios naturales unum aut plures post thinx factum habuerit, habeant et ipsi legem suam, sicut supra constitutum est, tamquam si nichil alii thingatum fuisset. Et ille, cui thingatum est, tantum habeat, quantum alii parentes proximi debuerant habere, aut curtis regia suscipere[e], si alii thingatum non fuisset*.

* *Si autem filias legitimas unam aut plures post thinx factum habuerit, habeant ipsae, si una fuerit, terciam partem, si duae aut plures, dimidiam; reliquum vero habeat cui thingatum est* per legem Liuprandi (64.) De eo qui filiam secundum quosdam. — *Totum, similiter ut masculi* secundum valentes per legem Liutprandi (1.) Si quis Longobardus. 7.8.

Glossa: alii thingaverit] per donationem causa mortis cui non retribuitur talio. 4.5.7.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Pater tuus donavit michi ipsam terram: ecce cartam. — Pater meus disperavit, se habere filios propter infirmitatem vel propter senectutem, et post procreavit me de legitimo coniugio. — Vere procreavit te, sed non de legitimo coniugio. — Et ita approbet; si non potuerit, tunc fiat, si masculus est qui appellat, rupta tota carta, si femina est, qui appellat, in predicta porcione fiat rupta secundum quosdam. — Sed tota similiter est vacua.

Glossa: Hoc placitum secundum asinos. 7.8.

Expositio: In hoc quod dicit: „ut ille qui habet cartam donationis tantum habeat, quantum alii parentes debuerant habere", id est tertiam partem tantum, rupta est in parte a lege Liuprandi que est: „De eo qui filiam in capillo"[45]; in hoc quod dicit: „quia qui thinx facit, et postea nascitur ei filia, in tertia parte ipsum thinx rumpitur" ostendit, quia due partes thingationis deberent valere illi cui thinx facta fuit; et hoc quod dicit: „si due filie aut amplius fuerint, in medietate thinx rumpitur", ostendit, quia alia medietas valere debet. Ugo: Salvatur[46] ita tamen, ut non sit ruptura, immo addicio. — §. 2. Ugo: De filiis naturalibus rupta est hec eadem a lege Liuprandi, quia in hoc quod dicit[g]..... ostendit, quod illi cui thingatio facta est due partes thingationis deberent valere.

Cap. 170. *e codd.* 1—8. a) patri 7.8. b) valentes 7.8. c) *e codd.* 7.8.10. d) possit *ex coniectura addidi.* e) facultatem *addendum videtur.*

Cap. 171. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1.2.4.5. b) quod filios non posset 5.6. c) *deest* 7.8. d) omni patris substantia 7.8. e) susciperet 7.8. f) *e codd.* 7.8.10. g) *librarius verba Liutprandi legis supra allegata hoc loco omisit.*

42) §. 1. Inst. per quas pers. (II, 9.) 43) tempore vel iure. 44) Liutp. 86. 45) Liutp. 64. 46) In glossis quoque codicis Laur. LXXVII, 10 haec sententia Ugonis dicitur.

et filia tertiam debet habere. Vel, ut alii dicunt, rupta est a lege Liuprandi quae est: „Si quiscumque Longobardus sine filiis legitimis“[46*], que omnino filios naturales ab hereditate patris separat.

172. Si quis res suas alii thingare voluerit, non absconse[a] sed ante liberos homines ipsum garethinx faciat, quatinus qui thingat et qui gisel fuerint liberi sint, ut nulla in posterum oriatur intencio*.

* *similiter sint liberi omnes alii testes.* 1.7 *et sim. in marg.* 4.

Glossae: Si quis] Hic est donatio inter vivos. 5.7.8. — *gisel]* id est testes. 1.4.7.8.

Petre[b], te appellat Martinus, quod tu tenes ei terram malo ordine in tali loco. — Ecce cartam, quam tu michi fecisti. — Contra legem est ipsa carta, quod non fuerint testes liberi.

Expositio: In hoc quod dicit: „non absconse sed ante liberos homines“, queritur, si postea servus apparuerit, quid inde debeat esse? Unde lex Longobarda nichil diffinit; eundum igitur per legem Romanam generalem[c], ut legitur in secundo libro Institutionum que est: „Testamentum ex eo appellatur quod sit testatio mentis“, in hoc quod inferius dicit[47]: si testis liber existimabitur, quando testamentum traderetur, et postea servus apparuerit, sic valeat testamentum, veluti si liber esset.

173. Si quis res suas alii thingaverit et dixerit in ipso[a] thinx: lidinlaib[b], id est quod in die obitus sui reliquerit, non dispergat res ipsas postea[c] doloso animo, nisi fruatur eis cum ratione. Et si talis ei evenerit[d] necessitas, ut terram cum mancipiis aut sine mancipiis vendere aut loco pigneris ponere debeat, dicat prius illi cui thingavit[e]: „Ecce vides, quia necessitate compulsus res istas vado[f] dare[g]; si tibi videtur, subveni michi, et res istas conservo[h] in tua potestate[i]“. Tunc, si noluerit ei[k] subvenire, quod alii dederit sit illi stabile et firmum qui acceperit.

Expositio: In hoc quod dicit: „si noluerit ei subvenire, quod alii dederit sit illi stabile et firmum qui accepit“, rupta est a capitulo Caroli quod est: „Si quis Longobardus statum humanae fragilitatis precogitans“[48], quia illic legitur: „non reservet sibi[l] potestatem eandem rem vendendi aut alienandi, sicut antea fieri solebat“, „sed postquam de rebus suis unam traditionem fecerit, aliam de ipsis rebus faciendi nullam potestatem habeat“.

174. Non[a] liceat donatori ipsum thinx quod antea fecit iterum in alium hominem transmigrare: tantum est, ut ille qui garethinx susceperit tales culpas non faciat donatori suo, quales solent ingrati filii parentibus suis facere, per quas exheredantur, quae in hoc edicto[47*] scriptae sunt. Ipse autem qui garethinx susceperit ab alio, quicquid reliquerit donator in die obitus sui, habeat licentiam in suo[b] dominio[b] recolligere et debitum creditoribus[c] reddere et ab aliis exigere, et[d] quod in fiducia[e] positum est reddat[f] debitum, et requirat rem in fiduciae nexu positam.

Glossa: Ipse autem] Hic quasi videtur, quod competit ei et in eum omnes actiones hereditarie qui suscepit bona alterius. 7 *et simil.* 4.

Expositio: In hoc quod hec lex ostendit, donatum posse revocari per hoc quod dicit: „tantum ut ille qui gayrethinx susceperit tales culpas non faciat donatori suo, quales solent ingrati filii parentibus suis facere, per quas exhereditantur“, dicebant antiqui iudices, ruptam esse a capitulo Caroli quod est: „Si quis Longobardus“[48] in hoc quod dicit: „sed postquam unam de rebus suis traditionem fecerit, aliam de ipsis rebus faciendi nullam habeat potestatem“. Sed non rumpitur, quia nos debemus intelligere, quod ipsa lex loquatur de corporali traditione. Nam in hoc quod dicit: „usque in tempus diffinitum possidendi sit concessa facultas“, ostendit, quod quando donavit fecit ei corporalem traditionem, id est misit eum in possessionem. Sed hec lex non loquitur de corporali, quod videri potest in hoc quod dicit: „in die obitus sui habeat licentiam, in suum dominium recolligere“, et ostendit, quod donator non miserat eum in possessionem. — §. 2. Et rursus dicebant, ruptam esse a lege Liuprandi que est: „Donatio, quae sine launechild aut sine thingatione facta est, minime stare debeat“[49]; in hoc ostendi, quod, si launechild fuerit inde factum, licet donatori ingratitudines faceret, quod non debeat revocari. Sed ita salvatur, quod ipsa lex Liuprandi de corporali traditione tantum loquatur; quod videri potest per ipsam legem, quia in hoc quod ipsa lex dicit: „et si ille superstes fuerit, qui ipsam donationem sine launechild dedit, possit eam ad se recolligere“, ostendit, quod, quando donavit, corporalem donationem ei fecit. Sed hec lex non[g] loquitur de corporali traditione, quod potest videri ut superius ostendimus[h]. Aliter salvatur, quia de hac donatione non erat factum launechild.

175. Si quis rem[a] suam[a] cuicumque donaverit, et postea qui donavit launechild requisierit, tunc ille qui accepit aut heredes eius, si ausi[b] non fuerint[b] iurare, quod compositum sit, reddat ei ferquidum[c], id est simile, quale[d] in illa die fuit, quando donatum est*; et si iuraverit, sit exsolutus.

* *aut eadem res reddatur, si permanserit* per intellectum legis Liutprandi (72.) De donationibus. 7.8 *et sim. in marg.* 5.

Cap. 172. *e codd.* 1—8. a) in absconso 2.7.8. b) *e codd.* 7.8.10. c) *ita interpretatus sum litteras* gut.; *cfr. expos.* §. 4.5. *Roth.* 1, *expos.* §. 5. *Roth.* 221.
Cap. 173. *e codd.* 1—8. a) ipsum 1.7.8. b) quod est laib 7.8. c) *deest* 1.4. d) venerit 7.8. e) thingaverit ipse 7.8. f) volo 1.7.8. g) vendere 2.4. h) conservabo 2.7.8; trado 6. i) proprietate 1.2.5. k) ei *om.* 1.7.8. l) sunt *cod.*
Cap. 174. *e codd.* 1—8. a) Nulli 1.4. b) suum dominium 6—8. c) creditori 7.8. d) id 4.7.8. e) fiduciae nexu 1.2. f) et reddat 7.8. g) non *om. cod.* h) ostendunt *cod.*
Cap. 175. *e codd.* 1—8. a) res suas 2.7.8. b) ausus non fuerit 1.4. c) ferquido 1.7.8. d) qualis 4.5.

46*) Liutp. 1. 47) §. 7. I. testam. ordinand. (II, 10.) 47*) Roth. 169. 48) Karol. M. 78. 49) Liutp. 72.

Glossa: Si quis] Hic videtur, et in lege „Si[50] quis liber homo migrare voluerit", quod actio launechild conpetit heredibus, et transit ad heredes. 6. 7.

Petre[d], te appellat Martinus, quod ipse donavit tibi tantum de suo mobili, quod valebat solidos 20, et requirit tibi launechild. — De torto. — vel: donavit, sed launechild ei feci. — Et[e] ita iuret.

Expositio: Lex Liuprandi que precipit: „De donatione que sine launechil est"[51] affirmat istam, tantum ad hanc legem adiungit, ut, si donatio[g] permanserit, ille, qui eam[h] sine launechild dederit, aut heres eius, possit eam ad se recolligere.

176. Si quis leprosus effectus fuerit, et cognitum fuerit iudici vel populo certa[a] rei veritas[a], et expulsus[b] fuerit a civitate vel casa sua, ita ut solus inhabitet, non sit ei licentia res suas alienare aut thingare cuilibet personae; quia[c] in eadem die, quando a domo expulsus est, tamquam mortuus habetur. Tamen, dum advixerit[d], de rebus quas reliquerit pro mercedis[e] intuitu[e] nutriatur.

Glossa: Obiit per legem Liutprandi (6.) Si quis liber Longobardus. 6—8.

Expositio: In hoc quod dicit: „non sit ei licentia res suas alienare aut thingare" rupta est a lege Liuprandi, que est: „Si quis Longobardus, ut habet casus humanae fragilitatis"[52], in hoc quod dicit: „potestatem habeat, dum vivit et recte loqui potest, pro anima sua iudicandi de rebus, quomodo voluerit". Sed ita salvatur, ut lex Liuprandi de alia infirmitate loquatur, quod[f] potest[f] notari per hoc quod dicit: „quamquam in lectulo iaceat", quia sepius contingit, leprosum pro ipsa infirmitate non[g] in lectulo iacere. — Aliter servatur, ut illud quod dicit: „potestatem habeat pro anima sua iudicandi de rebus suis qualiter[h] voluerit" intelligendum sit secundum legem, quia, si non[i] ita intelligeretur, non solum rupta esset[k] illa, sed etiam quam plures alie, veluti: „Nulli liceat sine certa culpa"[53].

177. Si quis[a] liber homo potestatem habeat, intra dominium regni nostri cum fara sua migrare ubi voluerit (sic tamen, si ei a rege data fuerit licentia), et si ei aliquas res dux aut quicunque liber homo donavit, et cum eo noluerit permanere vel cum heredibus ipsius: res ad donatorem vel ad heredes eius revertantur.

Glossae: Si quis] vacua pro usu. 7. — *fara]* id est re vel familia. 4. id est generacio. 7. — *res ad donatorem]* conditionaliter donatio irrita fieri, si tenor non adimpletur. 4.

178. Si quis sponsaverit puellam liberam aut mulierem, et post sponsalia facta et fabulam firmatam per[a] duos annos[a] sponsus neglexerit eam tollere et dilataverit nuptias exequi, post transactum[b] biennium[b] potestatem habeat pater aut frater, vel qui mundium eius in potestate habet, distringere fideiussorem, quatenus adimpleat metam illam quam in die sponsaliorum promisit; postea liceat ei[c] ipsam[d] ad maritum alium dare, liberum tamen. Et meta quae exacta fuerit sit in potestate puellae aut mulieris, eo quod sponsus intra prefinitum tempus uxorem accipere neglexerit, aut si voluntarie dilataverit, excepta[e] inevitabili causa[e].

Glossae: per duos annos] Similiter[f] Iustinianus precipit[54]. 5. 7. 8. — *adimpleat moetam]* i. poenam. 4. Metarum aliae sunt penales ut metae sponsaliorum, aliae mephiales, aliae morgincapales. 4. 5. 7. 8. — *promisit]* Hic videri potest obligatio fideiussoris. 5—8. — *excepta inev. causa]* Hic videri potest, quod exeptio datur fideiussori, quae principali reo est. 7. 8 *et simil.* 4.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu sponsasti Aldam suam filiam, et misisti neglegentiam eam accipere ad uxorem per duos annos. — Si dixerit: „non sponsavi", aut probet qui appellat, aut nichil sit. — Si dixerit: „sponsavi, sed non sunt transacti duo anni", probet qui appellat. — Si dixerit: „non misi neglegentiam", si potest probare qui appellat, probet; si non potuerit, iuret qui appellatus est. — Si manifestaverit, quod fuisset infirmus, aut probet aut emendet poenam. — Si dixerit, quod fuisset paratus infra duos annos ad accipiendum, probet; et si probaverit, aut appellator probet, quod paratus fuisset ad dandum, aut componat penam. Et si nec unus nec alter potuerit probare, nullus ex eis componat poenam. — Et ita secundum quosdam haec fit appellatio; sed[h] secundum valentes aliter est: sit enim ad fideiussorem[h].

Expositio: Martine, hoc dicit Iohannes, quod tu per biennium fuisti negligens ducere in coniugium Rebeccam desponsatam tibi et a se, mundoaldo eius.

§. 2. Martine, hoc dicit Iohannes mundoaldus Rebeccae, quod Petrus per biennium fuit negligens ducere Rebeccam sponsam suam in coniugio, unde tu fideiussor fuisti.

§. 3. Iuxta legem Longobardorum creditori[i] datur electio, utrum fidemiussorem aut debitorem pignerare velit, in quo a Romanorum lege[55] dissidet, iuxta quam, nisi prius debitor interpelletur et inopia[k] approbetur, fideiussor appellari non debet. — §. 4. Si quis mundoaldus sponse[l] dandi eam infra biennium, aut sponsus[l] accipiendi breve[m, 56] ostenderit, breveque[n] id falsum claruerit, brevis[o] probare vult mundoaldus, se paratum fuisse ad dandum, vel sponsus, se paratum fuisse ad accipiendum.

e) *e codd.* 7.8.10. f) et i. i. *om.* 10. g) donationem *cod.* h) que *add. cod.*

Cap. 176. *e codd.* 1.2.4—8; *rec. man. suppletur in cod.* 3. a) quia certa sit veritas 7.8. b) repulsus 7.8. c) quia *rell. desunt in cod.* 1. *duabus lineis vacuis relictis.* d) vixerit 6—8. e) mercede intuto 7.8. f) propter *cod.* g) non *addidi* h) qua lex *cod.* i) non *om. cod.* k) ab *add. cod.*

Cap. 177. *e codd.* 1.2.7.8; *recent. demum manu suppletur in* 3.4; *omnino abest a* 5.6; *in cod.* 7 *iterum sub fine Rothariani edicti subnectitur, textu omnino consonante cum cod.* 2. a) Si quis *om.* 2; Si quis liber homo migrare voluerit aliquo, potestatem habeat intra dominia regni nostri cum fara sua migrare quo voluerit, sic tamen si ei a rege data fuerit licentia. Et si aliquas res ei dux *rell.* 7.8.

Cap. 178. *e codd.* 1—8. a) duobus annis 1.7.8. b) transactos annos duos 5.6. c) eis 1.2; *deest* 7.8. d) eam 4.7.8. e) excepto inevitabilem causam 7.8. f) Quia ita 7.8. g) *e codd.* 7.8.10. h) sed sec. *rell. om.* 10. i) conditor *c.* k) in opus *cod.* l) sponso *c.* m) brevi *c.* n) brevi quod *c.* o) brevius *c.*

50) Roth. 177. 51) Liutpr. 72. 52) Liutp. 6. 53) Roth. 168. 54) L. 2. C. sponsal. (V, 1.) 55) Iul. nov. III, §. 1. 56) Quo quidem brevi

ostensor non debet penam solvere, donec alter paratum se fuisse brevi aut testibus probaverit, eo quod brevi in die sponsaliorum facto legitur[57]: „componat pars parti fidem servanti penam argenti libras 100". — §. 5. Si sponsa[58], antequam metam accipiat, mortua fuerit, heredes eius eam accipiant; quod in capitulo octavi libri Codicis evidenter ostenditur: „Veteris[59] iuris altercationes decidentes generaliter sancimus, omnem[p] stipulationem, sive in dando [sive[q] in accipiendo sive mixta ex dando] et accipiendo inveniatur, et ad heredes et contra heredes transmitti, sive specialiter heredum fiat mentio sive non", vel in una lege posita in quarto libro Institutionum que sic incipit: „Hoc loco amonendi sumus", in qua[60] quam[r] optime potest videri, quod actiones ex contractu et heredibus dantur et adversus heredes competunt. — §. 6. Si fideiussor pro sponso metam solvit, sponsus debet reddere fideiussori omne quod pro eo solvit per unam legem positam in tertio[s] libro Institutionum quae sic incipit: „Pro eo qui promittit, solent et alii obligari, qui fideiussores appellantur", quia illic legitur: „Si[61] quis fideiussor pro reo[t] solverit, ipse cum eo habet mandati iudicium", quod etiam confirmari potest per legem Longobardam ipsamque Liuprandi quae est „Si[62] infans ante 18": „et qui fideiussor extiterit nullam exinde habeat dampnietatem." — §. 7. Si fideiussor, antequam cum eo agatur, obierit, eius heredes in eadem obligatione permaneant, quia in eadem lege Institutionum legitur: „fideiussor[63] non tantum se sed etiam heredem obligatum relinquit", quod item videri potest per legem Longobardam. Rotharis[u] enim dicit[u] in lege quae est „Si[64] quis post mortem patris filium de debito": „ita decernimus, ut filii prebeant sacramentum secundum qualitatem pecunie aut per pugnam se defendant", et alibi dicit: „Si[65] quis sine heredibus mortuus fuerit, et res sue ad curtem regis ceciderint.....et sine debito aut aliqua repetitione cecidit", quod dat intelligere, si heredes reliquerit, debere respondere pro debito. — §. 8. Si heredes defuncti sponsatam filiam alii tradiderint, quam cui pater eam sponsaverit, quamquam in dando eam sponso[v] sit obligatus, in obligatione tamen penam exsolvendi non est debitor: quia sponse pater dans guadia, si se retraheret, penam se compositurum obligavit, sed se non retraxit, quia morte preventus obiit; quare[w] de pena obligatus non fuit, igitur nec filius. Ugo tamen penam heredem solvere affirmat: quemadmodum enim, inquit, pater obligatus erat feminam dandi vel penam exsolvendi, si se retraheret[x], ita heredem obligatum relinquit. Quod tamen Wilihelmus pater non laudat. — §. 9. Notandum, hanc legem terminum biennii illis tantum attribuisse, qui terminum accipiendi sponsam non posuerint: qui terminum posuerint, non secundum hanc legem vadant, sed secundum stantiam quam fecerint. — §. 10. In hoc quod hec lex dicit: „Si sponsus eam tollere neglexerit, post transactum biennium qui mundium eius habet potestatem habeat eam dandi ad alium maritum", concordat se cum quinto libro Codicis[66], quod[y] Vt.[y] affirmat. — §. 11. In hoc quod hec lex affirmat, sponsam tradi ad alium maritum post biennium, si sponsus per biennium eam tollere neglexerit, dicebant antiqui iudices, ruptam esse a lege Liuprandi quae est „Si[66*] quis filiam suam aut sororem" et cetera, quia in hoc quod dicit: „non habeat potestatem alteri homini tradendi ad maritum ante biennii tempus", dat intelligere, sive sponsus esset neglegens sive non, quod[z] post biennii tempus posset dari ad alium maritum. Sed male dicebant, quia intelligendum est secundum determinationem huius legis, scilicet si sponsus per biennium eam tollere neglexisset.

179. Si dixerit sponsus de sponsa sua, quod adultera sit, postquam eam sponsatam habuit, liceat parentibus eam purificare cum duodecim sacramentalibus suis. Tunc[a], postquam[b] purificata est, accipiat eam sponsus, sicut in priori fabula stetit. Et si, postquam purificata fuerit, eam tollere ad[c] uxorem[c] neglexerit, sit culpabilis sponsus duplam metam, quantum dictum est in die illa, quando fabula firmata fuerat. Et si parentes, ut dictum est, eam de ipso crimine mundare non potuerint, tunc sponsus recipiat res suas quas dedit, et illa patiatur poenam adulterii, sicut in hoc edicto scriptum[d] est[67].

Petre[e], te appellat Martinus, quod tu sponsasti Aldam filiam suam, et vult, ut eam accipias ad coniugium. — De torto. — Si dixerit: „sponsavi, set adulteravit se, postquam eam sponsavi", tunc parentes purificent eam. —

Petre, te appellat Martinus, postquam ipse sponsavit Mariam tuam mundoaldam, quod ipsa se adulteravit cum Marcoardo. — De torto.

Petre, te appellat Martinus, quod tu habebas sponsatam Mariam suam mundoaldam, et dixisti, quod ipsa se adulterasset cum Paulo, et purificavit eam, et noluisti eam accipere uxorem. — De torto[f].

Glossa: ad form. prim.] Hoc placitum secundum asinos. 7. 8. — Una actio est ex utrisque. 7. 8. 10.

Expositio: Martine, Iohannes appellat, quod Maria, cuius mundoaldus es, postquam eam disponsavit, se[g] adulteraverit.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu neglegens fuisti sponsam tuam ducere in coniugium, postquam eam[i] de[i] adulterio, quo a te diffamata est, purificavit.

p) enim *c.* q) sive....dando *om. c.* r) quod *c.* s) quarto *c.* t) se *c.* u) *ita conieci;* r. emendič *cod.* v) sponsus *c.* w) queritur *c.* x) retur heret *c.* y) quiuť *cod.* Walcausa? Wilihelmus? z) pro *c.*

Cap. 179. *e codd.* 1—8. a) *in codd.* 7. 8 *verba* Tunc post cum.....firmata fuerat *huius capitis finem efficiunt.* b) postea cum 2; post cum 7. 8; post purificatam 1; post purificationem 4. c) *desunt* 4. 7. 8. d) constitutum 1. 7. 8. e) *e codd.* 7. 8. 10. f) me appell. *add.* 7. g) sed *cod.* h) eo quo *c.* i) eadem *cod.*

57) Cfr. Expos. §. 1. ad Roth. 182 infra pag. 334 lin. 13. 58) ea scilicet, quam sponsus per biennium ducere neglexit. 59) L. 13. C. contrah. et committ. stipul. (VIII, 38.) 60) §. 1. I. perpet. et tempor. actt. (IV, 12.) 61) §. 6. I. fideiuss. (III, 20.) 62) Liutp. 116. 63) §. 2. I. l. c. 64) Roth. 366. 65) Roth. 223. 66) L. 2. C. sponsal. (V, 1.) 66*) Liutp. 118. 67) Roth. 189.

§. 3. Wilihelmus: ponitur hic questio, si quis sponsam per biennium ducere neglexerit, posteaque penam evadendi causa eam de adulterio diffamaverit: quid inde fieri debet? — Bō.[k] respondet: per hanc legem purificanda est a parentibus, et postea sponsus, a pena solutus, eam debet accipere. — Guilihelmus[l]: quae ratio esset, quod sponsus[m] hac occasione[m] penam evitaret, cum supradicta lege sola neglegentia penam componeret. Nulla scilicet; quod est, sic solvitur: hec lex nichil inde loquitur, quia per hanc legem non potest inponere crimen nisi[n] sponsus[n]. Sed hic, qui crimen inposuit, non erat sponsus, quia fuit neglegens sponsam ducere per biennium. Et quod ideo non sit sponsus, videri potest per superiorem legem[68], in hoc quod dicit: „postea liceat ei eam ad alium maritum tradere, liberum tamen"; et, si licet eam dare ad alium maritum, tunc non est sponsa, nec ipse sponsus. Crimen igitur inponere non potuit, nec erit solutus.

180. Si[a] contigerit, postquam puella aut mulier sponsata fuerit, leprosa[b] aut demoniaca[b] aut de ambobus oculis excecata apparuerit[c], tunc sponsus recipiat res suas[d], et non compellatur ipsam invitus tollere ad uxorem, nec pro hac causa calumpnietur, quia non[e] suo neglectu[e], sed[f] peccato imminente et[g] egritudine superveniente.

Glossa: et non compellatur] Hic videri potest, quod sponsus Longobardus debet accipere sponsam ad uxorem, aut velit, aut nolit, nisi excipiatur. 5.7.8 *et simil.* 4.

Petre[h], te appellat Martinus: postquam ipse sponsavit Mariam tuam mundoaldam, ipsa apparuit leprosa aut demoniaca aut de ambobus oculis excecata, et vult, ut res suas reddas. — De torto.

Expositio: Si mundoaldus sponso neglegenti ducere per biennium transacto biennio sponsam dare voluerit, sponsus est cogendus accipere, quia hac lege dat intelligendum, esse cogendum, nisi eam lepra deformaverit, vel demoniaca vel ceca apparuerit, etiamsi pena negligentie data esset. Et item per legem Liuprandi, que est: „Si quis filiam suam aut sororem"[69] et cetera videtur, quod cogendus est eam accipere, quia in hoc quod dicit: „si autem, quod absit, post sponsalia facta tales inter parentes ipsos excreverint inimicitiae qualicumque causa interveniente, ut homicidium de parente ipsorum perveniat, unde duritiam[i] inter se habeant, si dare aut tollere noluerint[k], componat pars parti que neglexerit sicut inter se statuerint, et sint absoluti", ostendit, quod, si tales inimicitie inter eos non excrevissent, etsi pena soluta esset, quod non[l] esset solutus, sed, si mundoaldus dare eam vellet, quod tollere eam debet sponsus. — §. 2. In hoc quod dicit: „aut de ambobus oculis excecata apparuerit" dicebant antiqui, quodsi quis sponsaret aliquam monoculam, et postea ex ipso oculo excecata appareret, quod cogendus esset accipere: quia hec lex aliam non facit relinqui, nisi eam que ex utrisque oculis postea excecata apparuerit. Sed male dicebant: quia hec lex non ideo dixit „de ambobus oculis", quia[m] illa, que tantum ex uno excecata postea apparuerit, non possit relinqui, sed ideo dixit, ut illa, que, postquam sponsata fuerit, monocula apparuerit, relinquatur.

181. Si pater* filiam suam aut frater** sororem suam legitimam alii ad[a] maritum[a]*** dederit, in hoc sibi sit[b] contenta de patris[c] vel[b] matris[d] substantia, quantum[e] ei pater aut frater in die traditionis nuptiarum dederit: amplius[g] non requirat****.

* *qui*[70] *filios habuerit* per intellectum 7.8 *et sim. in marg.* 4. ** *qui*[71] *descendentes*[h] *habuerit.* 7.8. *** *cum aliquo* 7.8. **** *Si*[72] *vero tantum illam et alias in capillo in casa reliquerit, vel filias vel sorores consanguineas, omnes aequaliter ad successionem veniant eis defunctis intestatis.* 7.8.

Expositio: In hoc quod dixit: „amplius non requirat", intelligendum est hoc modo: scilicet constante matrimonio, id est vivente marito; quia si intelligeretur, quod marito mortuo nichil de rebus patris posset requirere, et rupta esset a lege istius quae est: „Si pater filiam aut frater sororem"[73], in hoc quod filiam aut sororem viduam ad successionem patris vel fratris advocat. Sed tamen a duabus legibus rumpitur Liuprandi, que sunt: „Si quis Longobardus se vivente"[72], a quibus, deficientibus filiis, filie vel sorores iubentur succedere.

182. Si quis filiam suam aut quamlibet parentem in coniugio alii dederit et contigerit casus, ut ille maritus moriatur, potestatem habeat illa[a] vidua, si voluerit, ad alium maritum ambulandi, liberum tamen. Secundus autem maritus, qui eam tollere disponit, de suis propriis rebus medietatem precii[b], quantum dictum est, quando eam primus maritus sponsavit, pro ipsa meta dare debeat[c] ei qui heres proximus mariti prioris esse invenitur[c]. Et si noluerit[d] accipere, habeat ipsa mulier morgincap, et quod de[e] parentibus adduxit, id est faderfio[f]; parentes vero eius potestatem habeant eam dandi ad alium maritum ubi ipsi et illa voluerint. Et mundium eius prioris mariti parentes non habeant, pro eo quod denegaverunt ei[g] voluntatem suam[g]: ideo[h] redeat mundium eius ad proximos parentes,

k) *Forsan* Bō. (Bonifilius) *corrigendum; cfr. autem expos.* §. 3 *ad Liutp.* 89. l) *ita conieci secundum nomen illius qui quaestionem primus proposuit;* E. *cod.*, *quam litteram falso librarius pro* G. *scripsisse videtur.* m) sub occasionem *c.* n) *ita correxi;* in sponsa *c.*

Cap. 180. *e codd.* 1—8. a) peccatis imminentibus *add.* 5.6. b) leprosam aut demoniosam esse 7.8; ut leprosa aut demoniosa facta fuerit 1. c) fuerit 1.5. d) quas dedit *add.* 1.4.5. e) non suo fuit negl. 6; non pro suo neglectu est 7.8; necessitate neglectum est 1. f) pro *add.* 7.8. g) et *om.* 7.8. h) *e codd.* 7.8.10. i) duri etiam *cod.* k) voluerit *cod.* l) non *om. cod.* m) quin *c.*

Cap. 181. *e codd.* 1—8. a) uxorem, *om.* ad, 1. b) contempta sit. De patris vero vel 7.8. c) paterna 5.6. d) materna 5.6; fratris 4.7.8. e) nisi quantum 7.8. f) *deest* 5.6. g) et ampl. 2.5.6. h) non ascendentes *add.* 7.

Cap. 182. *e codd.* 1—8. a) ipsa 7.8. b) ipsius *add.* 1.7.8. c) debet eis qui heredes proximi mariti prioris esse inveniuntur 1.2.7.8. d) noluerint 1.2. e) a 7.8. f) *sic* 2.3; faderfium *rell.* g) eius voluntatem 7.8. h) et ideo 7.8; et non 1.

68) Roth. 178. 69) Liutpr. 118. 70) Liutpr. 1. 71) Liutpr. 3. 72) Liutpr. 2.3. 73) Roth. 199.

qui prius eam ad maritum dederunt. Et si parentes non fuerint[i] legitimi[i], tunc mundium illius[k] ad curtem regis pertineat. Et si talis fuerit mulier, quae maritum non velit[l] aut non possit habere, sit in potestate illius, ad quem mundium de ea pertinet. Et si ipse eam male habuerit aut tractaverit, et probatum[m] fuerit[m], tunc liceat ei ad parentes suos reverti; et si parentes non habuerit[n], tunc[o] ad curtem regis habeat refugium, et mundium eius sit in potestate regis.

Glossae: Hic datur videri, quod, si quis habet filiam heredem, tamen debent mundium habere uxoris olim sue ipsi parentes, qui cum filia succedebant; quia, etsi perdant hereditatem, tamen non perdunt mundium. 7. *(Cfr. expositionis §. 4.)* — *potestatem habeat]* scil. finitis triginta diebus per kapitulum Lodoici (9.) Qui viduam. 4 *et similiter* 5.7.8. — *mariti prioris]* Si huius parentes mortui fuerint antea, heredes eorum non habeant medietatem metae; sed 20 pro mundio secundum quosdam. 7. — *habeat ipsa mulier]* Hic videri potest quedam[p] subtilitas[p]: morgincap mulier debet habere et dotem, quantam attulit. 5.7.8. per hanc legem dicitur in cartula de morgincap „et facias exinde secundum legem tu et heredes vestri". 4.

Domne[q] comes, date huic Mariae tutorem. — Dato, dic: domne comes, hoc dicit Maria cum Petro tutore suo, quod plures vices reclamavit se ad vos de Alberto suo cognato et suo mundoaldo, qui denegat suam voluntatem, et maritum, quem habet electum, non vult sibi dare; unde vos plures vices illi mandastis missos et epistolas, ut ad vestrum placitum veniret et sibi iustitiam faceret, et ille venire noluit. — Dicis tu ita, Maria? — Sic dico. — Et tu, suus tutor, dicis ita? — Sic[r] dico[r]. — Et vos, domne comes, recordamini sic? — Sic recordor. — Et vos iudices? — Sic recordamur. — Dicite, vos iudices, quod commandat lex? — Tunc debent dicere: „Si quis filiam suam aut quamlibet parentem in coniugio alii dederit" usque[s] ad: „parentes proximos, qui prius eam ad maritum dederint"[s]. — Cum dicta fuerit lex: interroga eum, qui vult ipsam feminam: vis accipere ad coniugium legitimum[t] eam? — Volo, Deo[u] volente[u]. — Et tu, mulier, vis eum accipere ad legitimum coniugium? — Volo, Deo volente. — Et tunc dic[v]: es tu paratus ad dandum medietatem de meta heredi prioris mariti? — Sum; 100 *solidos dedit, ecce* 50[w]. *— Post dic: si a Deo est factum, pro hoc venit Martinus, quod vult sponsare Mariam filiam Petri. — Venisti propter hoc? — Veni. — Da wadiam, quod facias ei quartam portionem de quanto tu habes aut inantea acquirere potueris, tam de re mobili, quamque immobili, seu familiis, et si te subtraxeris, componas libras* 100. *Et per istam spatam et istum wantonem sponso tibi Mariam meam filiam. — Et accipe tu eam sponsario nomine. Et commenda eam ei usque ad terminum talem. Tu[x], pater feminae, da wadiam ei, quod tu des ei eam ad uxorem, et mittas sub mundio; et tu wadiam da, quod eam accipias; et qualis se subtraxerit, componat solidos mille. — Cum venerit ad terminum, fiant cartulae lectae et fiat femina tradita per manum. — Propter hoc dat[y], Petre[z], hanc crosnam[a], ut mittas eam sub mundium cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus seu familiis, quae ad eam per legem pertinent, et mundium et crosnam tradas sibi ad proprium. Da ei launechild. — Precipite fieri noticiam, donne comes.*

Petre[b], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine Donatam suam mundoaldam. — Ipsa mea est mundoalda et mulier mea; et tu denegasti voluntatem suam, et ecce notitiam. — Falsa est ipsa noticia; — aut: missus comitis[c] vel epistola non venit ad me.

Glossa: vacua secundum quosdam. 7.8.

Petre[d], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est de parte Donatae meae mulieris. — Non debes tu eam succedere, quoniam mea mundoalda fuit et non tibi eam dedi ad uxorem. — Aut ostendat noticiam aut probet per testes, quoniam fuit sua mulier, aut perdat terram[e].

Expositio: Domne comes, Cristina cum Petro tutore suo dicit, quod pluribus vicibus in conspectu vestro lamentata est de Dominico mundoaldo suo, qui suam denegat voluntatem et eam marito Martino, quem elegit, tradere non vult; unde vos multotiens ex vestri parte nuntios ac epistolas misistis, ut ad vestrum placitum veniret et eidem Cristine iustitiam faceret, et ad iudicium habere non potuistis. — Dicis ita, Cristina? — Sic dico. — Domne comes, recordamini ita? — Sic recordor. — Et vos iudices? — Sic recordamur. — Quo dicto dicant[f] iudices, interrogante comite, quid inde lex[g] precipiat. Iudices vero hanc legem dicant, que est: „Si quis filiam suam" usque ad „Et si talis fuerit", aut sententiam eius dicant. Quo facto interrogetur mulier, utrum mundium suum ad parentes suos transire velit? Que confessa sponsetur: huc ad hoc venit Martinus, quod, si a Deo consensum est, vult sibi sponsare Cristinam[h], post Albertum[h] relictam, et Andree filiam. — Interrogatur sponsus, an velit, et an sit paratus dare medietatem mete heredibus Alberti, quondam Cristine mariti? — Quo respondente: Albertus quondam ei dedit in meta solidos 40, et ob hoc paratus sum dare medietatem inde, solidos 20, — si heredes Alberti affuerint, debent solidos 20 accipientes eam sponsare; si autem adesse noluerint, ad patrem redeat mundium. — Tunc dicatur sponso:

i) habuerit legitimos 7.8. k) ipsius 1.5—8. l) voluit 7.8. m) probatur 7.8. n) ubi revertatur *add.* 1.7.8. o) *deest* 1.7.8. p) *desunt* 5. q) *e codd.* 5.7.8.10. r) Utique 5. s) usque ad: „Et si talis fuerit mulier" 5. t) *deest* 5. u) *desunt* 5. v) dicant iudices 5. w) *hactenus huius placiti forma in codd.* 5.7.8.10 *eadem est; eorum autem, quae sequuntur, quasi summam offert cod.* 5 *his verbis:* Tunc publica licentia revertatur ad parentes proximos. Et sponsetur, et antequam tradatur, legantur cartulae, et sibi dent ad vicem et commendent, sicut usus est; et postea tradetur, tamen ita, ut prius precium mundii det sicut lex est. „Domne comes, precipite fieri notitia". — Si autem ipse postea egerit aut de mundoalda, aut de successione, iste se defendat aut notitia aut testibus aut ut est lex, aut perdat. x) Tunc tu 10. y) tradit 10. z) P. 8.10; Petrus 7, *sed* Petre *littera* P. *melius intelligenda videtur, quia Petrus qui sponsae pater est, grosnam a sponso accipit, acceptam demum sponso restituit; cfr. form. ad Roth.* 195. a) grosnam 7. b) *e codd.* 7.8.10. c) *deest* 7.8. d) *e codd.* 7.8.10. e) secundum hanc legem, sed per capitulum Henrici (I, 1.) „Quicumque ea quacumque" non amittet secundum quosdam *add.* 10. f) dicant *supplevi.* g) *verbum addidi.* h) *ita correxi;* aldam post rus *cod.*

da Andree wadiam, quod tu Cristine filie sue omnium que modo habes aut inantea acquirere poteris, que sunt, portionem[i] quartam[i] facies, et, si te retraxeris, auri libras 100 compones. — Tunc wadia a fideiussoribus accipiatur. Dehinc patri dicatur: Andrea, per hunc ensem et wantonem istum[k] sponsa[k] Cristinam filiam tuam. — Ipso affirmante, dicatur sponso, ut eam accipiat. — Dehinc dicatur: Andrea, da wadiam Martino, quod filiam tuam ei trades uxorem, et eam sub[l] mundio cum rebus ad eam pertinentibus mittes; et tu[m], da wadiam, quod tu eam accipies; et, si quis nostrum se subtraxerit, componat pars parti fidem[n] servanti penam auri[n] libras 100. — Antifacti[o] et morgincaph cartule lecte sponse a sponso tradantur. Tunc pater, qui mundoaldus est, per manum dexteram tradet eam marito. — Tunc dicatur: Martinus hunc caballum, solidos 20 valentem, Andree dat pro mundio Cristine uxoris sue et Andree filie; — et pater caballum accipiat. — Et tu, Andrea, pro hoc caballo, 20 solidos valente, Cristinam, filiam tuam, cum rebus omnibus ad eam pertinentibus sub Martini mundio mitte, mundium et caballum sibi ad proprium trade. — Tunc Martinus patri mulieris launechil exsolvat, de quibus omnibus breve fieri rogetur, aut notitiam scribi a comite iubeatur.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu malo ordine retines Cristinam, cuius ipse est mundoaldus. — Respondet: Cristina, de qua me appellas, mea uxor est, et sub meo est mundio, ob ecce notitiam, quomodo in coniugium tradita est, quomodo tu, eius voluntatem denegando, mundium ammisisti iure. — Si Iohannes se voluntatem non denegasse dixerit et testibus sibi a marito probari non potuerit, cum suis sacramentalibus se purificet. Sin autem Iohannes falsam dixerit notitiam cartule, idoniet per sacramentum iuxta Widonis capitulum[74].

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod ei terram in tali loco malo ordine retines. — Respondet: terra, de qua agis, mea est propria ex parte Cristine, quondam mee coniugis; quia ecce notitia, quod michi tradita est in coniugium. — Si falsa dicta fuerit notitia cartule, quia de predio est contentio, appellatori electio datur[75], utrum duello an sacramento eam idoniare voluerit.

§. 4. In hac lege precipitur, ut secundus sponsus prioris mariti heredibus mete medietatem restituat. Si prior maritus filiam et parentes alios reliquerit, quamquam filia[p] heres est[p] cum parentibus ceteris, tamen nullo modo ad eam pertinebat mundium, et nichil ei contingebat mete medietatis; quia, cum ipsa in alterius potestate semper permaneat, ut lex istius dicit que est: „Nulli mulieri sub regni nostri“[76] et cetera, nullam in sua potestate habere potest. Moderno vero tempore, quamquam ab hereditate eiciantur parentes ceteri, et heres[q] sit sola filia[77], tamen a mete medietate non sequestrantur[r], quandoquidem ad eos pertinet mundium. — §. 5. Notandum etiam, si heres prioris mariti, antequam ipsa maritum accipiat, mortuus fuerit, quod eius heredes[s] medietatem metae non haberent[s]. Lex enim ista solummodo heredi prioris mariti eam tribuit, et hic est heres heredis et non illius. Per usum tamen 20 solidos habebat. Hic tamen[t] usus et exequatio[u] non laudatur; quia, licet heres mariti decedat, cui medietas mete deberetur[v], si, cum ipse viveret[w], illa ad alterius nuptias procedet, tamen succedenti heredi prioris mariti medietas mete debetur, quoniam heres heredis testatoris est heres, et qua[x] ratione de defuncto testato, in eadem ratione de intestato defuncto. — §. 6. A multis iudicibus dicitur, quod si femina ad maritum ambulaverit et heredes prioris mariti recipere medietatem mete noluerint, ut nichil ipsa habeat ex hoc quod prior maritus sponsalicio ei[y] dederit; ideo quia hanc litteram que est: „secundus autem maritus, qui eam tollere disposuit, de suis propriis rebus medietatem pretii ipsius, quantum dictum est, quando eam primus maritus disponsavit, pro ipsa meta, dare debet eis, qui heredes proximi mariti prioris inveniuntur“, ita intelligunt, scilicet, quod secundus maritus pro adquirenda ipsa meta, quam prior maritus dederat uxori, medietatem pretii dabat; tunc ideo quia dicunt, hanc aliam litteram, que est: „et si noluerit accipere hanc, ipsa mulier habeat morgincaph et quod a parentibus adduxit“, dare intelligi, quod mulier[z] sponsalicium habere non debet. Sed eorum intelligentia non valet, quoniam, si per hunc intellectum perderet donum[a] sponsalicium, similiter perderet donationem factam sibi ab aliquo vel successionem aliquam, quam ex parte parentum suorum habuerit. Et item, si hoc verum esset, quod maritus secundus ideo daret medietatem pretii, ut metam, quam prior maritus dederit uxori, adquireret: cur tam stultissimi heredes prioris mariti essent, ut venirent ad placita et acciperent solidos 20 et perderent 40? Intelligendum est igitur, quod maritus ideo mete medietatem dare debet heredibus prioris mariti, ut secundo marito traderetur, sicut priori marito sponsata et tradita fuit. Et quod ideo detur medietas pretii, ut sibi tradatur, videri potest per sequentem legem[78], in hoc quod dicit: „heredes prioris mariti accipiant medietatem de ipsius meta, sicut supra constitutum est, et ipsa per manum simili modo retradatur“. Negligenda est igitur hec littera, que est: „medietatem pretii quantum“ etc., prout superius exposita est secundum sententiam antiquorum iudicum; sed legenda est hoc ordine, scilicet quod secundus maritus dare debet medietatem pretii, quantum dictum est pro ipsa meta, quando prior maritus sponsavit, quod est dicere: secundus maritus dare debet medietatem ipsius mete id est sponsalicii, quod prior maritus ei de-

i) *ita correxi;* portionis cartule *c.* k) istam sponsam *c.* l) sibi *c.* m) tum *c.* n) *ita correxi;* et deservanti penas aut *cod.; cfr. expos.* §. 4. *ad Roth.* 178. o) auti facti *c.; cfr. Grim.* 8. *expos.* p) filiam heredis esse *cod.* q) heredes *cod.* r) sequestror cutur *c.* s) herede medietatem meta non lum̄t *cod. (cfr. supra gloss. e cod.* 7.*)* t) tantum *cod.* u) *ita correxi;* execratio *cod.* v) debent *cod.* w) nũit *cod.* x) que *cod.* y) .i. *cod.* z) mulieris *c.* a) *ita correxi; cfr. gloss. e cod.* 4. *ad Roth.* c. 167*;* semen *cod.*

74) Wido 6. 75) Otto I, 1. 76) Roth. 204. 77) Liutp. 1. 78) Roth. 183.

derit. Vel meta ponitur hic[b] pro pacto[c]; et tunc ita legemus: scilicet, quod secundus maritus dare debet pro ipsa meta, id est pro ipso pacto[c], medietatem pretii et cetera.

183. Si quis pro libera muliere aut puella mundium dederit, et convenerit[a], ut ei tradatur ad uxorem, posteaque contigerit[b] marito mortuo[b], ut ipsa[c] mulier ad alium maritum debeat ambulare* aut ad parentes reverti** aut ad curtem regis***, tunc**** heredes mariti prioris accipiant medietatem de meta, sicut[d] supra constitutum[e] est[d], et ipsa per manum simili modo retradatur, sicut priori marito tradita fuit. Nam aliter sine traditione nullam rerum dicimus subsistere firmitatem.

* *cum*[79] *voluntate heredum prioris mariti* per intellectum 7. 8 *et simil. in marg.* 4. ** *cum*[79] *voluntate mundoaldi, si male tractata non fuerit, scilicet, si talis fuerit mulier, quae maritum non velit.* 7. 8 *et simil. in marg.* 4. 5. *** *si*[79] *parentes non habuerit, si male tractata non fuerit et maritum non velit* 7. 8; *pro prima parte etiam in marg.* 4. **** *quando ad maritum alium ambulat aut ad cortem regis aut ad parentes revertitur.* 7. 8.

Glossae: mundium] id est precium mundii. 8. — *et convenerit]* Per hanc legem videtur, quod prius debet dari pretium mundii et postea mundiatur mulier secundum vl. 4. — *ut ei tradatur]* legitima uxor est tradita. 4. 7. 8. — *accipiant mediet.]* aut perdant aut accipiant. 4. 5. 7. 8. — *Nam aliter]* quia nullus eorum poterit habere eius rerum successionem, nisi ipsa retradatur; quod videri potest ut in subsequenti lege „et[80] ideo perdat maritus". 5. 7. 8 *et sim.* 4.

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „ut et ipsa mulier ad alium maritum debeat ambulare aut ad parentes reverti aut ad curtem regis", dicebant antiqui iudices, quod esset in suo velle[f] positum ambulandi quo voluerit, sive ad maritum sive ad parentes reverti aut ad curtem regis, sive heredes prioris mariti ei consentirent vel non. Quod non est tenendum, quia, si ita intelligeretur, iam superior lex quae est „Si[79] quis filiam suam aut quamlibet" et cetera rupta esset a lege hac, quia illic legitur: „si femina maritum noluerit, et heredes prioris mariti eam ad maritum dare voluerint, revertatur ad parentes; et si parentes non habuerit, mundium ipsius ad curtem regis pertineat; et si maritum noluerit aut habere non potuerit, sit in potestate mundoaldi id est parentum prioris mariti". — §. 2. Item ab aliis dicitur, „debeat ambulare" intelligendum esse de male tractata, quoniam in superiori[79] lege, si mulier male tractata fuerit, liceat ei ad parentes suos reverti. Quod item[g] est refutandum[g], quia, si illud ita intelligeretur, item haec lex superiorem rumperet, in hoc quod superior lex heredi prioris mariti mundium aufert, si ipse eas male tractaverit; sed hec ei adtribuit, ubi dicit: „tunc heredes prioris mariti accipiant medietatem de meta sicut supra constitutum est". — §. 3. „Debeat ambulare" igitur ita intelligendum est, scilicet ut ipsa vadat cum voluntate heredum prioris mariti[h]. Et quod debeat ambulare cum voluntate istorum, videri potest per hoc quod ibidem legitur: „tunc heredes prioris mariti accipiant medietatem de meta sicut supra constitutum est", id est in superiori lege quae est: „Si[79] quis filiam suam" et cetera et per hoc quod dicit: „et ipsa manu simili modo retradatur". Nam si non intelligeretur cum voluntate heredum prioris mariti, ipsi non haberent medietatem de meta sicut supra dictum est, nec ab illis retraderetur. — §. 4. Quamquam superior lex heredes prioris mariti mete medietatem accipere iubeat, si mulier ad secundum maritum transierit, tamen iuxta hanc legem, sive ad parentes sive ad regis curiam transierit, medietatem mete debent suprascripti heredes accipere. Quod commemorat lex que prope posita est que est: „Si[81] pater filiam suam aut frater sororem", in qua legitur: „et pater vel frater mundium eius liberaverit, sicut constitutum est supra". — §. 5. In hoc quod hec lex dicit: „et ipsa per manum simili modo retradatur", et inferius dicit: „nam aliter sine traditione nullam rerum dicimus subsistere firmitatem", antiqui iudices, hoc preceptum generale facientes, dicebant, nullarum rerum traditionem stabilem esse, nisi per manum fieret. Sed male dicebant, quia non alia de causa dictum fuit nisi mulieris causa.

184. Si quando pater filiam suam aut frater sororem suam alii ad uxorem tradiderit, et aliquis ex amicis accepto exenio ipsius[a] mulieris[a] aliquid dederit, in ipsius sit potestate qui mundium[b] de ea fecit, eo quod maritus, si launechild requisitum fuerit, ipse debet[c] persolvere.

Glossae: exenio] id est servitio. 4. 5. 7. — *aliquid]* munus 4. — *dederit]* ipsi feminae 4. ei 5. — *eo quod]* Hic videri potest, quod mundoaldus dat launechild pro mundoalda et[d] respondeat[d]. 4. 5. 7. 8.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod, quando tu dedisti sibi ad coniugium Mariam tuam filiam, Paulus dedit ei* 100 *solidos per acceptum servicium ipsius feminae*[f], *quos sibi debes.*

Petre, te appellat Martinus, quod, quando Donatus dedit tibi filiam suam ad coniugium, quod ipse dedit ei solidos 100 *per acceptum servicium ipsius feminae, et vult, ut facias sibi widerdonem.*

Expositio: Si filie vel sorori aliquid datum fuerit qualicumque tempore, antequam alii ad uxorem tradatur, frater nullo modo retinere poterit quod datum est sorori, sed eius marito reddere

b) *sic correxi cod. lectionem:* enim, *quum et* enim *et* hic *littera* h *abbrevientur, alterum maiuscula, alterum minuta.* c) *in cod. Vat.* 3845, *aliisque codd. Lombardam continentibus, qui huius expositionis finem ad verbum fere eundem exhibent,* placito *pro* pacto *utroque loco legitur, quod rectius videtur.*

Cap. 183. *e codd.* 1—8. a) convenit 7. 8. b) mortuus fuerit maritus et contigerit 1. 5. 6. c) et ipsa 7. 8. d) quae adpreciata fuit quae a priore marito data est 1. e) dictum 5. 6. f) vellet *cod.* g) ita est confut. *c.* h) atque cumque istorum. I. uïl *add. cod., quae verba aut omnino delenda aut admodum corrupta videntur.*

Cap. 184. *e codd.* 1—8. a) ipsi mulieri 7. 8. b) donationem 1. c) debebit 7. 8. d) *desunt* 4. 8. e) *e codd.* 7. 8. 10. f) mulieris 10.

79) Cfr. Roth. 182. 80) Roth. 188 sub fine. 81) Roth. 199.

debet; quoniam, si retinuerit, ipse appellare eum potest, quod malo ordine res mulieris sue tenuerit. Sed pater, si voluerit, nullo modo reddet marito filie, quod ei preterito tempore datum est, quando ex omnibus rebus, quas filius vel filia conquisierat, ususfructus patri conceditur secundum legem Romanorum, ut in secundo libro Institutionum legitur in lege que est: „Adquiritur nobis"[82] et cetera vel in Novellis[83], exceptis ipsis rebus, quas filius possidet, et castrensi peculio et aliis quibusdam[84]. Et tamen vir eius launechil persolvere debet, quia, licet usumfructum illius rei ibi pater[g] retinuerit, filie tamen est proprietas.

185. Nulli liceat novercam suam id est matriniam, quae fuit uxor patris, neque privignam id[a] est filiastram[a], neque cognatam, quae fuit uxor fratris, uxorem ducere. Et si ipsa consenserit, vir qui eam ducit[b] componat pro culpa in curtem regis solidos 100, et mox separetur ab ea, constrictus[c] a rege. Et ipsa mulier habeat medietatem de omnibus rebus suis, et[d] medietatem[d] amittat[e] et[e] curtis regia suscipiat, eo[f] quod[g] illicitas consenserit celebrare[h] nuptias: hanc[i] poenam sustineant[i] et mox, ut dictum est, separentur*.

* *Et si hoc fecerint consentientes, statim separentur ab invicem, et omnem substantiam suam amittant, — similiter sit de omnibus illicitis, — et eam habeant propinqui parentes, aut cortis regis, non illiciti* per legem Liutprandi (33.) „Item hoc censemus". 7.8.

Glossa: Vacua, quia nusquam est. 5.7.8.

Expositio: Hec lex de eo quod dicit: „ut vir componat solidos 100, et mulier medietatem de rebus suis habeat," rupta est a lege Liuprandi que est: „Item hoc censemus"[85], quia illic legitur: „ubi autem inventi fuerint, qui suprascripta illicita coniugia contraxerint, de presenti separentur et poene[k] isti[k] subiaceant", id est omnem substantiam suam perdant.

186. Si vir mulieri violentiam fecerit et invitam eam tulerit ad uxorem, sit culpabilis solidos 900, medietatem regi et medietatem parentibus mulieris: et[a] si parentes non habuerit, ipsi[b] 900 solidi[b] ad[c] curtem regis exigantur. Et mulier ipsa licentiam habeat cum omnibus rebus suis propriis, quae ei per legem competunt, eligendi, qui mundium eius in potestate debeat[d] habere[d]: vult ad patrem, si habuerit, vult ad fratrem, vult ad barbanum, vult ad manum regis, in ipsius mulieris sit potestate, ubi sibi ipsa[e] elegerit[f].

* *et mulieri ita, ut mundoaldus habeat solidos* 150, *femina autem* 300. *Si vero ipse non fuerit, et pater vel frater assint, tunc habeant communes solidos* 450 *simul cum muliere* per legem Liutprandi (30.) Si quis rapuerit. 7.8.

Glossa: eligendi qui mund.] id est de potestate raptoris se tollere, et ad mundoaldum reverti, ita ordinati: primum ad patrem, post, si patrem non habet, ad fratrem, et ita in caeteris. 5.7.8.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu rapuisti Aldam filiam suam.

Expositio: Notandum, quod hic violentia tantum pro raptu ponitur; quod videri potest per litteram huius legis quae est: „et invitam tulit". Sepe[h] enim „et" pro „id est" ponitur[h]. Per legem Liuprandi que est[i].....

187. Si quis violento nomine tulerit uxorem, componat, ut supra, solidos[a] 900[a], et postea mundium eius faciat[b]. Nam si contigerit casus, ut, antequam[c] mundium eius[d] faciat[e,*], mortua fuerit, res eius parentibus reddantur; et ille vir, qui eam violento ordine tulit uxorem, componat eam mortuam, tamquam si virum de simili sanguine, id est si fratrem eius occidisset: ita[f] enim[f] apprecietur, et parentibus pro mortua componere cogatur, aut[g] cui mundium de ea pertinuerit.

* *antequam*[86] *inde appellatus fiat* per intellectum quorundam. 7.8 *et in marg.* 5.

Glossae: Si quis] obiit per kap. Lotharii (105.) De raptoribus, quia[h] raptor raptam habere non potest[h]. 4.5.7.8. — *res eius]* Hic videri potest, quod res secuntur mulierem, cum[i] vadit ad maritum[i]. 4.5.7.8.

Petre[k], te appellat Iohannes, quod tu rapuisti Aldam suam sororem quae est mortua.

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „et postea mundium faciat" rupta est a lege Lotharii que est: „De[87] raptoribus unde antiquorum patrum" et cetera in hoc quod dicit: „nam ipsis, a quibus rapte sunt, legitime demum uxores nullatenus esse possunt". — §. 2. Sciendum est, quod si aliquis feminam rapuerit, et ante[l] appellationem et, antequam mundium eius faciat, mortua fuerit, per hanc legem widrigild eius debet componere, tamquam si fratrem eius occidisset. Sed iudices antiqui dicebant, quod ipse non debeat componere, quia hec lex in hoc casu tantum raptori faciat widrigild com-

g) potest *cod.*
Cap. 185. *e codd.* 1—8. a) quae est filiastra 2.5.6. b) *sic* 4; duxit uxorem 1.2.5.6; uxorem duxerit 7.8. c) districtus 1.2.4.6. d) *desunt* 1. e) *desunt* 7.8. f) pro eo 1.7.8. g) contra Dei mandatum *add.* 1.2. h) contrahere 1. i) et p. sustineat 7.8; hanc p. paciantur 1. k) penitentie *c.*
Cap. 186. *e codd.* 1—8. a) et *om.* 7.8. b) ipsi DCCCC sol. *om.* 5.6. c) in integrum ad 1.5.6. d) habeat 5.6. e) *deest* 7.8. f) voluerit 1.4. g) *e codd.* 7.8.10. h) *ita correxi secundum glossas in codd. Pal.* 772. *Vat.* 3845 *servatas;* sepe enim pro hidem ponitur *cod. noster.* i) *explicit hic huius capituli expositio in cod. nostro; e codd. Pal. et Vat. sequentia ita fere suppleverim:* Si quis rapuerit (30.) etiam videri potest, violentiam hic pro raptu tantum esse positum, in hoc quod ipsa lex de raptu tantum loquitur et dicens: „unde compositio est ut legitur in anteriore edicto sol. 900" respexit ad hanc legem et declarat, quod hic violentia pro raptu ponitur. *Non dubito, quin alia praeterea ad hoc capitulum a glossatore nostro adnotata fuerint.*
Cap. 187. *e codd.* 1—8; *in cod.* 3 *recent. demum man. suppletum.* a) *desunt pr. man.* 4. b) fiat 4.7.8. c) antea 1.4.7.8. d) ei 7.8. e) fecerit 2.5 *et pr. man.* 4. f) et ita 5.6; ita 1. g) ei *add.* 1.7.8. h) quia.... potest *om.* 5.7.8. i) cum....maritum *om.* 5.7.8. k) *e codd.* 7.8.10. l) tantum *cod.*

82) §. 1. I. per quas personas (II, 9.). 83) Iul. nov. 108 noster spectare videtur. 84) Cfr. L. 6. C. de bonis, quae liberis (VI, 61.). 85) Liutp. 33. 86) Cfr. expos. §. 3. 87) Loth. 105.

ponere, quod posset eam mundiare, si viva esset, et cum eius parentibus convenisset: hodie[m] tamen non liceret ei eam mundiare, nec aliquando eam legitime accipere. Quorum rationi sic obviari[n] potest: si hac de causa widrigild non debet componi, eadem de causa possumus dicere, quod predicti 900 solidi non debent componi, cum hec lex in alio casu non precipit hos 900 solidos componi, nisi quod ei liceat mundiare eam, si conveniret. Unde hoc inconveniens sequeretur, quod pro femina violento nomine rapta nichil componeretur. Intelligendum igitur, compositionem debere fieri, licet coniugium sit proibitum, cum aliqua lege non proibeatur fieri illam[o]. — §. 3. Quam plures iudices dicebant, quod alius per hanc legem non componeret feminam mortuam, de qua hec lex loquitur, nisi qui nongentos solidos pro rapto illius composuerat. Sed male dicebant: quia, si nongentos solidos quis componeret, finem inde acciperet, et post finem acceptum nichil ei componeret, licet altera die mortua esset; videtur igitur, quod, quando femina mortua componebatur, de raptu eius appellatus ante eius mortem non fuerat.

188. Si puella libera aut vidua sine voluntate parentum ad maritum ambulaverit, liberum tamen, tunc maritus, qui eam accepit uxorem, componat anagrip[a] solidos 20, et propter faidam alios 20. Et si contigerit eam[b] ante mori quam mundium eius faciat, res ipsius mulieris ad eum revertantur, qui mundium eius in potestate habet[c], nam amplius calumpnia presumptori non generetur: ideo[d] perdat maritus res mulieris, eo quod mundium[e] facere neglexerit*.

* *nec ei tradita fuerit* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si puella] uxor ambulatoria. 4.7.8. — *Et ideo]* obiit secundum a.[f] per k. Heinr. (*I*, 1) Quicumque. 4.5.7.8. — Hic videri potest, quod mundoaldus debet succedere mundoalde sue. 7.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu accepisti sine voluntate sua ad mulierem Mariam suam filiam.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est de parte Mariae meae mulieris. — Non debes eam succedere, quia non fecisti mundium. — Aut probet, quod mundium fecit, aut perdat terram per hanc legem. — Haec appellatio secundum amentes.

Expositio: In[h] hoc quod dicit: „componat propter faidam solidos 20 et pro anagrip alios 20", affirmatur a lege istius, quae est: „Si quis liberam puellam absque consilio"[89]. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „et si contigerit ante mori quam eius mundium faciat," dat intelligi, quod ipse eam legitime possit accipere, que ad eum sine voluntate parentum venerat. Unde antiqui iudices hanc legem ruptam esse dicebant a capitulo Lotharii quod est „De raptoribus vero antiquorum patrum"[88] et cetera, credentes litteram predicti capituli, que est „que vero vel vidue sunt, vel adhuc sponse non fuerunt et absque ipsarum aut[i] parentum voluntate rapiuntur", in hoc quod inferius dicit: „nam ipsis, a quibus rapte sunt, nullatenus amplius legitime uxores esse possunt". Sed male dicebant, quia iuxta antiquam[k] veritatem sic iure legendum est: „absque voluntate parentum et ipsarum" et in capituli initio est: „nos sequentes statuta antiquorum patrum". Rupta igitur non est, quia, licet absque parentum voluntate ad eum ivisset, tamen non est raptus, neque per capitulare, neque per dictum, neque per canones. Canones enim tunc tantum dicunt raptum fieri, quando rapiuntur absque ipsarum et parentum voluntate, vel quando se faciunt rapere, et tamen, dum rapiuntur, fingunt, se nolle pati. — §. 3. A multis iudicibus dicitur, quod isti 40 solidi componi non deberent, nisi ei femina tradita fuerit ad uxorem, ut hec lex pluribus dictis ostendit, in hoc quod dicit: „qui eam accipit uxorem" et in hoc quod dixit: „ideo perdat maritus res mulieris, eo quod mundium facere neglexerit". Sed si hoc esset, similiter de raptu fieret, scilicet quod non componerentur nongenti solidi per superiorem legem quae est: „Si quis violento"[90] et cetera, nisi femina raptori traderetur et mundiaretur. Aliud igitur non est intelligendum, nisi quod propter offensionem dabantur 40 solidi et solidi 900, et postea, si conveniebant, tradebatur et mundiabatur. — §. 4. In hoc quod hec lex dicit: „ideo perdat maritus res mulieris, eo quod mundium facere neglexerit", dicebant antiqui iudices, quod, si non habuerit neglegentiam mundium faciendi, quod res mulieris non debet ammittere. Sed male intelligebant: quia „neglexerit" non est hic positum in sua propria significatione, sed pro „culpavit"; et quod „neglexerit" pro „culpavit" inveniatur, potest videri in capitulo Pipini, quod est „De diversis generationibus hominum"[91], in hoc quod dicit: „secundum ipsius legem, cui commisit neglegentiam, emendet".

189. Si puella aut mulier libera voluntarie[a] fornicaverit[b], cum libero tamen homine, potestatem habeant parentes in eam dare vindictam. Et si forte ambarum[c] partium[c] steterit*, ut ille qui fornicavit[d] eam tollat uxorem, componat pro culpa id est anagrip solidos 20[e]. Et si non convenerit, ut eam habeat uxorem, componat solidos 100, medietatem regi, et medietatem ad[f] quem[f] mundium de ea[g] pertinuerit. Et si parentes neglexerint** aut noluerint in ipsam dare vindictam, tunc liceat gastaldio regis[h] aut sculdasio ipsam ad manum regis tollere et iudicare de ipsa quod regi placuerit.

* *antequam appellatio de adulterio fiat*, nam post

m) *verbum supplevi e cod. Pal.* 772. n) obremari *cod.* o) quam *cod.*

Cap. 188. *e codd.* 1—8. a) pro anagrip 1.4.6—8. b) eam *om.* 5.7.8. c) habeat 7.8. d) et ideo 5—8. e) de ea *add.* 1; eius de ea *add.* 5.6. f) asinos 7.8; quosdam 4. g) *e codd.* 7.8.10. h) *haec expositio bis in codice nostro invenitur, legibus scilicet subnexa Roth.* 188. *et* 191; *cfr. Roth.* 191. i) *sic correxi;* et *c.* k) *sic ad cap.* 188; antiqui *ad cap.* 191.

Cap. 189. *e codd.* 1—8. a) cum alio *add.* 7.8. b) *sic* 3—5; nupserit 1; fornicata fuerit *rell.* c) *sic* 2.4; amborum parentibus 1; amborum (ambarum 5; ambabus 6) partibus 5—8. d) *sic* 4.5; fornicatus fuerit *rell.* e) et propter faidam alios 20 *addit* 5. f) cui 7.8; parentibus mulieris, *om.* ad...pertin., 1. g) ipsa 4.7.8. h) *deest* 7.8.

88) Loth. 105. 89) Roth. 214. 90) Roth. 187. 91) Pipin. 27.

appellationem et causam manifestatam illicitum est coniugium, quod videri potest in hac lege „et si parentes“[92]. 7.8 *et in marg.* 5. ** *infra unum annum*[93] 7.8 *et in marg.* 5.

Glossae: voluntarie] nam si invite fecerit, emendabitur ut iniuria[94]. 4.5.7.8. — *cum libero tamen]* nam servus moritur per exemplum legis[93] Si servus. 5.7.8. — *vindictam]* id est vendatur vel occidatur per legem istius Si servus liberam[93]. 4.7.8. Hic videri potest, quod femina voluntarie fornicata mori debet. 4. — *Talia adscribuntur huic capiti in codd.* 4.5.7.8:

Uxorum
- aliae sunt legitimae statim
  - ut traditae.
  - ut dativae.
- aliae non, set fiunt
  - ut ceterae
    - quae non efficiuntur.
      - quae esse possunt.
        - ut ambulatoriae[95].
      - quae esse non possunt, pro futuris edictis
        - ut sublatae vi. — ut sponsatae.
    - quae efficiuntur.
      - ut ambulatoriae.

Petre[i], *te appellat Martinus, quod tu adulterasti Mariam suam filiam cum sua voluntate.*

Expositio: Notandum est, quod secundum iudices discretionem habentes hec lex loquatur de tali femina adultera[k], que publice non fornicabatur. — §. 2. Si femina fornicata fuerit, et, antequam appellatio fiat, fornicator mortuus fuerit, vindicta tamen in[l] ea dari debet. Quod[l] videri potest per legem istius quae est: „Si[96] quis puellam aut mulierem que in alterius“ et cetera, quia illic legitur: si femina fornicaria clamata fuerit ab aliquo, et probatum fuerit, „sit culpabilis sicut supra legitur in hoc edicto“; in ipsa enim lege non potest videri, utrum fornicator mortuus sit an vivus. Secundum hoc exemplum videre possumus, quia, sicut femina mortuo[m] fornicatore[m] vindictam accipit, sic et fornicator mortua adultera 100 solidos componere debet. — §. 3. Si parentes facta appellatione de adulterio et causa manifesta mulierem adulteram ad coniugium tradiderint, illicitum erit matrimonium, quoniam hic legitur: „et si parentes in eam dare vindictam neglexerint, tunc liceat gastaldio ipsam ad manum regis tollere“, quia satis „neglexerunt“, quando ad maritum eam tradiderunt. — §. 4. Si parentes, antequam de adulterio appellationem faciant, mundoaldam ad coniugium tradiderint, legitimum erit matrimonium; sed de adulterio taceant, quia dato mundio appellationem facere non possunt; sed tamen[n], si mundium non dederint, appellationem de adulterio facere minime prohibeantur. Et si adulter dixerit: „non debeo ego componere solidos 100, postquam femina a me legitimo viro est tradita, quia, quando lex precipiebat me conponere, valebam me cum ea, si conveniret, coniungere“, cui sic potest obviari: „si adulterares sponsam alicuius, an ideo penam evaderes[o], quia non[o] valeres convenire cum mundoaldo, ut eam acciperes“? — §. 5. Si puella aut mulier adulterata ante appellationem adulterii monacha effecta fuerit, actio statim pereat, quia monacha non habet in hoc mundoaldum, et ideo non est, qui appellationem inde faciat adversus adulterum. Sed quondam, quamvis adultera monacha fieret, actio non deficiebat contra adulterum, ideo quia mundoaldum non amittebat[98]. — §. 6. A multis iudicibus sic intelligitur vindicta, scilicet quod liceat parentibus in eam dare vindictam, sive in disciplinam, sive in venditionem et non in semationem corporis; quod fieri dicebant ad similitudinem legis Liuprandi que est: „Si[99] quis amodo inventus fuerit“ et cetera, quia illic legitur: ut detur vindicta in mulierem que turpi conversatione consenserit „vel in disciplinam vel in venditionem et non in corporis semationem“. Que similitudo[p] non est competens; nam hec femina erat adultera, illa vero non; hec non erat coniugata, illa vero coniugata erat. — §. 7. Secundum vero alios ita intelligitur vindicta, id est ut sit occisa vel vendita[q]; sic potest videri in quodam exemplo, quod in lege istius legitur que est: „Si[93] servus liberam mulierem“, quia illic legitur: „ut femina que servo fuerit consentiens sit occisa vel vendita“[q]. Quod quamvis vitiari potest, in hoc scilicet quod hec lex dicit de libero, illa vero de servo, tamen magis competens similitudo est, quoniam, quemadmodum hec lex loquitur de adultera, ita et ipsa, et quemadmodum illa dicit, si parentes in eam vindictam dare neglexerint, quod ad partem regis admodum veniat adultera, ita et ista. — §. 8. Hoc etiam a pluribus iudicibus dicitur, quod, si aliquis ad coniugium tullerit puellam aut viduam sine[r] voluntate parentum et cum ea concubuerit, componat solidos 100 pro adulterio et solidos 40 per superiorem legem que est: „Si[1] puella aut vidua“ et cetera; quod non est contradicendum. Sed tamen, si aliquis inde litem imponere vellet, facere potest dicendo ita: quando hec lex precipit adulterum[s] componere solidos 20, si conveniret, ut eam ad coniugium acciperet, dedit intelligere, quod non erat accepta hec mulier causa coniugii, quoniam de ipsa accepta[t] causa coniugii absque voluntate parentum componuntur tantum solidi 40, ut superior lex dicit que est: „Si[1] puella libera aut vidua“ et cetera, sive convenerat, ut eam in coniugio accipiat, sive non. Que contentio non valet. W.[2]: nam pro solo adulterio componebantur solidi 20, si conveniret, solidi 100, si non conveniret, et adulterium committit aliquis cum ipsa femina quam accipit causa coniugii, si nondum esset sibi tradita, quia retro[3] legitur: „Nullam rerum dicimus subsistere firmitatem sine traditione“. — §. 9. Si quis mulieri quam in mundio suo habet, ob odium vel quia ei succedere vult, crimen imposuerit et exinde cum alio colludium fecerit ibi, qui cum ea concubuisse simularet, et ipsa nega-

i) *e codd.* 7.8.10. k) añt. *cod.* l) in.....Quod *om. c., spatio tamen vacuo relicto.* m) mortua fornicatur *c.* n) tantum *c.* o) invaderes qui ante quam *c.* p) simili modo *cod.* q) vindicta *c.* r) si non *cod.* s) adulterium *cod.* t) accipitur *cod.*

92) Cfr. expos. §.3. 93) Roth. 221. 94) Roth. 26. 95) Cfr. Gloss. ad Roth. 188. 96) Roth. 198. 98) Cfr. Liutp. 92 et Glossas ad Liutp. 29. 99) Liutpr. 120. 1) Roth. 188. 2) secundum Wilih.? 3) Roth. 183.

verit, detur ei tutor, qui eam defendat et adiuvet per capitulum Pipini „Vidue[4] et orphani tutores habeant". Et si se purificare potuerit, mundoaldus eius mundium ammittat per legem istius quae est: „Si[5] quis mundium de puella libera aut muliere habens excepto patre aut fratre ei crimen iniecerit" et cetera; et si se purificare non potuerit, penam adulterii patiatur. — §. 10. Si sacerdos vel quislibet, cui proibitum est uxorem habere, hoc adulterium perpetraverit, dicebant antiqui iudices, illum 100 solidos non esse compositurum, quia hec lex non alium precipit 100 solidos componere, nisi qui illam adulteram uxorem posset ducere. Sed male dicebant: quia, quandoquidem hec lex illum facit componere 100 solidos, qui eam accipere posset, si inter parentes et adulteram conveniret, multo magis ille debet componere, qui eam non potest uxorem ducere.

190. Si quis puellam[a] aut viduam alterius sponsatam, illa tamen consentiente, tulerit uxorem[b], componat parentibus mulieris, id[c] est patri vel fratri[c] vel ad quem mundium de[d] ea[d] pertinuerit, anagrip solidos 20 et propter faidam alios 20, et mundium eius, qualiter steterit, faciat. Sponso autem, cuius sponsata fuit*, omne quod in meta[e] dictum fuit, quando eam sponsavit, in duplum ei componatur ab illo qui ei de sponsata sua turpe fecit; et postea sponsus post acceptam duplae compositionis penam sit sibi contemptus, et amplius ex hac causa adversus[f] fideiussorem[f] calumpnia non requiratur.

* *reddat et* per kap. Lotharii (84.) Qui sponsam. 7.8 *et sim. in marg.* 4.5.

Expositio: In hoc quod dicit: „et mundium eius qualiter steterit faciat" rupta est a capitulo Lotharii quae est: „Ut sponsam alterius nemo accipiat, precipimus"[6]. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „Sponso autem cui sponsata fuerit omnia que in meta dicta fuerint, quando eam sponsavit, in duplum ei componantur" affirmata est a lege Liuprandi, que est „Si[7] quis filiam aut sororem" et cetera. Et per eandem legem adiungitur: „guidrigild in palatio".

191. Si quis puellam aut viduam sponsatam alterius rapuerit, sit culpabilis parentibus[a] puellae aut ad quem mundium de ea pertinet[a] solidos 900, medietatem regi et medietatem parentibus puellae, id est patri aut fratri aut qui proximi sunt, et mundium eius, si convenerit, faciat*. Sponso autem, in cuius turpe aut[b] deridiculum egit**, componat duplam metam, quantum dictum est in die illa quando fabula firmata fuerit***; et amplius fideiussori aut raptori ab ipso sponso calumnia non generetur, sed sit sibi contentus in ipsa dupla compositionis poena****.

* *et ipsi puellae secundum predictum modum*[8]. 7.8.
** *si*[7] *hoc fecerit sine voluntate parentum.* 7.8.
*** *de utrisque, et: de*[7] *puella vero in palatio widrigild suum, et*[10] *sponso eam reddat.* 7.8 *et similia in marg.* 6. **** *Si*[7] *vero cum voluntate mundoaldi hoc fecerit: de puella, etsi widrigild, tamen nichil de meta componat, de vidua nec unum nec alterum. — duplam componat de utrisque.* 7.8.

Glossae: Ista lex quod ista abet in aliquit vacua est, quia capitulare[11] contenit: „ea abere non licead etsi composicio.. ista bandunum componat et in e filium manet, quomodo regi placuerit". Dicit „De[12] raptoribus vero": raptam abere non licead. 3. — Raptus est, ut legitur in canones, quando femina vim patitur aut pati simulans rapitur. 4. — *deridiculum egit]* sine voluntate mundoaldi. 5. — scil. si hoc fecerit cum voluntate parentum. 4.

Petre[c], *te appellat Martinus, quod tu rapuisti Aldam filiam suam, Pauli sponsam.*

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu rapuisti Mariam suam sponsam et filiam Pauli*[e].

192. Si pater[a] aut frater[b] vel aliquis ex parentibus puellam[c] alii sponsaverit[d] et postea cum alio[e] extraneo colludium fecerit aut fraudem consenserit cum illo qui eam aut[f] violenter aut ipsa consentiente ducat uxorem, tunc* ipsi parentes qui huius[g] colludii fraudem[g] consenserint componant sponso qui eam sponsatam habuit similem[h] poenam ut supra, in[i] duplo[i] metam quae dicta fuerat in[k] die sponsaliorum[k]**, et postea sponsus[l] amplius adversus eos aut fideiussorem[m] calumniam non requirat[n].

* *quia consensit ipse mundoaldus et ideo raptori nichil querere voluerit, comes singulariter de unaquaque re ab ipso raptore, si aliquid cum ea tulit, fredam nostram exactari faciat. Sponso ipse raptor duplam metam componat, et insuper bannum nostrum persolvat aut in arbitrio regis in exilio maneat, et illam feminam ei habere non liceat* per Lodoici capitulum (14.) Si quis sponsam secundum valentes. 7. 8
** *et*[7] *in palatio widrigild suum, nisi excreverint inimiciciae unde fit homicidium de parentibus. De vidua vero simpliciter metam* secundum quosdam; set per k.[o] ut de puella; *et qui eam accipere presumpserit, componat in palatio similiter widrigild suum et bannum.* 7.8.

Cap. 190. *e codd.* 1—8. a) liberam *addit* 5.6. b) ad uxorem 1.7.8. c) id.....fratri *om.* 7.8. d) *desunt* 5.6. e) dandi *add.* 2.5.6. f) *desunt* 5.6.

Cap. 191. *e codd.* 1—8. a) parentibus.....pertinet *om.* 7.8. b) in *add.* 7.8. c) *e codd.* 7.8.10. d) *e solo cod.* 10. e) *expositio huic capiti eadem errore adscripta est, quae ad Rotharis legem* 188 *explicandam vere concepta est. Alius librarius, cum veram legis* 191 *expositionem a codice abesse intelligeret, omissam supplere voluit, sed ipse quoque erravit, supplendo scilicet in margine expositionem capituli Roth.* 190. *Quod verba ab initio legum* 188. 190. 191 *posita vel eadem vel invicem simillima sunt, horum errorum causa procul dubie fuit.*

Cap. 192. *e codd.* 1—8. a) filiam suam *add.* 7.8. b) sororem suam *add.* 7.8. c) puellae 1.2.6; eam *add.* 1. d) sponsaverint 1.7.8. e) *deest* 7.8. f) *deest* 5—8. g) talia, *loco* huius coll. fr., 1. h) similiter 7.8. i) *sic* 4; in duplum 1.7.8; duplam 2.5.6. k) in die illa quando eam sponsavit 1.2. l) a sponso 7.8. m) eorum *add.* 2.5.6. n) requiratur 7.8. o) kapitulare?

4) Pip. 5. 5) Roth. 196. 6) Loth. 97. 7) Liutp. 118. 8) Roth. 186. 10) Loth. 84. 11) Ludov. P. 14. 12) Loth. 105.

Glossae: componant sponso] de vidua similiter secundum quosdam et secundum a. metam tantum. 5. — *similem poenam]* per legem Liutprandi Si quis filiam (118.) widrigild, nisi homicidium inter eos evenerit, et bannum per kap. Lodoici (14.) istum. 5.

Petre[p], *te appellat Martinus, quod tu sponsasti sibi Mariam tuam filiam, et postea consensisti fraudem cum Donato, qui eam tulit ad uxorem cum virtute aut cum eius voluntate. — Haec appellatio est secundum hanc legem.*

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „ducat uxorem“ rupta est a „De[13] raptoribus“ et cetera, in hoc quod dicit: „nam ipsis a quibus rapte sunt legitime demum uxores nullatenus esse possunt“ et a capitulo Lotharii quod est: „Ut[14] sponsam alterius nemo recipiat“ et „Quia[15] sponsam alterius“ et cetera, sed diversis respectibus. — §. 2. Notandum est, quod hec lex de dupla meta affirmatur a lege Liuprandi quae est: „Si[16] quis filiam aut sororem“ et cetera, et per eandem legem adiungitur guidrigild in palatio. — §. 3. Notandum est quoque, quod, si vidua sponsata fuerit et mundoaldus fraudem consenserit cum illo qui eam uxorem duxerit, non secundum hanc legem sed secundum stantiam penam sustineat; lex enim ista de vidua non loquitur. — §. 4. Iuxta hanc et predictas duas leges[17] tale placitum ponitur, scilicet: si quis in mundio suo quamlibet[q] mulierem, postquam alii sponsaverit, alium ducere aut rapere consenserit, dicebant iudices antiqui [raptorem[r] per predictas duas leges mundoaldo[r]], mundoaldum per hanc legem sponso illi duplam metam debere componere. De raptore tamen male dicebant, de mundoaldo vero bene. Nam ille due predicte leges non in alio casu componere iubent, nisi quando fit mundoaldo nolente; quod videri potest in hoc, quod mundoaldus per ipsas leges a raptore compositionem percipit. Nam si eo consentiente raptus fieret: quis rex esset adeo stultissimus, qui eum compositionem suscipere iuberet! Quod iterum videri potest per legem Liuprandi que est: „Si[16] quis filiam suam aut sororem“, in hoc quod ipsa lex non facit illum qui rapuit mundoaldo consentienti, nisi guidrigild componere in palatio. Huic obviari potest sic: licet mundoaldus raptum consenserit, tamen compositionem querere potest, si voluerit, per Lodoyci capitulum quod est: „Si[18] quis sponsam alterius rapuerit“ et cetera, quia in hoc quod dicit: „et si hoc defensor eius perpetrare consenserit et ideo raptori nichil querere voluerit“, dat intelligere, quod posset querere, si vellet. — Sed male dicerent, quia „voluerit“ non est positum in sua propria significatione, inmo pro „potuerit“, et hoc tantum videri potest in lege Liuprandi, que est: „Si[19] quis ante 12 annos“, quia ibi legitur: „nubat cui voluerit“; quod est intelligendum pro „potuerit“, quia, licet cum filio regis vellet nubere, non tamen posset. — §. 5. Licet si consensum sit, mundoaldum raptum consentientem exinde compositionem querere non posse, tamen intelligendum est secundum erroneo, raptores sponso duplam metam debere componere per predictum capitulum Lodoyci[18]. Nam[s] eiusdem capituli litteram que est: „comes singulariter ex unaquaque re fredam nostram ab[t] eo[t] exactari[u] faciat“ sic exponunt[v], ut dicatur: ab eo, id est a raptore, exactari[u] faciat; et hanc aliam que est: „sponso vero legem suam componat“, sic exponunt[w], scilicet ut dicatur: raptor componat sponso suam legem, id est duplam metam. — Sed male exponunt: ad defensorem enim freda est exactanda[x], et defensor suam legem, id est duplam metam, sponso componat, ut hec lex precipit: „Si pater filiam“ et cetera. Quod erronee tamen si non concedunt dicendo, quomodo illud melius referri potest ad defensorem, quam ad raptorem, cum lex indifferenter dicat? responde[y]: quomodo dicere potestis, quod raptor legem suam componat sponso, cum lex nulla retroposita sit, que raptorem faciat aliquid componere sponso, si mundoaldus consenserit? — Respondent[y]: non ideo dixit: „legem suam componat sponso“, quod retro esset aliqua lex, que raptorem in predicto casu duplam metam faciat specialiter componere, sed ideo dixit: „legem suam“, quia respexit ad istas[17] que sunt: „Si quis puellam aut viduam sponsatam alterius“ „Si quis puellam aut viduam“ et cetera pro sola compositione, veluti si raptus esset sine consensu mundoaldi. Similiter edicti hoc detur exemplum: hec lex Liuprandi que est: „Continet[20] autem anterioris edictum“ non ideo dixit: „ideo statuimus, propter plagas aut feritas si fecerit vel adulterium, componat eidem feminae, sicut edictum continet“, quod retro specialiter esset dictum, quod mundoaldus mulieri enti in suo mundio pro plaga aut ferita vel adulterio debet componere, sed pro sola compositione respexit in edictum ad ipsas leges, que de compositione mulierum loquuntur. — Responde[y]: licet similitudinem afferatis, sententia tamen nostra locum optinet veritatis.

193. Si puella libera servum alienum foras provinciam secuta fuerit, requirant[a] eos[a] pariter dominus servi et parentes puellae. Et si eos invenerint, ambo poenam[b] iuxta legem sustineant: nam culpa a domino, cuius servus fuerit, non requiratur.

Petre[c], *te appellat Martinus, quod Donata sua mundoalda secuta est Marcoardum tuum servum foras de hac provintia. — De torto.*

Expositio: Notandum est, quedam edicta habere hanc litteram: „ambo penam luxurie iuxta legem sustineant“ et quedam: „ambo penam[d] sustineant iuxta legem“. Sed quando hec littera, que est: „ambo penam luxurie iuxta legem susti-

p) *e codd.* 7. 8. 10. q) quam habet *c.* r) raptorem . . . . . mundoaldo, *quae in cod. desunt, coniectura supplevi.* s) non *cod.* t) habeo *cod.* u) exactori *cod.* v) exponatur *cod.* w) exponuntur *cod.* x) excitanda *cod.* y) R̸ *cod.*

Cap. 193. *e codd.* 1—8. a) sequatur eam 1. b) luxuriae *add.* 2. 4. 6. 7. c) *e codd.* 7. 8. 10. d) luxurie *falso addit cod.*

13) Loth. 105. 14) Loth. 97. 15) Loth. 84. 16) Liutp. 118. 17) Roth. 190. 191. 18) Ludovic. P. 14. 19) Liutp. 12. 20) Liutpr. 119.

neant", tunc in hac lege dicemus, quod talem penam sustineant, qualem lex istius regis dicit, que est: „Si[21] servus liberam mulierem aut puellam", scilicet, quod occidantur aut vendantur, ut ipsa lex dicit. Et si ibi fuerit tantum: „penam iuxta legem sustineant", tunc dicemus, quod retro respexit ad legem que est: „Si[22] quis foras provinciam temptaverit"; patiantur penam, quam ipsa lex dicit, scilicet quod interficiantur.

194. Si quis cum ancilla gentili[a] fornicatus fuerit, componat domino eius solidos 20; si[b] cum Romana, solidos 12[c].

Glossa: gentili] id est Longobarda. 4.

Petre[d], te appellat Martinus, quod tu adulterasti Mariam suam ancillam.

Expositio: Hec rupta est de ancilla, quia secundum Romanam legem compositio illius fieri debet, in hoc quod dicit: „secundum ipsius legem, cui commisit negligentiam[23], emendet". — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „componat domino eius solidos 20" affirmatur a lege Liuprandi quae est: „Si[24] servus cuiuscumque" et cetera, in hoc quod dicit: „componat dominus servi, sicut in edicto de adulterio continetur".

195. Si quis[a] mundium de puella libera aut muliere in[b] potestate[b] habens, excepto patre aut fratre, et[c] in animam ipsius puellae aut mulieris insidiatus fuerit, aut alii invitam ad maritum tradere voluerit, aut volentibus ad eius violentiam faciendam consensum prebuerit aut consilium dederit, et[d] probatum fuerit, amittat mundium ipsius[e], et illa potestatem habeat de duabus viis[f], vult ad parentes reverti, vult ad curtem regis cum rebus suis propriis, quae ad eam per legem competunt[g], se commendare, qui mundium eius in potestate debeat habere. Et si vir ille ista[h] crimina[h] negaverit, liceat ei se purificare* et[k] mundium eius[i], sicut habuit, habere, si se purificaverit[k].

* *cum 12 sacramentalibus* per legem istius *(Roth.* 359.*)* Si qualiscumque. 7.8 *et in marg.* 5.

Glossa: amittat mundium] quia puella, que in mundio alicuius est, numquam potest nec a comite nec aliqua potestate ad maritum dari absque eo mundualdo, nisi ut hic legitur. 5.7.8.

Donne[l] comes, date huic Mariae tutorem. — Dato, dic: Donne comes, ita dicit Maria insimul cum Petro suo tutore, quod iam per plures vices est ipsa vobis lamentata de Paulo de tali loco suo mundoaldo, quod misit ei crimen, quod adulterasset, aut insidiatus est in animam ipsius, aut voluit eam invitam ad maritum tradere, unde vos iam per plures vices ei mandastis per brevem aut per epistolam, quod ad placitum vestrum venisset, et ei iustitiam fecisset, et ipse noluit venire. — Maria, dicis tu ita? — Dico. — Et Petre, qui es suus tutor, dicis tu ita? — Sic dico. — Donne comes, recordamini vos ita? — Sic facio. — Et vos iudices, dicitis sic? — Sic dicimus. — Tunc debet interrogare comes iudices: dicite, quod precipit lex. Tunc iudices debent[m] dicere legem[m]. Tunc postea comes debet interrogare ipsam mulierem, et debet ei ita dicere: in cuius mundio vis esse[n]? — Ipsa debet, si non habeat parentes, si vult, respondere: in mundio palacii. Tunc debet dicere unus iudicum pro eo qui vult eam accipere uxorem: senior comes, si a Deo est factum, pro hoc venit Martinus, quod ipse vult sponsare Mariam mundoaldam de palatio. — Venis propter hoc? — Sic facio. — Dona comiti vadiam quod tu fatias ei Mariae quartam portionem, de quanto nunc habes aut inantea adquirere potueris, tam de re mobili, quamque inmobili seu de familia, et si te subtraxeris, ut componas solidos mille. — Per istam spatam et istum wantonem ego sponso tibi Mariam mundoaldam de palatio, et ego vobis commendo eam usque modo. — Donne comes, dona ei vadiam, quod tu des ei ad legitimum coniugium Mariam mundoaldam de palatio, et mittas sub mundio cum omnibus rebus mobilibus et inmobilibus seu familiis; et tu, Martine, dona ei vadiam quod tu accipias eam, et qualis ex vobis se subtraxerit, componat solidos mille. — Fiat scripta quarta[o] et fiat tradita ad feminam. — Senior comes, accipite illam mundoaldam de palatio et donate Martino ad legitimam uxorem ad habendum. — Sic[p] facio[p]. — Senior comes, propter hoc donat Martinus istam crosnam et istam lanceam et istum scutum ad habendum a domno imperatore per mundium Mariae mundoaldae de palatio, ut mittas eam sub mundium cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus seu familiis, quae ad eam per legem pertinent, et, retento scuto et lancea, tradas ei hanc crosnam et mundium ad proprium. — Retinentur enim illa duo a comite. — Donne comes, precipite fieri noticiam.

Petre, te appellat Maria cum Donato suo tutore, quod erat tua mundoalda, cum insidiatus es in suam animam, aut misisti ei crimen, quod esset adulterata.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi

Cap. 194. *e codd.* 1—8. a) gentilis 7.8. b) et si 1.2.5. c) conp. sol. 12. 1.2; sol. 12 conp. 7.8. d) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 195. *e codd.* 1—8. *In editionibus Vesmiana anterioribus hoc capitulum secundum libri Lombardae ordinem postponitur capiti nostro* 196. a) ex parentibus *addit* 1. b) *desunt* 1. c) et *om.* 1.7.8. d) tunc si 1. e) mulieris *add.* 4—6. f) ubi voluerit ambulare *add.* 5.6. g) pertinent 2.5.6. h) istud crimen 2.5.6. i) *deest* 1.7.8. k) et si se purif., habeat mundium eius sicut antea habuit 5.6. l) *e codd.* 7.8.10 *et pro parte etiam e cod.* 5. m) dicant legem hanc 5. *Huc usque consentit cod.* 5. *cum codd.* 7.8.10; *quae vero in ipsis sequuntur codicis* 5 *scriptor tali modo in breviorem formam redegit:* Tunc interrogetur mulier, cuius mundio vult stare. Ipsa autem sibi eligat aut palatium, aut alium quemlibet parentem. Tunc unus iudicum ita referat: „Senior comes, si a Deo est factum", usque ad finitum. Scribatur carta et mundietur; et debet mundiari cum crosna aut equo et scuto et lancea. Retento scuto et lancea, crosnam et mundium ei tradet ad proprium. Domne comes, precipite fieri notitiam. — Si agat M. contra mundoaldum, lamentari debet tantum, ut cernitur ubique, alii faciunt eam agere cum dato tutore. — Si postea ipse egerit aut de mundoalda aut de eius successione, appellatus eam probet uxorem legitimam aut per testes aut per notitiam aut per iudices, aut periclitet. n) essere 8. o) carta *intellig., non enim de quarta, i.e. morgincap, agitur.* p) *desunt* 7.8.

21) Roth. 221. 22) Roth. 3. 23) Pipin. 27. 24) Liutp. 103.

malo ordine Aldam suam mundoaldam. — Mea mulier est. — Aut probet noticiam aut per testes aut per iudices, aut perdat feminam.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est de parte Donatae, meae mulieris. — Aut probet per testes aut per noticiam aut per iudices, quomodo fuit sua mulier, aut perdat terram.

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „excepto patre aut fratre“ notari potest, quod pater filiam suam et frater sororem suam invitam ad maritum dare possunt. Hic obicitur: eodem modo potest dici, quod pater aut frater in anima ipsius puelle insidiari possunt. Quae nichil valet obiectio, quia non ideo dixit: „excepto patre aut fratre“, quod ipsi in ipsius anima, filie sororisque, insidiari deberet — constans est enim, patrem aut fratrem tale facinus nolle perpetrare — sed eorum honoris causa dictum est. Et quod eas invitas ad maritum dare possint, videri potest tunc per hanc legem, ut superius diximus, tunc[q] per legem Liuprandi que est: „Si puellam ante annos 12 sponsaverit“[25], in hoc quod dicit: „pater aut frater potestatem habeat, cui aut in quali etate voluerit, ad dandum aut sponsandum filiam aut sororem suam“.

196. Si quis mundium de puella libera aut muliere[a] habens, excepto patre aut fratre, et[b] crimen ei iniecerit[c], quod adultera[d] sit[d], amittat[e] mundium ipsius, et illa potestatem habeat[e] cum rebus suis propriis, vult ad parentes reverti, vult ad curtem regis se commendare, qui mundium eius in[f] potestate[f] debeat habere. Et si vir ille hoc crimen dixisse negaverit, liceat ei se purificare*, si[g] potuerit, et mundium ipsius sicut habuit habere[g].

* *cum* 12 per legem istius *(Roth.* 359.*)* Si qualiscumque. 7.8 *et in marg.* 4.5.

Glossae: amittat mundium] scil. si non reprobaverit crimen secundum vt., secundum a. aliter. 4. — Per hanc legem videtur, quod mundoaldus non temere amittit mundium, set prius a mundoalda cum tutore a comite sibi dato appellatus, si se non edoniaverit de crimine quod super eam misisset; aut si miserit crimen et non probaverit, tunc statim amittit mundium, et interrogata in cuius mundio vult esse, eligat et vadat ubi voluerit, sed prius ad parentes vel ad alios ut lex dicit, et hoc secundum vl. 4.

Expositio: Si mundoaldus mulieri, quam habet in mundio, crimen miserit, quia adultera sit, non debet mundium perdere, si adultera conprobata fuerit, sed potestatem habeat in ea dare vindictam per legem retropositam que est „Si[26] puella aut mulier libera voluntarie“, quia non intelligendum est, ut mundoaldus mundium debeat perdere de alia, nisi de ipsa, quae adulterata non est.

197. Si quis mundium de puella libera aut muliere habens[a], eamque[b] strigam quod est masca clamaverit, excepto patre aut fratre, amittat mundium ipsius, ut supra; et illa potestatem habeat, vult ad parentes[c], vult ad curtem regis cum rebus suis propriis se commendare, qui mundium eius debeat[d] habere[d]. Et si vir ille negaverit hoc crimen[e] dixisse, liceat ei se purificare* et[f] mundium, sicut habuit, habere, si se purificaverit[f].

* *cum* 12 per *(Roth.* 359.*)* Si qualiscumque. 5.7.8.

Expositio: Hanc legem et alias supradictas, in hoc quod dicitur „liceat se purificare“, dicebant antiqui iudices ruptas esse a lege istius quae est: „Si qualiscumque causa inter homines liberos evenerit“[27], in hoc quod facit reum iurare cum 12, si litigium 20 solidorum fuerit. W.[a]: sed ita salvatur, ut in hoc quod dicit: „liceat ei se purificare“ intelligendum sit secundum legem, scilicet quod se purificet cum 12, ut supradicta lex precipit. Et haec est causa, quare cum 12 iurare debeat, quoniam libere mulieris mundium 20 solidorum est, et mundoaldus eius mundium ammitteret, nisi se purificaret. Igitur purificandus est cum 12 iuratoribus.

198. Si quis puellam aut mulierem liberam, quae in alterius mundio est, fornicariam aut strigam clamaverit et pulsatus penitens manifestaverit per[a] furorem dixisse[a], tunc prebeat sacramentum cum duodecim sacramentalibus suis, quod per furorem ipsum nefandum crimen dixisset, nam non de certa causa cognovisset. Tunc[b] pro ipso vano improperii sermone, quod non convenerat loqui, componat solidos 20, et amplius non calumpnietur. Nam si perseveraverit[c] et* dixerit se posse probare**, tunc per camphionem causa ipsa, id est per pugnam, ad Dei iudicium decernatur. Et si probatum fuerit, illa[d] sit culpabilis, sicut in hoc edicto legitur. Et si ille qui[e] crimen misit[f] probare non potuerit, widrigild ipsius mulieris secundum nacionem suam componere compellatur[g].

* *strigam*[27*] *esse* 7.8 *et in marg.* 4. ** *tunc*[27*] *componat widrigild suum. Si vero fornicariam eam esse affirmaverit.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: dixerit se posse probare] Rumpitur per legem istius *(Roth.* 377.*)* Nullus presumat aldiam, ut statim det widrigild secundum a.[h] 4—8. — *in hoc edicto]* „Si puella aut mulier“ retro[26]. Hic videri potest, quod mulier voluntate sua fornicata mori debet. 4.5.7.8.

Petre[i], te appellat Martinus, quod clamasti Albergam suam mundoaldam fornicariam. — De torto. — Si dixerit, quod dixerit[k] per furorem, iuret, sicut lex commendat. Si dixerit: fornicaria est, faciat pugnam.

Petre, te appellat Martinus, quod tu clamasti

q) tunc *om. cod.*

Cap. 196. *e codd.* 1—8. a) in potestate *add.* 1.2. b) et *om.* 7.8. c) dicendo *add.* 1.2. d) se adulterasset 7.8. e) postea mundium eius in potestate non habeat, et illi puelle aut mulieri sit licencia 1. f) *desunt* 2.5—7. g) Quod si fecerit, habeat mundium sicut et habuit 1.

Cap. 197. *e codd.* 1—8. a) in potestatem *addit* 2. b) eam 7.8. c) reverti *addit* 1. d) habeat in potestate 1. e) non 1. f) Si fecerit habeat mundium 1. g) Wilihelmus?

Cap. 198. *e codd.* 1—8. a) quod per furorem dixisset 2.7.8. b) Et tunc 7.8. c) ipse firmaverit crimen 1. d) tunc illa de ipso crimine 1. e) hoc *add.* 1.5.6. f) mittit 1.7.8. g) cogatur 1.5. h) asinos 7.8. i) *e codd.* 7.8.10. k) feci 8.

25) Liutp. 12. 26) Roth. 189. 27) Roth. 359. 27*) Roth. 377.

strigam Albergam suam mundoaldam. — Si dixerit, quod dixerit per furorem, ut lex precipit, iuret. Si dixerit: striga est, fiat pugna secundum val.[1]

Expositio: Petre, te appellat Martinus, quod clamasti Albergam suam mundoaldam fornicariam. — Respondet: de torto me appellas. — Si dixerit, quod dixerit, sed per furorem, iuret[m], sicut lex precipit. Si dixerit: fornicaria est, faciat pugnam.

§. 2. Petre, te appellat Martinus, quod tu clamasti Albergam suam mundoaldam strigam. — Si dixerit, quod dixit per furorem, ut lex precipit, iuret[m].

§. 3. Notandum est, quod in hac pugna non debet fieri sacramentum de astu[28]. — §. 4. Si quis feminam strigam clamaverit et probare posse dixerit, statim widrigild componat, quia non erit ei probandi licentia, quoniam hec lex rupta est de lege Rotharis que incipit: „Nullus[29] aldiam alienam“ et cetera, quia illic legitur: „nullatenus credendum est, ut mulier hominem vivum possit intrinsecus comedere“; et si non est credendum, tunc exinde non debet fieri pugna. Et licet de pugna strice sit rupta, tamen de widrigildo non est rupta. Ugo tamen dicit, non esse ruptam, quia in hoc quod hec lex dicit: „sit culpabilis sicut in edicto legitur“ notari potest, quia hec lex aliunde non precipit pugnam fieri, nisi unde illa per Rotharis edictum [iudicatur[n] esse culpabilis. Et quia per legem „Nullus[29] aldiam“ striga[n]] non iudicatur esse culpabilis, igitur de striga non precipit pugnam fieri; et si non precipit pugnam fieri, tunc ab illa non est rupta hec lex. — §. 5. In hoc quod dicit: „sit culpabilis, sicut in edicto est“ recordatur legis retroposite: „Si[30] puella libera aut mulier voluntarie“, in hoc quod dicit: „potestatem habeant parentes in eam dandi vindictam“. Per quod potest videri, quod lex non precipit pugnam fieri de striga, sed de sola adultera, ut superius dixit[o]. — §. 6. Notandum etiam, in hoc quod dixit: „et si probatum fuerit, illa sit culpabilis, sicut in hoc edicto legitur“ debet haberi duplex intellectus: scilicet, quod, si vidua vel puella adultera comprobata fuerit, statim in ea detur vindicta, ut lex retroposita[30] precipit, in quam ista respexit; vel si maritata adultera comprobata fuerit, non in eum statim vindicta detur. Quia, si parentes eam purificare potuerint, quod, postquam virum ipsum accepit, hoc adulterium non perpetravit, nulla in ea dabitur vindicta, nec a parentibus nec a marito: a parentibus non dabitur, quia non est in eorum mundio; a marito non dabitur, quia, quando adulterata est, non erat in suo mundio. Sed si parentes exinde purificare non potuerint, tunc maritus in eam det vindictam, ut lex istius dicit quae est: „Si[31] quis cum uxore sua alium fornicantem invenerit“ et cetera.

199. Si pater filiam suam aut frater sororem suam[a] ad maritum dederit[b], et contigerit casus, ut ille maritus moriatur, et pater aut frater mundium eius liberaverit, sicut supra[32] constitutum est, et illa in domo patris aut fratris regressa fuerit, et alias sorores in casa patris aut[c] fratris[c] invenerit, et postea pater aut frater mortuus fuerit, et illa remanserit in domo cum aliis sororibus una aut pluribus, et ad facultatem patris aut fratris venerit dividendam cum aliis parentibus[d] aut curte regis: tunc illa vidua quae in domo patris aut fratris regressa est habeat sibi inantea[e] morgincap et mephium[f, *]; de[g] faderfio autem[g], id[h] est quantum de aliis donis, quando ad maritum ambulavit, pater aut frater ei dedit[h], mittat in confusum cum aliis sororibus. Et illae[i] aliae sorores[i], una aut plures, tollat unaquaeque inantea tantum, quantum pro mundio pater aut frater liberando ad parentes mariti defuncti dedit. Reliquam patris vel fratris substantiam aequaliter dividant, sicut in hoc edicto legitur. Et si sola in casa remanserit, in quantum ei per legem[33] competit, heres succedat**.

* *et faderfium quod pater sibi dedit, nisi pater illam filiam suam intra quod rectum est melioraverit,* per legem Astulphi (4.) A nostris decessoribus, *et nisi pater prohibuerit; si enim aliter, communicet* per novellam[34]: De collatione. 7. 8.

** *Similiter*[34] *sit in donatione ante nuptias, quam pater nurui pro filio dedit secundum quosdam.* 7. 8 *et in marg.* 5.

Petre[k], *te appellat Martinus agens causam suam et Mariae suae mulieris, quod, quando Donatus, tuus socer et suus, dedit Albergam tuam coniugem ad priorem maritum, dedit ei* 100 *solidos in faderfium et fuit mortuus ipse maritus, et dedit ei* 100 *solidos, liberando mundium, et ipsa regressa fuit in casam patris: modo mortuus est pater; vult, quod sua mulier tollat inantea tantum de communibus rebus quantum pro mundio datum fuit, et faderfium mittat in commune sorori.*

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „et pater aut frater mundium eius liberaverit, sicut supra constitutum est“ respexit ad legem retropositam que est: „Si[32] quis pro libera muliere aut puella mundium dederit“. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „ut filia mittat in commune omne quod pater ei dedit, quando ad maritum ambulaverit“ rupta est in parte a lege Astulfi que est: „A[35] nostris decessoribus“, quando illic legitur: „ut pater filiam suam tertia parte rerum suarum meliorare posset, si due fuerint“; et si potest eam tertia parte rerum suarum meliorare, tunc, si dederit ei solummodo tertiam partem rerum suarum vel minus, non debet poni in confusum, id est in commune; sed si plus dederit, quod plus est, ponat in confusum. Ugo: sed ita salvatur, ut hec lex loquatur de tali filia, quam pater specialiter meliorabat de tertia parte rerum suarum, sed hec secundum eum loquitur de tali filia, quam pater specialiter non meliorabat. Vel aliter: prout patri licet, solos

l) *sic* 7; v̄. 8; valentes 10. m) iudex *c.* n) iudicatur......striga *coniiciendo supplevi.* o) *Ugo scilicet, ut mihi videtur.*

Cap. 199. *e codd.* 1—8. a) alii *add.* 2. 5. 6. b) tradiderit 1. 5. c) *desunt* 4. 5. d) sororibus 1; sororibus et parentibus 5. e) *deest* 2. 5. 6. f) metam 1; methium 5. g) et faderfium autem 1. 7. 8; faderfium autem 5; De phaderphio 6. h) quod ei frater dedit quando ad maritum ambulavit 7. 8. i) illa alia soror 1. 7. 8. k) *e codd.* 7. 8. 10.

28) Cfr. Expos. ad Karol. M. 33. 29) Roth. 377. 30) Roth. 189. 31) Roth. 212. 32) Roth. 183. 33) Roth. 159. 34) Iulian. nov. 34, 6. 35) Astulf. 4.

filios secundum Deum servientes meliorare, ita solas filias secundum Deum servientes meliorare licet, et hoc expressim, non tacite; quia, nisi specialiter exprimeret, nulla melioratio esset, cum, si intestatus decederet, equaliter heredes succederent; quia, sicut lex solos illos meliorare concedit, quam lex narrat Astulfi, ita de filiabus observari voluit. — §. 3. In hac lege legitur: „quantum ei competit per legem, heres succedat", id est tertiam partem, ut leges dicunt, que statim post: „Omnis parentela[36]" sunt posite. Sed et hec rupta est a legibus Liuprandi[37] in initio positis, quoniam illic legitur, ut filie vel sorores[l] in hereditatem patris vel fratris tamquam filii legitimi succedant. — §. 4. Hec lex dicit, quod vidua debet partem suam in confusum ponere: sed maritata secundum quosdam nichil ponat in confusum, quia, cum hec lex non facit mentionem de maritata et lex[38] Liuprandi, que advocavit tam maritatam ad successionem quam viduam, non dixit, quod maritata poneret partem suam in confusum, tunc intelligendum est, quod non debeat in confusum ponere. Sed male intellegeretur, quia, cum Rotharis per hanc legem que est: „Si[39] pater filiam suam aut frater sororem", in hoc quod dicit: „amplius non requirat", expulit maritatam a successione patris vel fratris, sed per hanc legem[m] viduam ad successionem vocavit et fecit eam faderfium conferre, et postea maritatam Liuprandus[38] ad successionem vocavit: procul dubio intelligendum est, quod Liuprandus cum Rothare exinde concordavit, scilicet quod debeat faderfium in confusum ponere veluti vidua. Per legem Novellarum quoque tam maritata quam vidua phaderfium in confusum debet ponere, que est: „Si[40] quis pro filia". Similiter sit in donatione propter[n] ante nuptias, quam pater pro filio dederit secundum quosdam.

§. 5. Petre, hoc te appellat Martinus agens causam sue mulieris Marie, quod, quando Albertus, tuus socer[o] et suus, dedit Rebeccam tuam coniugem ad priorem maritum, dedit ei solidos 100 in[p] phaderfium, et fuit mortuus ipse maritus, et dedit ei solidos 100[p] liberandum mundium, et ipsa regressa fuit in casa patris: modo pater mortuus est; vult, quod sua mulier tollat inantea tantum de communibus rebus, quantum pro mundio datum fuit, et phaderfium mittat in commune sororis[q].

200. Si[a] maritus uxorem suam occiderit inmerentem, quod[b] per legem non sit merita mori, componat solidos mille ducentos[a], medietatem[c] illis[d] parentibus, qui eam ad maritum dederunt et mundium susceperunt, et medietatem regi[e], ita ut per actorem regis distringatur et pena suprascripta[f] componatur. Et si filios de ipsa muliere habuerit, habeant filii[g] morgincap et faderfium matris suae[h] mortuae[h]; et si filios ex[i] ipsa[k] non habuerit, revertatur[l] ipsa facultas ad parentes, qui eam ad maritum tradiderunt[m]; et si parentes non fuerint[n],*, tunc ipsa compositio et predicta facultas ad curtem regis perveniat**.

* *nec qui ad maritum dederint, nec alii* per intellectum asinorum ex voluntate legis. 7.8.

** *Quod si haec femina tantum filios habuerit et non alios parentes, substantia eius filiis tribuatur et compositio ad partem publicam.* 7.8.

Glossae: componat solidos 1200*]* Similiter sit per huius legis intellectum, si mundoaldus mundoaldam occiderit. 4. — *Et si filios de i.m. hab.]* Hic clare videtur, quod maritus uxori succederet, non fili, nisi mixtus in morte inmerentis uxoris fuisset. 5.7. — *et si par. non fuer.]* nec qui tradiderint, nec aliqui. 5. — *tunc ipsa comp.]* Hic datur intelligi, quod filiifamilias adversus patrem agere nequeant. 7.8.

Petre[o], te appellat Martinus, quod tu occidisti inmerentem Mariam tuam uxorem et suam filiam. — Si negat, iuret sicut lex retro[41] commendat. Sed potest dicere: non occidi, quod per legem emendare debeam. — Si dixerit, quod invenisset eam fornicantem, aut probet secundum quosdam, aut emendet.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Mea est per successionem Albergae meae uxoris. — Non debes eam succedere, quod interfecisti eam inmerentem. — Et ita probet secundum quosdam; sed iurabunt secundum valentes. — Nam[p] iurabunt, quia non licet eam interficere ad suum libitum, sed rationabiliter.

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „Si maritus uxorem suam occiderit inmerentem, que per legem non sit merita mori, componat solidos 1200", dicebat B.[q], quod, si aliquis uxorem suam occiderit nolendo, quia non est merita mori per legem, quod debebat componere ei solidos 1200. Sed male dicebat, quia hec lex de alio non loquitur homicidio nisi de eo quod factum erat volendo, quod potest videri in hoc quod edicta antiquissima habebant talem litteram scilicet: „si[42] maritus uxorem suam per quamlibet occasionem occiderit inmerentem" et cetera. Et etiam lex statim sequens que est: „Si[43] quis puellam" ostendit, quod hac lege debet esse „per quamlibet occasionem", in hoc quod illic est „per quamlibet occasionem", et in hoc quod ibi fit similis compositio: quia nulla ratio esset, quod aliquis componeret tantum pro uxore sua nolendo occisa, quantum debet componi pro aliqua femina ab aliquo volendo[r] occisa. Et si hoc esset, quod B. dicebat, hec alia iniquitas inde procederet: scilicet quod pro[s] uxore sua componeret solidos 1200, et pro alterius uxore non componeret solidos mille 200, nisi septem libras et dimidiam[44], ut lex retroposita ostendit que est: „Si infans[45] in utero" et cetera. — §. 2. Notandum est quod „parentibus" in hac lege positum est pro pa-

l) iubet *add. cod.* m) Liuprandi *add. c.* n) *forte* vel *addendum est.* o) *deest c.* p) in phad..... sol. 100 *om. cod.; cfr. autem form. ad hanc legem e codd.* 7.8.10. q) *subiungitur hic in codice ultima expositionis ad caput* 192 *pars, inde a verbis* legem suam quia respexit. *Qualis huius erroris causa fuerit nescio.*

Cap. 200. *e codd.* 1—8. a) Si mar. uxorem suam pro qualibet occasione inmerentem, quae per legem non sit merita mori, occiderit mille CC. sol. comp. 1. b) quae 4.7.8. c) regi et medietatem *add.* 2.4. d) illius 1.6—8. e) et med. r. *hoc loco om.* 2.4. f) ista 1.5.6. g) sibi 7.8. h) *desunt* 5.6. i) de 5.6. k) muliere *add.* 7.8. l) tribuatur 7.8. m) dederint 7.8. n) habuerit 5.6. o) *e codd.* 7.8.10. p) Nam *rell. om.* 10. q) Bonifilius (?). r) nolendo *cod.* s) ipse *cod.*

36) Roth. 159. 37) Liutp. 1—4. 38) Liutp. 3. 39) Roth. 181. 40) Iulian. nov. 34, 6. 41) Roth. 166. 42) Cfr. lectionem variantem e codice 1. 43) Roth. 201. 44) 150 scilicet solidos. 45) Roth. 75.

rente mundoaldo et pro extraneo, quod videri potest in hoc quod statim lex: „Si[46] quis puellam“ et cetera dicit: „et medietatem parentibus aut ad quos mundium de ipsa pertinet“. — §. 3. In hac lege legitur: „et mundium susceperint“; id est pretium propter mundium. — §. 4. Notandum est quoque, quod „filios“ posuit in hac lege pro omnibus descendentibus. — §. 5. Multi iudices dicunt, quod, si maritus uxorem suam occiderit, non vadit morgincap ad parentes, ideo quia ibi legitur: „revertatur“; cum morgincap non potest reverti ad parentes, quia ab illorum parentibus non venit. Sed eorum sententia a multis legibus reprehenditur; legitur enim in Digestis: „reddendi verbum, licet retro dandi habet significationem, tamen et per se dandi significationem recipit“[47]. Per legem quoque Longobardam videri potest, quod „revertatur“ aliquando in sua propria significatione non ponitur, immo pro „deveniat“, veluti in lege Rotharis retroposita, que est: „Si[49] fuerint filii legitimi et filii naturales“ et cetera. — §. 6. Si non fuerint „parentes, qui eam ad maritum dederint“, intelligendum est, ut alii parentes similiter compositionem accipiant. — §. 7. Si femina a marito occisa filios tantum reliquerit et sanctimonales parentes, substantia mulieris filiis detur, et compositio integra detur regi. Huic sententiae opponi potest, quod regi non fuit data integra compositio, nisi tunc tantum quando facultatem habuit. Ideoque dicitur a quibusdam, quod filii medietatem compositionis adquirere possint, sic argumentandum: quemadmodum parentibus filiorum absentia[t] morgincaph et faderphium acquiritur, ita filii absentia[t] parentum compositionis medietatem adquirere possunt. Quod non valet, quia, si haec esset legis voluntas, tunc deficientibus parentibus compositionis medietas filiis specialiter attributa esset, quemadmodum parentibus morgincaph et phaderfium deficientibus filiis specialiter attribuitur.

201. Si quis puellam aut mulierem liberam per[a] quamlibet occasionem[a] occiderit, componat solidos 1200[b], medietatem parentibus aut ad quem[c] mundium de ipsa[d] pertinet et[e] medietatem regi[e]. Et si parentes non habuerit, tunc ipsa compositio in integrum ad curtem regis perveniat*; sic tamen, si asto animo, id est voluntarie, eam occiderit.

* *nam[50] si invite, componat ut virum de simili sanguine.* 7.8.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu occidisti per tuam voluntatem Albergam suam mundoaldam.

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „componat solidos 1200“, rupta est[51] a lege Grimoaldi quae est: „Si[52] servus talem culpam fecerit“, quia ibi legitur, quod debet dominus servi componere 60 solidos et tradere servum ad occidendum. Sed opponi posset, quod ab illa non rumpitur: quia ipsa lex alias leges non dicitur rumpere, nisi illas quibus dominus servi nongentos solidos debet componere. Et male opponitur, quia, cum Grimoaldus rumpit leges retropositas, quibus dominus servi 900 solidos debet componere ob magnitudinem compositionis, multo melius intelligendum est, quod ipse hanc rumpit, qua dominus servi pro eo debet componere 1200 solidos.

202. Si mulier in morte mariti sui consiliata[a] fuerit[a] per se aut per suppositam personam, sit in potestate mariti[b] de ea facere, quod voluerit: simul et de rebus ipsius mulieris. Nam si[c] illa negaverit, liceat parentibus eam purificare, aut per sacramentum aut per camphionem, id est per pugnam*.

* *prout actio fuerit.* 7.8.

Donne[d] comes, hoc dicit Martinus, quod, postquam ille sociavit Albergam sibi in coniugio, consiliata est de sua morte. — Quid dicis tu, Alberga? — Non sum sua mulier. — Aut dicat, qualiter sit sua mulier, aut nichil sit. — Si manifestaverit esse, debet dicere iudex: femina, dicis tu propter timorem aut suasionem de tuo marito? — Si dixerit: non feci, fiat[e] appellatio ad parentem ita: Petre, te appellat Martinus[f], quod, postquam sociavit sibi in coniugio Albergam tuam filiam, consiliata est de sua morte. — De[g] torto me appellat[g]. — Si dixerit: feci[h], fiat ut legitur in lege.

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „sit in potestate mariti, de ea facere quod voluerit“, rupta est a capitulo Lotharii quod est: „Nulli[53] liceat, excepta causa fornicationis“. — W.[i]: salvatur[k] ita, ut lex ipsa loquatur tantummodo de tali femina, que ita „dimittebatur“, quod ei se postea poterat sociare, quod videri potest in hoc quod dicit: „alioquin transgressori convenit priori sociari coniugio“. Sed hec erat talis, quam occidere vel vendere poterat; et postquam vel vendita esset vel occisa, non poterat ei se sociare. — Ugo: sed affirmatur rupta esse, quia melius non poterat eam dimittere, quam si hanc occiderit vel vendiderit. — §. 2. Non intelligendum, ut per hanc legem positum sit in electione parentum, qualicumque modo vellent mulierem purificare, aut per pugnam aut per sacramentum, quamvis hic dicat: „liceat parentibus eam purificare aut per pugnam aut per sacramentum“. Sed ita est intelligendum: si per pugnam maritus appellaverit[l], liceat parentibus per pugnam eam defendere; si per sacramentum, liceat eis parentibus per sacramentum defendere. Et hoc videri potest per legem Liuprandi que est: „Si[54] quis alium astu compellaverit“, quia

t) ab sententia *c.*

Cap. 201. *e codd.* 1—8. a) pro qualibet occasione 1.7.8. b) medietatem regi et *add.* 2.4.6—8. c) quos 7.8; cui, *om.* ad, 5.6. d) ea 1.2.5.6. e) et med. regi *hic om.* 2.4.6—8. f) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 202. *e codd.* 1—8. a) consiliaverit 1.4. b) sui *add.* 1. c) etsi 1; si et 7.8. d) *e codd.* 7.8.10. e) facta *add.* 7.8. f) quod ipse habet certam suspectionem *add.* 7. g) *sic* 8.10; *cod.* 7 *ita:* Si dixerit: nescio, inquirat eam ususu. Si dixerit: de torto me appellat, fit prelium. h) fecit 7. i) Wilihelmus? k) Solvitur *cod.* l) appellatus fuerit *cod.*

46) Roth. 201. 47) L. 94. D. Verb. sign. (L. 16.) 49) Roth. 162. Cfr. expos. §. 2. ibidem. 50) Roth. 75. 51) quoad servum interfectorem. 52) Grim. 3. 53) Loth. 95. 54) Liutp. 70.

in hoc quod dicit: „que solet fieri per pravas personas“, id est per appellatores, tunc ideo quia inferius dicit: „et si hoc iuraverit[m], postea vadat exinde ad pugnam“, dat nobis intelligere, quod in appellatoris electione erat de omnibus pugnis faciendi retro positis, quia, si de astu iurare nollet, pugna inde non fieret.

203. Si mulier maritum suum occiderit, ipsa occidatur*: et res[a] eius, si filii[b] non fuerint[b], parentes mariti habeant in[c] potestatem.

* *si negaverit, fit ut de consilio*[55]. 7.8.

Alberga[d], *te appellat Martinus, quod tu occidisti Marcoardnm suum patrem aut Marcoardum suum fratrem.*

Expositio: Notandum est, quod a quibusdam dicitur: si mulier de morte mariti inculpata[f] fuerit et ipsa negaverit, quod parentes eam purificare debent per pugnam, quia, cum lex superior[55] facit eam purificare per pugnam si inculpata[g] fuerit de consilio mortis mariti, melius debet purificare per pugnam, si de morte eius inculpata fuerit et negaverit. Sed male dicebant, quia capitulum Karoli prohibet pugnam fieri in omnibus iudiciis, in quibus specialiter non est expressum, ut pugna fiat, quod[h] est[h]: „Ut nullus presumat hominem ad iudicium ponere, nisi iudicatus fuerit“[56], subaudi[i]: „a lege“[i].

204. Nulli mulieri liberae sub regni nostri ditione lege[a] Longobardorum viventi liceat in suae[b] potestatis arbitrio[b], id est silpmundia, vivere, nisi semper sub potestate virorum* aut certe[c] regis debeat permanere; nec aliquid de rebus mobilibus aut immobilibus sine voluntate illius[d], in cuius mundio fuerit[e,]**, habeat[f] potestatem donandi aut alienandi[f,]***.

* *saltem habentium octavum et decimum annum* per[g] intellectum quorundam[g]. 7.8 *et in marg.* 4.

** *aut sine voluntate viri sui* per legem Liuprandi (22.) Si qua mulier res suas secundum[h] quosdam[h]. 7.8 *et in marg.* 4. *** *Similiter de puella* per[i] argumentum a maiori ad minus[i]. 7.8.

Petre[k], *te appellat Maria cum Dominico suo mundoaldo, quod tu tenes sibi malo ordine terram in loco tali. — Ecce cartam, quam michi fecisti de ipsa terre. — Si carta manifestat, quod fecisset sola, et manifestat, quod est Longobarda, fiat taliata. Si manifestat unum mundoaldum, aut probet, quomodo alii mundoaldi partem suam de mundio fecerunt ipsi mundoaldo, aut perdat terram. Si carta manifestaverit, quod femina vivat secundum legem Romanam, aut probet, quod vivat secundum legem Longobardorum, aut det penam de cartula.*

Glossa: Si manifestat unum] per intellectum r.[l] l.[l] 7.8.

Expositio: In hoc quod dicit: „neque aliquid de rebus mobilibus aut inmobilibus sine voluntate illius in cuius mundio fuerit habeat potestatem donandi aut alienandi“ in parte rupta est a Liuprandi lege que est: „Si qua[57] mulier res suas consentiente viro suo“, in hoc quod dicit, mulierem posse vendere cum consensu comitis aut mariti, si fuerit interrogata a parentibus, et non posuit differentiam, sive esset in mundio mariti, sive non. Ugo: sed ita salvatur, ut non intelligatur, quod maritus eam non[m] mundiasset[n], cum per capitulum Widonis commutare, liberare, donare valet, quod est: „Concedimus[58] etiam, ut[o] sicut mulieres“. — §. 2. Iudicum antiquorum quidam dicunt[o], aliquem non esse virum, nisi 18 annos habuerit; ideo scilicet, quod lex Liuprandi dicit: „Hoc[59] prospeximus ut intra 18 annos non sit legitimus homo ad res suas alienandum“, et si non est legitimus homo, non est vir. Alii dicunt, aliquem virum esse postquam 14[p] annos habuerit, quia capitulum Caroli quod est: „Illud[60] preterea omnino precaventes“ ostendit, quod, postquam 14[p] annorum fuerit, possit coniugem accipere, in hoc quod dicit: „nullus presumat, ante annos pubertatis puerum vel puellam in matrimonio sociare“, que pubertas dicitur 14 annorum per legem Romanam[61]; et quicumque coniugem accipit legitime, vocatus est vir per legem Liutprandi „Si[57] qua mulier consentiente viro suo“. Ideoque dicebant iudices ipsi, quod si quis Longobardus moreretur et fratres relinqueret vel alios parentes et filios et filias, etiamsi filii essent 10 annorum, quod filie essent in potestate fratrum vel aliorum parentum et non filiorum; quia qui decem annorum sunt solummodo, viri non nominantur. Et alii sunt qui dicunt, quod in hac lege positum est „virorum“ tam pro pueris quam pro viris, quod confirmatur per similitudinem capituli Pipini quod est: „Monasteria[62] virorum ac puellarum“; ibi enim positum est „virorum“ tam pro viris quam pro pueris, quia nulla ratio esset, quod pueri non distringantur vivere secundum regulam, quemadmodum viri. Et etiam in usu habetur, quod, si quis Longobardus feminam aliquam in suo mundio habens mortuus fuerit, ipse qui ad successionem venerit ad mundium quoque illius femine accedat, quicumque sit, puer vel vir. — §. 3. Si qua mulier ens[q] in mundio duorum virorum vel quamplurium cum consensu unius vel[r] alterius[r] mundoaldorum terram

m) iuramentum *cod.*

Cap. 203. *e codd.* 1—8. a) in res 7.8. b) filios non habuerit 2.4—6. c) in *om.* 7.8. d) *e codd.* 7.8.10. f) in culpa *cod.* g) non culpata *cod.* h) quidem *cod.* i) subalege *cod.*, *quod emendavi e cod. Vat.* 3845.

Cap. 204. *e codd.* 1-8. a) nostra *add.* 5.6 *et rec. man.* 4. b) sui potestate arbitrii 2.5.6. c) in curte 1; sub curte 7.8. d) ipsius 5.6. e) est 1. f) donare aut alienare liceat 1. g) per legem Liuprandi (19.) Hoc prospeximus 4. h) *desunt* 4. i) per...minus *om.* 7. k) *e codd.* 7.8.10. l) Romanae legis? *L.* 5. *C. auctor. praest.* (V, 59.) m) non *om. cod.* n) *hoc loco nonnulla excidisse putaverim.* o) *codex lectionem corruptam offert:* ut sicut mulieres iudicium sunt. Quidam dicunt. *Emendavi secundum expos.* §. 2. *ad Roth.* 5 *et expos.* §. 7 *ad Liutp.* 69. p) XVIII. *c.* q) *ita restitui secundum verba posita in exposit.* §. 5 *sub fine ad Roth.* 192: mundoaldus mulieri enti in suo mundio debet componere; heas *cod.* r) uttrius *cod.*

55) Roth. 202. 56) Karol. M. 110. 57) Liutp. 22. 58) Wido 8. 59) Liutp. 19. 60) Karol. M. 140. 61) princ. Inst. Quibus modis tut. (I, 22.) 62) Pipin. 3.

vendiderit, queritur, si venditio valeret? Vel[s]: quod sic solvitur: si venditio facta fuit cum consensu unius et absque voluntate alterius, vel cum consensu duorum aut trium et absque duorum aliorum voluntate, quod ex toto vacuari debet. Sed a quibusdam dicitur, quod debeat valere; quia, licet quamplures homines mundium alicuius mulieris communiter habent, et unus illorum tantum ad maritum dederit absque voluntate aliorum, coniugium tamen valere dicitur; et quemadmodum coniugium valet, ita et venditio. Que similitudo a quibusdam dicitur non valere, quia illud tale coniugium valet usu, et hic usus non est contra legem; sed illa venditio non valet usu; etiamsi usus esset[t], usus contra legem tamen esset[62*], quia, licet consensu unius mundoaldi vendidisset, tamen sine consensu mundoaldi vendiderat. Et ideo venditio non valere asseritur. Et secundum alios dicitur valere ista vendicio in tot partibus, quot mundoaldi fuerunt qui consenserunt.

205. Si quis aldiae alienae[a], id est quae de matre libera nata est, violentiam[a] fecerit[a], componat solidos 40.

Glossae: *aldiae]* scilicet maiori. 4. — *matre libera]* id est fulfreal. 4.

Petre[b], te appellat Martinus, quod tu fecisti violentiam ad Mariam suam mundoaldam, quae erat de matre libera nata.

Expositio: Notandum est, quod in hac lege et in duabus statim sequentibus violentia tantum pro raptu ponitur: quod potest videri per tres statim sequentes leges[63] quae de raptu loquuntur.

206. Si quis libertae alienae, id est ipsae[a] personae[a] quae libera dimissa est, violentiam[b] fecerit[b], componat solidos 20.

Glossae: *libertae]* minori, quae de serva facta est aldia. 4. — *libera]* scil., ut sit aldia. 4.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu fecisti violentiam ad Mariam suam[d] libertam vel ad Mariam[d] suam ancillam.

207. Si[a] quis ancillae alienae violentiam fecerit[a], componat solidos 20[b].

208. Si quis rapuerit aldiam alienam et in curte alterius duxerit, et sequens[a] dominus aut parentes eius, et[b] cuius curtis fuerit antesteterit et non permiserit vindicare aut foris extrahere, componat solidos 40, medietatem regi et medietatem cuius fuerit aldia.

Glossae: *aldiam]* scilicet maiorem. 4. — *parentes eius]* scilicet domini. 4.

Petre[c], te appellat Martinus, quod Marcoardus rapuit Donatam suam aldiam aut ancillam suam, et adduxit eam in cortem tuam, et tu non permisisti eam vendicare aut foras extrahere.

209. Si quis rapuerit ancillam alienam et in curtem alterius duxerit, et sequens[a] dominus aut parentes eius, et cuius curtis est[b] antesteterit et[c] non permiserit vindicare[c.d], componat qui[e] antesteterit[e] solidos 20, medietatem regi et medietatem cuius ancilla fuerit.

210. Si[a] quis rapuerit aldiam aut ancillam alienam[a] et in curtem regis duxerit, et sequens[b] dominus[b] aut quicumque ex amicis aut servis[c], et gastaldius aut actor regis antesteterit, pro aldia[d] de suis propriis rebus componat illi cuius aldia fuerit solidos 40, pro[e] ancilla[e] solidos 20.

Martine[f] advocate de parte publica, te appellat Petrus, quod Marcoardus rapuit Mariam suam aldiam aut ancillam, et duxit eam in cortem regis, et tu non permisisti eam vendicare aut foras extrahere.

211. Si liber aut servus uxorem alterius tulerit eamque sibi in coniugio sociaverit, ambo occidantur: sic[a] tamen si[a] ambo consenserint*.

* *et de rebus ut supra.* 7.

Glossa: *occidantur]* scilicet a marito. 4.7.

Petre[b], te appellat Martinus, quod tu sociasti tibi in coniugio Mariam suam uxorem, aut[c] Marcoardus tuus servus[c].

212. Si quis cum uxore sua alium[a] fornicantem invenerit liberum aut servum[a], potestatem habeat eos ambos occidendi; et si eos occiderit, non requirantur*.

* *et res eius in fisco socientur, si liber est.* 7.

213. Si quis alii de uxore sua crimen miserit, quod cum ea[a] fornicasset[b], liceat ei cui crimen mittitur aut per sacramentum aut per camphionem se purificare; et si[c] probatum fuerit, animae suae incurrat periculum.

Glossa: Hominum criminandorum de uxore alterius fornicata alii possunt se defendere per bellum aut per

s) Wilihelmus? t) sed *add. c.*
Cap. 205. *e codd.* 1—8. a) viol. fec. *post* aldiae alienae *ponit* 1. b) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 206. *e codd.* 1—8. a) ipsa persona 1.6. b) viol. fec. *post* alienae *transponit* 1.2. c) *e codd.* 7.8.10. d) suam.....M. *om.* 7.8.
Cap. 207. *e codd.* 1—8. a) Si ancillae, *om.* quis *et* al. viol. fec., 7.8. b) id est aldiae et ancillae *add.* 7.
Cap. 208. *e codd.* 1—8. a) sequetur illam 1; secutus fuerit 5.6. b) ille *add.* 7.8. c) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 209. *e codd.* 1—8. a) sequetur 1.7.8; secutus eos fuerit 5.6. b) fuerit 5—8. c) et non...vind. *om.* 1.5.6. d) aut foris trahere *add.* 3.7.8. e) *desunt* 1.
Cap. 210. *e codd.* 1—8. a) Si quis aldiam alienam rapuerit aut ancillam 1.2.5.6. b) sequetur dom. 7.8; secutus eam dominus fuerit 1.5.6. c) servus 2.4.5; servis eius 7.8. d) quidem *add.* 7.8. e) et pro a. 1.2; pro a. vero 7.8. f) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 211. *e codd.* 1—8. a) si tamen 1.7.8. b) *e codd.* 7.8.10. c) aut...servus *om.* 10.
Cap. 212. *e codd.* 1—8. a) liberum aut servum forn. inv., *om.* alium, 5.6.
Cap. 213. *e codd.* 1—8. a) aliquis *add.* 7.8. b) fornicatus sit (esset 7.8.) 2.5—8. c) ei *add.* 5.6.

62*) Pipin. 33. 63) Roth. 208—210.

sacramentum, ut si actor et reus fuerint Longobardi; alii per solum sacramentum, ut si actor vel reus fuerit Romanus vel Salichus[d]. 4.5.7.8.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu adulterasti Mariam suam uxorem*[f].

Expositio: [In[g] eo quod hec lex dicit: „liceat ei cui crimen mittitur aut per sacramentum aut per camphionem se purificare", dicebant quidam, quod hec lex non loquatur de servo concurbitato, ideo quia servus in iudicio interesse non potest, nec per sacramentum vel per pugnam appellare.] Sed male dicebant; quia hac occasione si velles dicere, quod hec lex de servo concurbitato non sit loquuta, cum simili occasione dici potest, quod non esset loquuta de servo concurbitante, cum nec sacramento nec bello possit se defendere. Intelligendum est igitur, quod hec lex de utroque, scilicet de concurbitato et concurbitante, sit loquuta, quemadmodum superior lex, que est: „Si[64] quis cum uxore sua" et cetera, et de utroque est locuta. Quia intelligendum est, quod dominus pro servo suo crimen imponere et bello aut sacramento eum defendere debet.

214. Si quis liberam puellam absque consilio parentum aut voluntate duxerit uxorem, componat[a] ut supra anagrip solidos 20 et propter faidam[b] alios 20. De mundio autem[c] qualiter convenerit et lex habet, sic[d] tamen si ambo[d] liberi sunt[e].

Glossa: lex habet] usus antiquus. 4. — Lex pro usu ponitur. 6. — Si[65] quis pro libera. 5.

Expositio: Notandum est in hoc quod hec lex dicit: „sic tamen ut ambo liberi sint", datur intelligi, quod inter servum et liberam non potest esse coniugium. — §. 2. Item in hoc quod dicit: „componat anagrip solidos 20" affirmat legem retropositam quae est: „Si puella libera aut vidua sine voluntate"[66].

215. Si quis puellam[a] aut viduam sponsatam habuerit, et contigerit casus, ut ipsa[b] antea[c] moriatur[d], quam a patre aut[e] qui mundium eius in potestate habet[f] tradita fuerit, tunc meta, quae data fuerit ab illo sponso, reddatur ei, tantum[g] quantum in ipsa meta dedit. Nam aliae res illius[h] sint[i], qui mundium eius[k] in potestate habere videtur, eo quod ante traditionem mortua est*.

* *excepta re illius puellae sponsatae, quae patri et matri successit et sorores reliquerit: nam hae ei succedunt, non mundoaldus; et excepta re matris saepe: nam filiae succedunt, non mundoaldus, saepe matrem* per legem Liutprandi (14) Si sorores. 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[l], *te appellat Martinus, quod ipse sponsavit Mariam tuam mundoaldam et dedit ei in sponsalicio solidos* 100, *et mortua est, et praecipit lex, quod ipse debet recipere*[m] *quod dedit.*

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „nam alie res illius mulieris sint illius qui mundium in potestate habere videtur, eo quod ante traditionem mortua est", et non posuit differentiam, sive haberet sororem que patri et matri successit sive non, rupta est in parte a lege Liuprandi: „Si[67] sorores in casa patris" et cetera in hoc quod dicit: „et si contigerit unam ex hisdem sororibus mori, tunc que in capillo remanserint et que ad maritum ambulaverint in omni parte sorori sue defuncte, quamvis puella mortua fuerit, succedat". — §. 2. Item in hoc quod dicit: „nam alie res mulieris ipsius sint qui mundium in potestate habere videtur, eo quod ante traditionem mortua est", dicunt quidam, quod per solam traditionem adquirebatur mundium. Sed male dicebant: quia per legem Liuprandi ostendi potest, etiamsi tradita sit, quod non est mundiata, in lege que est: „Si[68] aldius cuiuscumque", in hoc quod dicit: „ad maritum eius componat, etiamsi non habet mundiatam" et traditam. — §. 3. Hec lex de sponse et non de sponsi morte ante coniugium loquitur; sed in Codicis quinti libri de utriusque morte idem precipitur: „arris[69] sponsaliorum nomine[n] datis, si interea sponsus vel sponsa decesserit, que data sunt iubemus restitui, nisi causam, ut nuptie non celebrentur, defuncta persona iam prebuit[o]". In alio vero eiusdem Codicis capitulo dicitur: si[70] sponsus sponsam osculatus ante coniugium mortuus fuerit, sponsaliorum medietatem sponsa pro osculo retineat, altera medietas defuncti sponsi reddatur heredibus.

216. Si aldius cuiuscumque liberam uxorem tulerit, id est fulfreal, et mundium de ea fecerit, posteaque filios[a] habens[a] maritus mortuus fuerit, si mulier in ipsa casa noluerit permanere, et parentes[b] eam ad se recolligere voluerint, reddant pretium, quod pro mundio ipsius[c] mulieris[d] datum est, illi cuius aldius fuit. Tunc illa absque morgincap aut aliquo de rebus mariti revertatur ad parentes suos cum rebus suis, si aliquas[e] de parentibus[f] adduxit. Et si filii de ipsa muliere fuerint et noluerint in[g] casa patris residere, res paternas dimittant, et mundium pro se reddant, quantum pro matre eorum datum est, et vadant sibi[h], ubi voluerint[h], liberi.

Glossae: si aliquas de par.] Hic videndum est, quod debet habere dotem quam attulit mulier. 4.5.7.8. — *ubi voluerint, liberi]* Ex voluntate legis colligitur, si mundium non dederint, ut sint aldii. 4.5.7.8.

d) alterius legis 5. e) *e codd.* 7.8.10. f) et de rebus fit ut supra *add.* 7. g) *quae uncis hic inclusa sunt absunt a codice; supplevi ea secundum expositionis partem quae sequitur, et e Lombardae codd. Vat.* 3845. *Laur.* 77,10, *in quibus eadem de re agitur inter glossas.*

Cap. 214. *e codd.* 1—8. a) parentibus *add.* 5.6. b) id est inimicitiam *add.* 1.4. c) fit *add.* 7.8. d) si tamen ambo 5.6; sic tamen ut omnes 7.8. e) sint 7.8.

Cap. 215. *e codd.* 1—8. a) liberam *add.* 1.2.5.6. b) puella *add.* 1. c) ante 2.7.8. d) mortua fuerit 7.8. e) ab eo *add.* 7.8; ab illo *add.* 1.5.6. f) habuerit 7.8. g) aut tant. 1.4.7.8. h) ipsius 4—6; mulieris *add.* 7.8. i) illius *add.* 7.8. k) *deest* 7.8. l) *e codd.* 7.8.10. m) accipere 7.8. n) non est *cod.* o) prohibuit *cod.*

Cap. 216. *e codd.* 1—8. a) habens filios de ea 7.8. b) eius *add.* 2.5.6. c) *deest* 1; eius 5.6. d) *deest* 5—8. e) aliquid 1.5.6; res *add.* 7.8. f) suis *add.* 1.5—8. g) ipsa *add.* 7.8. h) si vol. 7.8.

64) Roth. 212. 65) Roth. 183. 66) Roth. 188. 67) Liutp. 14. 68) Liutp. 138. 69) L. 3. C. sponsal. (V, 1.) 70) L. 16. C. donat. ante nupt. (V, 3.)

Maria[i] *cum Dominico tuo tutore, te appellat Martinus, quod tu es sua aldia, et malo ordine te subtrahis de sua aldiaeritia. — Libera femina sum nascendo; et tibi quid pertinet? — Aldius meus sociavit te in coniugio et fecit mundium de te. — Aut probet, quod fecisset mundium, aut taceat.*

*Petre, te appellat Martinus, quod tu es suus aldius, et malo ordine subtrahis te de sua aldiaricia. — Liber sum nascendo; et tibi quod pertinet? —***Aldius meus sociavit matrem tuam in coniugio et fecit mundium. — Aut probet mundium, aut taceat.*

Sed ita fit responsio[k]*: vere es libera nascendo, sed esse debes aldia, quia aldius meus, et caetera.*

Expositio: In hac lege „fulfreal" pro libera nascendo ponitur et non liberta, sicut a multis iudicibus dicitur, quia, si in hac lege et fulfreal positum esset pro liberta, cito in parte rupta esset hec lex a lege istius hic prope posita que est: „Si aldius[71] cuiuscumque aldiam aut libertam", qua in lege legitur: „sint filii aldiones sicut et pater". Et alia ratione videri potest, quod fulfreal positum est in hac lege pro libera nascendo, quia, si pro liberta poneretur, non diceret hec lex: „et parentes eius ad se recolligere neglexerint", cum liberta parentes non dicitur habere. — §. 2. In hoc quod dicit: „et noluerint in ipsa domo patris residere, res paternas dimittant", dat intelligi, quod, si vellent in ipsa casa patris residere, res paternas habeant.

217. Si* aldia aut liberta[a] in casam alienam ad maritum intraverit et servum tulerit, libertatem suam amittat. Et si dominus eius neglexerit eam replicare ad servicium, mortuo tamen marito vadat sibi[b] una cum filiis suis et cum[c] omnibus rebus suis[d], quantas[e] in tempore[f], quando ad maritum intravit[g], secum adduxit[h]. Nam amplius nullam[i] rem[i] consequatur: vitium[k] suum[k] reputet[l], quia[m] servo[n] consensit.

* *pro rebus* secundum asinos. 7.8.

Glossa: et omnibus rebus] Hic videndum est, quod tantum debet habere mulier, quantum attulit marito mulier[o]. 4.5.7.8.

Maria[p] *cum tuo tutore Petro, te appellat Martinus, quod tu es sua ancilla, et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Libera sum per cartam, quam tu michi fecisti. — Tu debes perdere libertatem, quia intrasti in casam Marci et servum eius tulisti ad maritum. — Non feci. — Aut probet, aut taceat. — Si dixerit: tu misisti neglegentiam replicare me ad servitium vivente ipso servo, si potuerit, probet quod misit neglegentiam; si non potuerit, iuret dominus, quod non misit neglegentiam et fiat ancilla*[q].

Expositio[r]: Maria cum tutore Petro, te appellat Martinus, quod tu es sua ancilla et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Respondet: libera sum per cartulam, quam tu michi fecisti. — Respondet: libertatem perdere debes, quia intrasti in casam Dominici et servum eius ad maritum tulisti. — Respondet: non est verum. — Aut probet aut taceat. Si dixerit: tu misisti neglegentiam replicare me ad servitium vivente ipso servo, si potuerit, probet, quod misit neglegentiam; si non potuerit, iuret dominus, quod non miserit neglegentiam, et fiat ancilla.

218. Si aldius cuiuscumque aldiam aut libertam[a] uxorem tulerit, si[b] filios ex ipso coitu habuerit, patrem sequantur, et sint aldii, qualis et pater[c.*].

* *Sed de filiis aldii et aldiae sit ut diximus, si aldius aldiam mundiaverit: sin autem, sequantur matrem* per legem Liuprandi (125.) Si aldius cuiuscumque. 7.8 *et in marg.* 4. *Similiter in marg.* 5.

Expositio: Hec lex in partem rupta[d] est et affirmata a lege Liuprandi que est: „Si aldius[72] cuiuscumque aldiam"; rupta est ex hoc quod dicit: „et mundium ex ea non fecerit, sint filii eius aldii cuius et mater fuerit", affirmata ex hoc quod dicit: „nam postquam mundium fecerit et filii nati fuerint, sicut anterius edictum continet, patrem sequantur".

219. Si aldius ancillam suam aut alterius tulerit ad uxorem, filii qui ex ea nascuntur[a] sint servi[b] cuius et[c] mater ancilla[d] est[d].

220. Si ancilla cuiuscumque in casam alterius ad maritum intraverit et servum tulerit, nichil de ipsa casa marito mortuo consequatur, nisi quantum secum adduxit.

Glossae: quantum secum adduxit] Hic similiter videndum est, quod mulier tantum debet habere, quantum attulit. 5.7.8. — Hic videri potest, quod servus habet res. 6.

221. Si servus liberam mulierem* aut puellam ausus fuerit sibi in coniugio sociare, animae suae incurrat periculum**, et illam quae servo fuerit[a] consentiens[a] habeant parentes[b] potestatem occidendi aut foris provinciam transvendendi et de rebus ipsius mulieris faciendi quod voluerint. Et si parentes eius hoc facere distulerint, tunc liceat

i) *e codd.* 7.8.10. k) r. 7.8.10.

Cap. 217. *e codd.* 1—8. a) *sic* 6.7 *et in marg.* 5; libera *rell.* b) libera ubi voluerit *add.* 1.2.4.6; ubi voluerit *add.* 5; libera *add.* 7.8. c) *deest* 1.7.8. d) propriis *add.* 1.4—6. e) quantum 4.7.8. f) illo *add.* 1. g) ambulavit 1.2. h) quo voluerit *add.* 7.8. i) nulla 5; nichil 6—8. k) *sic* 4; et v. s. 2; sed vitium s. 1.5.6; sed vicio suo 7.8. l) sibi reputet 5.6. m) que 2.4; quod 7.8. n) voluntarie *add.* 7.8. o) secundum vl. *add.* 4. p) *e codd.* 7.8.10. q) et ita fit placitum secundum quosdam *add.* 4. r) *haec formula bis in codice subiungitur Roth.* 206 *et* 217.

Cap. 218. *e codd.* 1—8. a) alienam *add.* 1. b) et 2.8; et si 5.6. c) eorum est *add.* 1. d) *deest* c.

Cap. 219. *e codd.* 1—8. a) nati fuerint 1.2.6. b) eius *add.* 1. c) et *om.* 6—8. d) est ancilla 7.8.

Cap. 220. *e codd.* 1—8.

Cap. 221. *e codd.* 1—8. a) consensit 5.6. b) ipsius *add.* 2; eius *add.* 1.7.8.

71) Roth. 218. 72) Liutpr. 125.

gastaldio regis[c] aut sculdahis ipsam in curtem regis ducere et in pesile inter ancillas[d] statuere[e] ***.

* *non suam dominam*[f]. 7.8 *et in marg.* 4.5. ** *antea quam annus expleatur.* 7.8 *et in marg.* 4.5. *** *intra annum tantum. In ceteris concedimus, ut post annum et diem in potestatem et servitium domni illius, cuius servus fuerit, ambo revertantur* per kap. Lotharii (75.) Si cuiuscumque servus. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: non suam dom.] nam kapitulare *(Loth. 75.)* precipit, ut hec mulier post annum in potestatem domini servi redigatur; si igitur de domina dicetur, serva suimet fieri videtur; quod nefandumne esse videatur? de domina hunc dicere minime creditur. 7.8. — *animae suae inc. peric.]* Similiter fit de sola fornicatione, per argumentum a maiori ad minus. 4.5.7.8. — *faciendi quod vol.]* Mundoalde, quere placitum; nam, ut datur tutor a preside, agendo adversus mundoaldum, ita et in respondendo. 5.7.8.

Maria[g] *insimul cum Dominico tuo*[h] *tutore, Petrus te appellat, quod tu es sua ancilla, et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Libera sum nascendo; et tibi quid pertinet? — Tu te sociasti in coniugio cum Marcoardo meo servo, et est transitus annus. — Si dixerit, non me sociavi, aut non feci me sciente, aut non est transitus annus, aut probet qui appellat, aut taceat.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine Mariam suam mundoaldam. — Ipsa Maria mea ancilla est. — Quid tibi pertinet? — Sociavit se in coniugio Marcoardo servo meo. — Non sociavit, aut non fecit se sciente, aut non est transitus annus. — Aut probet dominus servi, aut perdat feminam. Si dixerit parens feminae, quod fuisset paratus infra annum dare vindictam, probet; sed melius est, ut dicat, quod non misit neglegentiam[i].

Expositio: In hoc quod dicit: „servus animae suae incurrat periculum“ et non posuit differentiam, sive intra annum sive post annum, rupta est in parte a lege Liuprandi quae est: „Si[73] mulier libera aut puella servum tulerit“ et cetera et a capitulo Lotharii quod est: „Si[74] cuiuscumque servus liberam feminam“ et cetera, quoniam post transacti anni spatium servus non debet mori secundum Liuprandi legem et Lotharii capitulum. Salvari autem potest hoc modo, ut hec lex intelligatur tantum servum precepisse mori inter anni spatium, ut postea in Liuprando determinatum est. — §. 2. Item hec lex in hoc quod dicit: „et illam, que servo fuerit consentiens, habeant eam parentes potestatem occidendi aut foras provinciam transvendendi“ et non posuit differentiam, infra quem terminum hoc facere possint, in parte rupta est secundum antiquos iudices a lege Liuprandi predicta[73], que non vult, ut ipsa moriatur post transactum spatium anni. Sed non est ruptura, immo determinatio. — §. 3. In hoc quod dicit: transvendatur et, si parentes eius facere distulerint, facit illam fieri ancillam palatii, inde affirmata est a lege Liuprandi, que est: „Si mulier libera“[73], in hoc quod dicit: „ancilla palatii sit“. Quae utreque exinde in parte rupte sunt a capitulo Lotharii quod est: „Si cuiuscumque[74] servus est“ et cetera, si intra anni spatium ad vindictam ambo traditi non fuerint, quia illic legitur, ut illa, que intra anni spatium ad vindictam tradita non fuerit, efficiatur ancilla domini servi. — §. 4. Notandum est, quod hec lex de libera nascendo tantum loquitur, quia, si loqueretur de libertina, iam rupta esset superior lex quae est: „Si aldia aut liberta“[75], que libertam non facit mori, si servo copulaverit, immo eam revocat[k] ad servitium prioris domini, si dominus exinde eam appellaverit illo servo vivente quem tulit. Solet igitur Guilibelmus volens alios reprehendere in hac lege tale placitum ponere: si libertina filios legitimos ex libero viro habuerit, et mortuo marito sibi in coniugium servum copulaverit, queritur, si filii eius vel alii parentes eam occidere debent? Quod si quis affirmaverit, male diceret[l], quia haec lex de liberta non loquitur, ut superius dictum est. — §. 5. Quaeritur, si domina servum in coniugium acceperit vel adulteraverit, quid inde fieri debeat? et dicitur, quod hec lex neque illa Liuprandi nichil inde dicat, quod in hoc videri potest, quia in Liuprandi lege[73] legitur: „aut dominus servi compleverit intra anni spatium, quod anterius edictum continet“: sed[m] hic servus nullum habet dominum[n] nisi dominam, quam in coniugium acceperit, que in semet ipsam aut in servum illum vindictam non daret. Per Lotharii quoque capitulum quod est: „Si cuiuscumque[74] servus liberam feminam“ videri potest, quod nichil inde dicat, in hoc quod dicit: „ut in potestatem et in servitium domini illius cuius servus fuerit ambo revertantur“. Sed hic servus non poterat reverti in potestatem dominae suae, quia adhuc servus erat, et ipsa non poterat fieri ancilla sui ipsius, ut capitulum dat intelligi. Eundum est igitur per Romanam legem, quae omnium est generalis, quia in Codice legitur in 9.[o] libro, quod servus ille comburi debet, illa vero occidi, in lege quae est: „Si qua cum servo occulte rem habere detegitur, capitali sententie subiungentur, tradendo ignibus“[76]. — §. 6. Sciendum quoque, quod iudices antiqui asserunt: si qua mulier, cuiuscumque nationis sit, servo cuiuslibet se copulaverit in coniugio, sive parentes eius ei dedissent sive non, sive in ea neglexissent dare vindictam sive non, sive esset Longobarda sive non, quod post transactum anni spatium sit ancilla illius cuius servus fuerit per capitulum Lotharii: „Si cuiuscumque servus liberam“[74]. Sed a veritate plurimum deviare videntur. Illud enim capitulum non loquitur nisi de Longobarda; quod videri potest in hoc quod ibi legitur: „sicut lex — subaudis Longobarda — tales personas nostro fisco sociabat“. — §. 7. Item errant in hoc, quod illam, quam parentes servo dederunt, per illud capitulum

c) aut actori *add.* 1.5—8. d) regis *add.* 5.6. e) constituere 1.4. f) secundum vl. *add.* 4; ut cernitur in kapitulo Lotharii (75.) Si cuiuscumque servus *add.* 5. g) *e codd.* 7.8.10. h) suo 8. i) secundum quosdam; sed iuret *add.* 7.8. k) revoccatus *c.* l) dicunt *cod.* m) si *c.* n) dominium *cod.* o) octavo *cod.*

73) Liutp. 24. 74) Loth. 75. 75) Roth. 217. 76) L. unica C. mulierib. quae se propriis servis iunx. (IX, 11.)

ancillam domini servi post transacti anni spatium esse asserunt; cum predictum capitulum aliam fieri ancillam domini servi non precipiat, nisi quam edictum fisco sociat. Sed edictum aliam fisco non sociat, nisi que absque voluntate parentum se servo copulaverit, quod videri potest in hoc quod dicit: „et illam que servo fuerit consentiens habeant parentes[p] eius in potestatem occidendi aut vendendi et de rebus suis faciendi quod voluerit". Rex enim non adeo esset stultissimus, quod predictam potestatem concederet[q], qui[q] eam servo dederunt, parentibus. Contra hoc sic opponitur: non ob hanc causam rex est vocandus stultissimus; consimile enim dictum eius[r] in Liuprandi lege que est: „Si quis dixerit coniugi sue licentiam dando"[77] referre possumus: nam quod ibi legitur, quod vir uxorem suam potest interficere, licet eius precepto cum alio vadat concumbere. Quae oppositio non valet, quia[s] illud coniugium erat legitimum, sed istud erat contra legem, et vir ipse exinde penas sustinebat, sed isti parentes exinde penam non habebant. Videri quoque potest per legem istius retropositam, que est: „Si quis filiam aut quamlibet parentem"[78], quia hec lex, que est: „Si servus liberam mulierem" non loquatur nisi de illa, que absque parentum voluntate se servo copulaverat, in hoc quod ibi legitur: „si ipse eam male habuerit aut tractaverit, quod mundium debeat perdere". Sed mala tractatio est, si mundoaldus mundoaldam suam servo tradiderit, quod potest videri per legem Liuprandi, quae est: „Continet[79] autem anterius edictum de frea sua", quae exposuit, qualiter Rotharis intellexit: „male tractaverit". Et posset tamen dici, quod alii proximi parentes eius mundium habeant, cum femina sine mundio esse non valet; et ipsi alii parentes predictam potestatem de ea habeant, et sic potest dici: esse cum voluntate parentum. — §. 8. Item ex hoc quod dicunt, quod illa sit ancilla domini servi, non ponentes differentiam, sive parentes eius neglexissent in eam dare vindictam sive non, male dicunt. Sepe enim contingit[t], quod[t] non habent neglegentiam dare vindictam, et, cum non neglegunt, non fit ancilla; quia tunc tantum fit ancilla, quando parentes neglexerint dare vindictam. Sed qualiter non neglegunt, hoc modo contingere potest: veluti si non audent in eam dare vindictam, vel non possunt propter dominorum vel servorum asperitatem[u]. Et etiam dicitur ab Ugone, quod non habeant neglegentiam, si ignoraverint, se debere dare vindictam per legem. Ideo tunc tantum dicuntur habere neglegentiam dandi vindictam, quando audent dare et non dant, et quando sciunt se[v] per[v] legem dare debere et non dant, sive[w] appellatio sit inde facta vel non. Sed Wilihelmus dicit, quod ante appellationem minime committitur neglegentia: minime, quia „invitus[x] agere vel causare nemo cogitur"[80].

222. Si quis ancillam suam propriam matrimoniare voluerit ad uxorem, sit ei licentia; tamen debeat eam liberam thingare, sic liberam quod est widerbora[a], et legitimam facere per garethinx. Tunc intelligatur libera et legitima uxor, et filii, qui ex ea nati fuerint, legitimi heredes patri efficiantur.

Glossae: wir bora] in quartas manus traditam. 4. *garithinx]* id est donationem in morgincap. 4.

Petre[b], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per successionem de parte mei patris. — Non debes eum succedere, quia habuit te de sua ancilla. — Ipse fecit matrem meam liberam et sibi legitimam uxorem per donationem. — Aut probet, aut fiat servus, et perdat hereditatem[c].

Expositio: In hoc quod hec dicit: „tamen debet eam liberam thingare, sic libera quod est widerboram," affirmatur a lege Liuprandi que est: „Si quis aldiam alienam"[81] in hoc quod dicit: „faciat eam widerboram sicut edictum continet de ancilla". — §. 2. Hec littera que est: „et legitimam facere per gayrethinx" etiam sic intelligenda est, scilicet, quod postquam eam liberam thingaverit, quod ipse faciat sibi esse eam legitimam, subaudis uxorem, per gayrethinx, id est per donationem; que donatio sit vel quarta, quam ei faciat, vel minus quarta[82]. — §. 3. Hec lex dicit, quod debet fieri de ancilla propria, si dominus eam voluerit matrimoniare; sed de omni ancilla legitur in Codicis septimo libro[83].

223. Si quis sine herede[a.*] mortuus fuerit, et res ipsius ad curtem regis pervenerint, nec donatum nec prestitum**, quicumque ipsi mortuo dedit aut prestitit, non[b] habeat pontificium[c] requirendi; quia, postquam ad manum regis pervenit, terminum posuit et sine debito aut aliqua repetitione cecidit.

* *legitimo* 7. 8 *et in marg.* 4. 5. ** *mobile* 7.

Expositio: In eo quod hec lex dicit: „si quis sine heredibus" et inferius dicit: „quod, postquam ad manum regis pervenit, terminum posuit et sine debito aut aliqua repetitione cecidit", intelligi dat, quod omnes heredes debent debitum illius persolvere, cui heredes sunt. Et notandum est, quod „debitum" dixit, quia dixerat „prestitum" et „repetitionem" propter launechild. — §. 2. Sciendum est quoque, quod, si heredes inventarium fecerint, ut lex Romana in Novellis precipit[84], quod ex debito illius mortui quod alii fecit tantum solummodo tenentur, quantum ex eius successione habuerint. In Institutis idem legitur, scilicet quod omne debitum persolvat, sed iuxta que sibi[d] de hereditate contigerit, dicente quadam lege Institutionum: „liceat eis adire ad hereditatem et in tantum teneri[e] in quantum valere bona hereditatis

p) par. *om. cod.* q) qui concederet *cod.* r) ē *cod.* s) que *cod.* t) contingi qui *cod.* u) vel non posset *add. cod.* v) semper *cod.* w) aut sive *cod.* x) unius *cod.*

Cap. 222. *e codd.* 1—8. a) wir bora 4. b) *e codd.* 7. 8. 10. c) Sed ita iuret *add.* 7.

Cap. 223. *e codd.* 1—8. a) heredibus 1. 2. 5. 6. b) non *om.* 2. 6—8. c) potestatem 5. 6. d) sunt *cod.* e) *sic ex Inst. restitui; cod. noster ita:* enim quantum bona hereditas ei continet.

77) Liutp. 129. 78) Roth. 182. 79) Liutp. 119. 80) L. unica C. ut nemo invitus (III, 7.) 81) Liutpr. 105. 82) Liutpr. 7. 83) Glossator, quae Codicis libro VII. titt. 1—20 de manumissionibus et liberali causa generaliter dicuntur, non certum quendam locum, spectasse videtur. Cfr. L. 3. C. incestis et inutil. nupt. (V, 5.): *Cum ancillis non potest esse connubium.* 84) Iulian. nov. I, 2.

contingit[85]. Et sciendum est, quod heredes alicuius, secundum quod habent de successione, possunt habere actiones adversum debitores, ut in Codice legitur in lege quae est: „Manifesti et indubitati iuris est“[86]. — §. 3. In hoc quod hec lex dicit: „nec donatum nec prestitum, quicumque ipsi mortuo dedit aut prestitit, habeat pontificium requirendi“, dicebatur ab antiquis iudicibus, illud quod habet libellario nomine vocari prestitum per legem istius que est: „Si quis comparaverit terram id est solum“[87] in hoc quod dicit: „ostendat libellum scriptum, ubi rogatus fuisset prestandi“; quod ille, qui prestiterat illud libellario nomine, non habet pontificium, quod libellario nomine prestiterat, requirendi. Sed male dicebant, quia lex hec non est de huiusmodi locuta prestito, quod videri potest in hoc quod hec lex dicit: „et res ipsius ad curtem regis pervenerint“; sed quod libellario nomine acceperat[f], non suum erat proprium: pontificium igitur quod prestitit illud requirendi habeat.

224. Si quis servum suum[a] proprium[a] aut ancillam suam[b] liberos dimittere voluerit, sit[c] licentia, qualiter ei[d] placuerit. Nam qui fulfreal et[e] a se extraneum, id est amund[f], facere voluerit, sic debet facere: tradat eum prius in manum alterius hominis liberi et per garethinx ipsum confirmet; et ille secundus tradat in tertium[g] in eodem modo, et tercius tradat in quartum; et ipse quartus ducat in quadrubium[h], et tingat[i] in gaida et gisel[k] et sic dicat: „de[l] quattuor viis, ubi volueris ambulare, liberam habeas potestatem“[l]. Si[m] sic factum fuerit, tunc erit amund[f], et ei maneat certa libertas: postea[n] nullam repetitionem patronus adversus ipsum* aut filios eius habeat potestatem requirendi. Et[o] si sine heredibus legitimis ipse qui amund[f] factus est mortuus fuerit, curtis regia illi succedat, nam non patronus aut heredes patroni.

Similiter et qui inpans[p], id est in[q] votum regis, dimittitur, ipsa lege vivat, sicut et[r] qui amund[f] factus est.

Item qui fulfreal fecerit et quattuor vias ei dederit, et amund[f] a se, id est extraneum, non fecerit, talem legem patronus cum ipso vivat[s], tamquam[t] cum fratre aut cum alio[u] parente suo libero Longobardo[u]: id[v] est[v], si filios aut filias legitimas qui fulfreal factus est non dimiserit, patronus succedat sicut subter scriptum est**.

Item qui aldium[w] facere voluerit, non illi det quattuor vias.

Haec[x] sunt quattuor genera manumissionum. Tamen necesse est propter futuri temporis memoriam, ut, qualiter liberum aut liberam thingaverit, ipsa manumissio in carta libertatis commemoretur. Et si cartulam non fecerit, tamen libertas ei[y] permaneat.

* *nisi reservaverit sibi servicium benefactor, quoad vixerit* per legem Astulfi (2.) Anterioris edicti. 7.8 *et in marg.* 4. ** *aut heredes patroni* per superiorem: „nam non patronus“. 7.8 *et in marg.* 4. 5.

Glossae: servum suum proprium] Per hanc legem videtur, quod Longobardus non potest libertare communem servum absque socio. 4. — *ducat in quadrubium]* Secundum quosdam subauditur: tenens et gisel sint ibi; set aliud est tingat (thingat 5.) et aliud tingit (tinga 5.) 5.7.8. — *tingat]* id est teneat. 5.7.8; id est tanget. 4; id est det. 1. — *gisel]* id est testis. 5.7; id est testis sibi sint. 4. — *et sic dicat]* scil. quartus ad giselles. 4. — *nam non patronus]* Hic datur intelligi quod patronus vel heredes eius succedere debent omnibus preter amones et infantes[z] illic ubi dixit: „ipse qui amon factus est“. 5.7.8. — *in votum regis]* id est ante regem. 1; id est per miso regis. 3. — *Post verba* sicut qui amund factus est *in cod.* 1. *adduntur haec:* postea mundius eorum nec ad ipso nec a filiis eius nullatenus requiratur, et si filia eius aut ipsa quae fulfrear facta est ad maritum ambulare contigerit, detur pro ea mundius sicut pro libera. *Similia etiam eodem loco addidit cod.* 2 *et recent. manus in cod.* 3; *quae verba consentiunt cum iis, quae Bluhmius supra pag.* 55. *Roth.* 224. *§.* 4. *not.* z *e codd. Vaticano et Cavensi adnotavit.* — *Item qui fulfreal]* Hac sola libertate, id est fulfreal, utimur modo in presenti tempore. 4. — *talem legem patron. cum ipso vivat]* id est ut libertus vivat lege domini, et dominus ei succedat ut hic legitur. 5.7.8.

Petre[a], te appellat Martinus, quod tu es suus servus et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Liber sum: tu dedisti me in manum Dominici, et Dominicus dedit me in manum Pauli, et Paulus in manum Alberti, et Albertus in manum Viti, et Vitus dimisit me liberum in quadrucium. — Et hoc[b] probet per scriptum aut per homines. Si dixerit: tu dedisti me in manum regis et rex dimisit me liberum, aut: fecisti me fulfreal aut aldium, aut probet[c] aut fiat servus.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes malo ordine terram in tali loco ad partem publicam unde ipse est advocatus. — Ipsa terra mea propria est de parte Dominici mei liberti. — Non debes eum succedere, quia fecisti eum extraneum a te, aut dedisti in manum regis. — Aut probet aut taceat[d].

Scito[e], si quis[f] Longobardus servo communi libertatem dederit, quod[f] pars adcrescit[g] sotio non danti[g], ut legitur in antiquo iure Romano[h, 88], quod lex Longobarda[i] sequitur[k].

f) accep. *e cod. Vat.* 3845 *supplevi.*

Cap. 224. *e codd.* 1—8. *In cod.* 3 *hoc caput inde a verbis:* et tinḡ in gaida *alia manu suppletur, fine capitis prima manu omisso.* a) *desunt* 1—3. b) propriam *add.* 1—3. 5. 6. c) ei *add.* 3. 4; illi *add.* 1. 5. 6. d) ei *om.* 2. 5. e) et *om.* 7. 8. f) amon 7. 8. g) hominem *add.* 5. h) quadruvium 5—8. i) thinget 1; thingat 2. k) giselles 2. 4; gise sint 5; gisil ibi sint 6. l) ut eundi de quattuor viis quo voluerit liberam habeat qotestatem 7. 8. m) Et si 7. 8. n) et postea 6—8. o) At 7. 8. p) impans est 7. 8. q) qui in 6—8. r) et *om.* 1. 2. 5. 6. s) habeat 1. 4. 7. 8. t) si *add.* 3. u) aliis parentibus suis liberis Longobardis 1. 5. 6. v) id est *om.* 2. 3. 6. w) aut aldiam *add.* 1. 5—8. x) *rell. om.* 1, *tribus lineis vacuis relictis.* y) illi 4—6. z) et in ecclesia ductos *add.* 5. a) *formulae e codd.* 7. 8. 10. b) *deest* 7. 8. c) alioquin iuret *add.* 7. d) alioquin iuret *add.* 7. 8. e) *hoc glossema in codd.* 7. 8 *formulis subiungitur, in cod.* 5 *in marg. capiti* 224 *adscribitur.* Scito *om.* 5. f) *deest* 5. g) socio non danti adquiritur 5. h) r. 5. 7. 8. i) l. 5. 7. 8. k) secundum quosdam *add.* 5.

85) §. 6. I. heredum qualit. (II, 19.) 86) L. 1. C. si unus ex plur. (VIII, 32.) 87) Roth. 227. 88) Cfr. Ulp. fragm. I. §. 18. Pauli sent. rec. IV, 12, 1. Dositheei interpret. §. 10 (ed. Boecking). §. 4. Inst. donation. II, 7. L. 1. Cod. communi servo manum (VII, 7.)

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „si ipse qui amunt factus est mortuus fuerit, curtis regis illi succedat, nam non patronus aut heredes patroni“, datur intelligi, quod patronus aut heredes patroni illi succederent, si amon factus non esset; per quem solum intellectum heredes dicuntur illi succedere qui fulfreal tantum factus est, cum in alia lege non reperitur, quod heredes patroni illi qui fulfreal tantum factus est debeant succedere. — §. 2. Inpans fit ordine huiusmodi: scilicet quod rex ponens[l] denarios[89] in manu ipsius pueri vel viri et postea ipsius manus percutiens ita, quod denarii de manu super caput saliant, dicendo: „ammodo[90] hunc hominem liberum esse volo“.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu es eius servus et malo ordine subtrahis te de servitio suo. — Respondet: liber sum, quia tu dedisti me in manum Dominici et Dominicus dedit me in manum Pauli et Paulus in manum Alberti et Albertus dimisit me liberum in quadrivium. — Et hoc probet per scriptum aut per homines. Si dixerit: tu dedisti me in manum regis et rex dimisit me liberum, vel[m]: fecisti me fulfreald aut aldium, aut probet aut sit servus.

§. 4. Petre, te appellat Martinus, quod tu malo ordine tenes terram que est in tali loco ad partem publicam unde ipse est advocatus. — Respondet: ipsa terra mea est propria ex parte Dominici mei liberti. — Non debes ei succedere, quia fecisti eum extraneum, aut dedisti in manum regis. — Aut probet aut taceat.

225. Si libertus[a] qui fulfreal factus est filios dereliquerit legitimos, sint illi[b] heredes*; si[c] filias[d], habeant[e] legem suam; si[f] naturales, habeant et ipsi legem suam[c.g]. Et si casu faciente sine heredibus[h] mortuus fuerit, et antea iudicaverit[i] se vivo res suas proprias, id est andigaver[k] et aligaver[k] secundum legem Longobardorum, habeat cui donaverit. Nam quantum de rebus benefactoris sui per donum habuit, si non eas obligavit in libertate, ad ipsum patronum aut heredes eius revertantur[l]. Et si aliquid in gasindio ducis[m] aut privatorum hominum obsequio donum[n] et munus[n] conquisivit**, res[o] ad donatorem revertantur[o]; alias vero res, sicut dictum est, si heredes non reliquerit[p] aut se vivo non iudicaverit, patronus succedat sicut parenti suo.

* *et si filias reliquerit legitimas, sint illi heredes* per legem Liuprandi (1.) Si quis Longobardus. 7.8.

** *si lonechild datum non fuerit* per legem Liuprandi (72.) De donatione. 7.8 *et in marg.* 4.5.

Glossae: andigaver et aligaver] id[91] est in infirmitate et sanitate. 1.4.5.7.8. — *obligavit in libertate]* scil. dominus, id est colligavit infra libertatem. 5.8. — ita ut faceret quicquid voluerit libertus. 4.

Petre[q], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est, et michi vendidit Paulus tuus qui fuit libertus, et tu obligasti ei ipsam terram in libertatem. — Aut probet aut perdat terram.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse donavit Paulo, tuus qui fuit libertus, tanta mobilia quae valebant solidos 100, *et fuit mortuus sine heredibus, et non dedit ei lonechild. — De torto. — Si dixerit: ipse vel ego tibi feci widerdonem, probet. — Si dixerit: ipsa mobilia non valebant ultra solidos* 50, *probet qui appellat, quod valebant solidos* 100, *si non potuerit, ipse iuret.*

Glossa: Secundum quosdam est placitum. 7.8.

Expositio: In eo quod hec lex dicit: „sint illi heredes“, dicebant antiqui iudices, quod[r] rupta[r] esset istius[r*] lex retro posita quae est: „De eo qui de filio naturali“[92]; sed qualiter salvatur, retro dictum est. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „sint illi heredes“, dicebant antiqui iudices, hanc legem esse ruptam a Pipini capitulo: „Homo denarialis“[93] in hoc quod dicit: „non antea hereditare in sua agnatione, quam usque in tertiam generationem; homo cartularius similiter“. Sed ita salvatur: hec enim lex loquitur de successione, quam descendentes habent a suis ascendentibus[s], illud vero capitulum loquitur de successione quam a filio habet, et alii ascendentes[t] a suis descendentibus et de successione, que[u] habetur ab alio[u] veluti agnatorum. — §. 3. In hoc quod hec lex dicit, filium naturalem suam legem habere[v], a prima lege Liuprandi rumpitur, in qua filia tamquam filius in totum succedere precipitur. — §. 4. In hoc quod hec lex dicit: „res ad donatorem revertatur“ et non posuit differentiam, sive launechild esset inde factum, sive non, rupta est et affirmata a Liuprandi lege, que est: „De donatione que sine launechil“[94]: rupta, si launechil factum fuerit, affirmata, si launechil factum non fuerit. — §. 5. Si patronus in libertatem faciendo aliquid liberto dederit et illud in eadem libertate non obligaverit, mortuo liberto relictis heredibus, ad patronum non debet reverti; quando iuxta hanc legem reverteba tur, cum libertus absque heredibus erat.

226. Omnes[a] liberti, qui a dominis suis Longobardis libertatem meruerunt, legibus dominorum et benefactorum suorum vivere debeant[b], secundum qualiter a dominis suis propriis eis[c] concessum fuerit*.

* *id est, qualiter sint liberti: ut amon, ut in-*

l) potens *c.* m) et *c.*

Cap. 225. *e codd.* 1—8, *sed in cod.* 3 *verba tantum ab initio posita prima manu scripta sunt, reliqua capitis parte alia manu in margine suppleta.* a) homo *add.* 1.2.4—6. b) legitimi *add.* 2. c) et si naturales et filias habeant, legem suam consequantur 7.8. d) habuerit *add.* 1; legitimas habuerit *add.* 2. e) simili modo habeant 1.5.6. f) et si 5.6. g) sicut supra constitutum est *add.* 2. h) herede 1.4.7.8. i) quam moriatur *add.* 7.8. k) *sic* 2.5.6; *caeterum lectiones similiter variant ut in editione Bluhmii.* l) si libertus sine heredibus mortuus fuerit *add.* 7.8 *et in marg.* 4.5. m) iudicis 7.8. n) donum annuum 1; et munus *om.* 5. o) ad donatores revertatur 7.8. p) dereliquerit 7.8. q) *e codd.* 7.8.10. r) prorupta *cod.* r*) ex istius lege *cod.* s) descendentibus *cod.* t) descendentes *c.* u) quem habetur alium *cod.* v) iubet *add. cod.*

Cap. 226. *e codd.* 1—8. a) vero *add.* 1.4. b) debent 6—8. c) *deest* 7.8.

89) Rozière, recueil des formules LV—LXI. 90) Cfr. Festus sub voce *manumitti.* 91) Cfr. Ast. 3: *si quis in sanitatem aut egritudinem res suas ordinaverit.* 92) Roth. 157. 93) Pipin. 12. 94) Liutp. 72.

pans, ut fulfreal, ut aldius. 7. 8 *et simil. in marg.* 4. 5.

Glossae: De servis libertis factis, communibus inter Romanos et Longobardos non loquitur. 4. 7. 8. — De libertis libertatis a diversis dominis non loquitur. 6.

Expositio: Haec littera que est: „legibus dominorum suorum et benefactorum vivere debent" secundum Gualcosum[d] ita est exponendum: legibus, id est in conditionibus, quas ipse asserebat, per hoc quod dicit inferius: „secundum quod a dominis suis fuerit concessum", scilicet ut ille qui aldius factus fuerit ea condicione vivat quam suus patronus ei inposuerit, et de ceteris manumissionum rebus[e] fiat similiter. Sed Wilihelmus, quod melius est, eandem litteram sic exposuit, scilicet ut, si patronus Longobardus fuit, qui manumittitur Longobarda lege utatur; ita tamen condicio a domino ei inposita servetur ab eo. — §. 2. Si contigerit, quod aliquis lege Longobarda et Romana vivens mortuus fuerit et filium filiamque reliquerit, quomodo succedere debent? Affirmat Wilihelmus, per suum diligens arbitrium, filium successionis medietatem habere inantea iuxta Longobardam legem, que precipit filium succedere in totum[95], reliquam vero medietatem cum sorore equaliter divisurum iuxta legem Romanam, que utrosque ad successionem advocat: cum per alteram tantum eundum[f] esse affirmari non potest. Quod autem unus homo hac utraque lege vivat, sic[g] contingere potest: si duo fratres, unus clericus, alter laycus Longobardus communem servum manumiserint, manumissus ex parte patroni Longobardi lege Longobarda vivit iuxta hanc legem; ex parte vero clerici iuxta legem Romanam iuxta legem[96] primi libri Institutionum que est: „Libertini sunt, qui ex iusta servitute manumissi sunt". — §. 3. Si quis Longobardus defunctus fuerit, relicto Romano et Salicho et Longobardo filio uno vel pluribus, ei succedant equaliter. Quod ita contingere potest: si Salichus legitimum habens filium „pro[97] pretii participatione Romano se vendi passus fuerit" vel aliquo alio modo in servitutem eius devenerit, posteaque [filium[h] procreaverit et[h]] dominus eum manumiserit[i] utrumque Romanum factum[k], et[l] aliquo modo in Longobardi servitutem devenerit, ab[m] eo[m] rursus manumissus legitimum procreaverit filium, equaliter ei[n] defuncto debent succedere per legem: „Si libertus qui fulfreal factus"[98], in hoc quod dicit: „filios dereliquerit legitimos, sint illi heredes". Si autem aliter venerit, scilicet patre in libertatis statu permanente filii in Romani vel Salici servitutem[o] lapsi fuerint, nullo modo ei intestato debent succedere, testante Institutionum lege quae est: „Est autem capitis deminutio", ubi legitur: „et[99] ne quidem, si manumissus fuerit, recipit cognationem". — §. 4. Si quis vivens lege Romana vel Salicha atque Longobarda mortuus fuerit et matrem[p] ac fratrem sororemque reliquerit, queritur, quomodo ei succedere debeant? quia, si per legem Salicham iret, mater[1] in totum succederet; si per Longobardam, soror[2] in totum succederet; si per Romanam, equaliter[3] ad successionem accederent. Sed quia per litteram tantum ire non possumus, per bonum arbitrium ad successionem sic venire iudicamus, scilicet ut mater hereditatis defuncti tertiam partem recipiat, soror aliam tertiam, reliquam vero tertiam mater soror frater equaliter dividant, et sic frater hereditatis nonam tantum partem habuerit. Quod sic contingere potest: si tres sorores servum communem habuerint, quarum una Longobardum virum habuerit, secunda Salichum, tertia Romanum habuerit, et ipsae eum servum iuris sui manumiserint, cum mulieres ad legem illorum vivant, manumissus eorum legibus vivet, et filii qui ex eo nascentur; et si aliquis eorum, subaudi[q] filiorum[q], mortuus fuerit et reliquerit matrem sororemque et fratrem, de eius successione ita agatur, ut paulo ante determinavimus.

227a. *Si[a] quis aliquem alium de re mobili vel immobili pulsaverit, quod malo ordine possideat, et possessor negaverit, ita prospeximus: quodsi per* 30 *annos fuerit possessio, tunc ille qui possidet per sacramentum defendat se secundum qualitatem pecuniae.*

Glossa: Si quis] Coniectura stulticiae. 7. 8.

227. Si quis comparaverit terram id[a] est[a] solum ad aedificandum aut casam mancipiatam[b] et quinque[c] annis[c] inter presentes personas possederit, posteaque ipse venditor aut heredes eius pulsaverit[d], dicendo quod prestitisset[e], nam non vendidisset[f], ostendat[f] libellos[g] scriptos[g] ubi rogatus[h] fuisset[h] prestandi. Et si libellos[i] non habuerit[k], nichil aliud* faciat emptor, nisi prebeat sacramentum secundum qualitatem peccuniae, quod cum precio suo rem ipsam comparasset, nec alteri per legem debeat dimittere; tunc liceat eum[l] firmiter possidere quod sibi comparavit.

* *fiat, nisi testimonio eorum qui interfuerint ambe partes credant* per legem Liuprandi (8.) Si qualiscumque causa; *et si cartulam habuerit emptor, falset eam venditor aut taceat et penam in cartulam scriptam componat* per kap. Widonis (6.) De cartis. 7. 8; *similia in marg.* 4. 5.

Glossae: mancipatam] Hic[4] videri potest, quod res corporaliter traditur. 5. 7. 8. — id est levatam, id est tra-

d) Gualoosum *c.* e) generibus? f) eunde *cod.* g) sicut *cod.* h) filium procr. et *in cod. omissa supplenda videbantur; filius enim predictus, natus ante quam pater in servitium Romani pervenit, ipse Romanus non factus erat sed Salicus permanserat; quare patrem in Romani servitio degentem alterum filium procreavisse oportet, qui, simul cum patre a domino Romano manumissus, Romanus factus est.* i) manumiserunt *cod.* k) romanus factus *cod.* l) et *om. cod.* m) habeo *cod* n) eius *cod.* o) virtute *c.* p) mittere *c.* q) subaudis illorum *c.*

Cap. 227a. *Hoc glossemate in codd.* 7. 8. *capiti* 227 *praefixo capitis* 228 *glossis aucti initium paullulum mutatum continetur.*

Cap. 227. *e codd.* 1—8; *in cod.* 3. *prima manu omissum est.* a) vel 7. 8. b) *sic* 3 4; mancipatam *rell.* c) quinquennium 2; per quinque annos 5. 6. d) pulsaverint eum 7. 8. e) prestitissent 7. 8. f) vendidissent ostendant 7. 8. g) libellum scriptum 1. 2. 5. 6. h) rogati fuissent 7. 8. i) libellum 1. 2. 5. 6. k) habuerint 7. 8. l) ei 1. 5—8.

95) Roth. 153. Liutp. 1. 96) §. 3. I. libertinis (I, 5.) 97) Confr. § 3. I. iure person. (I, 3.) §. 1. I. capit. dem. (I, 16.) 98) Roth. 225. 99) §. 6. I. capit. demin. (I, 16.) 1) Lex Sal. emend. 62, 1. 2) Liutpr. 3. 3) Iul. nov. 109, 2. 4) Glossatores falsa lectione usi sunt: scriptum enim erat in ipso

ditam secundum vl. 4. — *et quinque annis]* obiit per legem Liuprandi (77.) De possessione secundum a. (asinos 8. quosdam 7.) 5.7.8. — *ostendat libellos]* appellator; per hoc fiunt duo libelli uno tenore. 4. — *faciat emptor]* quia fit, quando non negat, dum actor interrogetur a reo: quid sibi pertineat. 5.7.8.

Petre[m], *te appellat Martinus, quod terra, quam in tali loco possides et tenes, sua propria est. — Non*[n] *debet nec vult tibi respondere, quia te presente possedit per* 5 *annos. — Vere possedisti, sed malo ordine. — Non possedi malo ordine, quia tu michi vendidisti. — Non vendidi, sed locavi et prestiti. — Ostende igitur libellum, ubi rogatus fuisti prestare. — Nequeo. — Iurabo igitur secundum qualitatem peccuniae.*

Et hoc secundum val.[o]*; secundum a.*[p] *nichil valet*[q]*, sed ita:*

Petre, te appellat Martinus, quod terra, que in tali loco est, quam tu tenes, sua est. — Non debes adversus me agere, quia tu michi eam vendidisti. — Non vendidi, sed prestiti et locavi. — Ostende libellum, ubi rogatus fuisti prestare. — Et si non potuerit[r]*, iuret, ut lex precipit, a*[s] 5 *annis; et infra* 5 *annos, si non potuerit*[t] *libellum ostendere, absque sacramento*[u] *remanet suo loco possessio*[v] [5].

Et fiat, ut dixi, si actio est in rem; si vero locati et prestiti actio esse debet, ita fiat:

Petre, te appellat Iohannes[w]*, quod locavit tibi talem terram et prestitit, et finita locatione vult, ut eam relinquas. — Non michi prestitit, sed vendidit. — Ostende igitur libellum, ubi rogatus a te fuit prestare. — Faciat. — Sin autem: ego iurabo, si voluerit, quod ipse michi vendidit, ut lex precipit*[x].

Glossa: ad primam form.] secundum quosdam asellos. 7.8.

Expositio: In eo quod hec lex dicit: „ostendat libellum scriptum ubi rogatus fuisset prestandi" datur intelligi, aliquem terram, quam libellario nomine tenet, non debere contendere esse sibi propriam adversus eum qui dederat ei tantum libellario nomine. Sin autem libellum negans appellaverit falsum, quia de colludio est contentio, pugnam inde facere potest[6]. Sin autem eam terram ignorans esse[y] propriam per libellum accepit, nichil ei officit, dicente Codicis capitulo: „Qui rem propriam conduxit alienam esse existimans, nichil sui iuris detrahit"[7]. — §. 2. In eo quod hec lex emptorem iurare precipit, a Liuprandi lege „Si qualiscumque causa inter conlibertos"[8], in qua eorum testimonio qui affuerint credi oportere precipitur, rumpitur.

228. Si quis alium[a] de re mobili aut immobili pulsaverit, dicendo quod malo ordine possideat, et possessor negaverit, ita prospeximus*: quodsi[b] per annos quinque fuerit possessio, tunc ille qui possedit[c] aut per sacramentum debeat[d] negare aut per pugnam[e] defendere si potuerit[b].

* *Si per* 30 *annos fuerit possessio, tunc ille qui possidet per sacramentum negando se defendat. Si altercatio fuerit de casa familia vel terra sive de aliis rebus controversia fuerit, tunc ille qui possidet per* 30 *annos per sacramentum se defendere debet si potuerit* per legem Grimoaldi (4.) Si quis per 30 annos. 7.8.10.

Glossae: Si quis] Vacua[f] pene tota[g] secundum a.[h] 4.5.7.8. — *malo ordine]* hoc est furtim secundum Romanam legem secundum quosdam. 7.8. — *possideat]* Actio nudae possessionis[i]. 4.5.7.8. — *Quodsi per annos quinque]* scilicet expletos secundum vl. 4. — scil. in facie eius qui pulsat. 4. — Obiit per legem Astulfi (9.) Si quis Longobardus secundum a. 5.7.8.

Rotharis[k] *precipit, ut, si quis appellatus fuerit ab aliquo, quod teneret sibi aliquam rem, et possessor dixerit: „non tibi respondeo, quia possedi per quinque annos in facie tua", et ipse: „vere possedisti, sed malo ordine", et negaverit hoc ipse, et possessio eius rei per* 5 *annos fuerit, tunc a quinque annis defendat se de malo ordine perpetue aut per sacramentum aut per pugnam. Sed Grimoaldus precipit*[9]*, ut a* 30 *annis non fatigetur per pugnam, sed tantum per sacramentum se deffendat. At Astulphus voluit*[10]*, ut, postquam possederit* 30 *annis, de*[l] *ipso malo ordine nec pugna nec sacramentum sit*[l]*, sed tantum approbet, si dubitatio fuerit, suam possessionem* 30 *annorum esse, et possideat inantea. Et ante quinque annos dicat actor, quod sibi res pertineat, ut legitur in Romana*[m] *lege*[m].

Et hoc secundum va.[n]*; secundum dem.*[o] *haec lex rupta est, nec placitum fit inde.*

Vel[p] *ita fit actio*[q]*:*

Petre, te appellat Martinus, — tamen prius reus inquisitus per aeditam actionem, si voluerit dicere titulum suae possessionis; sin autem dixerit, se nolle, dic: — quod terra, quae in tali loco est, sua est, et tu eam possides malo ordine. — Et si reus negaverit, defendat se a quinque annis aut per sacramentum secundum qualitatem peccuniae, aut per bellum, si potuerit.

Et hoc perpetue secundum hunc: et per alios reges sit, ut superius diximus.

Si vero pro recuperanda vel restituenda seu adipiscenda possessione debet esse actio, ita fiat:

m) *e codd.* 5.7.8.10. n) ℟ Non 5. o) *sic* 5; valentes 7.8.10. p) *sic* 5; amentes 7.8.10. q) haec lex *add.* 10. r) testibus deficientibus *add.* 10. s) reus a 10. t) iurare aut *add.* 10. u) rei *add.* 10. v) si non potuerit actor iurare, se non vendidisse deficiente rei probatione *add.* 10. w) M. 10. x) Sin autem non sunt 5 anni, actor iuret ut supra *add.* 10. y) ē *cod.*

Cap. 228. *e codd.* 1—8.10; *prima autem manu omissum est in cod.* 3. a) aliquem 2; aliquem alium 7.10. b) quodsi...pot. *om.* 10. c) possidet 1.7.8. d) debet 1.7.8. e) se *add.* 1.7.8. f) V̶. *codd.* g) *sic* 4; totum 5.7.8. h) *sic* 4; asellos *rell.* i) et non proprietatis *add.* 10. k) *hunc de praescriptione annorum tractatum cum formulis sequentibus coniunctum exhibent codd.* 5.7.8.10. l) de malo ordine replicatio nulla sit 5. m) r. l. *codd. omnes.* n) *sic* 5; valentes 7.8; quosdam valentes 10. o) *sic* 5; dementes *rell.* p) sed 5. q) *deest* 5.

edicto *casam mancipiatam*, id est casam cum mancipiis in ipsa habitantibus. 5) Cfr. §. 4. I. interd. (IV, 15): *si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet suo loco possessio.* 6) Cfr. Otto I. 1. 7) L. 20. C. locato cond. (IV, 65), quo tamen loco pro *nichil sui iuris detrahit* legitur: *dominium non transfert sed inefficacem conductionis contractum facit.* Confr. Expos. §. 3 ad Ott. I, 1. 8) Liutp. 8. 9) Grim. 4. 10) Ast. 9.

Petre, te appellat Iohannes[r], *quod tu malo ordine possides quandam terram, quae in tali loco est, quam ipse possidere deberet. — Si vero negaverit tenens, et iam possederit per 5 annos, faciat, ut legitur in lege, si potuerit.*

Et aliquando hoc, secundum titulum scilicet possessionis: nam si bonus est titulus, poterit saepe ante quinque annos similiter respondere, sepe non; si vero malus sit, antea et post, ut dixi superius, fiat.

Sed ut alii dicunt, aliter est, dum est litigium de nuda possessione, ut is qui tenet vincat possessionem. Asserunt, quinquennium sibi esse presidium, si possederit per quinque annos in facie eius, qui pulsat eum malo ordine possidere, si nec vi nec clam nec precario ab adversario possidet: et si negat, se malo ordine possidere, fretus eo presidio neget per sacramentum, aut per pugnam se defendat, si potuerit, id est si morbus et infirmitas vel etas[11] *vel conditio*[12] *eum pugnare non*[s] *prohibuerit. — Dum vero fit actio in rem, saepe ea excludatur pro possessione 30 annorum*[t].

Glossae: Rotharis precipit] Coniectura stulticiae et aliquantulum sapientiae. 7.8. — *possedi per quinque annos]* Quinquennium non est exeptio, set est placiti discretio. 7.8.10.

Expositio: In eo quod hec lex dicit: „quodsi per annos quinque fuerit possessio, tunc ille qui possidet aut per sacramentum debet negare aut per pugnam se defendere si potuerit" in parte rupta est, in parte affirmata a Grimoaldi lege que est: „Si quis per 30 annos possederit casam terram familiam"[13]. Rupta in hoc, quod ipsa Grimoaldi lex post triginta annorum curricula pugnam fieri prohibet, affirmata per intellectum eiusdem legis; quia in hoc quod ipsa lex dicit „post triginta annorum curricula pugna non perveniat" dat intelligi, quod post[u] quinque annos ad annos 30 fieri potest. — §. 2. Erant quidam qui dicebant, possessionem quinque annorum non valere possessori, cum unius anni tantum possessor eodem modo per pugnam se defendebat aut per sacramentum, si actor suam probare non potuerit, quemadmodum possessor quinque annorum. Sed male dicebant, quia 5 annorum possessor, licet a non domino emisset, tamen si de malo ordine se defendere potuerit, rem non ammittet, etiamsi actor suam probare esse possit: sed si appellatus 5 annorum possessionem non habuerit, et actor suam rem esse probare potuerit, habebit; si probare non potuerit, et appellatus aliquo modo suam esse dixerit, aut probet aut taceat, id est perdat.

229. Si quis rem alienam, id est servum aut ancillam seu alias[a] res mobiles[a], sciens[b] rem alienam esse non suam[b], ubicumque transvendiderit, et inventum aut probatum fuerit*, in actogild eam[c] restituat. Et si per ignorantiam vendiderit, tunc prebeat sacramentum**, quod credens suum vendidisset, et reddat caput cum nutrimine suo quale sit***.

* *servum vero aut ancillas, si foris provinciam vendidit, in quadruplum* per legem Liup. (48.) Si quis servum alienum; *caeteras quidem res ubique et servos vel ancillas intra provinciam venditos.* 7.8 *et simil. in marg.* 4. ** *singulus* 7.8 *et in marg.* 1.4. *** *id est nutrimen ancillae et bestiarum.* 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu te sciente vendidisti unum suum caballum, qui valebat solidos 100. — De torto. — Si dixerit, quod vendidit per ignorantiam, iuret.*

Expositio: Haec lex in hoc quod dicit: „in octogild eam restituat" a Liuprandi lege rumpitur „Si quis servum alienum foras provinciam vendiderit"[14], quae in quadruplum iubet componere[e]... ut in secundo Institutionum libro legitur in lege quae est „Iure civili constitutum fuerat": „qui alienam rem vendiderit vel ex alia causa tradiderit, furtum committit"[15], et in Codicis 9. libri capitulo quod est: „Si quis extra urbem vel comitatum furtive servum vel liberum vendiderit, mori precipitur[16]".

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Paulum servum sciens non tuum vendidisti.

230. Si quis comparaverit mancipium, et postea leprosum aut demoniosum[a] apparuerit, tunc venditor, si pulsatus fuerit, prebeat sacramentum singulus*, quod[b] in conscientia ipsius de ipsa infirmitate non fuisset, quando eum[c] vendidit, et amplius non calumpnietur[b].**.

* *cum suis sacramentalibus secundum quantitatem causae* secundum asinos per legem istius (*Roth.* 359.) Si qualiscumque. 7.8. ** *Similiter sit de caeteris animalibus venditis* per intellectum[d]. 1.7.8 *et in marg.* 4.5.

Expositio: Si quis equum aut quodlibet animal infirmum aut vitiosum esse sciens nescienti vendiderit, usu legis istius exemplo emendare compellatur. — §. 2. Hec lex et superior[17] in eo, quod solum hominem iurare precipiunt, ab istius lege que est: „Si qualiscumque causa"[18] rumpitur. Sed ab Ugone ita salvantur, quia in hoc quod ipsa lex dicit: „et sacramentum dandum fuerit", potest videri, quod ipsa lex respexit solummodo ad ipsas leges, in quibus sacramentum erat dandum; sed in his legibus erat datum[19]. Ad has igitur leges non respexit.

r) M. 10. s) non *om.* 5 *et pr. man.* 10. t) Similiter et haec *add.* 10. u) post *om. c.*

Cap. 229. *e codd.* 1—8. a) aliam rem mobilem 5.6. b) sciens alienas esse non suas 7.8. c) eas 7.8. d) *e codd.* 7.8.10. e) *hoc loco verba nonnulla excidisse puto, ita fere supplenda:* affirmatur vero a lege Romana, que eum qui rem alienam vendidit tamquam pro furto iubet componere.

Cap. 230. *e codd.* 1—8. a) daemoniacum 2.5.6. b) quod conscientia illius non fuisset de ipsa infirmitate et amplius qui vendidit non calumnietur 1. c) id 7.8. d) usum et exemplum huius legis 5; secundum vl. *add.* 4. r. brutorum *add.* 7.

11) Otto I. 9. 12) Otto I. 8. 13) Grim. 4. 14) Liutp. 48. 15) §. 3. I. usucapion. (II, 6.) 16) Verba citata nusquam in Codice reperire potui; forte tamen L. 7. C. ad leg. Faviam de plagiar. (IX, 20.) expositionis auctor spectavit. 17) Roth. 229. 18) Roth. 359. 19) Cfr. expos. §. 2 ad Roth. 265.

231. Si quis* comparaverit ancillam, et postea venerit alter[a] homo, qui eam suam dicat esse, revertantur pariter ad auctorem. Tunc auctor, si vendicare non potuerit, prebeat sacramentum, quod conscius[b] non sit fraudi nec ullum colludium[c] fecisset: reddat[d] precium tantum, quantum in die illa quando eam tradidit accepit; et ancilla ipsa proprio domino restituatur**. Et si ancilla ipsa[e] post[f] emptorem filios fecerit[f], tunc ille qui eam prius vendidit et vendicare non potuerit, qualiter[g] sint[g], filios ipsius per[h] suum dispendium[h] recomparet[i] et proprio domino retradat[k], quatenus filii matrem sequantur. Et si auctor mortuus fuerit sine heredibus legitimis, et facultas ipsius auctoris ad curtem regis ceciderit, nulla sit repeticio: sic tamen, ut det sacramentum, quod de ipso[l] comparasset, cuius res ad curtem regis ciciderunt***.

* *sine carta* per legem Liuprandi (115.) Si quis commutaverit; nam unde cartula fit, debet esse, ut legitur in ea. 7.8 *et simil. in marg.* 4.5. ** *Et si ausus non fuerit iurare de colludio, in duplum precium componere debet* per exemplum legis Liuprandi (131.) Si quis fraudulenter. 7.8 *et simil. in marg.* 4.5. *** *Similiter fit de ceteris rebus* per[m] intellectum[m]. 7.8 *et in marg.* 4.5.

Glossa: Haec lex non loquitur de re furtiva secundum vl. 4.

Petre[n], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine Mariam[o] suam ancillam.

Ita fit appellatio secundum a.[p]; sed ita esse[q] debet[q]:

Petre, te appellat Iohannes, quod haec sua est ancilla, et tu eam sibi contendis, facta prius actione ad exhibendum. — Non[r] debes adversus me placitare, quia[r] ego comparavi ipsam ancillam de Martino. — Da wadiam de auctore. — Vendidisti tu michi ipsam ancillam? — Non feci. — Aut probet, quod sibi vendidit, aut bellum adardiat de terciata, aut perdat ipsam ancillam. — Si dixerit: ego tibi vendidi, et[s] tibi volo stare in auctorem[s], det wadiam, quod stet in auctoritatem. — Quid tibi pertinet? — Ipsa fuit nata de mea ancilla, et mater michi pertinuit de parte mei patris; et quid ego? quid meus pater? quid istam Mariam? quid matrem eius? quid iste cui vendidi[t]? per 30 annos habemus possessam. — Sed haec responsio inutilis est, debet enim ita esse: nolo nec debeo tibi respondere, quia inter me et patrem meum et hunc cui vendidi per 30 annos possessam habemus. — Tamen secundum quosdam: potes probare tuam possessionem? — Non possum. — Et tu, potes probare, quod infra istos 30 annos investitus fuisses? — Non possum. — Iura tuam possessionem. — Sed secundum valentes non fit probatio, nec hinc, nec hinc; sed tenens, si dubitatio emerserit de possessione, iuret solus. — Si dixerit: non possum stare tibi in auctoritatem, iuret et faciat, sicut lex commendat.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine Mariam suam ancillam; — vel[u] ita: quod haec sua est ancilla[u]. — Non debes michi repetere, nec agere adversus me, quia ego comparavi de Iohanne, qui est mortuus sine heredibus et cuius facultas ad cortem regis cecidit. — Et ita iuret. Si dixerit: mea propria est per cartulam, fiat sicut legitur in cartula.

Glossae: da wadiam de auctore] Nam[v] si actio in rem fuerit et possidens auctorem habuerit, non exercetur ea actio contra tenentem sed pocius contra auctorem. Et secundum veteres fit hoc, quos hic sequitur; quia[w] Longobardus semper dat auctorem et numquam stat loco auctoris, at Romanus semper stat loco auctoris et numquam auctorem dat. 5.7.8.10. — *aut bellum adardiat]* per kapitulum Karoli Si[20] auctor. 5.7.8. — *debet enim ita esse]* per coniectura stulticiae. 7.8 *et textui inserta* 10.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu malo ordine Albergam ancillam suam detines.

§. 2. Si venditor se de colludio purgare non potuerit, usu Liuprandi legis que est „Si quis fraudulenter tulerit ancillam alienam“[21] in duplum eam componere cogitur. — §. 3. Ancilla ex qua cartula facta fuerit non iuxta hanc legem, sed iuxta cartule penam componenda est. — §. 4. Legis huius de ancilla exemplo, quicquid venditur, venditore absque heredibus mortuo, non debet inde fieri repetitio.

232. Si quis* caballum emerit et auctorem ignoraverit, et venerit certus[a] homo, qui[b] ipsum caballum suum dicat esse**, tunc ille qui emit, sicut[c] diximus si[d] auctorem non habuerit nec[e] scit[e] de quo comparasset, prebeat sacramentum, quia[f] nec fur sit nec collega furis, nisi simpliciter cum precio suo comparasset***, et insuper addat in ipso sacramento, ut si quoquo tempore auctorem invenerit non negaret[g]. Tunc post prestitum sacramentum reddat caballum, et sit sibi contemptus[h]. Ille autem qui se proprium dominum dicit esse[i] sub tali titulo eum tollat, ut, si cognitum fuerit quod malo ordine vendicasset et alter[k] certus auctor venerit qui[l] suum fecerit, ipse caballus sibi nonus[l] reddatur****.

* *non in mercato* per legem Liuprandi (78.) De homine illo. 7.8 *et in marg.* 4.5. ** *cum tali sacramento, si res furtiva erit: quod ipse caballus suus proprius est, nec eum vendidit aut donavit, ut per legem perdere debeat, sed furtive ei abstractus est* per usum, veluti[m] actoris probantis rem suam esse[m]. 7.8 *et in marg.* 4; *similiter*

Cap. 231. *e codd.* 1—8. a) alius 1; certus *add.* 2. b) consciens 1.8; consentiens 7. c) cum ipso qui pulsat *add.* 1. d) tunc r. 1; et reddat 5—8. e) postquam empta fuerit *add.* 7.8. f) filios apud e. fec. 7.8; apud e. f. f. 5.6. g) *desunt* 1; qualiter sit 2. h) de suo dispendio 7.8; de suo proprio pretio 1. i) comparet 2.5.6. k) reddat 1.2.5.6. l) illo 5.6. m) secundum vl. 4. n) *e codd.* 5.7.8.10. o) D. 5. p) asinos 7.8; quosdam 10. q) *desunt* 5. r) Non.....quia *om.* 5. s) et tuus ero auctor 5. t) vendidit 7.8. u) vel...ancilla *om.* 5. v) *in codd.* 7.10 *haec glossa textui inserta est, ac quidem post verbum* auctore. w) quia *rell. om.* 5.

Cap. 232. *e codd.* 1—8. a) tertius 1.2.5. b) quod 7.8. c) et sicut 7.8. d) si *om.* 2.5—8. e) et nescit 2; nec sit 1.5.6. f) quod 6—8. g) neget 2.5.6; negabit 1.7.8. h) contentus de pretio 1. i) ipsius caballi *add.* 5.6. k) proprius et *add.* 7.8. l) quod suum fecerit ipsum caballum, sibi nonum ei 7.8. m) veluti.....esse *om.* 4.

20) Karol. M. 130. 21) Liutpr. 131.

in marg. 5. *** *si*[22] *caballus sit* 6 *solidorum aut infra; tunc enim per bellum lis agitur, si ultra* 6 *solidos fuerit, si actor furti agere voluerit* per kapitulum Ottonis(6.) De furto. 7. 8.

**** *Similiter de omnibus aliis rebus precipimus: ita enim addunt stulti; sed nichil addendum est, nam de solo caballo per exellentiam dictum est illud superius dictum* per intellectum legis Romanae. *Cum homo vult interciare caballum, vendicat cum misso comitis et cum tribus hominibus liberis* per usum tractum tamen a Salica[23] lege. 7. 8.

Glossae: nec scit de quo] per[24] usum bona (B. 7. 8.) per kapituli Pippini (42.) intellectum: Ut nullus comparet. 5. 7. 8. — *et alter certus auctor]* Hic est quem emptor vocabat auctorem. 5. 7. 8. — *sibi nonum ei reddatur]* Similiter de omnibus aliis rebus praecipimus. 4. — Similiter de aliis omnibus rebus secundum val.; alii pro excellentia de solo equo. 5.

Petre[n]*, te appellat Martinus, quod ipse interciavit tibi unum suum caballum. — De torto. — Si dixerit: interciasti, sed venditum habeo aut donatum:*

Petre, te appellat Martinus, quod tu te sciente vendidisti unum suum caballum, qui valebat solidos 20; *— aut si dixerit: res litigiosa fuit, non potuisti alienare — reddat caput, ita ut legitur in Romana lege*[25].

Petre, te appellat Martinus, quod ipse interciavit tibi unum suum caballum. — Interciasti michi ipsum caballum, sed furatus est michi. — Iuret, quod non suae voluntatis nec consentiens fuisset, quod furatus est. — Si dixerit: interciasti michi unum caballum, et ecce caballus. — Quod tibi pertinet? — De meo iumento natus fuit.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse interciavit tibi unum suum caballum. — Interciasti michi ipsum caballum, et ecce caballus. — Quod tibi pertinet? — Ego comparavi simpliciter cum meo proprio precio. — Iuret, sicut lex commendat.

Petre, te appellat Martinus, quod tu interciasti sibi unum suum caballum, et ipse dixit, quod comparavit eum, et non cognoscebat auctorem; et iuravit, quod nec fur erat nec collega furis, nisi simpliciter comparavit cum precio suo, et si tempore quoque auctorem invenerit, non negaret; et tu tulisti in tali ordine, ut, si cognitum fuisset, quod malo ordine vendicasset, quod componeres sibi nonum. Modo habet inventum auctorem, et vult ut stes ad rationem cum auctore suo, ut convenisti. — Non fuit unquam istud placitum inter me et se. — Probet qui appellat, quod placitum fuit. Si dixerit: placitum fuit, sed caballus est mortuus, — iuret, quod sit mortuus. Si dixerit: venditum aut donatum aut comutatum habeo ipsum caballum — iuret. Si dixerit: ecce caballus, — interroga auctorem: quod sibi pertinebat, quando vendidit; si dixerit: quod suus proprius erat et de suo iumento natus fuit, — iuret cum suis sacramentalibus; et ipse sibi nonum reddat.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse interciavit tibi unum suum caballum, qui valebat solidos 100. *— Interciasti tu michi ipsum caballum, ecce caballus. — Quid tibi pertinet? — Ego comparavi de Dominico de tali loco. — Iuret, quod ad certum warentem eum conducat. — Vendidisti tu michi ipsum caballum? — Non feci. — Vis ei ardire? — Volo. — Et tu, vis te defendere? — Volo. — Wadiate pugnam. — Si dixerit: vendidi et volo stare in auctoritatem, det vadia, quod stet in auctoritatem; et ipse det vadia de contradictore*[o]*, et reddat precium et recipiat caballum. — Qui tibi pertinuit iste caballus ad vendendum? — Ego comparavi de Donato. — Da vadia de auctore. — Et tibi, quid pertinet? - Ego comparavi de Paulo. — Non vadat super tercium warentem. Aut iuret secundum usum, quod nec fur sit nec collega furonis, aut emendet sibi nonum.*

Petre, te appellat Martinus, quod ipse interciavit tibi unum suum caballum, qui valebat libras 5. *— Ego comparavi ipsum caballum de Martino de Roma. — Aut ducat warentem infra tercium comitatum, aut perdat caballum, et faciat supradictum sacramentum.*

Sed tota haec altercatio paene nichil valet: debet enim esse ut legitur in Romana lege.

Glossae ad form.: ad formulae primae initium] Actio concepti. Per usum tractum a Romana lege, cum expositum sit, ubi legitur: Concep̄.[26] 7. 8. — *ad formulae secundae verba: Interciasti michi]* per k. secundum quosdam: „Si[27] res". 2. 3.

Expositio: Lex hec dicit, emptorem debere iurare, se nec furem nec furis collegam: sed ex hoc partim rumpitur ab Octonis capitulo: „De[28] furto aut scacho", quia inde precipitur, pugnam fieri, si pretium ultra 6 solidos fuerit et litigantibus placuerit. — §. 2. Rumpitur etiam a lege Liuprandi: „De[28*] homine illo": qui[p] mercatum ab emptore ignorante emit[p] et testibus caruit, caballum pro furto componat. Sed ab Ugone ita salvatur: scilicet quod intelligendum est, quod hec lex non loquatur de caballo in mercato empto. — §. 3. Quamquam hec lex de caballo specialiter precipiat, eius tamen[q] exemplo ceteris de rebus datur intelligi. — §. 4. Si caballi venditor veniens suum probare nequiverit, tantum emendet, quantum emptori interesset, si caballum non amisisset, scilicet quanti caballus erat pretii; in[r] hoc inde potest intelligi in Codicis octavi libri capitulo, quod est: „Non[29] dubitatur, etsi specialiter venditor evictionem non promiserit, re evicta ex empto competere actiones". — §. 5. Mos est, ut qui caballum interciat iuret, caballum suum proprium, neque ulla

n) *e codd.* 7. 8. 10. o) *sic prim. man.* 10; contraditore 7. 8 *et corr.* 10. p) *locus corruptus, quem ita intelligas:* quia qui in mercato ab auctore quem ignorat emit. q) tantum *cod.* r) *forte* et *corr.*

22) Hanc glossam in codd. 7. 8 post verba *nec scit de quo comparasset* falso insertam, vere verbis *cum precio suo comparasset* esse subiungendam iam supra in praefatione exposui. 23) Cfr. L. Sal. emend. 39: *ille qui per vestigium sequitur res suas per tertiam manum debet adhramire.* Cfr. etiam ibid. 49. 24) Cfr. Expos. §. 2 ad Liutpr. 78. 25) Cfr. L. 4. C. litig. (VIII, 37.) 26) §. 4. I. oblig. ex del. (IV, 1.) 27) Karol. M. 129. 28) Otto I. 6. 28*) Liutp. 78. 29) L. 6. C. eviction. (VIII, 45.)

alienatione, qua eum carere debeat, esse alienatum.

§. 6. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod suum caballum tibi intertiavit. — Si appellatus intertiatum fuisse confitebitur, sed caballum mortuum esse dixerit, iuret, non sua mortuum esse negligentia. Sin autem caballum intertiatum se vendidisse dixerit, si cum misso potestatis intertiatus fuerit, quia res litigiosa erat, diffinitur iuxta Codicis octavi[s] libri legem, que est: „Censemus[30], ut si quis lite pendente": in quo legitur, si quis sciens rem litigiosam vel aliquo contractu susceperit, rem et pretium compellendus est ammittere, eo scilicet modo, ut alienator rei non solum pretium hoc non retineat, sed etiam eiusdem quantitatis aliud fisci iuribus inferat; sin autem nesciens emerit, vacuata alienatione pretium tertia sui parte recipiat augmentatum. — Vel si appellatus de iumento suo natum esse dixerit, testibus hoc probet[t]; sin autem hoc facere nequiverit, actor suum approbet esse. Quodsi non potuerit approbare, appellatus, de suo iumento esse natum, cum suis sacramentalibus iuret. Sin autem se emisse et venditorem ignorare dixerit, iuxta hanc legem iuret, et actor eo tenore, quo hac lege iubetur, accipiat.

§. 7. Notandum est, quod hic usus — scilicet ille qui caballum intertiat, iurare debet, quod ipse caballus suus proprius est, nec eum vendidit vel donavit, ut[u] iusta lege perdere debeat, sed furtive[v] ei abstractus fuerit — est contra legem positam in quarto Institutionum libro, quod est: „Sequitur, ut dispiciamus de interdictis", quia illic[31] legitur: „commodum[w] autem possidendi[w] in eo est, quod etiamsi eius res non sit, qui possidet, si modo actor non potuerit probare suam esse, remanet suo loco possessio". Et usus, qui contra hanc legem est, non teneri debet, nam Pipinus dicit: „placuit[32] nobis, ut nulla consuetudo superponatur legi".

233. Servo cuiuscumque non liceat sine permissu domini sui neque[a] terram, neque mancipium[b], neque qualemcumque rem vendere aut liberum[c] dimittere. Si[d] quis[e] de servo comparaverit, et[f] pretium perdat et quod de servo emit proprio domino restituat.

Glossae: *sine permissu domini]* Per hoc exemplum similiter fit de filiofamilias, quia ex contractu filiorumfamilias vel servorum non tenetur dominus vel pater. 4. 5. 7. 8. — *vendere]* Similiter est de donationibus secundum vl. 4.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine talem rem. — Ipsa res, quam tu dicis, mea propria est: ecce carta, quam fecit michi Marcoardus. — Non potuit tibi facere, quod ipse est meus servus. — Probet.

Expositio: Hec lex a Liuprandi lege quae est „Si[33] quis cum servo vel aldione" roboratur, in qua legitur: „et reddat ipsam rem qui suscepit absque pretio domino eius". — §. 2. Hec lex servum vel aliquam rem vendere vel libertare prohibet: idem[h] intelligendum est de donatione vel aliqua alia causa alienationis, et etiam in supradicta lege quae est: „Si[34] quis res suas alii thingare", quia ibi legitur: „quatenus qui thingat et qui gisel fuerit liberi sint, ut nulla in posterum oriatur intentio".

§. 3. Hanc[h] legem predicta Liuprandi lex[33] affirmat in hoc quod ibi legitur: „reddat ipsam rem qui eam suscepit absque pretio domino eius".

234. Servus massarius licentiam habeat, de peculio suo, id[a] est[a] bove[b] vacca caballo[b], simul[c] et de minuto peculio in[d] socio dare[d] et in socio recipere; vendere autem nonnisi quod pro utilitate casae ipsius est, quatenus casa proficiat et non depereat.

Glossae: *Servus mass.]* obiit per kapitulum Karoli (25.) Ut nec colonus. 4—8. — *in socio dare]* prescriptis verbis actio stricto iure. 4. — *vendere]* Similiter de aliis contractibus sit secundum vl. 4.

Petre[e], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine unum bovem. — Ipse bos meus est, nam emi a Marcoardo. — Non potuit tibi vendere, quia meus servus est. — Ipse dedit michi propter utilitatem casae.

Expositio: Hanc legem predicta Liuprandi lex[33] corroborat, quia in hoc quod ibi legitur: „et probatum fuerit, quod res suas naufragasset", dat intelligi, quod pro utilitate case vendere potest.

235. Non liceat aldio cuiuscumque, qui amund[a] factus non est, sine[b] voluntate patroni sui[b] terram aut mancipia vendere[b], neque[c] liberum dimittere.

Glossa: Per hanc legem videtur quod amund est ut ingenuus et potest vendere donare et libertare secundum vl. 4.

Petre[d], te appellat Martinus, quod tu es suus servus, et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Liber sum, ecce carta, qua libertavit me Marcoardus. — Contra legem est ipsa carta, quod ipse erat meus aldius.

236. Si quis homo liber terminum antiquum exterminaverit[a], et probatum fuerit, sit culpabilis solidos octoginta, medietatem regi et medietatem ei[b] cuius finis[b] terminus fuerit.

Glossa: *terminum antiquum]* id est inter duos dominos positum secundum vl.; aliter annalem saltim secundum a. 4.

s) noni *cod.* t) probus *cod.* u) aut *c.* v) furtum *c.* w) ammodum aut possidendum *c.*

Cap. 233. *e codd.* 1—8; *in codd.* 7. 8. *itemque in editione Muratoriana et a Neapolitani commentarii auctore hoc caput bipertitum exhibetur.* a) *deest* 7. 8. b) servum neque ancillam 1. c) aliquem *add.* 4. 7. 8. d) *hic novum incipit cap. in codd.* 7. 8. e) sciens *add.* 1. f) et *om.* 2. 5. 6. g) *e codd.* 7. 8. 10. h) inde *c.* i) *haec tertia expositionis paragraphus secundae capituli parti inde a verbis* Si quis de servo *subnexa est.*

Cap. 234. *e codd.* 1. 3—8. *In cod.* 2 *duo folia exciderunt cum capitibus* 234—260. a) id est *om.* 7. 8. b) boves vaccas caballum 7. 8; bovem et vaccam cab. 1. c) *deest* 1. 7. 8. d) insociare 7. 8. e) *e codd.* 7. 8. 10.

Cap. 235. *e codd.* 1. 3—8. a) amon 7. 8. b) sine..... sui *post* vendere *ponit* 5. c) sed neque aliquem 7. 8. d) *e codd.* 7. 8. 10.

Cap. 236. *e codd.* 1. 3—8. a) effoderit 1. b) *deest* 1.

30) L. 4. C. litigiosis (VIII, 37.) 31) §. 4. I. interdictis (IV, 15.) 32) Pipin. 35. 33) Liutp. 86. 34) Roth. 172.

Petre[c], *te appellat Martinus, quod tu aut Marcoardus tuus servus exterminavit unum suum terminum antiquum.*

237. Si servus alienus terminum antiquum exterminaverit[a], mortis incurrat periculum, aut[b] solidis 40 redimatur[a].

238. Si quis homo liber arborem[a], ubi teclatura[b] inter fines decernendos[c] signata[d] est[d], inciderit[a] aut deleverit, octoginta[e] solidos sit culpabilis[e], medietatem regi et medietatem cuius[f] arbor fuerit; et si servus per[g] iussionem[g] domini sui fecerit, dominus componat ut supra solidos octoginta.

Glossa: teclatura] incisurae signum. 4.

Petre[i], *te appellat Martinus, quod tu aut Marcoardus tuus servus succidisti unam suam arborem signatum*[k] *in silva sua.*

239. Si[a] servus[a] sua auctoritate arborem ubi teclatura facta est inter fines decernendas inciderit[b], aut moriatur aut redimat[c] se[d] cum[e] solidis 40*.

* *dominus.* 7.8.

240. Si quis propter intentionem signa nova, id est teclaturam aut sinaidam[a], in silvam[b] fecerit et suam non approbaverit, componat solidos 40, medietatem regi et medietatem cuius silva fuerit.

Glossa: et suam non] et si suam approbaverit, nichil componat secundum vl., quia hic est legalis invasio. 4.

Petre[c], *te appellat Martinus, quod tu aut Marcoardus tuus servus fecisti in silva sua signum novum aut signaidam.*

241. Si[a] servus extra iussionem domini sui teclaturam[b] aut sinaidam in silva alterius fecerit[b], manus eius incidatur; et si cum iussione domini sui fecerit, domini[c] reputetur culpa[c] ut supra[d].

242. Si quis sine iussione regis aurum figuraverit[a] aut monetam confinxerit[b], manus eius incidatur.

Glossa: Actio falsi criminalis. 5.7.8.

Petre[c], *te appellat Martinus, advocatus de parte publica, quod tu figurasti aurum aut confinxisti monetam sine iussione regis.*

243. Si quis cartulam falsam scripserit aut quamlibet[a] membranam[a], manus eius incidatur.

Petre[b], *te appellat Martinus advocatus de parte publica, quod tu scripsisti cartulam falsam aut quamlibet membranam.*

Expositio: Hec lex in hoc quod dicit: „manus eius incidatur" a Liuprandi lege quae est „De[36] scribis hoc prospeximus", „et quod de carta falsa scriptum est in anteriore edicto, sic permaneat" confirmatur.

244. Si quis per murum de castro aut civitate sine notitia iudicis sui exierit foras aut intraverit, si liber est, sit culpabilis in curte regis solidos 20. Si autem[a] aldius aut servus fuerit, sit culpabilis solidos 10 in curte regis. Et si furtum fecerit, sicut[b] in hoc edicto legitur[37] penam furti componat.

Petre[c], *te appellat Martinus advocatus de parte publica, quod tu existi, aut introisti infra castrum de Tusculano supra*[d] *murum*[d] *sine noticia iudicis tui.*

245. Si quis debitorem habet[a], appellet eum semel bis[b] et usque tertium[c], et[d] si debitum non reddiderit aut non composuerit, tunc debeat[e] eum[e] pignerare in his rebus, in[f] quibus pignerare licitum est.

Glossae: Si quis] Et hoc videat, ne plus petat[38] quam ei debeatur, quia statim causa cadit et plus et minus perdat, quod observatur in plerisque. 5.7.8. — *debitorem]* scil. debitum confitentem. 4. — *appellet]* id est vadat ad debitorem cum tribus testibus vel[g] mittens 3 testes legatos debitorem ammoneat[g], ut debitum reddat; et hoc faciat usque ad 3 dies[h] de die in diem: et hoc quidem per usum. Aliter: vel ita ut legitur in Salicha lege[39]. 4.5.7.8. — id est ammoneat de prestito reddendo non cum vadia obligato presentibus duobus vel tribus liberis per legem Rachis (1.) Si quis amodo. 4. — *aut non composuerit]* scilicet de maleficio secundum a. Propter launechil hoc dicit secundum vl., ut iuret quod compositum sit ob donationem, vel est ut aliud pro alio solvat secundum vl. 4.

Petre[i], *te appellat Martinus, quod tu debes ei* 100 *solidos dare.*

Et si debitor vel fideiussor sub vadiis quis fuerit, non debet ita pignerare, nisi homines ut testes interfuerunt.

Expositio: In hac lege „debitor" accipitur tam de maleficio quam de contractu, quod videri

c) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 237. *e codd.* 1.3—8. a) effoderit, aut moriatur, aut redimat eum dominus suus cum 40 solidis 1. b) aut sol. 40 red. *om.* 7.8.

Cap. 238. *e codd.* 1.3—8. a) arborem signatam, ubi teclatura inter fines terminandos inciderit 1. b) facta est *add.* 6. c) determinandas 6—8. d) et est signata 6. e) cop. sol. 80 1. f) finis *add.* 1.7.8. g) cum iussione 1. h) eius *add.* 1. i) *e codd.* 7.8.10. k) signatam *rec. man.* 7.

Cap. 239. *e codd.* 1.3—8. a) Si quis autem 5; Si quis servus 1.7.8. b) aut deleverit *addit* 5.6. c) liberet 5.6. d) eum dominus eius 1. e) cum *om.* 1.7.8.

Cap. 240. *e codd.* 1.3—8. a) signaidam 1. b) alterius *addit* 5.6. c) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 241. *e codd.* 1.3—8. a) vero *add.* 5. b) hoc malum ammiserit 5. c) reputetur culpa domino suo 5.6. d) medietatem regi et medietatem cuius silva fuerit *add.* 1.

Cap. 242. *e codd.* 1.3—8. a) signaverit 1. b) fecerit 1; confixerit 5.6. c) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 243. *e codd.* 1.3—8. a) quemlibet membranum 1; quodlibet membranum 6.7. b) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 244. *e codd.* 1.3—8. a) *deest* 5.7.8. b) secundum hoc quod 1. c) *e codd.* 7.8.10. d) *desunt* 7.8.

Cap. 245. *e codd.* 1.3—8. a) habeat 8; habens 7. b) et bis 5—8. c) ad tertium 5; in tertium 6—8. d) et *om.* 1.5—8 e) debet, *om.* eum, 7.8. f) *deest* 5.6. g) ammonentibus illum 4. h) vel 7 *add.* 5. i) *e codd.* 7.8.10.

36) Liutpr. 90. 37) Cfr. Roth. 253 sqq. 38) Cfr. §. 33. I. action. (IV, 6.) 39) Cfr. L. Sal. emend. 54.

potest per legem sequentem, que sic exponitur: „et si debitum non reddiderit“ quantum ad contractum, „aut non composuerit“ quantum ad maleficium. [nonuñerit[k] contractum quantum ad ipsa[k].]

246. Si quis alium pro quolibet debito aut causa pignerare presumpserit, antequam tercio[a] eum[a] pulsaverit, pignus quod ante contestationem[b] tulerit sibi[c] nonum reformet[d] in[e] potestate domini[e].*.

* *excepto, si debitor sit pro vadiis* per legem Liuprandi (15.) Quicumque homo. 7.8 *et simil. in marg.* 5.

Glossae: aut causa] pro gafante dixit. 4. — *tercio]* Pro maleficiis debitor vel fideiussor non pignoratur nisi semel secundum vl.; secundum a. aliter est. 4.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum in tanto mobili, quod valebat solidos 10, *antequam eum tercia vice contestatus es.*

247. Nulli liceat alium pro alio[a] pignerare[b], excepto illo qui gafans[c] esse invenitur, id est coheres parens proximior, qui illi ad hereditatem, si casus evenerit, venturus est[d].

Glossa: pignerare] Hoc pignus, si[e] esset de quo ista lex loquitur[e], numquam trasactum[f] erit[f], quia lex Liuprandi[40], que facit pignus trasactare[g], non precipit nisi pignere debitoris et[h] fideiussoris. 5.7.8.

Petre[i], te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum in tanto de suo mobili, quod valebat solidos 5.

Expositio: Pignus, de quo hec lex loquitur, trasactari non debet, quia lex Liuprandi[40] non precipit nisi de pignore debitoris aut fideiussoris.

248. Si quis per errorem alium pro alio pigneraverit in servo aut ancilla, ita decernimus, ut, postquam cognovit, quod male pigneraverit[a], mox ipsum pignus relaxet. Et si pulsatus fuerit a domino servi[b], tunc prebeat sacramentum, quia per errorem fecit, nam[c] non asto[d], sed[e] credidit, debitorem suum pignerasse, et[f] tunc sit indennis. Nam si plagas aut feritas fecerit in ipsum pignus, componat sicut in hoc edicto legitur. Et si sacramentum dare non[g] presumpserit[g], quod per errorem pignerasset[h], reddat ipsum pignus in actogild[i].*.

* *Similiter de caeteris rebus per errorem pigneratis* per intellectum huius legis. 7.8 *et simil. in marg.* 4.5.

Glossa: tunc prebeat sacram.] scil. solus. Quando manifestatur unde agitur et exceptio fit, solo sacramento iuratur; quod fit quando est exeptio secundum vl., secundum a. aliter est. 4.

Petre[k], te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum in uno suo servo aut in una sua ancilla malo ordine.

Expositio: Quod hec lex de pignorare loquitur in servo et in ancilla, in ceteris est intelligendum pignoribus.

249. Si quis greges[a] aequarum seu porcorum sine iussione regis pigneris nomine abstulerit[a], ille prior aut moriatur aut componat solidos 900, medietatem regi et medietatem cui pignus abstulerit[b]: et qui cum eo fuerint, si tamen[c] liberi sunt, unusquisque[d] 80 solidos componat, medietatem regi et medietatem quem[e] pigneraverit[e], ut supra[d]. Et si servi dominum suum secuti fuerint, in compositione domini[f] computentur[g]: culpam enim dominus fecit, nam non servus, qui dominum suum[h] secutus est*.

* *Si vero servi dominum non sunt secuti, poenam sustineant quam liberi* per[i] intellectum conversionis[i]. 7.8 *et simil. in marg.* 4.5.

Glossae: greges] Grex dicitur decem capita et a decem inantea[41], quod vero infra fuerint, capitum nomine continetur[k]. 4.5.7.8. — *ille prior]* quod similiter fit, si est solus per argumentum a minori ad maius. 5.7.8.

Petre[l], te appellat Martinus, quod tu tulisti sibi sine iussione regis in nomine pigneris unum suum gregem de iumentis aut de porcis.

Petre, te appellat Martinus, quod Paulus tulit in nomine pigneris unum suum gregem de porcis, et tu fuisti cum ipso, aut Dominicus tuus servus.

Expositio: Hec lex in hoc quod dicit: „ille prior aut moriatur aut componat solidos 900“, et inferius dicit: „et qui cum eo fuerint, si liberi sunt, unusquisque componat solidos 80“[m], et non posuit differentiam, sive hec adunatio fieret obligatione vel sacramento vel dextera, partim rupta est a duobus Lotharii capitulis[42] quae sunt „Volumus de obligationibus“ et cetera et „De conspirationibus quicumque facere presumpserit“; quia, si hec adunatio facta esset obligatione, ille qui erit in capite in exilium in Corsica mittetur et sequaces bannum solummodo componant, et si non habeat componere, 60[n] ictus[n] unusquisque componat, si vero fuerit sacramento vel dextra, sequaces et ille qui in capite fuerit secundum Lotharii capitulum quod est „De conspirationibus“ iudicabuntur. Sed ita salvatur: scilicet, quod hec adunatio, unde hec lex est locuta, non erat facta obligatione nec sacramento nec dextera. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „et si servi fuerint secuti[o] dominum suum, hoc in compositione domini sui computetur“, dat intelligere,

k) *verborum corruptorum sensus inextricabilis mihi visus est.*

Cap. 246. *e codd.* 1.3—8. a) eum tertio 1.5.6. b) constitutum 6. c) illud sibi 1. d) reddat 1.5.6; resolvat 7.8. e) in pot. dom. *om.* 1; sui *add.* 4—6. f) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 247. *e codd.* 1.3—8. a) pro quolibet debito *add.* 5.7.8 *et secunda manu* 4; per quodl. deb. *add.* 6. b) pro quolibet debito *add.* 1. c) gafantes 1; gaifand 3. d) esset 1.7.8. e) si.....loquitur *om.* 5. f) transactabitur 5. g) transactare 5.8. h) aut 5. i) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 248. *e codd.* 1.3—8. a) pignerasset 7.8. b) vel ancillae *addit* 5. c) nam *om.* 7.8. d) astu animi 1. e) et 7.8. f) Si hoc iuraverit, *loco* et, 1. g) contempserit 1. h) hoc fecisset 1. i) id est sibi nonum *add.* 1. k) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 249. *e codd.* 1.3—8. a) equarum vel porcorum greges pigneraverit sine iussione regis 1. b) fuerit 1. c) *deest* 7.8. d) comp. unusquisque ut supra 1, *quo respicitur fortasse ad legem Roth.* 19. e) cui pignus abstulerit 7.8. f) sui *add.* 1.5.6. g) hoc computetur 7.8. h) *deest* 7.8. i) per i. conv. *om.* 4.5. k) secundum usum *add.* 4. l) *e codd.* 7.8.10. m) XX *c.* n) iuxtus *cod.* o) non *add. c.*

40) Liutpr. 107. 41) Cfr. glossas ad Liutp. 108. 42) Loth. 4.67.

eandem penam pro servis dominum non[p] secutis dari debere, que pro liberis est danda.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu equarum aut porcorum gregem ei pignoris nomine abstulisti et huius rei caput fuisti, aut Petrus huius rei caput fuit et tu sequax fuisti.

250. Si quis* caballos[a] domitos[a] aut boves seu[b] vaccas[b] iugo domitas[c] pigneraverit sine iussione regis, sibi nonum reddat.

* *nisi permissum sibi fuerit* per legem Liuprandi (108.) Si quis permissum habuerit. 7. 8 *et in marg.* 4. 5.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum in uno suo caballo aut bove sine iussione regis malo ordine.*

Expositio: Hec lex Liuprandi lege: „Si[43] quis permissum habuerit" partim corrumpitur, in hoc quod ibi lex creditori[e] debitorem ac fideiussorem in equo domito, sicut concessum fuerit, pignorare permittit. Sed ita salvatur, scilicet quod intelligenda est hec lex, ut non loquatur de concessis.

251. Si homo liber qui debitor est alias res non habuerit, nisi caballos[a] domitos[a] aut boves iunctorios[b] seu vaccas, tunc ille qui debitum requirit vadat ad sculdahis[c] et intimet causam suam[d], quia debitor ipsius alias res non habet nisi quae supra leguntur. Tunc sculdais tollat boves aut caballos ipsius et ponat[e] post creditorem, dum usque ei iusticiam faciat[f]; et si sculdahis[g] dilataverit facere, sit culpabilis in[h] palatio regis[h] solidos 12*, et iustitia[i] facta[i] pignus restituatur.

* *medietatem reclamanti et medietatem suo iudici* per legem Liuprandi (25.) Si quis causam habuerit. 7. 8 *et in marg.* 4.

Glossae: Creditor potest debitorem vel fideiussorem pro mutuo pignorare tercio, et in 30 diebus transactantur. 4. — *qui debitor]* scil. ex contractibus sine vadiis, ubi fuit creditum secundum vl., secundum a. de omnibus. 4. — *Tunc sculdais]* obiit per kapitulum Lotharii (76.) Similiter concedere volumus. 4. 7.

Petre[k] *sculdasci, Martinus te appellat, qui est advocatus de parte publica, quod unus homo reclamavit se ad te de uno suo debitore, qui non habebat nisi caballum domitum, et tu dilatasti tollere caballum debitoris, et mittere apud creditorem usque dum ei iusticiam faceret.*

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „tunc sculdascius tollat boves aut caballos ipsius et ponat apud creditorem, dum usque ei iustitiam fecerit", affirmata est a capitulo Lotharii quod est „Similiter[44] concedere volumus", quia in hoc quod dicit: „ut nullus iudex publicus aut ministri publici eas contra legem (subaudis istam) audeat pignerare in bobus", dat intelligere, quod secundum legem istam valeat in omnibus pignerare, tunc scilicet, quando debitor alias res non habuerit nisi caballos domitos aut boves domitos et cetera. — §. 2. Predictum capitulum[44] hanc legem sculdaem pro omni ministro publico posuisse insinuat, quia in hoc quod dicit: „ut nullus iudex aut minister publicus eos contra legem (subaudis istam) audeat pignerare in omnibus", dat intelligi, quod iudices aut ministri publici eos pignerare valent cum hac lege; sed[l] hac lege pignerare non valeret, nisi lex ista sculdasium pro omni ministro publico poneret. Quod[m] hec lex dicit nisi quod sculdasciis locuta esset[m]. — §. 3. In hoc quod hec lex dicit: „sit culpabilis solidos 12" partim rupta est a lege Liuprandi quae est „Si[45] quis causam habuerit", in hoc quod ibi legitur: „ut sculdahis componat solidos 12, medietatem iudici et medietatem cuius causa est".

252. Nulli liceat pro quolibet debito casam ordinatam tributariam loco pigneris tollere, nisi servos, ancillas[a], vaccas, peccora[b], ita ut ipsum pignus quod tulerit per suam custodiam salvum faciat[c] usque ad prefinitum tempus[46], sicut subter[d] adnexum[d] est: id est inter eas personas, quae[e] intra centum milia intra[f] se[f] habitant, dies[g] 20. Et si infra istos 20 dies quis[h] pignus suum, iusticiam[i] faciens et debitum reddens[i], non liberaverit, et post transactos[k] 20 dies contigerit, ex ipso pignere mancipium aut quodlibet pecculium mori aut homicidium aut dannum facere aut alibi transmigrare, tunc debitor in suum[l] dannum[l] reputet, qui pignera sua liberare neglexit. Nam si intra[m] istos 20 dies servus aut ancilla mortui[n] fuerint[n], aut pecculium perierit, aut* homicidium aut dannum fecerit[o], ipse qui pigneraverit**, in suo[p] dampno[p] reputet et proprio domino satisfaciat***. Et si super 100 milia inter se creditor et debitor habitaverint, tunc usque ad[q] 40[q] dierum spacium[r] pena[s] suprascripta custodiatur[s].

* *pecus*[47]. 7. 8. ** *nisi dominus liberare ne-*

p) non *om. c.*

Cap. 250. *e codd.* 1. 3—8. a) caballum domitum 1. 5. 6. b) s. vaccam 1; *desunt* 5. 6. c) domitam alterius 1. d) *e codd.* 7. 8. 10. e) conditor *c.*

Cap. 251. *e codd.* 1. 3—8. a) caballum domitum 5. 6. b) iugo domitos 5. 6; domitos seu vaccas iunctorias 1. c) sculdasium 5. 6; sculdaem 7. 8; qui in loco ordinatus est *add.* 7. 8; qui in loco illo est *add.* 1. d) et dicat *add.* 1. e) eos *addunt* 5. 6. f) fecerit 7. 8. g) hoc *add.* 7. 8. h) regi 7. 8. i) post iustitiam factam 7. 8. k) *e codd.* 7. 8. 10. l) sub *c.* m) *verba corrupta ita forsan emendanda:* Quidam dicunt, quod hec lex nonnisi de sculdasciis locuta esset.

Cap. 252. *e codd.* 1. 3—8. a) aut ancillam 7. 8; aut ancillas 1. 5. 6. b) pecoras 4. c) *in cod.* 4 *reliqua huius capitis pars omnino omissa est; item in cod.* 3 *inde a verbis* id est inter *capitulum recent. man. in marg. suppletur.* d) abnexum, *om.* subter, 7. 8. e) hominum qui 5. 6. f) *desunt* 5. 6. g) ad dies 5. 6. h) debitor 5. 6; illud *add.* 7. 8. i) iustitiam.....reddens *om.* 5. 6. k) predictos *addit* 1. l) suo damno 1. m) infra 7. 8. n) mortuus (mortua 1) fuerit 1. 5. 6. o) factum fuerit 5. 6. p) suum dannum 7. 8. q) sexaginta, *om.* ad, 1. r) spatia 5. 6. s) penam istam consequantur 1.

43) Liutpr. 108. 44) Loth. 76. 45) Liutp. 25. 46) id est usque dum debitor creditori iustitiam faciat; cfr. Roth. 251. 47) Discernit glossator pauperiem per pecus pignoratum datam a damno per servum ancillamve facto, respecto scilicet capite Karoli Magni 26, quo de damno a servis tantum facto agitur.

glexerit. 7. 8. *** *Si vero servus vel ancilla infra istos 20 dies vel post dannum aliquod fecerint, debitor illorum dominus pro illis respondeat, si non liberare neglexerit; si* 5 *vero neglexerit, emendet creditor* per kapitulum Karoli (26.) Ut nemini secundum quosdam. 7. 8.

Glossae: dies 20] Iste terminus de 20 et 40 diebus non fuit positus propter pignera transactare, sed ideo, utrum debitor an creditor debet componere dampnum, 10 quod peculium fecisset. 5. 7. 8. — *proprio domino satisfaciat]* id est iuret. 5.

Expositio: Hec littera quae est: „Nulli liceat casam ordinatam tributariam loco pignoris tollere" sic est intelligenda, veluti, si alicuius de-15 bitor aliquam casam suam ad fictum dederit, creditor eius non presumat, domus eius fictum loco pignoris auferre; vel ita, ut nullus creditor domum, quam debitor ad fictum tenet, ab eo loco pignoris auferret. — §. 2. Iste terminus viginti dierum et 20 40 non fuit positus propter pignorum trasactionem, sed ideo est positus, ut decernatur, si post transactos 20 dies et 40 vel infra contigerit, ex ipso pignore mancipium aut quodlibet peculium mori, aut homicidium aut dampnum fieri, cui[t] 25 ipsum dampnum computetur, an creditori an debitori. Moderno vero tempore, si per 30 aut 60[u] dies creditor pignus redimere neglexerit, iuxta Liuprandi legem trasactabitur, que est: „Si quis fideiussorem aut debitorem suum pigneraverit"[48]. — 30 §. 3. In eo quod hec lex[v] creditorem pro servo, quem pro pignore habeat, dampnum quod infra 20 dies fecerit emendare precipit, a Caroli capitulo rumpitur, quod est „Nemini liceat servum suum dimittere"[49], in hoc quod dicit: „sed iuxta quali-35 tatem dampni dominus pro illo respondeat". Sed ita salvatur, quia in hoc quod predictum capitulum dicit: „Nemini liceat servum suum propter dampnum ab illo cuilibet illatum dimittere", hoc quidem[w] de tali servo loquitur, qui causa[x] compo-40 sitionis[x] mali, quod servus fecerat, a domino dimittebatur: sed[y] pro servo, de quo[y] hec lex loquitur, nichil dominus debet componere, immo illi qui servos loco pignoris habent. Vel aliter salvatur: in hoc quod dictum capitulum dicit: „sed iuxta 45 qualitatem dampni dominus pro illo servo respondeat" videre possumus, quod de tali servo loquitur, pro quo dominus responsurus erat; sed hic servus, de quo hec lex loquitur, erat talis, pro quo alius respondere iubetur. Vel aliter: in hoc 50 quod predictum capitulum dicit: „vel eum in compositionem vel ad penam petitori offerat" notari potest, quod loquitur de eo quem dominus suus poterat tradere in compositionem vel ad penam offerre; sed hunc servum de quo hec lex loquitur, 55 non poterat dominus tradere in compositionem vel ad penam offerre, quia non erat in eius potestate, immo in potestate illius qui eum loco pignoris habebat. — §. 4. Quod in hac lege scriptum est: „Si intra istos 20 dies servus aut ancilla mortui fuerint aut peculium perierit aut pecus homicidium aut dampnum fecerit, ille qui pignoravit in suum dampnum reputet", dicunt quidam a Liuprandi lege ruptum esse que est „Si quis permissum habuerit a debitore aut fideiussore"[50], eo quod ibi legitur: „et si mortua fuerint, non requirantur". Sed male dicunt, quia ipsa lex Liuprandi loquitur tantum de bubus et caballis domitis, hec vero de indomitis. Quod hec lex de indomitis loquatur, hac ratione videri potest, quia, si de domitis loqueretur, iam rupta esset superior lex que est „Si quis caballos domitos"[51], que non permittit caballos seu boves domitos pignerare. — §. 5. Item quod hec lex: „ipse qui pigneravit in suum dampnum reputet", dicitur hec lex rupta esse a Rotharis lege quae est „Si quadrupes in homine aut in peculio"[52] in hoc quod dicit: „ipse componat dampnum cuius fuerit quadrupes"; sed per hanc legem dampnum, quod erat factum infra 20 dies ab ipso pignore, non componebatur ab eo cuius erat quadrupes, immo ab eo qui pignoratum[z] habebat. Sed male dicebant, quia, si hec lex ab illa rumperetur, iam dici posset, quod hec lex: „Si quis canes alienos clamaverit aut incitaverit"[53] que ibidem posita est, in hoc quod dicit: „non reputetur illi culpa cuius canes sunt, sed illi qui eos incitaverit", quod ab eadem lege rupta esset. Et si hec et illa ab ipsa lege essent rupte, similiter potest dici, quod ipsa que est „Si quadrupes in homine"[52] rumpitur ab illa que est: „Si quis prestitum aut conductum caballum"[54], in hoc quod dicit: „et, dum in ipso beneficio aut conductura fecerit dampnum, non requiratur proprio domino". Sed neutram illarum ruptam esse intelligendum est, quia hec lex quae est „Si quadrupes"[52] non loquitur de quadrupedibus pignoratis vel conductis sive incitatis sive prestitis. — §. 6. In hoc quod hec lex dicit: „et post transactos 20 dies contigerit ex ipso pignore mancipium aut quodlibet peculium mori, aut homicidium aut dampnum facere aut alibi transmigrare, tunc debitor in suum dampnum reputet qui pignera sua liberare neglexit", partim rupta est a Liuprandi lege quae est „Si quis servum aut ancillam loco pigneris"[55], in hoc quod ibi legitur: „et furtum aut homicidium aut quodlibet dampnum fecerit, non reputetur culpa ad proprium dominum, nisi ei qui eum tenuit". Sed ita salvari potest: intelligendum est, quod ipsa lex loquitur secundum determinationem istius legis, scilicet, ut infra 20 dies non reputetur culpa proprio domino; sed post transactos 20 dies culpa ei reputabitur, ut hec lex dicit.

253. Si quis liber homo furtum fecerit et in ipso furto tentus fuerit, sit[a] fegangi[56]: et[b] usque ad

t) cum *cod.* u) XL *cod.* v) dicit *add. cod.* w) quod *c.* x) causam cōponis *cod.* y) sed pro de servo quod *c.* z) purgatum *cod.*
60 *Cap.* 253. *e codd.* 1. 3—8. a) *sic* 1. 7. 8; id est 4—6. b) et *om.* 4—6.

48) Liutp. 107. 49) Karol. M. 26. 50) Liutp. 108. 51) Roth. 250. 52) Roth. 325. 53) Roth. 322. 54) Roth. 327. 55) Liutp. 109. 56) *sit fegangi* recte codicum nostrorum 1. 7. 8 et codicis Vercellensis a Bluhmio adhibiti auctoritate legendum mihi videtur, ut corrupta sit reliquorum codicum lectio *id est fegangi.* Non enim ipse fur ideo quia in furto tentus est dicitur *fegangi*, sed pro

10 siliquas furtum ipsum sibi nonum reddat, et componat pro tali culpa solidos octoginta aut animae suae incurrat periculum*.

* *Furtum ipsum sibi nonum reddat, et pro tali probata culpa aut oculum perdat aut nasus curtetur aut animae suae iucurrat periculum nichil componens: et pro culpa sit ut supra, si non habet solidos octoginta* per kapitulum Karoli (84.) Si quis latro et per kapitulum Karoli (44.) De latrone. 7.8.

Glossae: fegangi] culpabilis. 4. — *et usque ad 10 sil.]* Obiit per legem Liuprandi (150.) Si quis porcos secundum quosdam. 4.5.7.8. — *sibi nonum reddat]* Obiit per legem istius (*Roth.* 291.) Si quis sogas de bobus secundum a.; secundum vl. non. 4.

Expositio: In eo quod hec lex et inferius posita[57] latronem liberum solidos 80, servum vero 40 conponere aut mori precipit, nec differentiam, sive primum vel secundum seu tertium sit furtum, ponit, partim corrumpitur a duobus capitulis Caroli[58] quae sunt „De latronibus ita precipimus“ et cetera, „Si quis latro de uno furto“ et cetera, in quibus latro pro primo furto oculum, pro secundo nasum, non mori, sed perdere precipitur. Item in eo quod he due leges quae sunt „Si quis homo liber et servus“ furtum sibi nonum componi precipiunt, sive latro inde moriatur sive non, partim corrumpuntur a Caroli capitulo quod est „Si[59] quis latro“, in hoc quod dicit: „de tertio vero furto, unde mori debet, mors illius furta illa excludat“. Si quis hanc tantum ruptam de servo esse assereret, hoc confirmando propterea quod in predicto[59] capitulo legitur: „ut dominus servi illius secundum legem cui furta facta sunt persolvere deberet“, permale assereret, quia predictum capitulum de quolibet latrone generaliter incipit, et, licet in servo se specialiter finiret, aliud idem intelligi voluit de libero. — §. 2. Item lex quae est „Si quis liber homo furtum fecerit“ eodem dicto ab alio Caroli capitulo rumpitur quod est „De[60] illis hominibus“, quia ibi legitur: „primum omnium de illis causis pro quibus iudicatus fuerit ad mortem, nullus potest facere repetitionem.“ — §. 3. Quam plures iudices, capitulum Caroli quod est „De[61] latronibus ita precipimus“ generale esse affirmantes, iuxta illud capitulum dicebant, quod quislibet latro — sive supra furtum hominis Longobardi sive cuiuslibet nationis captus fuerit sive non, sive illud furtum sit usque ad 10 siliquas sive non, sive 80 solidos habuerit (si liber, aut si fuerit servus, 40) sive non — pro primo furto oculum perdat, pro secundo eius nasus capelletur, pro tertio moriatur, cum predictum capitulum horum secundum eos indifferenter precipiat. Sed Ugo, eorum sententiam debilitans, omnimodo asserit, predictum capitulum solummodo loqui de latrone super furtum hominis Longobardi capto et quando furtum est usque ad 10 siliquas: quia in hoc quod predictum capitulum dicit: „non moriatur“ evidenter patet, quod has leges respexit, que latronem mori non precipiebant, nisi supra 5 furtum hominis Longobardi captum et quando furtum est usque ad 10 siliquas. Item in hoc quod dicebant, predictum capitulum indifferenter latronem precipere pro primo furto oculum perdere, pro secundo nasum, pro tertio mori, sive ipse 10 habeat 80, si liber est, sive 40, si servus est, sive[c] non, eorum sententiae[c] depravate sunt: quia in hoc quod predictum capitulum dicit: „ut latro pro primo furto non moriatur sed oculum perdat“, de ipso tantum latrone locutum est, qui per has leges 15 mori iussus erat; et per has leges alius non erat iussus mori, nisi 80 vel 40, si servus fuerit, non haberet; et cum predictum capitulum alium perdere non precipiebat, nisi qui per has leges mori iussus erat, intelligendum est, quod, quemadmodum 20 iuxta has leges a morte liberatus erat, si 80 solidos vel 40 haberet, ita iuxta predictum capitulum ab oculi amissione, nasi capellatione[d] seu occisione, si 80 vel 40 haberet. Ad quod supradicti[e] iudices respondebant: etiamsi ostensum esset[f], quod 25 predictum capitulum de illo latrone tantum loqueretur, de quo he leges loquuntur, tamen iuxta illud Caroli capitulum quod est „Si quis[59] latro de uno furto“ intelligendum est, universaliter quemlibet latronem pro primo furto oculum perdere, pro 30 secundo nasum, pro tertio mori ut supra diximus. — Ad quos Ugo: male dicitis; quia in hoc quod predictum capitulum affirmat: „De[61] latronibus ita precipimus observandum“, videri potest, quod de aliis latronibus non loqueretur, nisi de ipsis tan- 35 tum, ex quibus „De latronibus ita precipimus“ est locutum. Cui iudices sic opponunt: supradictum capitulum, si de aliis latronibus non loqueretur, nisi de quibus „Ita[61] precipimus“ secundum te est locutum, iam superfluum esset. Sed Ugo super- 40 fluum non esse ostendit; quia licet: „Si quis latro“ id quod „De latronibus“ dixit affirmet, tamen non est superfluum, quia inde repetit, ut aliud addat. Et quod aliud addat, videri potest in hoc quod dicit: „ut dominus servi illius secundum legem cui 45 furta facta sunt solvere debeat“, et in hoc quod dicit: „mors illius furta excludat“; et idem intelligere voluit, cum generaliter incipit inde[g] de libero[g] et servo. Iudices quoque, quod proposuerunt volentes affirmare, contra Ugonem sic argumentantur: 50 tu dicis, quod hoc capitulum „Si quis latro“ et illud quod est „De latronibus ita precipimus“ de latronibus supra furtum hominis Longobardi captis tantum loquitur. Sed male dicis; generaliter enim eam loqui[h] de quolibet latrone oportet, quod vi- 55

c) sive honerum sententiam *cod.* d) *ita correxi;* abati amisite nam si capellationem *cod.* e) supradices *cod.* f) eorum *c.* g) inde liberos *c.* h) loquitur *cod.*

puniendo ipso furto manifesto fur *fegangi* fit, id est in illius vindictam (faidam) incidit, cui furtim res abstulit, quam tamen vindictam ex hac lege reus avertere potest 80 solidos solvendo. *Fegangi* enim vere dicitur persona vel res alienae potestati obnoxia, sicut optime intelligitur e cautione data die 10. m. Iunii anni 796, in qua de re pignori data constituitur: *si per dies tregesta liberare neglexerimus de quod vos detenuaeretes, tunc fegangas in vestras maneat potestatem, faciendum quod voluaeretes* 60 (Fumagalli, cod. diplom. Ambros. pag. 96). Cfr. etiam Roth. 291. 373. Liutp. 146. 57) Roth. 254. 58) Kar. M. 44. 84. 59) Karol. M. 84. 60) Karol. M. 45. 61) Karol. M. 44.

deri potest per eiusdem Caroli capitulum, quod est „De[62] vindicta et iudicio in latronibus facto, ut[i] testimonio[i] episcoporum absque peccato comites facere possunt", de omni latronum vindicta dictum esse intelligendum[k]; quia que ratio esset, quod episcopi tantum testificarentur, comites posse dare vindictam absque peccato in latronibus supra furtum hominis Longobardi captis, et non in aliis? Nulla scilicet. — Contra quos Ugo: vera ratio esset, quod episcopi testificarentur, comites posse dare vindictam absque peccato tam in aliis quam supra furtum hominis Longobardi captis; sed tamen[l] episcopi non poterant testificari, comites[l] posse dare vindictam absque peccato in aliis, nisi in illis de quibus scriptum est in legibus; et de aliis non erat scriptum in legibus nisi de captis supra furta Longobardi hominis, ut superius ostendi. — Licet Ugo illorum iudicum sententiam visus[m] sit[m] depravasse, Guilihelmus tamen eorum sententiam asseritur laudare, aut specialiter dominus[n] Wilihelmus[n] utraque supradicta capitula „De latronibus", „Si quis latro" generaliter[o] confirmet[o].

254. Si servus furtum fecerit et temptus fuerit in ipso furto, usque ad decem siliquas sibi nonum reddat, excepto componat[a] pro culpa solidos 40 aut occidatur[b]. *

* *Ipsum furtum sibi nonum reddatur.* 7. 8.

Glossae: Si servus] vel aldius. 4. — i.e. aldius et servus, quod videtur in Liuprandi (146.) Si quis servus aut aldius. 7.8. — *Si servus furtum fec.]* Querendum est, cui? 5.7.8.

255. Si quis per proditorem, id est per certum indicatorem, furtum invenerit, sibi nonum qui furtum fecit ei[a] restituat[b].

256. Si servus dum in fuga est furtum[a] aut dannum alii fecerit[a] * et in ipsa fuga foras provintiam migraverit *1 et non redierit, tunc dominus servi medietatem pro[b] ipsa re[b] quam furatus fuit aut dannum si[c] fecit[c] restituat *2. Nam si regressus fuerit *3 in potestatem domini sui, tunc de quanto tulit caput tantum dominus eius in integrum reddat, cessante in hoc capitulo poena furti eo[d] quod in fuga fuit *4.

* *preter homicidium* per legem Liuprandi (21.) Si servus. 7.8 *et in marg.* 4.5. *1 *nam si se intra provinciam dilataverit, componat furtum ut supra*[63] *dictum est* per legem Liuprandi (11.) Si servus. 7.8. *2 *si antea appellatus fuerit, quam servus redeat* per intellectum quorundam[e] a.[e] 7.8 *et in marg.* 5. *3 *ante appellationem* secundum quosdam. 7.8. *4 *Exepto si hoc malum fecerit, unde 900 solidi dari debeant: tunc enim, si regressus est, persona eius tradatur ad occidendum, et 60 solidos dominus pro culpa componat. Si vero regressus non fuerit antequam dominus appellatur, medietas compositionis 900 solidorum componatur a domino* per legem Grimoaldi (3.) Si servus. 7.8.

Glossa: eo quod in fuga fuit] per legem Grimoaldi Si servus (3.) additur. 5.

Petre[f], te appellat Martinus, quod Dominicus tuus servus, dum erat in fuga, tulit sibi furtive unum suum caballum, qui valebat solidos 100 aut fecit sibi dannum tale. — Volo tibi medietatem emendare, quia fugit foras provintiam. — Iuret, quod ambulavit foras provintiam. — Si dixerit qui appellat: non recipiam, nisi omne dannum quod michi fecit, quod regressus est — probet. Sin autem, iuret qui appellatus est, quod regressus non sit, et emendet medietatem.

Glossa: Vacua per usum. 8.

Expositio: Huius legis secundum diversos diversa est materia. Nam secundum Wilihelmum huius legis est talis materia: si servus furtum fecerit aut dampnum, dum in fuga est, et non fuerit regressus, quando appellatio sit facta et manifestata fuerit, medietas dampni componatur. Et tunc placitum firmatur, et alia medietas numquam requiratur. Si autem regressus fuerit, quando appellatio facta fuerit et manifestata, caput tantum dampni restituatur. Sed secundum Ugonem, licet una medietas sit data, antequam regressus sit, altera tamen medietas, si regressus fuerit, dabitur.

§. 2. Hec lex de conpositione furti a Liuprandi lege quae est „Si[64] servus dum in fuga est" corroboratur, quia illic legitur: „sic exinde procedat iudicium, sicut gloriosissimus Rothar instituit". — §. 3. In hoc quod hec lex dicit: „tunc dominus servi medietatem dampni quod fecerit restituat", dicebant iudices antiqui, hanc legem retro positam que est „Si[65] quis homicidium in absconso perpetraverit" rumpere, in hoc quod dicit: „900 solidos componat" et non posuit differentiam, sive homicidium illud esset factum in fuga sive non, et alias quam plures que de conpositione servorum loquuntur et non ponunt differentiam, sive homicidium illud esset factum in fuga sive non, sive malum illud de quo iubetur fieri compositio servi faciant in fuga sive non. Per quod potest fieri, quod hec lex fuit facta ad proficuum[g] dominorum, cum leges retroposite dominos pro servis 900 solidos faciebant componere, sed hec lex solam medietatem 900 solidorum eos pro servis facit conponere, si servi malum illud in fuga fecerint et domi regressi non fuerint. Sed hec lex hodie magis haberetur[h] ad dominorum damnum[i] quam ad proficuum, quia, si servi, dum in fuga fuerint, culpam, unde 900 solidi iudicantur, fecerint et eorum domini, antequam servi domi revertantur, exinde appellati fuerint, iuxta hanc legem domini pro servis 900 solidorum medietatem conponerent;

i) nunc testimonium *cod.* k) est *add. c.* l) tantum episcopi comites non poterant testificari *cod.* m) iussit *cod.* n) dom̄ W. *cod. Cfr. expos.* §. 1 *ad Roth.* 7. o) generalia esse affirmat *corr.?*

Cap. 254. *e codd.* 1.3—8. a) *deest* 1.5.6. b) moriatur 1.4.

Cap. 255. *e codd.* 1.3—8. a) ei *om.* 1.5.6. b) reddat 7.8.

Cap. 256. *e codd.* 1.3—8. a) furtum fec. aut dannum alii 7.8. b) rei 5.6. c) quod fecit (fecerat 7.8) 1.4.7.8. d) pro eo 7.8. e) secundum quosdam asinos 7.8. f) *e codd.* 7.8.10. g) proficiorum *c.* h) haberet sed *c.* i) dominium *c.*

62) Karol. M. 83. 63) Roth. 254. 64) Liutp. 11. 65) Roth. 14.

sed si predictam non fecerint culpam in fuga, et servi ante regressi fuerint quam domini eorum exinde sunt appellati, domini pro servis non componerent nisi 60 solidos et insuper[k] personam servi traderent ad occidendum per legem Grimoaldi quae est „Si[66] servus talem culpam fecerit.“ Sed male dicebant, nam ita salvatur ab Ugone: predicte leges ab hac non corrumpuntur, quia non loquuntur de dampno a servis facto in fuga. — §. 4. Notandum est quoque: si servus, dum in fuga est, hominem liberum super eum ambulando sine consilio domini sui occiderit, dominus medietatem tantum dampni, id est medietatem widrigild, sicut hec lex precipit, non conponeret, quia de hoc rupta est a Liuprandi lege „Si[67] servus cum voluntate domini sui.“ Nam ibi legitur: „si servus sine consilio domini sui hominem liberum occiderit, componat dominus widrigild et tradat servum in manus parentum defuncti.“

§. 5. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod Petrus servus tuus fugiens fecit ei dampnum usque ad solidos 20, aut certam suspectionem habet, quod res mobiles solidos 20 valentes ei fugiens abstulit.

257. Si mulier libera fulfreal[a] super furtum comprehensa fuerit*, furtum quod fecit sibi nonum componat[b]; nam alia culpa non requiratur, pro eo quod iniuriam passa est; sed[c] vitium suum[c] reputet, quae[d] operam[e] indecentem[c] facere temptavit.

* *aut non fuerit* per legem Liuprandi (150.) Si quis porcos. 7.8 *et in marg.* 4.5.

Glossae: Femina libera super furtum tenta nichil mali habeat, nisi furtum in actogild per hanc legem. 4. — *fulfreal]* pro ingenua et maiore liberta ponitur hic. 4. — *nam alia culpa]* i. e. nongentorum solidorum pro iniuria. 4. — *operam indecentem]* i. e. furtivam. 4.

Maria[f], insimul cum Petro tuo tutore, te appellat Martinus, quod ipse comprehendit te super tanta mobilia sua, quae habebas sibi sublata furto, quae valebant solidos 10.

Expositio: Notandum est, quod in hac lege fulfreal pro libera nascente et pro liberta posita est; quia si pro altera tantum poneretur, non haberemus legem, qua altera supra furtum comprehensa iudicaretur. Et querenti, ubi fulfreal pro libera nascente reperiatur, lex retro posita que est „Si aldius cuiuscumque liberam mulierem fulfreald tulerit“[68] ei dicatur; vel ubi fulfreal reperiatur [pro[g] liberta[g]], vel alia lex retro posita que est „Si quis servum suum proprium“[69] et cetera ei ostendatur; quia cum dixerit: „Item qui fulfreal fecerit“, posuit fulfreal pro liberta. — §. 2. Hec lex ideo dixit: „nam alia culpa non requiratur“, ne aliquis intelligeret, quod ab ea que capta fuit, ut de latrone capto supra furtum, per supradictam legem[70] 80 solidi exigantur. Vel alii dicunt, ideo dixit: „alia culpa non requiratur“, ne aliquis diceret, quod ipsa femina agere[h] posset adversus eum, qui eam accepit[i], de iniuria ab eo sibi illata.

258. Si aldia aut ancilla super furtum tempta fuerit*, componat dominus earum furtum ipsum sibi nonum**, excepto pro culpa solidos 40***.

* *aut non* per eandem legem *(Liutp.* 150.) secundum quosdam. 7.8 *et in marg.* 4.5. ** *usque ad decem siliquas.* 7.8 *et in marg.* 4. *** *pro aldia tantum,* nam de ancilla derogatur per legem Grimoaldi (9.) Si ancilla. 1.7.8 *et in marg.* 4.5.

Petre[a], te appellat Martinus, quod ipse comprehendit Mariam tuum aldiam vel ancillam super furtum.

Expositio: In hoc quod dicit dominum solidos 40 debere componere pro ancilla a Grimoaldi ultima lege corrumpitur.

259. Si quis[a] liber homo puerum aut servum suum furtum facere iusserit, et ipsum furtum inventum[b] fuerit, sibi nonum componat[c], et alterum tantum in curte regis persolvat*, quia[d] inhonestum videtur esse et[e] nullius rei convenit rationi[e], ut homo liber se in furtum debeat miscere[f] aut consensum prebere[g].

* *et pro tali probata culpa aut in primis oculum perdat aut dehinc nasus curtetur vel tercio moriatur* per kapitulum Karoli (84.) Si quis latro. 7.8.

Glossae: puerum] id est filium secundum a. 4.5.7.8. — Puer et servus unum et idem est secundum vl. 4. — *furtum facere iuss.]* Furtum pro consilio. 4.7.8. — *et alterum tantum]* vacuum secundum quosdam per legem Liuprandi (130.) Si quis commendaverit. 4—8.

Petre[h], te appellat Martinus, quod tu iussisti Marcoardo tuo filio aut tuo servo, ut ipse furatus esset sibi talem rem.

Vel[i] ita: Petre, te appellat Iohannes, quod habet certam suspectionem, quod Marcoardus tuus servus furatus[k] est sibi tantum mobile solidos 10 *valens.*

Expositio: In eo quod in hac lege legitur: „et alterum tantum in curte regis persolvat“, a Liuprandi lege que est „Si[71] quis commendaverit res suas“ corrumpitur, quia ibi legitur: „quod non possumus in una causa duas calumpnias inponere“. Sed a quibusdam ita salvatur, dicendo, illud quod est „non possumus in una causa duas calumpnias inponere“ non esse generaliter dictum et specialiter dictum esse solummodo de causa illa unde hec lex locuta est. — §. 2. Hec lex in hoc quod dicit: „nulli rationi convenit, ut homo in furto se debeat conmiscere aut consensum prebere“, dat intelligere, omnem hominem pro sola iussione aut consensu furti esse culpabilem, quo a quarti libri Institutio-

k) in fuga per *c.*

Cap. 257. *e codd.* 1.3—8. a) fulfrea 1. b) reddat 1. c) sed vicio suo 7.8; *desunt* 1. d) quia 1.5.6; quod 7.8. e) opus indecens 5.6. f) *e codd.* 7.8.10. g) pro liberta *supplenda esse credidi.* h) cogere *cod.* i) cepit *corrigendum videtur.*

Cap. 258. *e codd.* 1.3—8. a) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 259. *e codd.* 1.3—8. a) *deest* 1.5.6. b) manifestum 5.6. c) dominus eius *addit* 1. d) et quod 1.7.8. e) et.....rationi *om.* 1. f) commiscere 5.6. g) habere 7.8. h) *e codd.* 7.8.10. i) *desunt sequentia in cod.* 8. k) furatus *rell. om.* 7.

66) Grim. 3. 67) Liutp. 21. 68) Roth. 216. 69) Roth. 224. 70) Roth. 253. 71) Liutp. 130.

num lege prima differre cognoscitur, in qua legitur: „certe[72] qui nullam operam ad furtum faciendum contulit, sed tantum consilium dedit atque hortatus est ad furtum faciendum, furti non teneatur".

260. Si quis aurum aut vestes seu quamlibet rem[a] in via invenerit et super genuculum levaverit et non manifestaverit aut[b] ad iudicem non adduxerit, sibi nonum reddat*.

* *et pro culpa sit ut supra*[73] *dictum est* per idem capitulum *(Karol. M.* 84.*)*. 7.8.

Glossae: aurum aut vestes] quae res, si huic inventori[c] furto[c] ablatae sunt, conpetit ei actio, quia ex bonis eius ablatas esse proponitur. 4.7.8. Furtum possessionis. 7.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu invenisti talem suam rem in via, et super geniculum levasti, et non manifestasti, aut ad iudicem non duxisti. — vel*[e] *ita: quod habet certam suspectionem quod tu es fur*[e].

Expositio: Notandum, quod, licet hec lex dixisset: „rem in via invenerit", tamen idem intelligendum est, si alibi invenit: sed de via tantum ideo dixit, quia[74] ad ea quae sepius accidunt aptatur regula iuris.

261. Si servus, dum[a] ancillam alienam habet[b] uxorem, furtum fecerit et ancillam et[c] filios[c] servus alienus nutrierit[d], omne furtum quod fecerit servus componat*; nam nichil reputetur in culpa nec in dannitate[e] ancillae vel filiis[f] eius. Tantum est, si[g] ancilla aut filii simul cum patre ad furtum faciendum non ambulaverint; nam si fecerint, similes illi efficiantur.

* *suus dominus*[75], *nisi tercium, unde mori debet* per kapitulum Karoli (84.) Si quis latro. 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[h], *te appellat Iohannes, quod ipse habet certam suspectionem, quod Marcoardus tuus servus abstulit sibi furto tantum. — Si dicit: fecit, sed cum ancilla Iacobi, sua uxore, adunet se per usum.*

Petre[i], *te appellat Martinus, quod Dominicus, servus Pauli, habet Mariam tuam ancillam ad uxorem, et habebat filios ex ea; et*[k] *habet certam suspectionem quod ipsa*[k] *et ipsi cum eo insimul fecerunt*[l] *tantum furtum, quod valebat solidos* 20.

262. Si servus, dum in fuga est positus, res aliquas cuilibet homini commendaverit, posteaque[a] proprius dominus requisierit eas, et ille qui suscepit denegaverit, et postea[b] inventum fuerit, pro furto eas reddat.

Glossae: Si servus] Furtum commissionis. 7.8. — *pro furto e. r.]* et si servus in fuga non esset, non componitur pro furto per kapitulum Ottonis (4.) Si quis per se ipsum secundum vl. 4.

Petre[c], *te appellat Martinus, quod Paulus suus servus erat positus in fuga, et commendavit tibi sua tanta mobilia, quae valebant solidos* 10.

263. Si plures homines furtum in unum fecerint, tam liberi quam servi, liceat eis si voluerint insimul[a] adunare[b] et furtum ipsum in actogild reddere. Si quis se ex ipsis diviserit[c], pro se tantum legibus componat, id est furtum ipsum sibi nonum*.

* *moderata impossibilitate a iudice, et pro culpa sit ut supra*[73]. 7.

Glossa: Si quis se ex ipsis diviserit] ut legitur in Romana lege. 7.8.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod*[e] *ipse habet certam suspectionem*[e], *quod tu furatus es sibi tanta sua mobilia, quae valebant solidos* 10. — *Furatus sum, sed volo me adunare cum Paulo.*

264. Si liber aut servus velit[a] foras provintiam fugere et iudex*, aut quicumque, qui[b] in[c] finibus provintiae residet, eum[d] prehenderit[e,*1], teneat[f] eum et res quas secum detulerit salvas faciat, et mox*[2] mandet ad iudicem de loco, unde fugere[g] coepit, quatenus eum recipiat, et det pro uno fugace solidos 2, ita ut cum rebus quas secum detulerit reddatur. Et si contigerit, eum de ligamine fugere[g], prebeat*[3] sacramentum ille qui eum tenuit, quod non asto eum laxasset, sed cum tota virtute custodire voluisset: post[h] datum sacramentum res quas ei tulit reddat*[4], presuram autem[i] non querat, et amplius non calumpnietur*[5]. Et si fugax ille manus ad ligandum non dederit et occisus fuerit, non requiratur, nisi ipsae[k] res[k] reddantur[l]; et si ille[m] qui ipsum fugacem prehendere voluerit ab[n] ipso[n] occisus fuerit, nec[o] ipse[o] requiratur.

* *acceperit, teneat et inquirat* per legem Liuprandi (43.) De servo fugace et advena. 7.8.
*1 *aut iudici per sculdaim exhibeat, vel suae potestati.* 7.8. *2 *iudex.* 7.8 *et in marg.* 4.
*3 *secundum qualitatem*[p]. 7 *et in marg.* 4.
*4 *aut si non tulit, tamen reddere debet.* 7.
*5 *Et si hoc iurare ausus non fuerit, si liber est*

Cap. 260. *e codd.* 1.3—8. a) mobilem *addit* 1. b) et 7.8. c) furto item 7.8. d) *e codd.* 7.8.10. e) vel ita.....fur *om.* 8.
Cap. 261. *e codd.* 1.3—8; *posterior capitis pars adest etiam in cod.* 2. a) dum *om.* 5.6. b) habens 4—6. c) filiosque eius 7.8; et filios eius 4. d) *hic desinit lacuna in cod.* 2; *cfr. Roth.* 234. e) danno 1.2.5.6. f) filiorum 5—8. g) aut *add.* 7.8. h) *haec prima appellationis forma e codd.* 7.10; *abest a cod.* 8. i) *e codd.* 7.8.10. k) et habet.....quod ipsa *om.* 8. l) sibi *add.* 7.
Cap. 262. *e codd.* 1—8. a) et postea 1.5.6. b) hoc 7.8. c) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 263. *e codd.* 1—8. a) *deest* 2.5. b) se adunare 5—8. c) dividere voluerit 1. d) *e codd.* 7.8.10. e) quod.....suspectionem *om.* 8.
Cap. 264. *e codd.* 1—8. a) voluerit 5.6. b) qui *om.* 2.6. c) loco aut *add.* 5.6. d) *deest* 7.8. e) appreh. 2; compreh. 5—8. f) tunc teneat 7.8. g) fugire 4.7.8. h) Et post 5.6. i) *deest* 7.8. k) ipsas res quas tullerit 1; ipse res tantummodo quas tullerit 2; tantummodo res quas tullerat 5.6. l) reddat 1. m) ipse 2.7.8. n) *desunt* 7.8. o) non, *om.* ipse, 6. p) secundum a. *add.* 4.

72) §. 11. Inst. oblig. ex del. (IV, 1.) 73) Roth. 253. 259. 74) Cfr. L. 4. 5. Dig. legib. (I, 3.) 75) Karol. M. 26.

fugitivus, componat widrigild ad partem publicam; si servus, quantum appreciatus fuerit, tantum componat ad dominum suum per intellectum aliarum legum *(Roth.* 268. 276*)*: Si portonarius hominem liberum, Si quis mancipium alienum fugax susceperit. 7.8 *et simil. in marg.* 5.

Petre[q], *te appellat Martinus, quod Dominicus suus servus volebat fugere foras provintiam, aut unus latro, qui habebat sibi furata tanta mobilia, quae valebant solidos* 100, *et tu eum comprehendisti. — De torto. — Si dixerit: comprehendi ego illum, sed fugit — iuret, sicut lex dicit. Si discordia fuerit de rebus, quas secum portabat, de quanto manifestat reddat; et iuret quod plus non fuerint.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu occidisti Dominicum suum servum. — Non occidi, quod per legem emendare debeam.

Expositio: Lex ista, in eo quod comprehensum fugitivum a conprehendenti teneri precipit, a Liuprandi lege que est „Si[78] servus fugax" corrumpitur, in hoc quod dicit: „tunc decanus aut saltarius qui in loco est" et cetera. Ideo de fugitivo conprehenso non per hanc legem, sed iuxta predictam legem iudicabimus. — §. 2. Fugitivo capto res quas[r] portabat oportet capientem auferre, quia, si contigerit, eum cum rebus de uno[s] loco[s] fugere, hac lege iubente ut comprehensor res salvas faciat, compellendus est eas si perdiderit reddere. — §. 3. Hec lex in hoc quod dicit: „componat pro uno fugace solidos duos" quidem roborata est a predicta lege Liuprandi quae est „Si[78] servus fugax", in hoc quod dicit: „et habeat pro presura de ipso servo per caput solidos duos"; sed hec et illa exinde a Lotharii capitulo quod est „De[79] fugitivis precipimus" corrumpuntur. — §. 4. In eo quod fugitivum a comprehensore in repugnando occisum, aut conprehensorem ab eo comprehendendo peremtum componi prohibet, non putanda est a Liuprandi legibus[80] quae sunt „Si liber se defendendo", „Si servus cum voluntate" rupta, in quibus non precipitur nisi de eo, de quo retro iudicabatur fieri compositio. — §. 5. Si fugitivi comprehensor sacramentum a lege ista iussum[t] facere[t] nequiverit, pro libero fugitivo widrigild parti publice, pro servo pretii quod appreciatus fuerit quantitatem domino eius componat. Pena hec usu et intellecto inventa est.

265. Si quis portunarium[a] pulsaverit, quod fugacem hominem aut furem[b] transposuisset, et portitor[c] negaverit, ita decernimus, ut prebeat solus* sacramentum, quod ad conscientiam ipsius non pervenisset, quod fugitivum[d] aut furem[d] transposuisset, et sit absolutus a calumnia[e].

* *cum* 12 per legem istius *(Roth.* 359.*)* Si qualiscumque causa secundum quosdam. 7.8.

Glossa: et portitor negaverit] Est enim nesciens. 5. 7. 8.

Petre[f], *te appellat Martinus, quod tu te sciente transposuiti unum latronem, qui habebat sibi furata tanta sua mobilia, que valebant solidos* 100.

Expositio: Notandum, quod hec lex dicitur esse diffinitio horum trium legum statim sequentium, que dicunt solummodo, quod portunarius conponere debeat, si probatum fuerit, quod ei imponitur, sed hec lex diffinivit, qualiter defendere se debeat, si, quod ei inponitur, negaverit. — §. 2. Legis istius sententia, que portunarium solum iurare precipit a Rotharis lege que est „Si[81] qualiscumque causa" rupta est. Sed secundum Ugonem ita salvatur, ut in hoc quod ipsa lex dicit: „et sacramentum dandum fuerit" intelligamus, quod per ipsam legem dandum sit sacramentum in illis legibus solummodo, in quibus datum non est; sed in hac lege datum est, quare[g] per ipsam legem in hac lege dandum non est.

266. Si[a] portonarius furem[b] hominem sciens transposuerit cum aliqua[c] re furtiva[c], collega sit furi et cum ipso furtum componat, excepto sit culpabilis in curte regis solidos 20*.

* *et*[82] *pro culpa aut oculum perdat, aut nasum, aut moriatur*[d]. 7.8.

Glossae: collega sit furi] Furtum commissionis. 7. 8. — *excepto sit culpabilis]* Obiit per legem Liuprandi (130.) Si quis commendaverit secundum[e] quosdam[e]. 4. 5. 7. 8.

Expositio: Hec lex de solidis 20 a Liuprandi lege que est „Si[83] quis commendaverit res suas" rupta est, in qua una de causa duas calumpnias fieri prohibetur. Sed ita salvari potest, ut retro[84] aliam ab eadem lege salvavimus.

267. Si portonarius mancipia[a] fugacia[a] sciens transposuerit, si probatum fuerit, perquirat ea[b] et proprio domino cum rebus quas secum detulerit restituat. Et si ipsi[c] fugaces[c] alibi transmigraverint, ut non invenjantur, tunc portitor ipsa mancipia, simul et res, de quantis ausus fuerit iurare qui perdidit, ab[d] ipso[d] qui sciens transposuit reddantur[e] sub[f] estimacione precii, excepto pro culpa componat ipse portonarius in curte regis solidos 20.

Glossae: de quantis ausus fuerit iurare] Obiit per legem istius *(Roth.* 365.*)* Si pro quacumque causa secundum[g] quosdam[g]. 4—8. — *excepto pro culpa]* Obiit per legem Liuprandi (130.) Si quis commendaverit secundum quosdam. 4—8.

q) *e codd.* 7. 8. 10. r) suas *c.* s) una ꝭ *c.* t) iussit facere *c.*

Cap. 265. *e codd.* 1—8. a) portonar. 1. 6—8. b) furonem 1. 4. c) portunarius 5. 6. d) fugaces aut fures 7. 8; hominem *add.* 1. 2. e) culpa 2. 5. 6. f) *e codd.* 7. 8. 10. g) quod *c.*

Cap. 266. *e codd.* 1—8. a) quis *add.* 7. 8. b) furonem 1. 4. c) aliquibus rebus furtivis 1. 7. 8. d) secundum quosdam *add.* 7. e) sec. quosd. *om.* 4. 5.

Cap. 267. *e codd.* 1—8. a) mancipium fugax 2; mancipium fugitivum 5. 6. b) eum 2. 5. 6. c) ipsa fugatia 7. 8. d) ad ipsum 7. 8; ei ab ipso 1. 4. e) reddat 2. 7. 8. f) id est sub 1. 4—6. 8. g) sec. q. *soli* 7. 8 *habent.*

78) Liutp. 43. 79) Loth. 33. 80) Liutp. 20. 21. 81) Roth. 359. 82) Kar. M. 84. 83) Liutp. 130. 84) Expos. §. 1. ad Roth. 259.

Petre[h], *te appellat Martinus, quod tu se sciente transposuisti Dominicum suum mancipium cum tanto mobili, quod valebat solidos* 100.

Expositio: Hec lex appellatorem iurare precipiens, ubi dicit: „de quantis ausus fuerit iurare qui perdidit", a Rotharis lege que est „Si[86] pro quacumque causa" corrupta est, a qua appellatum aut emendare aut se purificare secundum legem et qualitatem cause precipitur. Ita tamen salvatur: quia, si sacramentum quod retro datum est appellatori daretur appellato, tunc appellatus non posset se idoniare secundum legem, ut ipsa lex precipit, immo contra legem esset. — §. 2. Rumpitur hec lex quoque de conpositione 20 solidorum a lege Liuprandi quae est „Si[87] quis commendaverit res suas" et cetera in hoc quod dicit: „non possumus in una causa duas calumpnias inponere": ita tamen salvari potest, ut alias[88] ab illa salvare solemus.

268. Si portonarius hominem liberum fugacem transposuerit[a] et cognoverit, quod fugax est, animae suae incurrat periculum aut componat widrigild suum: quia postquam cognovit, quod in[b] fuga[b] erat[c], si eum tenere non potuit, mox innotescere aut antecurrere debuit.

Petre[d], *te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu te sciente transposuisti unum hominem liberum fugacem foras provintiam.*

269. Si mancipium cuiuscumque post alium hominem fugerit, et dominus secutus invitaverit[a] in pace, ut reddatur in gracia, et si in gracia redditum[b] fuerit, et[c] pro ipsa culpa dominus[d] in eum vindictam dederit, componat solidos 20 illi, de cuius curte eum tulit; et si denegat[e], quod pro ipsa culpa in eum vindictam non[f] dedisset, prebeat singulus* sacramentum ad evangelia et sit exsolutus.

* *cum* 12 per legem istius *(Roth.* 359.*)* Si qualiscumque secundum quosdam. 7.8.

Petre[g], *te appellat Martinus, quod tu recepisti in gratia Dominicum tuum servum, qui fugit in cortem suam, et postea dedisti vindictam in eum pro ipsa culpa.*

Expositio: Lex[h] haec in hoc quod hominem solum iurare precipit a predicta[89] Rotharis lege quae est „Si[90] qualiscumque causa" rupta est; sed ita salvatur, ut supradicta lex quae est „Si quis portunarium" ab ea salvata est[89].

270. Si ille, post[a] quem mancipium alienum fugerit, noluerit[b] eum post secundam aut terciam contestationem reddere, tunc constrictus restituat ipsum mancipium, et aliud[c] simile[d] sub aestimatione precii componat.

Glossae: Si ille] secundum l. S.[91] secundum quosdam. 5.7.8. — *contestationem]* i. e. mandatum ut reddat. 4. — *constrictus]* scilicet a iudice; constrictus reddat aliquis aut iusticiam faciat de omnibus secundum vl. 4.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod tu dilatavisti Marcoardum suum servum reddere in gratiam post secundam aut terciam contestationem.*

Expositio: Legem hanc affirmat Lodoyci capitulum quod est „Si[92] mancipia de domino suo", ubi legitur: „secundum legem ea solvere cogatur". — §. 2. Si servi in duplum componendi, componende sunt opere, dicente Liuprandi lege quae est „Si[93] quis sciens aldium aut aldiam suam" et cetera: „nam si requisierit dominus eorum, et ille qui eos habuerit reddere noluerit, reddat operas eorum". — §. 3. Qui Romani servum susceptum commonitus reddere noluerit, post primam ammonitionem servum illum et eiusdem pretii alium aut solidos 20 cogendus est reddere. Quod, usque ad tertiam commonitionem, si totiens repugnaverat, faciendum, est decretum ut in Codicis sexti libri dicente lege: „Quicumque[94] fugitivum servum in domum".

271. Si mancipium cuiuscumque in curtem regis confugium fecerit, et gastaldius aut actor regis ipsum mancipium post secundam aut terciam contestationem reddere dilataverit, ita iubemus, ut reddat ipsum mancipium, et aliud simile de suis propriis rebus domino[a] quem[b] dilataverit reddere cogatur. Et si ille[c], qui de curte regis ipsum in gratia receperit, postea pro ipsa culpa in eum vindictam dederit, componat in curte regis unde eum tulit solidos 40.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu prolongasti ei reddere post terciam contestationem Dominicum suum servum, qui fugerat in cortem regis, unde*[e] *tu es advocatus.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu recepisti in gratia Dominicum tuum servum, qui fugerat in cortem regis[e], *unde est advocatus, et postea dedisti in eum vindictam pro ipsa culpa.*

Expositio: Quamquam iuxta hanc legem solidi 20 duplicantur, non est intelligendum, ut 40 duplicentur ulterius[95]. — §. 2. Hanc legem in hoc quod dicit: „ita iubemus ut reddat ipsum mancipium et aliud simile de suis propriis rebus", affirmat Lodoyci capitulum quod est „Si[96] mancipia de

h) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 268. *e codd.* 1—8. a) sciens transposuerit 4—6. b) fugax 1.5.6. c) esset 7.8. d) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 269. *e codd.* 1—8. a) eum *addit* 1. b) redditus 1.5.6. c) postea *add.* 5.6; post *add.* 7.8. d) *deest* 7.8. e) denegaverit 1.2.7.8. f) non *om.* 7.8. g) *e codd.* 7.8.10. h) *recentiori manu in codice hoc loco adscripta invenitur §.* 45 *originum Isidori IX,* 4*:* Mancipium est *rell.*

Cap. 270. *e codd.* 1—8. a) apud 1.5. b) et noluerit 2.4.6. c) alium 1.4. d) tale 7.8. e) *e codd.* 7.10, *abest a cod.* 8.

Cap. 271. *e codd.* 1—8. a) ad dominum 7.8. b) ad quem 7.8; cui 5.6. c) is 7.8. d) *e codd.* 7.8.10. e) unde tu.....in cortem regis *om.* 8.

86) Roth. 365. 87) Liutp. 130. 88) Roth. 259. 266. 89) Cfr. expos. §. 2. Roth. 265. 90) Roth. 359. 91) Fortasse contestationis modus in leg. Sal. emend. tit. 54 descriptus spectatur; confr. supra gloss. ad Ro. 245. 92) Lud. P. 28. 93) Liutp. 141. 94) L. 4. C. servisfugit. (VI, 1.) 95) ex lege scilicet Roth. 370. 96) Lud. P. 28.

domino suo", in quo legitur: „secundum legem ea solvere cogatur".

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu servum tuum, qui[f] in curte regia, cuius tu es advocatus, fugiit, post secundam aut tertiam ammonitionem reddere distulisti.

§. 4. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu[g] vindictam[g] de Marcoardo servo suo in gratia suscepto sumpsisti, qui in regiam curtem, cuius advocatus est, fugit.

272. Si in ecclesiam aut in domum sacerdotis mancipium cuiuscumque confugium fecerit, et episcopus aut sacerdos qui in loco preest eum reddere in gratia post[a] terciam contestationem dilataverit, ita decernimus, ut reddat ipsum mancipium et aliud simile de suis propriis rebus, ut supra[b]. Et si in gratia redditum fuerit, et postea[c] in ipsum[d] vindictam pro ipsa culpa dederit, aut se idoneet ut supra[e], aut sit culpabilis aecclesiae ipsi solidos 40; ita ut per actorem regis exigantur, et in sacro altari, ubi iniuria facta est, ponantur.

Presbiter[f] *Petre, cum Dominico tuo advocato, Martinus te appellat, quod tu prolongasti sibi reddere post terciam ammonitionem Albertum suum servum, qui fugerat in aecclesiam sanctae Mariae.*

Martine, te appellat Petrus, qui est advocatus de parte publica, quod tu recepisti in gratia Albertum tuum servum, qui fugit in aecclesia sanctae Mariae, et postea dedisti in eum vindictam pro ipsa culpa. — Et si actor[g] *istos* 40 *solidos retinuerit, poterit dominus aecclesiae eum inde appellare.*

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „aut sit culpabilis ecclesiae ipsius solidos 40" partim rupta est a Pipini capitulo, quod est „De diversis generationibus hominum"[97] et cetera, in hoc quod dicit: „secundum ipsius legem, cui commisit neglegentiam, emendet"; quia, si ecclesia non est in proprietate hominis Longobardi, nulla per hanc legem ei fiet compositio, cum omnis ordo ecclesiarum secundum legem Romanam vivat[98]. Sed si in proprietate hominis Longobardi fuerit, hec lex exinde bona est. — §. 2. Notandum quoque est, quod hec lex in hoc quod dicit: „ut reddat ipsum mancipium et aliud simile" a predicto Lodoyci capitulo[99] est affirmata ad modum legum supra dictarum[1].

§. 3. Petre presbiter, hoc te appellat et Iohannem tuum advocatum Martinus, quod tu servum suum[h] per domum tuam aut in ecclesia, in qua tu es maior, fugientem[i] post secundam aut tertiam ammonitionem in gratiam ei reddere distulisti.

§. 4. Martine, hoc te appellat Iohannes, partis publice advocatus, quod tu de servo in gratiam suscepto vindictam dedisti[k].

273. Si servus intra provintiam in fuga vagatur, et dominus[a] eum invenerit, et servus ipse fugiens[b] in curtem alienam, et dominus sequens[c] eum apprehenderit, non reputetur culpa domino, pro eo quod in curte alterius furorem in servo suo habens rem suam prehendere visus est. Et si ille cuius curtis fuerit[d], aut aliquis ex hominibus illius mancipium ipsum de manu tulerit aut antesteterit, nullum penitus qui servum sequitur in curte ipsa scandalum faciat: si[e] fecerit, qualiter in hoc edicto legitur componat[f]. Et qui servum antesteterit aut de manu tulerit, in ipsius sit periculum[g]: nam si casu faciente contigerit mancipium ipsum mori aut alibi[h] aberrare, ipse qui eum de manu domini sui tulit restituat. Et si inventum fuerit, ut[i] reddatur, non[k] cogatur dominus post talem fatigationem eum in gratia recipere, nisi voluerit.

Petre[l], *te appellat Iohannes, quod Dominicus suus servus vagabatur intra provintiam, et ipse eum invenit, et servus fugit in cortem tuam, et ipse eum apprehendit, et tu tulisti eum sibi de manu.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu fecisti scandalum in corte sua. — Apprehendi[m] *servum meum in corte tua, sed si aliud scandalum dicis me fecisse, iniuste me appellas.*

Expositio: Notandum est, quod hec lex, in hoc quod dicit: „non cogatur dominus ipsius post talem fatigationem eum in gratiam recipere", dat intellegi, quod dominus servi eum in gratiam sit cogendus accipere, si ante talem fatigationem dominus curtis eum in gratia voluerit reddere.

274. Si quis mancipium fugax in casa sua nesciente domino super novem noctes habuerit*, et contigerit, ipsum mancipium aliquid mali[a] perpetrare aut mori aut aberrare, ille qui eum[b] suscepit et celavit aut mandare neglexit reddat ipsum mancipium aut precium eius[c] et dannum, quod fecerit, ipse** componat qui eum[d] post se habuit.

* *ita ut ei annonam non det neque*[e] *viam ostendit neque*[f] *sit fugax in fraida.* 7 *et in marg.* 4.5.8.

** *dominus a quo fugit* per kapitulum Karoli (26.) Nemini. 7.8.

Petre[g], *te appellat Martinus, quod tu habuisti se nesciente unum suum mancipium fugax super novem noctes. — De torto.*

Expositio: Hec lex, in eo quod dicit: „dampnum quod fecerit ipse componat qui post se habuit", rupta est a Caroli capitulo quod est „Nemini[2] liceat" et cetera in hoc quod dicit: „sed

f) qui *om. c.* g) tuum dicatur *c.*

Cap. 272. *e codd.* 1—8. a) secundam aut (vel 2) *add.* 1.2.4—6. b) domino reddere cogatur *addit* 1. c) dominus *add.* 5.6; qui ipsum tulit *add.* 7.8. d) eum 1.7.8; mancipium *add.* 5.6. e) quod in eum ex hac culpa vindictam non dedisset *addit* 1. f) *e codd.* 7.8.10. g) auctor 7.8. h) tuum *cod.* i) fugit et *cod.* k) distulisti *cod.*

Cap. 273. *e codd.* 1—8. a) eius *add.* 7.8. b) fugerit 1.5.6; fugit 7.8. c) prosequens 1; insequens 7.8. d) est 1.7.8. e) et si 1.5; nam si 7.8. f) sol. 20 *addit* 1. g) periculo 7.8. h) aliquo 7.8. i) ut *om.* 4—6. k) et non 1.5.6; nam postea non 4. l) *e codd.* 7.8.10. m) Appr. *rell. om.* 8.

Cap. 274. *e codd.* 1—8. a) malum 7.8. b) id 1.6—8. c) domino eius *addunt* 2.6. d) id 7.8. e) neque *rell. om.* 4. f) neque sit *rell. om.* 5.8. g) *e codd.* 7.8.10.

97) Pipin. 28. 98) Lud. P. 53. 99) Lud. P. 28. 1) Roth. 270. 271. 2) Karol. M. 26.

dominus eius iuxta qualitatem damni dominus pro illo respondeat". Sed ita salvari potest, ut retro supra diximus[3] in „Nulli liceat casam ordinatam tributariam loco pignoris tollere" et cetera. — §. 2. Notandum est quoque, quod hic homo, apud quem mancipium istud fugerit, tantum eum recipiebat, et non dabat ei annonam, neque viam ostendebat, et illud mancipium non erat fugax in fayda, quia si intelligeretur, quod hoc mancipium esset fugax in fayda, et quod data esset annona et quod ei via ostensa esset, iam subsequentes leges[4] huic legi essent contrarie: quae contrarietas in illis satis repperiri posset, si illud esset et diligenter perscrutarentur[5].

275. Si mancipium alienum refugium post alium[a] fecerit, id est in fraida[b,]*, mox mandet domino ipsius quam citius[c] potuerit aut per scriptum aut per certum hominem, quatenus eum in gratia recipiat[d]; et si noluerit eum[e] recipere et dilataverit, et contigerit eum[f] alibi[g] translatare[h], nulla culpa illi sit, qui eum prius in casa sua suscepit. Nam quî[i] susceperit et non mandaverit, reddat ipsum mancipium et dampnum, cui fecerit, simul et operas**.

* *hoc est propter aliquam offensionem* 7.8 *et in marg.* 4. ** *et operas, si dominus nescierit illud apud se esse; si vero nesciens neglexerit servum requirere, tunc non reddantur opera* per legem Liuprandi (141.) Si quis homo sciens aldium. 7.8. *Et dampnum quod fecerit illud mancipium, dominus emendet* per kapitulum Karoli (26.) Nemini liceat. 7.8.

Petre[k], te appellat Martinus, quod unum suum mancipium fecit refugium apud te per offensionem quam sibi habebat factam, et tu non mandasti sibi, quod reciperet in gratiam.

Expositio: Hec lex, in hoc quod dicit: „nam qui susceperit et non mandaverit, reddat ipsum mancipium et dampnum quod fecit, similiter et operas", et non posuit differentiam, sive ille cuius mancipium erat sciret sive non, aut si ei mandavisset sive non, a Liuprandi lege rupta est et affirmata que est „Si[6] quis homo sciens aldium aut aldiam" et cetera: rupta, quia, si sciverit et eum non requisiverit aut per iudicem aut per publicum, et dimisit eum apud alium diutius permanere, a Liuprandi lege predicta prohibetur eius operas requirere; affirmata in hoc, quod predicta lex dicit: „nam si requisierit dominus eorum, et ille qui eos habuit et neglexerit reddere, reddat operas eorum sicut lex est". — §. 2. Hec lex, in hoc quod dicit: „et dampnum quod fecerit reddat", rupta est a Caroli capitulo quod est „Nemini[7] liceat", in hoc quod dicit: „sed iuxta qualitatem dampni dominus pro illo respondeat". Ita tamen salvari potest, ut supradictam legem ab ea salvavimus[8].

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu ei mandare neglexisti, ut servum suum, qui ad te pro offensa fugit, in gratiam[l] reciperet.

276. Si quis mancipium alienum[a,]* sciens fugax[b] susceperit aut annonam dederit aut viam ostenderit, et mancipium ipsum[c] fuga lapsum inantea fugerit, ipse eum[d] perquirat, qui annonam dedit aut viam ostendere presumpsit. Et si eum[e] non invenerit, reddat precium mancipii, simul et res, quas secum portavit; et si inventum fuerit, reddat ipsum** et[f] operas.

* *quod latro non sit* per kapitulum Pipini (41.) Quicumque secundum quosdam a. g. 7.8 *et simil. in marg.* 5. ** *et res.* 7.

Petre[h], te appellat Martinus, quod tu te sciente recepisti Dominicum suum servum fugacem, et dedisti sibi manducare, aut ostendisti ei viam.

Expositio: Hec lex in hoc quod dicit: „reddat ipsum et operas" a predicta Liuprandi lege quae est „Si[6] quis homo sciens aldium" et cetera rumpitur et affirmatur ad modum superioris legis[10]. — §. 2. Si quis servum fugitivum sciens esse furem in hospitio susceperit, non iuxta hanc legem sed iuxta Pipini capitulum, quod est „Quicumque[11] post missam sancti Iohannis" dabitur compositio.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Paulum servum suum sciens fugacem esse suscepisti et ei annonam dedisti aut viam ostendisti.

§. 4. Sciendum est quoque, quod si aliquis mancipium susceperit et ei annonam non dederit neque viam ostenderit et latro non fuerit et non erit fugax in fayda ipsum mancipium, per suprascriptam legem penam suscipiat quae est „Si[12] quis mancipium fugax in casa", ut supra[13] diximus; si mancipium propter offensionem factam ad dominum apud aliquem fugerit, fiat secundum suprascriptam mediam legem[14]; si mancipium susceptum fuerit et ei annona data fuerit vel via ostensa et latro non fuerit, fiat secundum hanc legem.

277. Si quis* in curtem alienam irato[a] animo[a] ingressus fuerit, 20 solidos illi componat cuius curtis fuerit**.

* *in domum vel* 7.8. ** *sive sit propria sive locata sive gratis concessa*[15] *secundum*[b] *quosdam*[b]. 7 *et in marg.* 4.

Cap. 275. *e codd.* 1—8. a) hominem *addit* 1. b) faida 1—3.5. c) cito 2.5.6. d) restituat 7.8. e) id 1.5—8; in gratia *add.* 7.8. f) id 1.6—8. g) aliquo 7.8. h) transmigrare 2.5—8. i) si 5.6. k) *e codd.* 7.8.10. l) terram *cod.*

Cap. 276. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1.4. b) fugax esse 1.2; esse fugax 4. c) *deest* 5—8. d) id 1.5—8. e) id 1.6—8. f) simul et 1.2. g) amentes 7.8. h) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 277. *e codd.* 1—8. a) *sic* 4—6; asto animo 1; astant id est irato animo 2; asto 7.8. b) per legem Romanam 4.

3) Expos. §. 3. ad Roth. 252. 4) Roth. 275. 276. 5) Cfr. expos. §. 4. ad Roth. 276. 6) Liutp. 141. 7) Karol. M. 26. 8) Expos. §. 3. ad Roth. 252; Expos. §. 1. ad Roth. 274. 10) Cfr. Expos. §. 1 ad Roth. 275. 11) Pip. 41. 12) Roth. 274. 13) Expos. §. 2. ad Roth. 274. 14) Roth. 275. 15) §. 8. Inst. iniur. (IV, 4.)

Petre[c], *te appellat Martinus, quod tu introisti in cortem suam irato animo.*

Expositio: Si quis irato animo in alienam domum introierit, quam aliquis permittente eo cuius est propria habitat, non ei cuius est propria sed habitanti cogendus est emendare, quandoquidem „sua“ habitantis potest domus ipsa vocari, quod in Institutionum quadam lege quae est „Generaliter iniuria dicitur“ evidenter exprimitur. Ibi enim legitur: „vel[15] domum suam vi introitum esse dicat. Domum autem accipimus, sive in propria domo quis habitet, sive in conducta vel gratis concessa, sive hospitio receptus sit“. — §. 2. Lex ista, curtem tantum nominans, domum intelligere voluit; quod videri potest in quadam Liuprandi lege que est „Si[16] quis commendaverit res suas“ et cetera in hoc quod ibi legitur: „quoniam si ille componat cuius res fuerint, postea ille cuius casam rupit querat ei rupturam case suae“, cum nulla alia lex sit retroposita que locuta sit de casae ruptura, nisi „curtis“ tam pro casa quam pro curte sit posita. Et quod in hac lege sit posita „curtis“ tam pro casa quam curte, videri quoque potest in alia Liuprandi lege que est „Relatum[17] est nobis, quod aliqui perfidi homines“ et cetera, quia in hoc quod dicit: „aut casas alienas, timentes illam compositionem que in antiquo edicto posita est“, respiciens ad hanc legem ostendit, quod „curtis“ in hac lege sit posita tam pro casa quam pro curte, cum alibi non contineatur de compositione rupture case, nisi curtis dupliciter ponatur.

278. Mulier curtis rupturam facere non potest, quod[a] est oberus[a]. Absurdum[b] enim videtur esse[b], ut mulier libera aut ancilla, quasi vir, cum armis vim facere possit.

Glossa: Mulier curtis] Obiit per legem Liuprandi (140.) Relatum est nobis secundum a. 4.

279. Si servi, id est concilium rusticanorum[a, *], manu armata in vicum intraverint ad malum faciendum, et[b] quicumque homo liber sub regni nostri ditione positus cum illis in capite fuerit, animae suae incurrat periculum aut componat solidos 900, medietatem regi et medietatem cui iniuria illata fuerit[*1]. Servi enim, qui cum ipso fuerint ex eodem concilio, unusquisque solidos[c] 40 sit culpabilis[c], medietatem regi et medietatem ut[d] supra[d, *2]. Et[e] si liber homo in capite non fuerit, ille prior servus qui eos duxerit[e] moriatur, reliqui[f] componant ut supra solidos[g] 40, medietatem regi et medietatem cui[h] iniuria facta[h] est[f, *3].

* *non firmatum nec per sacramentum nec per dexteram nec per obligationem* per kapitulum Lotharii (67.) De conspirationibus. 7. 8 *et in marg.* 4. *1 *si vero sequax, componat solidos* 80 per legem istius retro *(Roth.* 19.) Si quis pro iniuria manu armata. 7. 8 *et in marg.* 4. *2 *et dominus eorum bannum componat* per kapitulum Lodoici (54.) Si servi per contumaciam. 7. 8. *3 *Sed hoc sciendum est, si per neglegentiam comitis conspiratio ista facta fuerit aut inemendata remanserit, et ipse qui in capite fuerit, 900 solidos non habuerit, sed*[i] *tamen dignitatem aliquam habuerit*[i], *mori non debet, donec in presentiam regis vadat* per kapitulum Lotharii (55.) Collectam. 7. 8.

Petre[k], *te appellat Martinus, quod servi de Aquino per concilium intraverunt super eum in vico de Palastino ad malum faciendum, et tu fuisti in capite in vico tali cum illis.*

Petre, te appellat Martinus, quod servi de Gabiis per concilium intraverunt super eum ad malum faciendum, et Dominicus fuit in capite, et Paulus tuus servus fuit cum illis, aut fuit in capite.

Expositio: In hoc quod hec lex[l] illos qui in capite fuerint mori aut 900 solidos componere et sequaces 40 precepit, et non posuit differentiam, sive hec adunatio sit facta obligatione vel sacramento seu dextra, rupta est in parte a duobus capitulis Lotharii que sunt[18] „Volumus de obligationibus“ et cetera et „De conspirationibus“ et cetera: quare[m] iuxta hanc legem exinde non ibimus, sed iuxta ipsa capitula exinde iudicabimus. Ita[n] vero salvatur, ut intelligatur, hanc adunationem non esse factam obligatione, sacramento vel dextra. — §. 2. Si per comitis neglegentiam adunatio facta sit aut emendata non fuerit, et ille qui adunationis caput est, habens aliquam dignitatem, solidis 900 caruerit, donec in regis presentiam veniat, mortis sententiam non subibit, quia capitulum Lotharii quod est „Collecta[19] ad malum faciendum“ et cetera ita precipit. — §. 3. Notandum est quoque, quod preter penam que hac in lege precipitur iuxta Lodoyci capitulum quod est „Si[20] servi per contumaciam“ pro servo bannum, id est 60 solidos, compositurus est dominus.

§. 4. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu aut Petrus servus tuus caput fuisti servorum intrantium super eum in vicum talem, aut Andreas servus tuus fuit cum eis.

280. Si pro quacumque causa homines[a] rusticani se collegerint, id est concilium* et seditionem facere presumpserint et cuicumque se anteposuerint aut mancipium aut peculium de manu tulerint quod de casa servi sui dominus tollere voluerit, tunc ille qui in capite ex ipsis rusticis fuerit aut occidatur aut redimat animam suam, quantum adpreciatus fuerit[b, *1]; et unusquisque qui in ipsam seditionem cucurrerit ad malum[c] faciendum[c] compo-

c) *e codd.* 8. 10; *deest in cod.* 7.

Cap. 278. *e codd.* 1—8. a) quod est ob. *om.* 5. b) quia absurdum esse videtur 2. 5. 6.

Cap. 279. *e codd.* 1—8. a) *deest* 2. 5. b) et *om.* 7. 8. c) componat solidos XL 1. 2. 5. 6. d) cui iniuria illata est 1. e) Et si servus in capite fuerit, *omissis* ille prior...duxerit, 7. 8. f) *loco* reliqui.....facta est *cod.* 1 *habet:* servi enim reliqui qui cum ipso fuerint ex eodem concilio unusquisque cuius servus fuerit XL solidos pro eo componat, medietatem regi et medietatem cui ut supra malum fecerit. g) solidos *rell. om.* 4. 7. 8. h) qui iniuriam passus 2. i) sed tamen.....habuerit *om.* 7. k) *e codd.* 7. 8. 10. l) dicit *add. c.* m) quia *c.* n) Iam *c.*

Cap. 280. *e codd.* 1—8. a) liberi *add.* 3. b) qu. adpr. f. *om.* 7. 8. c) malefac. 7. 8.

16) Liutp. 130. 17) Liutp. 140. 18) Loth. 4 et 67. 19) Loth. I. 55. 20) Ludov. P. 54.

nat solidos 12, medietatem regi et medietatem cui iniuriam fecerint aut se anteponere presumpserint*[2]. Et si ille qui rem suam querere aut exigere videtur ab istis rusticis feritas aut plagas factas habuerit, sicut superius statutum est ei componatur: nam pro presumptione tantum poenam suprascriptam paciantur. Et si aliquis ex ipsis rusticis occisus fuerit, non requiratur, quia ille qui eum occidit se defendendo et res suas vindicando hoc[d] egit[d]·*[3].

* *neque firmatum per sacramentum neque per dexteram nec obligationem* per kapitula Lotharii (4. 67.) De conspirationibus. De obligationibus. 7. 8.
*[1] *nisi collectio haec fuerit facta vel inemendata per comitis neglegentiam, et ille qui in capite est sit preditus aliqua dignitate* per kapitulum Lotharii (55.) Collectam. 7. 8 *et simil. in marg.* 4.
*[2] *componat ille scilicet qui in capite est de redemptione animae suae, ille vero qui cucurrit de 12 solidis* per intellectum. 7. 8. *[3] *Componatur ei widrigild ab homicida, nisi servus fuerit: non enim requiritur servus* per legem Liuprandi (20.) Si quis liber homo secundum quosdam. 7. 8.

Petre[e], te appellat Martinus, quod villani de Ulibris se adunaverunt per concilium et super eum venerunt in vicum talem, et tulerunt sibi unum mancipium de manu aut bovem, quem volebat tollere de casa sui servi, et tu fuisti in capite cum illis, aut cucurristi in ipsam seditionem ad malum faciendum.

Petre, te appellat Martinus, quod tu occidisti Dominicum suum servum. — Non occidi, quod per legem emendare debeam.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod, servis vel liberis in tali loco adunatis et super eum maligne venientibus, tu eorum caput fuisti, cum bovem, quem de Petri servi sui domo abstulit, ab eo auferrent, aut in eandem adunationem ad sibi nocendum cucurristi.

§. 2. Lex ista de liberis et servis debet intellegi. — §. 3. Quod in hac lege scriptum est: „emendet regi et emendet ei cui iniuria illata est", tam de anime redemptione quam de 12 solidorum compositione oportet intellegi. — §. 4. Si ista adunatio per sacramentum vel dextram sive per obligationem facta fuerit, ad modum supradicte[21] legis a predictis Lotharii capitulis rumpitur et salvatur. — §. 5. Hec lex de hoc quod dicit: „ut, si aliquis ex ipsis rusticis occisus fuerit, non requiratur, ideo quia, qui eum occidit, se defendendo fecit", rupta est a Liuprandi lege quae est „Si[22] quis liber homo se defendendo". Sed ita salvatur: si per ipsam legem hic componeretur quem Rotharis componi prohibuit, tunc non componeretur „sicut Rotharis instituit".

281. Si quis de lignario alterius lignum furatus fuerit, componat illi cuius lignarium fuerit[a] solidos 6*.

* *in actogild* per legem Liuprandi (150.) Si quis porcos in omnibus istis secundum aliquos[b]. 7. 8 *et in marg.* 4.

Expositio: Hec lex et prope sequentes leges, que alio modo quam sibi nonas res malo ordine sublatas emendari precipiunt, a Liuprandi lege que est „Si[23] quis porcos" corrumpuntur, quia in ea legitur: „componat eum in octogild sicut qui malo ordine res alienas tulit"[24]..... et respexisse ad alias leges nisi in quibus maligni actus pena specialiter non erat data.

282. Si quis de casa erecta lignum[a] quodlibet aut scindulam[b] furatus fuerit, componat[c] solidos 6*.

* *ut supra*[25]. 7. 8.

283. Si quis de lignamine adunato in curte aut in platea ad casam faciendam furatus fuerit, componat[a] solidos 6; si autem in silva dispersum fuerit et furatus fuerit, componat in actogild.

284. Si quis in ortum alterius introierit aut[a] salierit[a] ad furtum faciendum, componat solidos 6: nam si post[b] suam rem[b] ingreditur et dampnum non fecerit, non sit culpabilis.

285. Si quis sepem alienam ruperit, id est iderzon, componat solidos 6.

286. Si quis axegias[a] de sepe, id est axegiato, unam aut duas[b] tulerit, componat* solidum 1.

* *in actogild.* 7. 8 *et in marg.* 4.

Glossa: axegiato] id est spaldum. 4.

287. Si quis de sepe stantaria facta vimen tulerit, componat solidum[a] unum[a]; si autem perticam transversariam tulerit[b], componat* solidos 3.

* *in actogild.* 7.

288. Si quis plovum[a] aut aratrum alienum

d) occidit 7. 8. e) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 281. *e codd.* 1—8. a) est 7. 8. b) asinos 7.
Cap. 282. *e codd.* 1—8; *in cod.* 6 *postponitur capiti* 283. a) vel *add.* 7. 8. b) scandalos 3. c) illi cui furaverit *add.* 1.
Cap. 283. *e codd.* 1—8. a) similiter *add.* 7. 8.
Cap. 284. *e codd.* 1—8. a) aut sal. *om.* 1. 4. b) pro sua re 1; per suam rem 2. 4. 6; per rem 5.
Cap. 285. *e codd.* 1—8; *in cod.* 6 *capita* 285—288 *tali ordine inveniuntur:* 287. 285. 288. 286.
Cap. 286. *e codd.* 1—8. a) axem 5. 6. b) plures 1.
Cap. 287. *e codd.* 1—7, *abest a cod.* 8. a) sol. duo 1; similiter 7. b) *deest* 7.
Cap. 288. *e codd.* 1—8. a) plaustrum 1. 7. 8.

21) Cfr. Roth. 279. expos. §. 1. 22) Liutp. 20. 23) Liutp. 150. 24) Hoc loco nonnulla in codice nostro excidisse apparet. Codex Rhedigeranus librum Lombardae continens inter glossas ad rupturam in expositione nostra propositam refellendam talia exhibet: *Sed dici potest, Liuprandum non inspexisse nisi leges illas, que octogild compositionem fieri precipiebant, vel leges illas respexit, quibus non erat specialiter inposita pena, vel his legibus locus est, si ille cui furtum fit maluerit agere furti per has leges. Non enim alia de causa hec imponitur pena, nisi quia videbatur maior octogild.* Cfr. etiam expos. §. 3 ad Liutp. 150. 25) id est in actogild; cfr. Roth. 281.

iniquo animo capellaverit, componat solidos 3[b], et[c] si[c] furatus fuerit, reddat[d] in actogild.

289. Si quis tintinnum desuper caballo aut bove[a] furatus fuerit, componat* solidos 6.

* *in actogild.* 7.8.

290. Si[a] quis[a] iugum furatus fuerit, componat[b.]* solidos 6.

* *in actogild.* 7.8.

291. Si quis sogas[a] furatus fuerit de bove[b] iunctorio[b], componat* solidos 6. Et[c] si qualemcumque rem mediocrem[c], unde 6 solidi aut minus in hoc edicto sunt iudicati, si[d] fur ipse super[e] tentus fuerit, non sit fegangi[f], nisi tantum componat sicut supra[g] constitutum est.

* *in actogild.* 7.8.

Glossae: in hoc edicto] id est in istis parvulis legibus. 4. — *figangi]* id est culpabilis poena furti. 4. — *constit. est]* ut[25*] perdat oculum vel nasum vel moriatur. 4.

292. Si quis vitem expoliaverit id est aminicula[a] tulerit super tres aut quattuor, sit[b] culpabilis[b] solidos 6.

293. Si quis palum[a] de vite tulerit, componat* solidos 6.

* *in actogild.* 7.8.

294. Si quis vitem[a] de una fossa asto[b] capellaverit[b] componat solidum 1.

295. Si quis travicem[a] de vite[b] inciderit, componat medium solidum.

296. Si[a] quis super tres uvas de vinea aliena tulerit, componat* solidos 6; nam si usque tres tulerit, nulla[b] sit ei culpa[b].

* *in actogild.* 7.8.

297. Si[a] quis pastoriam[b] de caballo alieno tulerit, componat* solidos 6.

* *in actogild.* 7.8.

298. Si quis capistrum de[a] capite caballi alieni[a] tulerit, componat* solidos 6.

* *in actogild.* 7.8.

299. Si quis rete[a] alienum[a] aut nassas levaverit, aut de piscaria aliena pisces tulerit, componat solidos 3*.

* *in actogild. In his enim omnibus ubi furtum committitur, pro culpa sit ut supra[26] precipimus* secundum[b] eos[b]. 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu levasti retia sua aut nassas aut de piscaria sua pisces tulisti.

300. Si[a] quis[b] roborem[c] aut cerrum seu quercum[a], quod est modola, hisclo, quod est ferea[d], infra agrum alienum aut culturam seu clausuram vicinus ad[e] vicinum[e] inciderit, componat per arborem tremisses duos. Nam iterans homo si propter utilitatem suam foris clausuram capellaverit, non sit culpabilis*.

* *Et ita componantur infructuosae* per[f] intellectum[f]. 7.8 *et in marg.* 4.5.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu incidisti unam arborem sibi, aut unum cerrum, aut capellasti sibi unam castaneam, nucem aut unam olivam.

Expositio: Malo ordine ablate sibi none sunt componende arbores.

301. Si quis castaneam, nucem, pirum aut malum[a] alienum inciderit, componat[b] solidum 1*.

* *alias melum.* 7.8 *et in marg.* 5.

Glossa: inciderit] et si inde portaverit, in actogild. 4.

302. Si quis olivam capellaverit aut succiderit, componat solidos 3*.

* *Et ita fructuose componantur* per[a] intellectum[a]. 7.8. *et in marg.* 5.

303. Si homo aut quodlibet pecculium in[a] sepe alterius texta cum vimine[a] se inpegerit[b] et mortuus aut aliquam lesionem passus fuerit, tunc ille qui sepem ipsam fecit[c] et caput maius aut mi-

b) sex 1. c) si autem 1.2.4; et si *rell. om.* 6. d) componat 1.

Cap. 289. *e codd.* 1—8. a) bovem 4; boves 1.7.8.

Cap. 290. *e codd.* 1—8; *in codd.* 5.6 *uno tenore subnectitur capiti* 289. a) Si vero 5; Et si 6. b) componat..... furatus fuerit *(cap.* 291.*) om.* 8.

Cap. 291. *e codd.* 1—8. a) funes 2. b) bobus iunctoriis 1.2.7.8. c) Si pro quacumque re mediocri 7.8. d) si *om.* 7.8; et 5. e) furtum *add.* 5.6. f) figangi 4. g) supra *om.* 4.7.8.

Cap. 292. *e codd.* 1—8. a) aminiculum 6—8. b) componat 1.5.6.

Cap. 293. *e codd.* 1—8. a) quod est carratium *add.* 5.6.

Cap. 294. *e codd.* 1—8. a) alienam *addit* 1. b) asto animo inciderit aut capellaverit 5.6.

Cap. 295. *e codd.* 1—8; *cod.* 6 *capita* 295—298 *taliter ordinata offert:* 296.295.298.297. a) traucem 1.4. b) aliena *add.* 5.6.

Cap. 296. *e codd.* 1—8. a) *in cod.* 1 *haec ita habentur:* Si quis tres uvas de vinea aliena tulerit, non sit culpabilis; nam si super tres tulerit, componat solidos 6. b) non sit culpabilis 4.5; non sit ei culpa 6.

Cap. 297. *e codd.* 1—8. a) *in cod.* 5 *hoc caput cum capite* 298 *tali modo coniungitur:* Si quis pastoriam vel capistrum de pede aut capite caballi alieni tulerit, componat solidos 6. b) pastorias 4.7.8.

Cap. 298. *e codd.* 1—8. *De codice* 5 *cfr. cap.* 297. a) de caballo alieno 4; alieni *om.* 7.8.

Cap. 299. *e codd.* 1—8. a) recia aliena 7.8. b) *desunt* 4. c) *e solo cod.* 10.

Cap. 300. *e codd.* 1—8. a) De arbore robore cero seu quercu 1. b) arborem alterius id est *add.* 2. c) robur 1.7.8. d) faia 1; feia 6; glandiffera 5. e) vicino 2.5.6; vicini 7.8. f) secundum vl. 4. g) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 301. *e codd.* 1—8. a) melum 1.5.6. b) pro unaquaque arbore *addit* 1.

Cap. 302. *e codd.* 1—8. a) *desunt* 5.

Cap. 303. *e codd.* 1—8. a) in sepem alterius, testa viminis foris stante, 7. 8. b) inpinxerit 2. 5. 6. c) misit 5. 6.

25*) Karol. M. 44.84. 26) Roth. 253.

nus de vimine foris dimiserit, ipse sit culpabilis homicidii aut lesionis.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod unus suus caballus inpalavit se, testa viminis foris stante, in sepe tua.*

304. Si caballus aut quodlibet pecculium in clausura alterius intus[a] saliendo se impalaverit, non reddatur ab ipso cuius sepis est. Et si ab infra in foras salierit et se inpalaverit, tunc ille[b] cuius sepis invenitur esse eum componat; et[c] dampnum, si intra ipsam clausuram fecerit, componat ei cuius clausura est[c].

Petre[d], *te appellat Martinus, quod unus suus caballus impalavit se in sepe tua foras saliendo.*

Expositio: Si incise arbores sublate fuerint, eo quod malo ordine sunt ablate, sibi none sunt conponende.

305. Si quis fossatum circa campum suum fecerit, et caballus aut alterum[a] peculium ibidem ceciderit, aut homo periclitaverit, non requiratur ab ipso cuius fossatum invenitur esse, quia pro salvatione campi sui fecit, nam[b] non dolose tractavit. Et[c] si eum occulte cooperuerit, et dannum factum fuerit, componatur ab ipso qui occulte fecit[d].

Petre[e], *te appellat Martinus, quod tu fecisti unum fossatum circa campum tuum et cooperuisti eum occulte, et unus suus caballus ibidem ceciderit.*

306. Si[a] aliquid[a] in puteum alterius ceciderit et mortuum[b] aut debilitatum[b] fuerit, non requiratur ei cuius puteus est, quia puteus[c] aquae[c] communis omnium utilitatis invenitur esse.

Glossa: Obiit per legem Liuprandi (135.) Item adnunciatum, ubi dicit de suo puteo; et si non habet aquam, emendet secundum quosdam. 4.

307. Si quis alii arma sua simpliciter prestiterit, et ille qui acceperit aliquid mali cum ipsis fecerit, non reputetur illi culpa qui prestitit, sed ei qui malum cum eis perpetravit. Et e contrario, si ille qui prestitit consensum ad malum faciendum habuit, collega illi sit ad ipsum[a] malum sanandum*.

* *Si vero homicidium cum his armis fecerit, non sit collega* per legem Liutprandi (20.) Si quis liber homo. 7.8 *et in marg.* 4; *similia in marg.* 5.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod tu prestitisti unam tuam spatam Marcoardo, unde ipse occidit suum patrem, et prebuisti eum consensum ad hoc malum faciendum.*

308. Si quis sua auctoritate arma alterius tollere presumpserit et malum cum eis fecerit, non sit illi culpa cuius arma sunt, sed illi qui cum eis malum fecit.

309. Si qua fera ab homine plagata fuerit, et in ipso furore hominem[a] occiderit aut quodlibet dannum fecerit, tunc ipse qui plagavit, ipsum homicidium aut dannum componat, sub ea videlicet observatione[b], ut tam diu intelligatur culpa venatoris, quamdiu eam secutus fuerit aut canes ipsius. Nam si ipsam feram postposuerit et se ab ea turnaverit, posteaque fera ipsa dannum fecerit, non requiratur ab eo qui plagavit aut incitavit*.

* *quia non fuit sua, postquam desivit eam persequi* per[c] intellectum Romanae[27] legis[c]. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossa: Hic videtur, ut quicquid dampni culpa alicuius fit, ut emendet cuius culpa fit secundum vl. 4.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu plagasti unum cervum, et in ipso furore occidit patrem suum.*

310. Si in pedica aut in taliola fera tenta fuerit, et[a] in hominem aut in peculium dannum fecerit, ipse componat qui pedicam misit.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod in una tua taliola fuit tentus unus ursus, et occidit patrem suum.*

311. Si quis super feram ab alio plagatam aut in taliola tentam aut a[a] canibus circumdatam, iter suum postponens, volens eam lucrari, super[b] ipsam[b] se miserit, et ab ipsa plagatus aut occisus fuerit, non requiratur ab eo qui plagavit aut incitavit, sed suae culpae et audaciae reputet, qui cum auctoritate sua[c] lucrandi animo se super eam misit.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu plagasti unum ursum, et ipse occidit patrem suum.*

312. Si quis feram ab alio vulneratam aut in taliola tentam aut a[a] canibus circumdatam invenerit aut forsitan mortuam, aut ipse occiderit et salvaverit et bono animo manifestaverit, liceat ei tollere[b] de ipsa fera[c] dextrum armum cum septem costis.

313. Si quis feram ab alio plagatam aut forsitan mortuam invenerit et celaverit, componat solidos 6 illi[a] qui eam plagavit*.

* *et si inde portaverit, componat in actogild* per legem Liuprandi (150.) Si quis porcos secundum quosdam. 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod tu invenisti unum ursum, quem ipse habebat plagatum et celasti.*

d) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 304. *e codd.* 1—8. a) intro 1.7.8. b) *deest* 7.8. c) et damnum insuper, si caballus intra clausuram fecerit, ille componat cuius fuerit caballus 1 *et rec. man.* 4. d) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 305. *e codd.* 1—8. a) aliud 1.2.5.6. b) et 7.8. c) nam 7.8. d) cohoperuit 1. e) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 306. *e codd.* 1—8. a) Si quod animal 7.8; Si animal 1; Si quis 5.6. b) mortuus a. debilitatus 5.6. c) putei aqua 2.5.6.
Cap. 307. *e codd.* 1—8. a) *deest* 7.8. b) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 308. *e codd.* 1—8.
Cap. 309. *e codd.* 1—8. a) aut hominem 4.7.8. b) ratione 1.4. c) secundum vl. 4. d) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 310. *e codd.* 1—8. a) in ipso furore *addit* 1. b) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 311. *e codd.* 1—8. a) a *om.* 1.7.8. b) *desunt* 4.5. c) cum auct. s. *om.* 7; cum *om.* 1.4.5; sua *om.* 5. d) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 312. *e codd.* 1—8. a) a *om.* 7.8. b) tollere *sub finem capitis transponunt* 7.8. c) fera *om.* 7.8.
Cap. 313. *e codd.* 1—8. a) illi q. e. p. *om.* 2. b) *e codd.* 7.8.10.

27) §. 13. Inst. rer. divis. (II, 1.)

314. Si cervus aut qualibet fera ab alio homine sagittata fuerit, tam diu illius esse intelligatur qui[a] eam sagittavit[b] usque[c] ad[c] aliam talem[d] horam diei aut noctis, id est horas 24, quod[e] eam postposuit et se[f] turnavit[g]; nam qui eam post transactas predictas horas invenerit, non sit culpabilis, sed habeat sibi ipsam feram.

Petre[h], *te appellat Martinus, quod ipse habebat sagittatam unam feram, et tu invenisti eam, et vult*[i], *ut dones sibi eam.*

315. Si quis cervum domesticum, qui tempore suo rugire solet, fragiaverit[a], componat domino eius solidos 12; nam si furatus fuerit, in actogild reddat.

Glossae: tempore suo rugire solet] id est qui talem aetatem habet, quod rugire possit. 1; id est qui integer est. 4.5.7.8. — *fragiaverit]* id est occiderit. 7; id est plagaverit. 1.4.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod tu furatus es ei unum suum cervum, qui iam rugiebat, aut occidisti.*

316. Si quis cervum domesticum alienum, qui non rugierit, intricaverit, componat[a] solidos 6; nam si[b] furatus fuerit, reddat[c] in actogild.

317. Si quis acceptorem[a], gruem aut cignum domesticum alienum intricaverit, sit[b] culpabilis[b] solidos 6.

Petre[c], *te appellat Martinus, quod tu intricasti sibi unum acceptorem domesticum aut gruem aut cignum.*

318. Si quis de apiculari vas[a] cum apibus furatus fuerit, unum aut plura, componat solidos 12*.

* *in actogild; et pro culpa sit ut supra*[28] *dictum est* per legem Liuprandi (150.) Si quis porcos secundum quosdam[b]. 7.8 *et simil. in marg.* 4.

319. Si quis de arbore signata in silva alterius apes tulerit, componat solidos 6. Nam si signata non fuerit, tunc quicumque invenerit iure naturali habeat sibi, excepto in gagio[a] regis. Et si contigerit, ut[b] dominus cuius silva est supervenerit[b], tollat mel et amplius culpa[c] non requiratur.

Glossae: Si quis de arbore] per kapitulum Karoli (84.) Si quis latro. 4.7.8. — *in gaio]* id est in silva. 7.8. — Hic videtur quod similiter fit de omni adquisitione naturali iure et quod tenens debet suum ius dicere secundum vl. 4.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu tulisti de una sua arbore signata apes aut acceptorem.*

320. Si quis de silva alterius acceptores tulerit[a], exepto gagio[b] regis, habeat sibi; nam si dominus silve supervenerit, tollat acceptores et amplius culpam adversus eum non requirat. Et hoc iubemus: si[c] quis de gagio[d] regis tulerit[e], sit culpabilis[f] solidos 12.

Petre[g], *te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu tulisti de gaio*[h] *regis unum acceptorem.*

321. Si quis de arbore signata in silva alterius acceptores de nido tulerit, componat solidos 6.

322. Si quis canes alienos clamaverit aut incitaverit et dannum fecerit in homine[a] aut in peculio[b], non reputetur[c] illi culpa cuius canes sunt, sed illi qui eos incitavit.

Glossae: clamav. aut] id est „et“ secundum quosdam. 4. — *eos incitavit]* Si negat incitasse, iuret secundum qualitatem dampni secundum quosdam. 4.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu clamasti canem Iohannis et incitasti eum super suas bestias, et habuit tale dannum.*

323. Si peccatis inminentibus homo rabiosus aut demoniosus[a] factus[b] fuerit[b] et dannum fecerit in homine aut in peculio, non requiratur ab heredibus eius; et si ipse occisus fuerit, simili modo non requiratur: tantum est, ut sine culpa non occidatur*.

* *Similiter de infantibus.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossa: Hic videri potest, quod heres emendat malum quod facit ille cui succedit, si non est rabiosus secundum quosdam. 4.

324. Si canis aut caballus aut quodlibet peculium rabiosum factum fuerit et dannum fecerit in homine aut in peculio, non requiratur a domino; et qui ipsum occiderit, simili modo non requiratur a[a] domino[a] ut[b] supra[b].

Petre[c], *te appellat Martinus, quod unus tuus caballus occidit Paulum suum patrem.*

325. De[a] quadrupedibus, si[a] in homine aut

Cap. 314. *e codd.* 1—8. a) qui eam sag. *om.* 1. b) aut vulneravit *add.* 5.6. c) quamdiu perveneril 6. d) *deest* 4.7.8. e) quando 6; qua 5.7.8. f) ab ea *addit* 1. g) rediit 6. h) *e codd.* 7.8.10. i) volet 7.8.
Cap. 315. *e codd.* 1—8. a) irritaverit 1; intricaverit 5. b) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 316. *e codd.* 1—8. a) domino eius *addit* 5. b) eum si 2.7.8. c) componat 1.6.
Cap. 317. *e codd.* 1—8. a) accipitrem 1.5.6. b) componat 1.4. c) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 318. *e codd.* 1—8. a) vasculum 1.4. b) asinos *add.* 7.8.
Cap. 319. *e codd.* 1—8. a) *sic* 2—4; gaio *rell.* b) dominum c. s. e. supervenire 2.4. c) *sic* 1.4; calumpnia 7.8; *deest* 2.5.6. d) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 320. *e codd.* 1—8. a) de nido *add.* 1.7.8. b) *sic* 2–4; gaio 1.5.6; in gaio 7.8. c) ut si 7.8. d) gaio 5—8. e) acceptorem *add.* 6—8. f) regi *add.* 1.6. g) *e codd.* 7.8.10. h) silva 7.8.
Cap. 321. *e codd.* 1—8.
Cap. 322. *e codd.* 1—8. a) hominem 1.4. b) peculium 1.2.4. c) requiratur 2.4. d) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 323. *e codd.* 1—8. a) daemoniacus 2.5.6. b) apparuerit 1.
Cap. 324. *e codd.* 1—8. a) *desunt* 5.6. b) *desunt* 1.4. c) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 325. *e codd.* 1—8. a) Si quadrupes 7.8; De quadrupedia. Si 1.

28) Roth. 253.

in peculio dampnum fecerint[b], ipse componat dannum cuius fuerit peculium[c].

Glossa: ipse componat] scilicet ita ut dicam. 4. 7. Hoc dampnum secundum quosdam emendatur ut plagae antiquae[29] absque faida. 4.

326. Si caballus cum pede, si bos[a] cum cornu, si porcus cum dente hominem intricaverit, aut si[b] canis[c] momorderit, excepto ut supra si rabiosus fuerit, ipse componat homicidium aut dannum cuius animal fuerit, cessante in hoc capitulo faida quod est inimicicia, quia muta res fecit, non[d] hominis studium[e].

Glossae: aut dannum] Hoc dannum secundum quosdam emendatur ut plagae. 4. 5. 7. 8. — Per usum, ubi faida cessat, medietas mali componitur secundum vl. 4.

Petre[f], te appellat Martinus, quod una tua quadrupes occidit patrem suum.

327. Si quis prestitum aut conductum caballum aut bovem aut canem aut quodlibet animal[a] habuerit, et, dum in ipso beneficio aut conductura est, dannum fecerit, non requiratur proprio domino, sed ille qui[b] prestitum post se habuit ipsum[c] homicidium aut dannum componat*.

* *nisi sit pululus calcitrosus iumenti prestiti* per legem Liuprandi (136.) Item 1. 7. 8.

Petre[d], te appellat Martinus, quod habebas unum caballum de Dominico in prestito aut conductura, et occidit unum suum servum.

328. Si animal[a] alienum animal occiderit aut intricaverit, id est bos bovem aut quodlibet peculium, tunc dominus qui animal suum intricatum invenerit aut forsitan iam[b] marcidum aut minuatum, iubemus ut consignet ipsum intricatum illi cuius animal[c] intricavit, ut[d] simile quale in illa die fuit, quando fragiatum est, recipiat ab[e] ipso cuius animal hoc fecit.

Glossa: consignet ipsum intric.] quia si invenitur et non consignaverit suum querere non potest secundum vl. 4.

Petre[f], te appellat Martinus, quod unum tuum animal intricavit unum suum bovem[g].

329. Si quis canem[a] furatus fuerit, sibi[b] nonum[b] reddat.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu furatus es sibi unum suum canem.

330. Si quis se vindicando occiderit canem alienum id est cum spata aut[a] virga aut cum qualibet[b] arma[b] manu tenendo, non[c] requiratur; tantum est, ut ipsa virga talis inveniatur esse, ut mediocris spata. Nam si[d] post ipsum[e] iactaverit et eum[f] occiderit, reddat ferquidum[g] id est similem.

Petre[h], te appellat Martinus, quod tu occidisti unum suum canem.

331. Si quis canem alienum nocte aut in die dannum facientem in casa sua invenerit, si eum occiderit, non requiratur; et si occisus non fuerit, dampnum quod fecerit dominus[a] reddat[a.]*.

* *similiter de aliis bestiis vel animalibus[b].* 7. 8 *et in marg.* 4.

Petre[c], te appellat Martinus, quod ipse invenit unum tuum canem in casa sua dannum sibi facientem.

332.[a] Si quis percusserit vaccam pregnantem, et abortum fecerit, componat tremissum unum. Et si mortua fuerit, reddat eam qualiter appreciata fuerit, simul et pecus[b].

Glossa: comp. tremissem] id est ut det tremissum unum, et si pecus percussa fuerit pregnans et abortum fecerit, vadat per dampnum et extimetur. Hoc fit de minoribus bestiis secundum vl. 4.

Petre[c], de appellat Martinus, quod tu percusisti unam suam vaccam pregnantem, et abortum fecerit, aut unam suam equam, aut unam ancillam.

333. Si quis percusserit equam pregnantem, et abortum fecerit, componat solidum 1; et[a] si[a] mortua fuerit, reddat[b] eam, simul et pecus[c].

334. Si quis percusserit ancillam gravidam[a], et abortum fecerit, componat solidos 3. Si autem ex ipsa percussura mortua fuerit, componat eam simul et quod in utero eius mortuum est[b].

335. Si lupus animal alienum[a] occiderit, et aliquis eum[b] nesciente domino[c] excoriaverit[d] et celaverit, et per proditorem inventum fuerit, componat solidos 12*.

* *in actogild corium* per legem Liuprandi (150.) Si quis porcos secundum quosdam. 7. 8 *et in marg.* 4.

Petre[e], te appellat Martinus, quod tu excoriasti unum suum bovem, quem habebat mortuum unus lupus, aut erat in taliola, et[f] invenisti eum in tali flumine et excoriasti.

b) fecerit 1. 7. 8. c) *deest* 6—8.

Cap. 326. *e codd.* 1—8. a) boves 7. 8. b) *deest* 1. 4. c) hominem *add.* 1. 7. 8. d) nam non 1. 5. e) studio 1. 4. 7. 8. f) *e codd.* 7. 8. 10.

Cap. 327. *e codd.* 1—8. a) peculium 2. b) conductum aut *addit* 2. c) ipse 1. 2; *deest* 4. d) *e codd.* 7. 8. 10.

Cap. 328. *e codd.* 1—8. a) cuiuscumque *add.* 4; alterius *add.* 7. 8. b) *deest* 2. 7. 8. c) eum *add.* 2; suum *add.* 5; id *add.* 7. 8. d) et 4. 5; aut 1. e) ab ipso *rell. om.* 6. f) *e codd.* 7. 8. 10. g) asinum 7. 8.

Cap. 329. *e codd.* 1—8. a) alienum *add.* 1. 5. 6. b) nonum sibi 1. 2. 5. 6. c) *e codd.* 7. 8. 10.

Cap. 330. *e codd.* 1—8. a) cum *add.* 5—8. b) quibuslibet armis 2. c) ei *add.* 1. d) spatam aut aliam armam *add.* 1 *et rec. m.* 4. e) ipsam 7. 8. f) *deest* 7. 8. g) ferquido 1. 7. 8. h) *e codd.* 7. 8. 10.

Cap. 331. *e codd.* 1—8. a) dominus eius persolvat 1 *et corr.* 4. b) secundum vl. *add.* 4. c) *e codd.* 7. 8. 10.

Cap. 332. *e codd.* 1—8. a) De pregnis *rubrica in codd.* 1. 7. 8. b) fetus 1. 4. 5. c) *e codd.* 7. 8, *abest a cod.* 10.

Cap. 333. *e codd.* 1—8. a) si autem ex ipsa percussura 6. b) componat 1. 6. c) fetum 4. 5; quod in utero eius mortuum est 6; ut supra *add.* 1. 4.

Cap. 334. *e codd.* 1—8. a) pregnantem 1. 4. b) fuerit 7. 8.

Cap. 335. *e codd.* 1—8. a) cuiuscumque 2. 4. b) *deest* 7. 8. c) suo *add.* 5—8. d) excorticaverit 1. 4. e) *e codd.* 7. 8. 10. f) aut *corr.* 7 *et corr.* 10.

29) Roth. 74.

336. Si in flumine animal mortuum fuerit aut ubicumque, et[a] ab alio homine[a] cuius non fuerit[b] excoriatum[c] fuerit[c], componat solidos 12*.

* *In actogild corium si celaverit*[d], *sin autem, solidos* 12[e]. 7.8 *et sim. in marg.* 4.5.

337. Si quis caballo[a] alieno[a.]* aurem aut[b] oculum excusserit aut aliquam lesionem corporis fecerit**, recipiat ipsum qui[c] lesus factus est[c] et reddat ei ferquidum[d] id est similem***.

* *vel alii animali.* 7.8 *et in marg.* 4. ** *quae nunquam sanari potest.* 7.8 *et in marg.* 4.

*** *Similiter enim de omnibus animalibus irrationabilibus intelligitur* per sequentem et per intellectum huius. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: insanabilem] quae, etiamsi sana fuerit, non revertitur ad priorem statum. 5. — *reddat]* Similiter de ceteris bestiis R̸ 1. Similiter de aliis omnibus animalibus ut hic et in sequentibus de equo legitur legibus *(Roth.* 339.341.*)* secundum stultorum intellectum. 5.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod tu excussisti ad unum suum caballum aurem aut oculum.*

Expositio: Quod in hac lege et proprie sequente lege de caballo precipitur, usu et exemplo legis huius in quadrupedibus observandum est. — §. 2. A lesione intemperabili est legis huius sententia.

338. Si[a] quis caballo[b] alieno[b] caudam capellaverit[a] id est setas tantum, componat solidos 6.

Petre[c], *te appellat Martinus, quod tu capellasti ad unum suum caballum caudam.*

339. Si quis caballum alienum plagaverit aut aliquam lesionem fecerit, tunc dominus illius[a] caballi retradat[b] ipsum caballum illi homini, qui ei[c] lesionem fecit, ut ipse[d] eum sanet; et[e], dum ipsum sanare potuerit, det illi suum proprium caballum, qualiter[f] usque[f] suam faciat utilitatem. Et si caballus qui lesus fuit ad pristinam redierit sanitatem, reddat ipsum proprio domino[g]; si autem ex ipsa lesione mortuus fuerit, reddat alium similem. Et si contigerit, ut ipse caballus qui pigneratus est post ipsum moriatur, tunc satisfaciat ille qui eum pigneratum habuit, si pulsatus fuerit, quia non per illius neglectum mortuus fuerit: postea[h] nulla sit repeticio*.

* *Similiter de caeteris animalibus sit per intellectum stultorum* per[i] intellectum huius[i]. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si caballus ante actionem sanus factus fuerit, nichil inde erit secundum quosdam. 5. — *tunc satisfaciat]* id est iuret. 4.

Si[k] *Longobardus Longobardum appellaverit, quod suum caballum plagaverit, et negaverit, non secundum precium caballi, set secundum quod appreciata fuerit emendatio, purificare se debet.*

Petre, te appellat Martinus, quod plagasti unum suum caballum. — Si dixerit, quod plagavit, recipiat ad sanandum.

Si caballus sanus factus est, antequam appellatio fiat, nichil fit.

Petre, te appellat Martinus, quod tu plagasti unum suum caballum, et recepisti ad sanandum: modo est mortuus pro ipsa plaga.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse plagavit unum tuum caballum, et recepit ad sanandum, et dedit tibi unum suum caballum, unde tu faceres tuam utilitatem[l]*: modo est sanus tuus caballus, vult, quod des sibi suum et recipias tuum. — Meum recipio, sed tuum non dabo, quia mortuus est. — Iuret, quod per suam neglegentiam mortuus non sit*[m].

Expositio: Si vulneratus equus, antequam inde agatur, evasit, iuxta hanc legem nichil fiet. Sed iuxta quarti libri Institutionum leges[30], que sunt „Dampni iniuria actio", „Superest ut de actionibus" et Codicis libri tertii capitulum quod est „Contra[31] negantem ex[n] lege Aquilia[n], id est si dampnum per iniuriam dedisse probetur, dupli[o] procedit condempnatio" et cetera emendabimus, in quibus, utrum ante appellationem evaserit necne, nulla discretio est. — §. 2. Appellatus aliquis de equi vulneratione non iusta equi pretium, sed secundum quod appreciata fuerit emendacio se purificet. — §. 3. Si contigerit, quod ipse caballus, qui causa faciendi utilitatem datus, furatus fuerit, sic exinde fieri debet. Si ipse qui eum pigneratum habuerit ad ipsum custodiendum exactam diligentiam[32], id est subtilissimum studium, adhibuerit et voluerit[p] eum domino reddere, furti actionem habere poterit per primam legem quarti libri Institutionum, quia illic legitur: „unde constat, creditorem de pignore subrepto furti agere posse"[33]. Si autem reddere noluerit, furti actionem non habebit, sed dominus[q]. Et si exactam diligentiam non habuerit ille cui est datus causa faciendi utilitatem, reddere debet ad dominum per unam legem positam in tertio libro Institutionum que est „Re contrahitur obligatio", quia illic legitur: „creditor[r] quoque qui pignus accepit re obligatur, qui[s] et ipse de ea ipsa re quam accepit restituenda tenetur"[34]. Et postquam reddiderit equum, a domino actionem furti habebit, non dominus, per predictam legem in quarto libro Institutionum positam, quia

Cap. 336. *e codd.* 1—8. a) et alius homo 2.7.8. b) simpliciter *add.* 7; similiter *add.* 8. c) excorticatum f. 1.4; excoriaverit 2.7.8. d) inde portaverit secundum a. 4; inde veherit 5. e) componat secundum vl. *add.* 4.
Cap. 337. *e codd.* 1—8. a) alicui equo 7.8. b) vel 1.2.5.6. c) qui lesionem fecit 1 *et corr.* 4; quod lesum factum est 7.8. d) ferquido 7.8. e) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 338. *e codd.* 1—8. a) Si quis capellaverit caudam caballi 1. b) caballi alieni 2.4. c) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 339. *e codd.* 1—8. a) ipsius 1; *deest* 2. b) reddat 1.5.6. c) ei *om.* 1.4—6. d) *deest* 7.8. e) interea *add.* 7.8. f) quatenus usque dum 1 *et corr.* 4; dum usque 2; qualiter *om.* 5.6. g) et suum recipiat *add.* 1 *et corr.* 4. h) et postea 6—8; posteaque 5. i) et huius legis 4. k) *e codd.* 7.8.10. l) voluntatem 7.8. m) et sit solutus *add.* 10. n) lex legem aliquid *cod.* o) duplici *cod.* p) noluerit *cod.* q) dominum *cod.* r) conditor *cod.* s) quod *cod.*

30) Inst. IV. titt. 3 et 6. 31) L. 4. C. lege Aq. (III, 35.) 32) §. 4. Inst. quib. modis re contr. (III, 14.)
33) §. 14. Inst. obl. ex delicto (IV, 1.) 34) §. 4. Inst. l. c. (III, 14.)

illic legitur: „sed actio ei competit cui interest rem salvam esse, licet dominus non sit; itaque nec domino aliter competit, quam si eius intersit, rem non perire“[35]. Similiter esse debet, si predictus caballus ad schachum abactus fuerit, quia in secunda lege quarti libri Institutionum sic legitur: „Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti[t] actio competit in re clam facta, ex hisdem causis omnes habere hanc actionem“[36]. Sed Ugo dicit, lege Romana pretermissa iuxta hanc legem sufficientem diffiniri posse; quia, quemadmodum iuxta hanc legem ille qui eum pigneratum habuit, si pulsatus fuerit, a culpa absolvitur[u], si se per[v] sacramentum purificare potest, quod per eius neglectum mortuus non fuerit, similiter, quocumque modo ablatus fuerit, si de neglectu se purificare potuerit, a culpa absolvitur. — §. 4. Quod in hac lege legitur: „tunc satisfaciat, quod per illius neglectum mortuus non fuerit“, per hoc exemplum similiter debemus facere de omnibus neglegentiis in edicto scriptis, si actor probare non potuerit. — §. 5. Equum ad sanandum susceptum, si, antequam de vulnere ipso sanetur, alia lesione aut morbo mori contigerit, susceptor eum emendare non cogitur. Si vero non moritur inde nec evaserit, iuxta superiorem legem quae est“ Si[37] quis alicui equo aurem“ et cetera habeatur a susceptore, alio pro eo eiusdem pretii reddito. Si autem furto aut aliqua sublatus fuerit violentia, hac lege dicente: „reddat ipsum proprio domino vel alium similem“, iuxta predictam Institutionum legem[35] furti actionem habebit susceptor, in qua legitur: „actio furti competit cuius interest rem salvam esse, licet dominus non sit“. — §. 6. Quod in hac lege scriptum est: „et dum sanare potuerit, det illi suum caballum, qualiter usque suam faciat utilitatem“, intellectum habet huiusmodi, ut, si pro utilitate facienda datum equum absque susceptoris neglegentia mori contigerit, loco eius ad utilitatem faciendam, donec vulneratus sanetur, ille qui vulneravit det alium equum valentem illum quem vulneravit; si equum quemlibet habere nequiverit, iuxta equi extimatam utilitatem ipsemet ad terminum tradatur servitio[38]. — §. 7. Si quis caballum ad sanandum susceptum plagaverit, dici posset, quod ille qui plagaverit dare debeat suum caballum proprio domino plagati caballi, quemadmodum ille dedit qui eum ad sanandum susceperat. Sed iniquum esset: quia hec lex pro alio vulnere non precipit, caballum dari pro utilitate facienda, nisi pro quo caballi dominus utilitatem amittat; sed pro hoc vulnere dominus utilitatem non perdit[w], quia pro primo vulnere amiserat. Quapropter equanimiter considerandum est, ut unusquisque vulnus quod fecit sanet, et primo vulnere sanato reddatur equus qui pro utilitate restituenda datus erat, et ille det suum, cuius vulnus ad sanandum restat. — §. 8. Usu et exemplo huius legis, si quis quodlibet animal plagaverit et inde utilitas possit amitti, recipiat illud ad sanandum, et det eque valens eiusdem generis animal ad utilitatem faciendam, donec illud sanatum fuerit, et de ceteris ut supra.

§. 9. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod equum suum vulnerasti aut ei lesionem fecisti.

§. 10. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod equus suus a te vulneratus, quem ad sanandum suscepisti, ex ipso vulnere mortuus est.

§. 11. Lex ista, equum ad sanandum receptum et eius lesione mortuum emendari precipiens, si, antequam ad sanandum accipiatur vel in ipsa vulnerationis hora, mortuus fuerit, emendandum esse insinuat.

§. 12. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu ei suum equum, quem, tuum equum ad sanandum recipiens, pro facienda utilitate tibi dedit, sanato tuo reddere debes. — Si dixerit esse mortuum, et appellator et de morte ambiguus fuerit, appellatus, pro ambiguitate hac mortuum esse sacramento addens, non pro sua neglegentia mortuum esse iuret.

340. Si quis caballum alienum ascenderit et infra viciniam tantum caballicaverit, id est per ipsum vicum, componat solidos 2. Nam si inantea eum caballicare presumpserit et dominum[a] non rogaverit, in actogild reddat[b].

Glossae: Si quis] Furtum usus. 4.5.7.8. — Actio arbitraria. 5.7.8.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu ascendisti in unum suum caballum et caballicasti eum intra viciniam aut foras viciniam, et eum non rogasti.

Expositio: Hoc sciendum est, quod, si caballus usque Romam prestitus fuerit vel ad alium locum et inantea caballicatus fuerit per ipsum vicum, de quo dominus caballi rogatus non fuerit, satis per hanc legem appellatio fieri potest. Quod potest videri in hoc quod dicit: „nam si inantea eum, subaudis caballum, quem per vicum absque rogatu domini equitaverat, caballicare presumpserit et dominum non rogaverit“ et cetera. Legitur enim in prima quarti libri lege Institutionum: „Placuit[39] tamen eos, qui rebus commodatis aliter uterentur quam utendas acceperint, ita furtum conmittere, si se intelligunt id invito domino facere“.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu absque eius permissu in caballum eius ascendisti et infra vicum aut extra equitasti.

341. Si quis caballum alienum prehenderit ipsumque diffiguraverit aut circinaverit, furti pena sit culpabilis id est in actogild sibi[a] nonum[a].*.

* *et a pena feriatur ut[40] latro: et ita de omnibus animalibus secundum[b] quosdam[b].* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossa: Furtum fraudis. 7.8.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu prehendisti unum suum caballum et diffiguravisti vel circinavisti.

t) furtim *cod.* u) absolverit *cod.* v) per *om. cod.* w) quidit *c.*

Cap. 340. *e codd.* 1–8. a) eius *add.* 1.5.6. b) eum reddat 1.2; componat 6; reddat caballum 7.8. c) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 341. *e codd.* 1–8. a) sibi nonum *om.* 2.5.6. b) *desunt* 8; a. *add.* 4. c) *e codd.* 7.10; *abest a cod.* 8.

35) §. 13. Inst. obl. ex del. (IV, 1.) 36) §. 2 in fine Inst. vi bonor. rapt. (IV, 2.) 37) Roth. 337. 38) Karol. M. 34. 39) §. 7. Inst. oblig. ex delict. (IV, 1.) 40) Karol. M. 44.

342. Si quis caballum alienum aut quodlibet peculium credens suum[a] esse[a] prehenderit, et dominus proprius eum cognoverit calumpniamque[b] ei[c] generare voluerit, ita decernimus, ut prebeat sacramentum ille qui eum tenuit, quia non asto[d] nec aliqua[e] causa[f] faciente[g] eum prendidisset[h], sed credidit suum fuisse, et[i] sit absolutus a culpa furti et reddat caballum proprio domino illesum*. Si autem non presumpserit iurare, reddat eum in actogild, quia[k], postquam cognovit, quod suus non fuit, mox debuit proprio domino innotescere. Nam si[l] eum, postquam cognovit, quod suus[m] non fuit, ascenderit, sit culpabilis ut supra solidos duo**.

* *si dominus caballi voluerit iusiurandum accipere; sin[n] aliter, per pugnam decernatur* per kapitulum Ottonis (6.) De furto. 1.7.8 *et in marg.* 4; *simil. in marg.* 5. ** *aut in actogild.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: et sit absolutus a culpa furti] Ex voluntate legis huius[o] colligitur, quod homo potest furari, vi tollere rem suam absque iniuria. 5.7.8. — *ascenderit]* infra vicinia tantum caballicaverit, sin autem foras vicinia, in actogild componat per hanc legem. 4.

Petre[p], te appellat Martinus, quod tu prehendisti unum suum caballum, et postquam tu cognovisti, quod tuus non fuit, caballicasti eum infra viciniam aut foras.

Expositio: Hec lex in parte rupta est capitulo Octonis quod est „De furto aut scacho"[41], quia, si proprius[q] dominus qui caballum cognovit pugnam de furto facere voluerit, non fiet sacramentum hoc quod hic precipitur. Sed iudices antiqui dicebant: non est rupta; quia, si[r] esset rupta, iam actor se periuraret[42], cum appellatus se defendit per istam legem. Sed male dicebant; quia nullus potest facere pugnam, quod actor vel reus non se periurat. Sed si hoc esset, quod inde non fieret pugna et latro tantum inde iuraret, hodie non ammitteret oculum vel nasum[43], quia propter metum corporis se periuraret.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu equum animo furandi comprehendisti.

343. Si quis caballum alienum aut quodlibet pecculium dannum facientem[a] invenerit ipsumque in curte inclauserit, et non venerit certus dominus qui eum cognoscat[b], tunc ille qui eum in dannum invenit ducat eum ad iudicem qui in loco ordinatus est, aut certe ante ecclesiam in conventum usque ad[c] quartam et quintam vicem, et omnibus voce preconia innotescat, quia caballum invenit: et si non venerit qui eum cognoscat, iubemus, ut ille qui eum invenit caballicet et custodiat eum[d] tanquam suum proprium. Et si* mortuus fuerit, signa de ipso corio conservet, ut, cum venerit certus dominus, habeat quod ei ostendat[e]. Nam si ista neglexerit et inventum fuerit, sibi nonum reddat[f], et si istam cautelam observaverit, sit[g] absolutus[h] a calumpnia[i]**.

* *custodierit et* 7.8. ** *Ita tamen, ut de caballo talis intelligatur exceptio, ut, si inventor caetera observaverit et hoc pretermiserit, quod eum tanquam suum non custodierit, et caballus nichil mali passus fuerit, componat pro illicita presumptione medietatem precii, quod caballus valuerit, et insuper ipsum caballum restituat sanum. Si vero mortuus fuerit aut lesus, componat ipsum caballum in actogild et insuper pro illicita presumptione medietatem precii caballi* per legem Liuprandi (85.) Si quis caballum alienum in damno suo. 7.8.

Petre[k], te appellat Martinus, quod tu invenisti unum suum caballum facientem dampnum et minasti ad clausuram. — De torto. — Si dixerit: ecce caballus, dicat: ego te appello, quod tu non minasti ante iudicem aut ante conventum. — Aut probet, quod minavit, aut emendet sibi nonum. — Si dixerit: non misi neglegentiam ad minare, iuret.

Petre, te appellat Martinus, quod tu invenisti unum suum caballum facientem dannum, et minasti ad clausuram. — Si dixerit: ego minavi ipsum caballum ante comitem, et mortuus est, aut ostendat signum de corio, aut iuret, quod non misit neglegentiam ad custodiendum, aut emendet sibi nonum. Si monstraverit signum de corio, et qui appellat dixerit: non est hoc signum de meo caballo, qui appellatus est iuret, quod non alium caballum invenit nisi ipsum unde hoc signum est. — Si dixerit qui appellat: tu fecisti in ipsum caballum plus quam in tuum proprium, iuret qui appellatus est, quod plus non fecit quam in suum proprium.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu equum aut bovem suum in dampno tuo inventum domi aut in curte tua clausisti, et eum ad conventum vel ad comitem usque ad quartam vel quintam vicem ducere neglexisti.

§. 2. In hoc quod hec lex dicit: „nam si ista neglexerit et inventus fuerit, sibi nonum reddat", et non posuit differentiam, sive equus ille aliquid mali passus fuerit vel non, in parte rupta est et affirmata a Liuprandi lege que est „Si[44] quis caballum in dampno suo" et cetera: rupta in hoc quod dicit: „si ipse caballus nichil mali passus fuerit, componat pro ipsa illicita presumptione iuxta quod ipse caballus fuerat, medietatem pretii quantum ipse caballus appretiatus fuit et ipsum caballum sanum restituat domino eius"; affirmata in hoc quod dicit: „nam si ipse caballus mortuus fuerit aut lesus, sic componat sicut in anteriore edicto legitur", id est sibi nonum et addit medietatem ipsius equi. — §. 3. Hec lex quoque in hoc quod

Cap. 342. *e codd.* 1—8. a) esse suum 4. b) et calumpniam 1.7.8. c) ei *om.* 2. d) asto animo 1.4; astuto animo 7.8. e) alia 1.7.8. f) fraude 6. g) *deest* 6—8. h) comprehendisset 2.5.6. i) postea 2. k) eum *add.* 6—8. l) et si 7.8. m) suum 2.7.8. n) sin *rell. om.* 1. o) et aliarum multarum *add.* 5. p) *e codd.* 7.8.10; *in cod.* 7 *verba praefixa sunt:* P. te appellat M. quod tu prehendisti animo furandi. q) prius *cod.* r) si *om. cod.*

Cap. 343. *e codd.* 1—8. a) faciens 1.2.7.8. b) cognoscit 2.4.7.8. c) in 4.6.8. d) *deest* 4.6.8. e) ostendere possit 1.4. f) eum reddat 4; reddat eum 1. g) erit 7.8. h) solutus 4; exsolutus 7.8. i) culpa 1.7. k) *e codd.* 7.8.10.

41) Otto I, 6. 42) iurando scilicet sacramentum ex lege Liutp. 70. 43) Karol. M. 44. 44) Liutp. 85.

dicit: „et si istam cautelam observaverit, erit absolutus a calumpnia“ ab eadem lege Liuprandi affirmatur, in qua dicitur: „et illam rationem fecit, quam anterius edictum decrevit, sic exinde proce-
5 dat iudicium, sicut gloriosissimus Rotharis rex instituit“. — §. 4. Queret aliquis: si quis equum in dampno suo repertum ad clausuram duxerit, et ad conventum vel ad iudicem suum ducere et sicut suum custodire et de mortui corio signum servare
10 neglexerit, utrum semel aut bis[l] sibi nonum equum sit compositurus? vel: si ductum ad conventum vel ad iudicem quinquies aut quater sicut suum custodire et de mortui corio signum servare neglexerit, quaeritur, utrum sit compositurus equum sibi no-
15 num, semel aut bis? Sed si quis dixerit, quod ille ter sit compositurus equum illum sibi nonum, quem ducere ad conventum vel ad iudicem et sicut suum custodire et de mortui corio signa servare neglexerit, male dixerit: quia compositio per neglegentiam
20 custodiendi sicut suum proprium vel observandi signa de mortui corio de solo ad conventum ducto fieri precipitur. Et item: si quis dixerit, quod ille sit compositurus equum bis sibi nonum, qui sicut suum custodire et de mortui corio signa servare
25 neglexerit, male dixerit: quia compositio per neglegentiam servandi signum de corio de eo tantum, qui ad conventum ductus tamquam proprius est custoditus, exigitur. — §. 5. Si quis equum in dampno suo inventum proindeque domui vel curti
30 clausum ad conventum vel comitem ducere, vel, postquam duxerit, custodire sicut suum neglexerit, et interim furto aut schacho ei sublatus fuerit, quia[m] pro neglegentia sibi nonum eum compositurus est, furti ei deveniat actio; si enim neglegentia defuerit,
35 furti actione probabit equi dominus. Quod utrumque Institutionum quarti libri lex prima testatur dicens: „furti[45] autem actio ei conpetit, cui interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quam si eius in-
40 tersit rem non perire“. Similiter esse debet, si predictus caballus ad scachum abstractus fuerit, quia secunda lege quarti libri Institutionum legitur sic: „et[46] generaliter dicendum, ex quibus causis furti actio conpetit in re[n] clam[n] facta, ex eisdem cau-
45 sis omnes habere hanc actionem“ scilicet scachi. — §. 6. Quaeritur, si quis equum in dampno suo repertum ducere ad conventum et cetera quod hec lex precipit observare neglexerit, et, cuius sit equus, non ignoraverit, utrum sibi nonum componere de-
50 beat? Cui sic est respondendum: hec lex inde nichil loquitur, quod optime videri potest, quia in hoc quod dicit: „et si non venerit qui eum cognoscat“ licet, quod hec lex locuta est solummodo de tali equo, qui, cuius esset, ignorabatur. Sed iuxta
55 sequentem legem que est „Si[47] quis peculium de dampno suo“ et cetera exinde iudicabimus: licet lex ista, de caballo et alio peculio incipiens, de solo caballo finiatur, intelligendum est tamen, de caballo et ceteris peculiis precepisse. Notandum est quoque, quod lex Liuprandi[44], de caballo solo precipiens, huius legis intellectui aliud reliquit peculium.

344. Si quis caballos aut armenta asto animo in messem alienam aut in pratum vel in quodlibet dannum miserit, componat per caput solidum unum, excepto dannum sicut[a] arbitratum fuerit et loci consuetudo est: sic tamen, si pastor non ausus[b] fuerit[b] iurare, quod asto animo non misisset; et[c] si[c] iuraverit, sit exsolutus[d] a culpa, tamen[e] dannum componat.

Expositio: Lex ista „caballum et armenta“ nominans equos et boves maioresque bestias, de quibus tantum armentum dicitur, posuisse putandum est; prope sequens vero minores tantum bestias intelligere voluit. — §. 2. Sunt qui has utrasque leges[48] a lege Rotharis, que est „Si[49] quis campum alienum astu“ et cetera ruptas esse arbitrantur in hoc quod hec lex, que est „Si quis caballos“, dixerit: „componat per caput solidum unum excepto dampno“, et in hoc quod hec lex statim sequens dixit: „componat solidum excepto dampno“, cum ipsa lex quae est „Si quis campum“ non precipiat compositionem nisi solidorum sex. Sed male arbitrantur, quia si hoc esset, iam hec iniquitas inde procederet: scilicet, quod minus componeretur pro campo ex toto disperso, quam si in parte dispersus esset. Quare, si campus in parte vastatur, eundum est tantum iuxta has duas leges; si ex toto vastatur, eundum est per has et per aliam quae est „Si quis campum“ et cetera; ipsa enim loquitur de campo in eo casu tantum, quando ex toto vastatur, quod potest videri in hoc quod dixit: „deleverit“. Si utreque leges loquuntur de dampno campi, sive in parte sive in totum vastetur, et in Institutis legitur: „Nunquam[50] enim[f] actiones de eadem re concurrentes, presertim penales, alia[g] aliam consumit“.

345. Si quis porcos aut pecora[a] asto animo in dannum alterius miserit, et se non ausus fuerit idoniare[b], componat solidum unum, excepto dannum[c].

Petre[d], te appellat Martinus, quod tu misisti asto[e] animo in messem suam quattuor caballos aut[f] porcos[f], et fecerunt sibi tantum de danno, quod valebat solidos 5[g].

346. Si quis peculium de damno[a] ad clausuram minaverit, et ille cuius peculium est ei[b] antesteterit, componat solidum unum, excepto damnum[c], ut[c] arbitratum fuerit*. Et si in curte perminaverit, tunc ille cuius peculium est roget eum, ut reddatur ei, sic tamen, ut det pignus per ulti-

l) bis *supplevi.* m) qui *c.* n) reclamatione *c.*
Cap. 344. *e codd.* 1—8. a) quod 1. b) ausaverit 1. c) si enim 7.8. d) absolutus 1.5.6. e) tantum 1.2.4. f) penales *add. c.* g) *deest c.*
60 *Cap.* 345. *e codd.* 1—8. a) pecudes 2.5.6. b) iurare 2.5.6. c) damno 2.5.6. d) *e codd.* 7.8.10. e) astuoso 7.8. f) *desunt* 7.8. g) aut tres porcos *add.* 7.8.
Cap. 346. *e codd.* 1—8. a) suo *add.* 5—8. b) ei *om.* 7.8. c) dampno quod 2.5.6.

45) §. 13. Inst. obl. ex del. (IV, 1.) 46) §. 2. in fine Inst. vi bon. rapt. (IV, 2.) 47) Roth. 346. 48) Roth. 344. 345. 49) Roth. 357. 50) §. 1. in fine Inst. si quadrupes (IV, 9.)

mum valens siliquas 3, aut certe fideiussorem sub tali titulo, ut damnum quod arbitratum fuerit componat aut fabulam quae inter vicinos est. Et si** pignus suscipere noluerit, et una nocte peculium post se tenuerit, componat solidum unum. Et si ille cuius peculium est, tenens duriciam cordis, eum[d] liberare dispexerit, tunc habeat eum[e] ille qui in damno invenit novem noctes, aquam[f] tantum ei det, et de damno in hoc sit[g] sibi[g] contemptus, eo[h] quod novem noctes ipsum peculium tenuit. Et si ex ipso peculio aliquid[i] mortuum fuerit, neglegentiae suae reputet, qui dispignerare neglexit.

* *et*[51] *insuper* 6 *solidos, si asto sit.* 7.8.
** *captor* 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[k], *te appellat Martinus, quod ipse minabat tuum peculium de suo danno ad clausuram, et antestetisti ei.*

Petre[l], *te appellat Martinus, quod tu minasti suum peculium de tuo danno ad clausuram, et ipse voluit tibi dare pignus valens siliquas vel*[m] 3[m] *de emendare dannum, et noluisti accipere, sed tenuisti peculium apud te una nocte.*

Petre[l], *te appellat Martinus, quod tu minasti suum pecculium de tuo danno ad clausuram, et vult tibi emendare dannum, et reddas sibi pecculium. — Tu dispexisti liberare, et mortuum est. — Hoc ego dico, quod tu non dedisti ei aquam. — Iuret, quod dedit ei aquam.*

Expositio: Notandum est, peculium hic positum esse tam pro maioribus bestiis quam pro minoribus; et quod peculium quandoque ponatur tam pro maioribus quam pro minoribus, videri potest per legem retropositam que est „Servus[52] massarius licentiam habeat“ in hoc quod dicit: „de peculio suo boves vaccas caballum“ et cetera. — §. 2. Hec lex solidum pro contradictione componendum esse precipiens superiores leges[53], si bestie astu in campum misse sunt, non rumpit sed penam exauxit, et super hanc penam solidi sex dentur per legem subsequentem quae est „Si[51] quis campum alienum“, si totus campus devastatus fuerit.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu bestias tuas, quas de dampno suo ad clausuram ducebat, ei contradixisti.

§. 4. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu sibi, pignus tres partes unius denarii valens aut fidemiussorem volenti tibi dare pro emendanda vicinorum convenientia aut dampno, pro quo bestias suas ad clausuram duxisti, eas reddere noluisti, nocte una retinuisti.

§. 5. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu bestiis suis a te de dampno ad clausuram ductis aquam non dedisti.

§. 6. In hoc quod hec lex dicit: „et si ille cuius peculium est, tenens duritiam cordis, id liberare neglexerit, tunc habeat id ille qui in dampno invenit novem noctes“ et cetera que sequuntur, datur intelligi, quod, etiamsi aquam eis dedisset, emendare tamen peculia debet, si mortua fuerint, quia non precipit lex ut teneat, nisi ipse cuius fuerit liberare dispexerit.

347. Si hominem iterantem caballus aut quodlibet peculium secutum fuerit, et ille quem sequitur in ligamen aut in clausuram eum[a] miserit, ipse eum[a] salvum faciat, sicut supra constitutum est, et venienti proprio domino* restituat. Nam si sequi cepit et se de via turnavit, nulla sit culpa illi quem** sequi cepit. Nam si eum absconse habuerit aut eum[b] vendiderit, componat ipsum[c] caballum[c] in actogild***.

* *iuranti quod suus proprius sit* per usum. 7.8 *et in marg.* 4.5. ** *bonum* 7.8. *** *et*[54] *feriatur ut latro*[d] secundum quosdam. 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod eras tu iterans, et unus suus caballus te fuit secutus, et tu misisti eum in ligamine. — De torto. — Si dixerit: ipse caballus tornavit se de via, probet. Sed melius est, ut dicat: nullus tuus caballus me secutus fuit, quod per legem emendare debeam. — Si dixerit: ecce caballus, iuret, quod non misit neglegentiam de minare ante comitem vel ante conventum.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu eras iterans, et unus suus caballus te secutus fuit, et misisti in ligamine et tu eum vendidisti.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu equum suum te[f] iter agentem sequutum[g], et a te in mundum[h] vel in clausuram missum ad conventum vel ad iudicem usque ad quartam vel quintam vicem ducere neglexisti.

§. 2. Neque hanc neque superiorem legem[55] vel inferiorem[56] intelligendum est alium equum ad conventum vel ad iudicem duci precipere, nisi illum qui cuius sit ignoratur[57]. — §. 3. Quod in hac lege dicitur: „ipse eum salvum faciat sicut supra dictum est“, ita oportet intellegi, scilicet ut ad conventum ducat vel sicut suum custodiat aut de mortuo corio signatum conservet et, si neglegens in hoc fuerit, sibi nonum reddat[55]. — §. 4. Lex ista vel prope sequens a Liuprandi lege quae est „Si[58] quis caballum alienum“ et cetera non rumpitur: ipsa enim lex Liuprandi de caballo in dampno inventoris invento, hec vero non. — §. 5. Hec lex atque superior[59] ita intelliguntur, ut qui equum vel aliquid requirit peculium suum, per usum iuret suum esse proprium.

348. Si quis ab alio homine rogatus fuerit, caballum[a] aut quodlibet peculium[b] querere, signaque ei dictaverit, et ille forsitan[c] qui rogatus est[c] caballum alienum aut peculium[d] per errorem pre-

d) ipsum peculium 5.6; id 7.8. e) id 1.7.8. f) et aquam 1.7.8. g) sibi sit 7.8. h) pro eo 7.8. i) aliquod 2.7.8. k) *e codd.* 7.10; *abest a cod.* 8. l) *e codd.* 7.8.10. m) *sic codd.*; tres vel fideiussorem *corrig.*

Cap. 347. *e codd.* 1—8. a) id 7.8. b) *deest* 1.4.6. c) eum, *om.* cab., 1.4. d) latus 7.8. e) *e codd.* 7.8.10. f) te *supplevi.* g) sequuntur *c.* h) *verbum corruptum, pro* ligamen *positum.*

Cap. 348. *e codd.* 1—8. a) perditum *add.* 7.8. b) perditum *add.* 1.5.6. c) qui rogatus fuerit forsitan 2.5.6. d) quodlibet pecculium 7.8.

51) Roth. 357. 52) Roth. 234. 53) Roth. 344. 345. 54) Kar. M. 44. 55) Roth. 343. 56) Roth. 348. 57) Cfr. expos. §. 6 ad Roth. 343. 58) Liutp. 85. 59) Roth. 342.

henderit, si[e] venerit proprius dominus et calumpniam[e] generare[f] voluerit, ita prospeximus, ut ille qui eum per errorem tenuit* prebeat sacramentum, quia credidit ipsum esse unde rogatus fuerat; tunc 5 reddat caballum et amplius non calumpnietur, si eum male non tractaverit. Et si non venerit proprius dominus, reddat eum illi per[g] quem[g] ipsum tulit, ut ipse iterum iuxta legem sicut supra[60] decretum[h] est conservet.

10 * *si dominus non voluerit per bellum contendere*[i] per kapitulum Ottonis (6.) De furto. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si quis] Mandatum hoc est, gratia mandantis. 4.5.7.8. Hic est actio arbitraria. 2.4.5.7.8. — *prebeat sacram.]* exepto si pugna eum quesierit per kap. 15 Ottonis (6.) De furto. 5. — *et amplius non calumpn.]* Hic videri potest, quod aliqua res potest tolli clam et vi, si sua est, tollentis absque culpa[k]. 4.5.7.8.

Petre[l], *te appellat Martinus, quod tu prehendisti unum suum caballum malo*[m] *ordine. — Prehendi ego ipsum caballum, sed Marcoardus perdidit unum suum caballum*[m] *et rogavit me ut quaererem et dictavit signum, et ego sperabam fuisse ipsum. — Iuret, sicut lex dicit.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu perdidisti 25 unum tuum caballum et rogasti Dominicum, ut quaereret, et dixisti[n] *signum, et ipse prehendit unum suum caballum per errorem et dedit tibi, et tu misisti neglegentiam de minare ad comitem.*

Expositio: Hec lex in parte rupta est a capitulo Octonis quod est „De[61] furto aut scacho“, quia si dominus caballi calumpniam furti generare voluerit et inde pugnam facere, non fiet sacramentum quod in hac lege precipitur. Sed eodem modo sanari et rumpi potest, quemadmodum diximus superius[62] in[o] „Si caballum alienum credens suum“ et cetera.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu equum suum anima furandi comprehendisti. — Respondet: conprehendi[p], sed[p] putans esse eum 40 de[q] quo eram[q] rogatus.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu equum suum, quem errore comprehensum Albertus a te rogatus[r] tibi dedit, ad conventum ducere neglexisti.

45 349. De[a] porcis, si[a] in esca alterius paverint et inventi fuerint, si minus sunt de decem, non occidatur neque unus ex ipsis, sed ille qui eos invenerit teneat unum ex ipsis et habeat salvum, et componantur ei pro[b] porco[b] siliquae 3. Nam si 50 super fuerint de decem et usque ad decem, occidatur unus mediocris et non requiratur; et[c] si minus fuerint de decem, et[d] occiderit, reddat ferquidum[e] id est similem[e.]*.

* *et si inde portaverit, sibi nonum* per legem 55 Liuprandi (150.) Si quis porcos. 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[f], *te appellat Martinus, quod tu invenisti novem suos porcos in silva tua et tenuisti unum: modo vult tibi emendare dannum, et reddas sibi suum porcum.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu invenisti novem suos porcos in silva tua et tenuisti unum, et vult componere siliquas tres, ut reddas sibi suum porcum.

Petre, te appellat Martinus, quod tu invenisti 5 suos porcos in silva tua et occidisti unum.

Expositio: In hac lege in eodem loco secundum diversos diversa littera legitur. Quidam enim dicunt, hac lege legendum esse „per porcos“, alii „per porcum“. Sed quando „per porcos“ legetur, intellegendum est, quod per omnes porcos componi debeant solummodo siliquae tres; sed si „porcum“ legimus, tunc per unumquemque porcum componi debent silique tres.

§. 2. Hec lex in hoc quod dicit: „nam si super fuerint de 10 et usque ad 10, occidatur unus mediocris et non requiratur“ corroboratur a Liuprandi lege quae est „Si[63] quis porcos in silvam“ in hoc quod dicit: „usque ad 10 porcos et occiderit porcum unum, sic sit sicut edictum anterius continet“. — §. 3. In hoc quod hec lex dicit: „ferquidum id est simile“ et non posuit differentiam, sive inde porcum detulisset vel non, partim rupta est a Liuprandi lege quae est „Si[63] quis porcos“, in hoc quod dicit: „componat eum in octogild sicut ille qui malo ordine res alienas tollit“. Sed si porcum inde portaverit, malo ordine tulit, quia hec lex non precipit eum occidi nec tolli.

§. 4. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu ex tantummodo 10 porcis suis aut minus in silva tua inventis duos aut plures aut unum mediocrem solidos 10 valentem occidisti.

§. 5. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu ex 6 porcis suis aut minus in silva tua inventis unum solidos 10 valentem occidisti aut tenuisti.

350. Si quis in* prato porcos fossas facientes unum aut plures invenerit, occidatur unus tantum et non requiratur.

* *suo* 7.8 *et in marg.* 4.5.

Glossa: et non requiratur] scilicet et habeat sibi qui occiderit secundum vl. 4.

Petre[a], *te appellat Martinus, quod tu occidisti unum suum porcum.*

351. Si quis verrem alienum furatus fuerit, componat solidos 12, ipsum qui dicitur sonorpair, qui omnes alios verres in grege battit et vincit. Tamen in uno grege, quamvis multitudo porcorum fuerit[a], unus computetur sonorpair: nam si minor grex de 30 capitibus porcorum fuerit, non reputetur sonorpair, nisi 30 aut super fuerint. Et si in

e) et proprius dominus calumpniam 7.8. f) ei generare 1.4.5. g) pro quo 1.7.8. h) dictum 1.2.4. i) agere 4. k) secundum vl. *add.* 4. l) *e codd.* 7.8.10. m) malo.....caballum *om.* 7.10. n) sibi *add.* 7. o) in *om. c.* p) conprehendisset *c.* q) a quo eam *c.* r) rogatum *cod.*
Cap. 349. *e codd.* 1—8. a) Si porci 7.8. b) per porcum 1; per porcos 5—8. c) nam 2.5. d) qui 7.8. 60 e) ferquido id est simile 7.8. f) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 350. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 351. *e codd.* 1—8. a) sit 5—8.

60) Roth. 343. 61) Otto I, 6. 62) Expos. §. 1 ad Roth. 342. 63) Liutp. 150.

damno ipse sonorpair occisus fuerit, aut similem aut meliorem ipse qui occiderit restituat, et damnum ei conponatur. Nam[b] si alii verres aut porci furati fuerint[b], in actogild reddantur.

Si[c] quis verrem alienum furatus fuerit, qui dicitur sonorpair, eum in actogild componat; et si in dampno ipse sonorpair occisus fuerit, aut similem aut meliorem ipse qui occiderit restituat et dannum ei conponatur, et si inde portaverit, componat in actogild. Et si alios verres aut porcos furatus fuerit, in actogild reddantur.

Glossa: *comp. sol.* 12] Obiit per legem Liuprandi (150.) Si quis porcos secundum a. B.[64] secundum vt. lex nova est. 4.

Petre[d], te appellat Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu fuisti fur de tanto suo mobili, quod valebat solidos 30[e].

Expositio: In eo quod hec lex verrem furtim sublatum 12 solidis componendum esse precipit a Liuprandi lege quae est „Si[65] quis porcos" corrumpitur, in hoc quod ibi legitur: „sic componat sicut ille qui res alienas malo ordine tollit".

§. 2. Si quis verrem dictum sonorphayr in dampno occisum inde portaverit, quia malo ordine sublatus est, iuxta Liuprandi legem[65] sibi nonum reddere debet.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu verrem suum dictum sonorfayr in dampno tuo occidisti.

352. Si quis porcarium de homine libero battiderit, ipsum qui de curte ipsius exit nam non de casa massarii, componat solidos 20: tantum est, ut porcarius ipse[a] feritas[b] prius non faciat aut scandalum[c] committat; nam si fecerit plagas aut feritas, arbitrentur et componantur.

Glossae: *porcarium]* scil. servum. 1.4.5.7.8. — *massarii]* scil. servi. 1.4.5.7. — *scandalum]* graece, latine dicitur offendiculum. 1.4.5.7.8. — *et componantur]* et 20 solidi non componantur domino porcarii, eo quod prius scandalum commisit secundum a. 4.

Petre[d], te appellat Martinus, quod tu battisti unum suum porcarium servum, qui de corte sua exit.

353. Si duo porcarii inter se battiderint[a] aut scandalum commiserint, plagas aut feritas si[b] fecerint, componantur: nam alia culpa non requiratur.

354. Si quis campum alienum araverit sciens non suum aut sementem spargere presumpserit, perdat operas[a] et fruges*; et ille qui campum suum comprobaverit[b] habeat fruges.

* *et bannum solvat* per kapitulum Pipini (23.) Ut nullus alteri. 7.8 *et in marg.* 4.5.

Glossa: *habeat fruges]* Per Institutionum kapitulum[66] sata solo cedunt. 4.5.7.8.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu te sciente exarasti unum suum campum.

Expositio: Quod hec et due proxime leges sequentes de invasione precipiunt, invasor debet pati conpositurus bannum iuxta Pipini capitulum quod est „Ut[67] nullus alteri presumat". — §. 2. Si ille qui pratum secuit fenum inde asportaverit, qui malo ordine abstulit sibi nonum compositurus est.

355. Si quis campum[a] alienum exaraverit[a] seminatum et suum non potuerit facere, aliud tantum frugis quod devastavit proprio domino reddat; et pro incauta presumptione componat solidos 6*.

* *et bannum* per idem kap. *(Pipini* 23.*)* 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[b], te appellat Martinus, quod tu exarasti unum suum campum seminatum.

356. Si quis partum alienum secuerit aut exaraverit, et fenum reddat et pro illicita presumptione componat solidos 6*.

* *et bannum* per kapitulum Pipini (23.) Ut nullus alteri *et si inde portaverit, sibi nonum reddat* per legem Liuprandi (150.) Si quis porcos secundum quosdam. 7.8 *et in marg.* 4.5.

Petre[a], te appellat Martinus, quod tu exarasti unum suum pratum.

357. Si quis campum alienum[a] asto cum peculio suo deleverit[b] aut spicas manibus evulserit, componat solidos 6*.

* *et bannum* per idem kapitulum *(Pip.* 23.*)* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossa: *Si quis campum]* totum[68] secundum vl., particulariter secundum a. 4.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu vastasti unum suum campum asto cum peculio tuo.

358. Nulli sit licentia iterantibus herbam negare, excepto prato intacto[a] tempore suo aut messe. Post fenum autem aut fruges collectas tantum vendicet cuius terra est, quantum cum clausura sua potest defendere. Nam si[b] quis[b] caballos iter facientes[c] de stupla[d] aut de ipso[e] pascuo[e] ubi alia peculia pascent movere presumpserit, in actogild ipsos caballos componat, pro eo quod ipsos de arvo campo quod[f] est fosinachar[g] movere presumpserit*.

* *Similiter de quibusdam aliis animalibus*[h]. 7.8 *et in marg.* 4.5.

b) Et si alios verres aut porcos furatus fuerit 7.8. c) *e codd.* 7.8. d) *e codd.* 7.8.10. e) XX 10.
Cap. 352. *e codd.* 1—8. a) ipsius 7.8. b) aut plagas *addit* 1. c) non *add.* 2.5.6. d) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 353. *e codd.* 1—8. a) verberaverint 2. b) si fec. *prim. man. om.* 4.
Cap. 354. *e codd.* 1—8. a) opera 1.7.8. b) esse *add.* 1.8. c) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 355. *e codd.* 1—8. a) exaraverit c. al. 7.8. b) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 356. *e codd.* 1—8. *In codd.* 5.6 *postponitur sequenti.* a) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 357. *e codd.* 1—8. a) alterius 4.7.8. b) delierit 4. c) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 358. *e codd.* 1—8. a) intangendo 1.7.8. b) *desunt* 2; quis *om.* 1. c) facientis 7.8. d) stipula 6—8. e) ipsis pascuis 7.8; ipso loco 1. f) id 1.7.8. g) *sic* 3.4; *codd. rell. variant ut in editione Bluhmii.* h) exemplo et usu *add.* 5; secundum quosdam *add.* 4.

64) „Bona secundum Walcausum lex nova est", supra scilicet e codicibus 7.8 edita, hanc glossam explicandam esse coniecerim. 65) Liutpr. 150. 66) Cfr. §. 32. Inst. rerum div. (II, 1.) 67) Pipin. 23. 68) Cfr. expos. §. 2 ad Roth. 344.

Petre[i], *te appellat Martinus, quod erat iterans, et tu movisti unum suum caballum de pascuis, ubi alia peculia pascebant.*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu equum eius iter agentis de pascuo agro expulisti.

§. 2. Usu et legis huius exemplo, si quis alienum equum de conpascuo agro expulerit, sibi nonum eum est compositurus. — § 3. Huic legi Caroli capitulum quod est „De iterantibus"[69] concordat.

359. Si[a] qualiscumque causa inter homines liberos evenerit, et sacramentum dandum fuerit, si usque ad 20 solidos fuerit causa ipsa aut amplius, ad evangelia sancta iuret cum duodecim aidis[b] suis, id est[b] sacramentalibus, ita ut sex illi nominentur ab illo qui pulsat, et septimus sit ille qui pulsatur, et quinque quales voluerit[c] liberos[d], ut sint 12. Quod si minor causa fuerit de 20 solidis[e] usque ad 12[f], sibi sextus iuret ad arma sacrata: tres[g] ei[h] nominet[h] qui pulsat, et duos liberos[i] sibi eligat qui pulsatur, quales voluerit, et sextus sit ipse. Et si minor fuerit[k] causa de 12 solidis, sibi tertius[l] iuret ad arma sacrata, unum ei nominet[m], et alium sibi querat, et tercius sit ipse[n].

Glossae: Si qualiscumque] Hic tangit sacramentum, quod fit in actione de obligatione, id est in persona secundum quosdam. 5.7.8. — *et sacramentum dandum fuerit]* id est, si reus confitetur, unde appellatur, non est opus dari, vel si actor egerit per bellum; si non hoc, tunc detur a partibus. Vel ita: dandum[o] dixit de eo sacramento, quod non erat datum a rege, id est preceptum, ut de portitore[p] solet[q]. — §. id est de illis causis, de quibus precipitur, ut in legibus retropositis, ut homo se purificet, purificare se debet sine probatione appellatoris[r]; de illis vero, de quibus non precipitur, interrogetur appellator, si potest probare: si manifestaverit se non posse, purificet se appellatus[s], quia tunc est dandum sacramentum, secundum quosdam. 5.7.8 *et similia in marg.* 4. — *ut sex illi]* propinqui. 4. — *et quinque]* extraneos. 4. — *Quod si minor]* Hic videtur, quod si lis fuerit minor de 20 solidis, non debet iurare super evangelia, nisi ad arma sacrata. 4. — *et tres]* scil. propinquos. 4. — *sibi tertius iuret ad arma sacr.]* Obiit per legem Liuprandi (69.) Si inter fratres per 40 annos. 4.7. — *unum]* scil. propinquum. 1.4. — *nominet]* scil. pulsator. 1. — *et alium]* scil. extraneum. 4.

Expositio: Hec lex rumpit omnes leges retropositas, que appellatum solum iurare precipiunt. Sed ita salvantur ut retro dictum est in portunariorum legibus[70]. Et ita salvantur: nam sacramentum, quod iuxta hanc legem fit, est cum wadia; illud vero, quod retro fieri iubetur, erat sine wadia. Et quod sacramentum iuxta hanc legem factum sit cum wadia, videri potest per subsequentes leges[71], que sunt[t]....., in hoc quod de wadia locuntur. — §. 2. Hanc legem dicunt antiqui iudices partim ruptam esse ab istius lege que est „Si aliqua intra creditorem et debitorem"[72], in hoc quod debitorem singulum iurare precipit. Sed ita salvari potest, quia sacramentum iuxta hanc legem factum sit de rei quantitate, illud vero sit solummodo de tenore wadie; vel aliter: non est rupta, immo exceptio. — Item hanc legem asserunt iudices ruptam esse partim a Liuprandi lege que est „Si quis permissum habuerit a debitore"[73], in hoc quod ibi legitur: „satisfaciat ei ad evangelia". Dicitur etiam in partem rupta esse a Pipini capitulo, quod est „Quicumque post missam sancti Iohannis"[74], in hoc quod ibi legitur: „aut iuret solus, quod numquam eum audisset". — §. 3. Quod in hac lege scriptum est: „et si minor sit causa de 12 solidis, sibi tertius iuret ad arma sacrata", ita est intelligendum: sibi tertius iuret, quod[u] enim si[u] unius nummi minutatum esset litigium; quod potest videri in hoc quod hec lex de numero solidorum loqui incepit. Quorum[v] non laudatur sententia. — §. 4. In Romanorum legibus appellator causam suam testibus approbare precipitur, quod si nequiverit, iureiurando se appellatus purificet. Quod evidenter exprimitur in his Codicis capitulis: „In bone fidei contractibus, necnon et in aliis ceteris causis, inopia probationum per iudicem iureiurando causa cognita res decidi oportet"[75]. „Delata conditione iurisiurandi reus, si non per actorem, quominus de calumpnia iuret, steterit, per iudicem solvere vel iurare, nisi referat iusiurandum, necesse habet"[76]. „Actor, quod asseverat, probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non astringit, cum per rerum naturam factum negantis nulla sit probatio"[77]. Ideoque, quando Rotharis leges suas componere cepit, qualiter suarum legum placita diffinirentur, non ubique diffinivit, sed secundum legis Romane diffinitionem dimisit; id est, ut actor, si potest, approbet illud, unde alium appellat, et si probare non potest, ipse qui appellatus est se purificet. Et de quantis actionibus Rotharis rex voluit, ut probatio non fieret, nominatim precepit in legibus retropositis, ut se purificaret ipse qui appellatur, sicut possumus in lege videre prope initium edicti posita, que est „Si duo aut tres homines"[78], quia ibi legitur: „sic tamen, si in consilio fuerit, componat ut supra solidos 20 aut de ipso consilio se purificet" et in aliis quam pluribus. Quapropter quod in hac lege legitur: „et sacramentum dandum fuerit", sic intelligendum est, quod tunc tantum sit dandum sacramentum reo, quando actor probare non potest: in illis tamen legibus, in quibus Rotharis dedit nominatim sacramentum appellato, semper ei est dandum,

i) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 359. *e codd.* 1—8. a) De sacramentis *suprascr.* 1. b) aidis suis id est *om.* 2.5.6. c) reus voluerit 7.8; voluerit reum 1. d) liberi tamen 7.8; sibi eligat *add.* 6 *et corr.* 4. e) et *add.* 1.2; veluti *add.* 7.8. f) solidos *add.* 1.7.8. g) et tres 7.8. h) nominentur ab illo 5.6. i) *deest* 7.8. k) sit 7.8. l) tribus 7.8. m) qui pulsat *add.* 7.8. n) qui pulsatur *add.* 4. o) tantum 5. p) et aliis plerisque *add.* 5. *Cfr. Roth.* 265. q) solus 7.8, *in quibus codd. hic additur:* furtum pro eorus', *quae corrupta, forte pro:* furtum, per exemplum et usum, *et ad praecedentem legem pertinere videntur.* r) et ut in l. Si pro quacumque *add.* 5. *(Roth.* 364.*)* s) reus 5. t) *verba ab initio legum sequentium posita omissa videntur.* u) etiamsi, *omisso* quod, *corrig. videtur.* v) *verba* quorum non l. sent. *non ipsius expositionis auctoris, sed librarii cuiusdam esse videntur.*

69) Karol. M. 14. 70) Expos. §. 2 ad Roth. 265. 71) Roth. 361 sqq. 72) Roth. 367. 73) Liutp. 108. 74) Pipin. 41. 75) L. 3. C. reb. cred. (IV, 1.) 76) L. 9. eodem. 77) L. 23. C. probat. (IV, 19.) 78) Roth. 12.

licet actor probaverit vel non. Quod autem dictum est retro, Rotharem suarum legum placita secundum Romane legis diffinitionem dimisisse[w] ....., quia Rotharis cum per hanc legem tum per alias placita suarum legum satis diffinivit. Contra quod dicitur: si Rotharis suarum legum placita, que indeterminate reliquit, secundum legis Romane diffinitionem non dimisit, similiter dici potest, quod Grimoaldus atque Liuprandus ceterique edicti reges quarundam suarum legum placita, que non determinaverunt, iuxta huius legis Rotharis diffinitionem non dimiserunt. Sed si iuxta huius legis Rotharis vel secundum diffinitionem legis alterius Rotharis que est „Si pro quacumque causa aut culpa“[79] placita ipsa indeterminata non dimisissent, tunc non haberemus legem, iuxta quam appellati de ipsa causa se defenderent. Quare intelligendum est, ipsos reges suarum legum placita indeterminata relicta iuxta Rotharis dimisisse diffinitionem, et Rotharis secundum Romane legis diffinitionem suarum legum placita, que non diffinivit, similiter reliquit. — §. 4. Item quod in hac lege legitur: „et sacramentum dandum fuerit“, secundum alios sic intelligitur, scilicet ut tunc tantum sit dandum reo sacramentum, quando actor probare non potest, quia sive ille agat[x] de illa causa in qua specialiter sit datum sacramentum reo, sive de alia, actor semper probare debet si poterit, ut lex Romana precipit, hoc confirmando per capitulum Caroli quod est „De periuriis ut caveantur“[80]; quia in hoc quod dicit: „et non soli accusatori liceat testes eligere, absente suo causatore“, id est reo, datur intelligi, si causator est in presentia, quod accusator id est actor ad hoc probandum semper debet testes eligere. Sed male dicebant; nam hic intellectus ita non est incipiendus universaliter. Immo intelligendum est secundum legem, scilicet ut actor non probet, ubi sacramentum specialiter est datum reo. Per Lodoyci quoque capitulum, quod est „Si quis cum altero“[81] supradictam sententiam confirmabant, quia in hoc quod dicit: „testes contra eum per iudicium producti fuerint“ — ab actore subaudis — dicebant ipsi, actorem per iudicium id est per legem ubique debere testes adducere ad probandum quod alteri inponit. Sed male dicebant, quia predictum capitulum non ideo dixit „per iudicium“, ut testes ab actore ubique sint producendi, sed ideo dixit „per iudicium“, ut legaliter adducerentur, id est ut tunc non adducantur, quando actor lege eos prohibetur adducere; quia si tunc adducerentur, non per legem essent producti, immo contra legem. Vel ideo dixit „per iudicium producti fuerint“, scilicet ut ipsi testes sint tales, quales lex Liuprandi que est „Si qualiscumque causa inter conlibertos“[82] iubet esse, cum dixit: „testes vero ipsi tales sint, ut eorum oppinio in bonis precellat operibus, vel quorum fides ammittatur, id est quibus princeps aut iudex credere possint“; et etiam ideo dixit „per iudicium“, ut ipsi testes habeant bonam famam inter suos pagenses, ut Caroli capitulum precipit, quod est „Volumus etiam atque iubemus, ut comites“[83], et ut sint separati, ut Caroli capitulum, quod est „Ut testes ad testimonium dicendum“[84]. — Rursus quod in hac lege scriptum est: „et sacramentum dandum fuerit“, sic potest intelligi, scilicet ut ubique detur sacramentum reo, excepto, ubi specialiter probatio est actori data, veluti in lege Liuprandi que est „Si qualiscumque causa inter conlibertos“[82] in hoc quod dicit: „non reprobetur ipsa causa, nisi in eorum testimonio ambe partes credant“ (sed hoc exemplum parum dicitur ad hoc valere, quia iuxta hanc legem non magis competit comprobatio actori quam reo), veluti in Pipini capitulo quod est „Ut iudex unusquisque per civitates“[85], (hic enim probatio specialiter est data actori, ubi dicit: „tunc ille qui reclamat, si potuerit, approbet illud“), et veluti in Lotharii capitulo quod est „Ut in testimonium non recipiantur de his capitulis“[86], et veluti in capitulo eiusdem Lotharii quod est „Si quis aliquem de aliquo mallaverit negotio“[87] in hoc quod dicit: „crimina vero, si super eum inponere voluerit, probare cogatur“ et in ceteris quam pluribus. — §. 5. Item quod in hac lege scriptum est: „et sacramentum dandum fuerit“, secundum Ugonem sic intelligendum est, scilicet ut tantum sit dandum sacramentum reo, quum actor deficit in probatione, quod est dicere, ut actor ubique probet si potuerit, et si non potuerit probare, defensio detur appellato, ut paulo ante dixi. Sed si quis huic sententie opponeret dicendo, hanc legem secundum hanc sententiam retropositas leges rumpere, que nominatim defensionem appellato dederunt et secundum eos, sive actor possit probare vel non, differentiam non posuerunt, male opponeret, quia retroposite leges non alio casu defensionem appellato dederunt, nisi quando actor probare defecerit.

360. Si quis alii wadiam[a] dederit et eam[b] recipere neglexerit per fideiussorem, et apud eum remanserit[c] una nocte aut duabus vel tribus, nichil componat; si[d] remanserit[e] quarta[f] nocte[f], componat solidos 12; si remanserit[e] quinta[g] nocte[g], componat solidos 24; si[h] remanserit[e] sexta[i] nocte[i], componat solidos 36. [Et[k] si ille qui ipsam[l] wadiam[l] acceperit[m] eam[n] reddere neglexerit per fideiussorem, et apud eum remanserit[e], sic[o] componat sicut[p] et[p]

w) *hoc loco pauca deesse videntur, ita fere supplenda:* alii affirmant, Rotharem dicta placita non secundum Rom. leg. diffinitionem dimisisse. x) agatur *cod.*

Cap. 360. *e codd.* 1—8. *De huius capitis origine in praefatione mea disserui.* a) vadia 7.8. b) ea 1.7.8. c) manserit 2.5.6; remanserint 7.8. d) at si 7.8. e) remanserint 7.8. f) 4 noctes 1.2.5.7.8. g) *sic* 3.4; 5 noctibus 2.5.6; 5 noctes 1.7.8. h) et si 5.6. i) *sic* 3.4; 6 noctes *rell.* k) Et si *rell. om. cod.* 2 *primo loco inter Rotharis leges, non tamen secundo loco inter Liutprandi leges, ubi lex nostra in ipso codice iteratur. In cod.* 4 *verba eadem recentiori demum manu addita inveniuntur.* l) ipsa vadia 7.8. m) *sic* 1.4; susceperit 5.6; reciperit 7.8. n) ea 7.8; et eam 3. o) *sic om.* 6—8. p) *sic* 1.4; quomodo *rell.*

79) Roth. 364. 80) Karol. M. 21. 81) Ludov. P. 15. 82) Liutp. 8. 83) Karol. M. 66. 84) Karol. M. 50. 85) Pipin. 8. 86) Loth. 27. 87) Loth. 78.

ille qui wadiam[q] suam[q] recipere[r] neglexerit.]

Glossae: nichil componat] Obiit per leges Liuprandi (35 *et* 127.) „Si quis alii dederit" et „In anterioris", si habere potuerit; scilicet si de presenti habere non potuerit, per legem Liuprandi „In anterioris" bona[s] est. 4. — *sexta nocte]* et si plus remanserit vel dimiserit ad liberandum vadiam, non plus componat. 4.

Petre[t], te appellat Martinus, quod tu dedisti sibi vadia[u], quod tu dares illi solidos 100 *in Kalendis Maiis, et habuisti neglentiam deliberare vadia[v], et remanserint[w] apud eum per* 4[x] *noctes.*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu per quattuor aut 6 noctes per fideiussorem wadiam, quam de 20 solidis dedisti, recipere neglexisti.

§. 2. Lex hec affirmatur a lege Liuprandi[88] idem habente principium. Notandum est quoque, quod in hac lege scriptum est: „et si ille qui ipsam wadiam receperit eam reddere neglexerit" et cetera, Rotharem non fecisse, quia, si Rotharis fecisset, nunquam Liuprandus idem in legibus suis fecisset, quia superfluum esset, nisi aliud addidisset; sed Liuprandus nichil aliud addidit, superfluum igitur esset. Si[y] Rotharis illud non apposuit, non est igitur in Liuprando superfluum[y].

361. (360.[88*]) Si quis alii wadiam[a] et fideiussorem de sacramento dederit, omnia[b] quae[b] per wadiam[a] obligavit adimpleat; et ille qui pulsat et wadiam[a] suscepit proximiores sacramentales qui nascendo sunt debeat[c] nominare, tantum est[d] excepto illo[e], qui gravem inimiciciam cum ipso qui pulsatur commissam habet, id est si ei plagam fecit aut in morte[f] consensit aut res suas alii thingavit*; ipse[g] non potest esse sacramentalis, quamvis proximus[h] sit, eo[i] quod inimicus et[k] extraneus invenitur esse**.

* *vel alias similes aut maiores offensiones fecerit ei* per intellectum quorundam. 7.8 *et in marg.* 4.5.

** *et ipse qui appellatur, nisi aliter inquiri possit res, iuret quod parens eius talem offensionem fecit sibi* per usum. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: de sacramento dederit] Nam antiquitus preceptum erat, ut homo daret vadia[l] et fideiussorem de sacramento. 5.7.8. — *qui nascendo sunt]* propter adoptivos. Et quere, si possunt se excusare filii dicendo quod non sunt proximi? 5.7.8.

Petre[m], te appellat Martinus, quod tu occidisti patrem suum. — De torto. — Iura cum Donato tuo filio et cum Paulo et Anselmo seu Victore atque Benedicto sive Philippo tuis fratribus.

Domne comes, hoc dicit Martinus, quod in Kalendis Maiis appellavit eum Benedictus, quod occidisset patrem suum, et ipse dixit: de torto; fuit interrogatus, si potuisset probare, et ipse dixerit: quod non poterat, ideo et dedit vadia[n], si se recordatus esset, quod emendaret aut iuraret cum suis sacramentalibus; modo est paratus de iurare. — Dicis tu ita, Martine? — Sic dico. — Et tu, recepisti vadia[n] ita? — Sic feci. — Tunc iurent: „de hoc unde te appellavi, quod tu occidisti patrem meum, me sciente de torto non appellavi, sic Deus". — „De hoc, unde tu me appellasti, quod occidissem patrem tuum, de torto me appellasti, sic Deus". — Sacramentales[o] sic[o]: „Quod ipse iuravit verum iuravit, sic Deus".

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu fecisti iniuriam Marie hanc, cuius ipse est mundoaldus. — Respondet: iniuriam, de qua me appellas, non feci. — Tunc appellator iuret ita, si pulsatus fuerit de astu: „Iniuriam, de qua te appellavi, tu Marie, cuius ego mundoaldus sum, ut puto, fecisti, si me Deus adiuvet et ista sancta Dei evangelia". Appellatus vero ita: „Iniuriam, de qua me appellasti fecisse Marie, cuius tu es mundoaldus, ego non feci, si me Deus adiuvet". Dehinc sacramentales eiusdem appellati iurent, sacramentum ab appellato factum verum esse.

§. 2. Quod in hac lege: „omne quod per wadiam obligavit adimpleat", dicebant antiqui iudices, generale esse preceptum. Quod non laudatur; sed dicitur, solummodo esse dictum de wadia de sacramento dato. — §. 3. Ideo in hac lege „nascendo" positum est, ne adoptivi parentes sacramentales fierent. — §. 4. Quamquam lex ista tres tantum offensiones nominatim dixisset, tamen intelligendum est de qualibet et ceteris maioribus. — §. 5. Si hec inimicitia clarefacta fuerit, que in hac lege legitur, nec[p] esset alius sacramentalis in loco ipsius qui inimicus aut extraneus esse invenitur, et si clarefacta non fuerit, per usum iurare debet ipse qui appellatus est, quod ipse parens qui ei nominatur ipsam offensionem ei fecit quam nominavit. — §. 6. Si sacramentalis nominatus, eo quod appellatum offenderit, hac lege mutari iubetur, tunc multo dignius mutandus est, si eum appellatus ipse offenderit. — §. 7. Si appellator parentes non nominaverit vel si nominaverit parentes, sed non propinquiores, quia guadimonium huic legi repugnat, non causa cadet appellatus, etiamsi[q] super annum sacramentum dare distulerit. — §. 8. Quod in hac lege scriptum est: „aut res suas alii thingaverit" diverso modo intelligitur. Nam Ugo dicit, quodsi ille qui nominatur esse sacramentalis suas res vendiderit, ut appellatus[r] ad eius successionem non veniret, vel si appellatus res suas vendidit et nominatus[s] sacramentalis ad eius successionem non veniret, quod non fiet sacramentalis hac lege. Sed secundum Guilihelmum ita intelligitur, scilicet quod ipse qui rem appellati alii thingavit vel e converso, hac lege prohibetur nominari sacramentalis; quod melius est.

q) vadia sua 7.8. r) liberare per fideiussorem 1.4. s) *ita interpretatus sum litteram* B. t) *e codd.* 7.8.10. u) vadiam 10. v) eam 10. w) remanserit 10. x) tres 10. y) *sic correxi lectionem codicis:* si rotharis illum non apposuisset non est grimoaldi (ǵmoaldi) superfluum.

Cap. 361. *e codd.* 1—8. a) vadia 7.8. b) omne quod 5—8. c) debet 7.8. d) ut *add.* 1. e) illos 1; illum 7.8. f) eius *add.* 4. g) enim *add.* 7.8. h) eius *add.* 2.5.6. i) pro eo 5—8. k) et *om.* 1.2.7.8. l) wadiam 5. m) *e codd.* 7.8.10. n) vadiam 10. o) *desunt* 7.8. p) non *c.* q) etiam *cod.* r) appellationes *cod.* s) nominantes *cod.*

88) Liutp. 35. 88*) Numeri uncis inclusi Bluhmianae editionis sunt.

362. (361.) Si quis alii pro quacumque causa wadiam[a] et fideiussorem de sacramento dederit, det ei spacium usque ad 12 noctes ad ipsum sacramentum dandum. Et si forsitan propter egritudinem aut aliam[b] causam supervenientem in predicto constituto non potuerit iurare, suspendatur ipsa causa usque ad alias 12 noctes. Et si nec tunc compleverit et[c] totum[d] annum[d] voluntarie[e] dilataverit et sacramentum non dederit, tunc rem ipsam unde agitur amittat, et ille adquirat qui wadiam[a] susceperit. Et e contrario, si ille qui wadiam[a] susceperit dilataverit[f] sacramentum audire[f] et anno[g] toto[g] protraxerit[h], post transactum[i] anni spacium nullam inposterum habeat facundiam de ipsa re loquendi, sed ille qui paratus fuit sacramentum dare firmiter possideat.

Glossae: Si quis] Hic tangit sacramentum, quod fit in actione possessionis de re mobili vel inmobili, set malo ordine in lege „Si[89] quis aliquem", secundum v. in sola actione in rem, set secundum vanos in omni actione. 5.7.8. — *usque ad alias* 12 *noctes]* Quicumque horum 12 noctes dare sacramentum aut accipere dilataverit voluntarie, rem perdat similiter ut de anno secundum a.[k]. 5.7.8.

Petre[l], te appellat Martinus, quod tu dedisti sibi vadia[m], quod iurares cum tuis sacramentalibus, quod non haberes occisum Donatum suum patrem, unde te appellavit, et prolongasti voluntarie facere sacramentum per totum annum. — Non dedi ego ista[n] vadia[n]. — Aut probet qui appellet, aut nichil sit. — Si dixerit: non est transactus annus, probet qui appellat. Si dixerit: ego infirmus fui, probet, sed melius est ut dicat: quod non prolongavi voluntarie facere sacramentum.

Petre, te appellat Martinus, quod tu dedisti sibi vadia[m], quod iurares cum tuis sacramentalibus, quod haberes possessam per 30 *annos unam peciam de terra quae iacet in tali loco, et prolongasti voluntarie facere sacramentum per totum annum. Si dixerit: ego fui paratus infra annum ad faciendum sacramentum, probet, et si potuerit probare, aut probet qui appellat, quod paratus fuisset ad audiendum, aut causam refutet. Et si ambo potuerint probare aut non potuerint, nullus habeat poenam, sed vadat placitum inantea.*

Et ita secundum quosdam fiunt[n] appellationes[n*], sed si est actio in personam, ut michi videtur, aliter esse debet [per[o] coniecturam[o] stulticiae]; ita[p] quidem[p]:*

Petre, te appellat Iohannes[q], quod tu consiliatus es de morte sua. — De torto me appellas. — Non debes michi ita respondere nec potes[r], quia altera vice te appellavi, et vadium[m] et fideiussorem de sacramento dedisti michi et voluntarie toto anno dilatavisti et sacramentum non dedisti. — Probet ita; sin autem, ipse iuret, quod non, vel rem amittat.

Petre, te appellat Iohannes[s], quod tu consiliatus es de morte sua. — Non tibi respondeo, quia altera vice me appellasti, et ego vadium[m] et fideiussorem de sacramento dedi, et fui paratus ad illud dandum[t] et tu toto anno[u] voluntarie audire dilatasti. — Vel utantur aliis exceptionibus. Quod quidem melius sit; tantum in actione pro possessione in[v] re[v] secundum valentes[90].

Expositio: A multis iudicibus sic hec lex intelligitur, ut homo non ammittat rem, unde agitur, si per 12 noctes sacramentum facere voluntarie dilataverit, nisi per totum annum numerando ab eo die, quo wadiam dedit, audire vel facere neglexit, ideo quod hic legitur: „et si nec tunc compleverit et per totum annum voluntarie dilataverit". Sed eorum sententia in hac lege reprehenditur, quia cum hic precipiatur: „et forsitan propter egritudinem aut aliam causam supervenientem in predicto constituto non potuerit iurare, suspendatur ipsa causa usque ad alias 12 noctes", apertissime nobis datur intelligi per predictam scripturam, ut, si[w] non propter infirmitatem vel aliam causam supervenientem remanserit usque ad alias 12 noctes, causa non suspendatur; ex quo ergo causa non debet suspendi, a causa cadit is cuius non impedimento sed culpa sacramentum dilatatum est. Et ne infra semet ipsam hec lex rumpat, oportet ut sic intelligatur, id est ut si dans[x] wadiam aut accipiens sacramentum [propter[y] infirmitatem vel aliam causam supervenientem[y]] in constituto die audire vel facere neglexerit, usque ad alias 12 noctes audiendi causa prolongetur; et si nec tunc sacramentum fieri potuerit, advenientibus similiter predictis necessitatibus, et postea per totum annum, numerando ab eo die cum quo predicte 24 noctes transacte sunt, voluntarie dilataverit, qui wadiam dedit vel accepit, ammittat rem unde agitur et alius acquirat qui faciendi vel audiendi sacramentum paratus fuerit. — §. 2. Notandum est tamen, quod Guilihelmus predictam sententiam in hoc tantum variat, scilicet quod[z] predictas 24 noctes infra predictum annum numerat, referendo hoc vocabulum quod est „voluntarie" in hac lege appositum ad maiorem anni partem, et non ad 24 noctes supradictas, ita exponens: „toto anno voluntarie dilataverit", id est „maiore parte anni voluntarie dilataverit"; et quod totum quandoque accipitur pro parte, istud detur exemplum: „Toto tempore anni liceat iudicibus causas agere, tumultum questionum terminare et diffinire"[91]. — §. 3. Notandum est quoque, quod Ugo

Cap. 362. *e codd.* 1—8. a) vadia 7.8. b) aliquam 2.5.6. c) per *add.* 5.6. d) toto anno uno 7.8. e) *deest* 1. f) sacr. aud. dil. 1.2.5.6. g) annum totum 7.8; annus totus 5.6. h) pertransierit 5.6; pertraxerit 7.8. i) actum 7.8. k) asinos 7.8. l) *e codd.* 7.8.10. m) vadiam 10. n) istam vadiam 10. n*) haec sit appellatio 10. o) coniectura 10. *verba uncis inclusa pro additiciis habeo.* p) *desunt* 7. q) M. 8.10. r) potest 7.8. s) M. 10. t) dannum 7.8. u) animo 7.8. v) iure 7; de re 8.10. w) si *om. cod.* x) donis *cod.* y) propter.....superven., *omissa in codice, supplevi respecto loco mox sequenti:* advenientibus similiter predictis necessitatibus. z) per *add. c.*

89) Roth. 228. 90) Dicit is, qui has formulas tertio et quarto loco propositas concepit: quodsi actione in re, de possessione scilicet 30 annorum, quis experiri velit, agendum esse ope formulae secundo loco supra positae et secundum valentes (Walcausum) conceptae, sin autem actione in persona, formulis tertio et quarto loco positis potius, quam primae formulae locum esse debere. 91) Otto III. cap. unic.; sub fine enim illius constitutionis complures dies festi dicuntur, quibus causas dirimere nefas sit, quamvis initio toto tempore anni causas agere concessum sit. Confr. simil. expos. §. 1 ad Roth. 153, supra pag. 320. lin. 9—13.

iudicum sententiam super reprehensam confirmat, quod est: ut homo non ammittat rem unde agitur, si[a] super 12 noctes sacramentum facere voluntarie dilataverit, nisi per totum annum, numerando ab eo die quo guadiam dedit, audire vel facere neglexerit; quia in hoc quod hec lex dicit: „et si nec tunc compleverit et toto anno voluntarie dilataverit“ datur intelligi, quod infra annum rem unde agitur non debet ammittere. Per legem quoque Liuprandi que est „Si quis pro causa sua aliquid iudici dederit“[92] eandem sententiam affirmat, quia in hoc quod ipsa lex dicit: „Rotharis rex decessor noster in anteriore edicto sic statuit, ut post anni spatium, cuius pars neglexerit, amittat causam suam“, dat intelligi, quod infra anni spatium causam suam non debet ammittere. — §. 4. Sed si quis predicte sententie iudicum ab Ugone affirmate opposuerit eo ordine, quo superius eidem sententie opponitur, secundum Ugonem eius oppositionem sic dubitamus: non est intelligendum, quod per hunc intellectum huius legis, quem[b] tu michi contraposuisti, is[b] qui sine aliquo impedimento in capite 12 noctium sacramentum facere vel audire dilataverit, rem unde agitur debeat ammittere, immo per eundem intellectum intelligendum est, quod[c] penam[c] wadie debeat solvere. Vel aliter: intelligendum est scilicet, quod possessionem rei unde agitur debet ammittere, sed proprietatem rei non debet ammittere, nisi post annum, veluti in Lodoyci capitulo quod est „Si cuiuscumque hominis proprietas“[93]. Ibi enim videri potest, quod possessio rei misse in bannum aufertur illi, cuius erat ipsa res, proprietatem vero non amittat, nisi post annum: que sententia a rei veritate removetur. — §. 5. Si quis alieni guadiam de sacramento dederit et sacramentales nominati[d] fuerint, sicut supradicta lex precipit[94], numquam per ipsius guadie obligationem causam perdiderit, ideo quia secundum legem wadia ipsa data non fuit.

§. 6. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu ei per 12 dies sacramentum dare voluntarie distulisti, unde tu ei wadimonium dederas, te cum sacramentalibus iuraturum, patrem suum non occidisse.

§. 7. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu transactis 24 diebus, quibus inpeditus fueras, per totum annum sacramentum dare voluntarie distulisti, unde tu ei wadimonium dederas, te cum sacramentalibus iuraturum, per 30 annos possedisse terram illam, de qua te appellavit.

§. 8. Si quis causatorum, paratum se fuisse dicens, testes duxerit, quorum testimonium falsum esse claruerit, non causa casurus, donec alter se paratum fuisse probaverit. Si vero parationis sue breve ostenderit, quod falsum esse claruerit, quamquam in Guidonis capitulo[95] legitur: „et ostensor ipsius carte post rerum ammissionem widrigild suum componat“, non tamen lite cadet, donec alter[e] paratum se fuisse probaverit, quod in quadam lege edicti que est „Si quis possederit qualemcumque rem“[96] potest videri in hoc quod ibi legitur: „et ille ipsam rem recipiat, cui antea per legem pertinere debuerit“. Sin autem parationis breve aut testes apparuerint, non tamen causa vincet, donec alterum faciendi sacramentum dilatationem voluntarie fecisse probaverit.

363. (362.) Si contigerit homini, post datum fideiussorem de sacramento et[a] sacramentales nominatos mori, et filios dimiserit*, posteaque ille qui causam[b] querit pulsaverit filios*[1] dicendo, quia quicquid pater*[2] per wadiam[c] et fideiussorem obligavit filii*[3] complere debeant[d], tunc necesse est filiis*[4], quamvis virtutem minorem habeant a[e] patre[e]*[5], aut per sacramentum negare quod pater eorum*[6] non promisisset[f], aut certe quod pater eorum*[6] spopondit adimpleant. Et si aliquis de ipsis sacramentalibus mortuus fuerit, potestatem habeat ille qui pulsat in loco mortui alium similem nominare de proximis legitimis aut de naturalibus[g] aut de gamalis[h] id est confabulatis*[7]. Et si dixerit qui pulsat, quod sacramentum*[8] ruptum fuisset*[9], prebeat sacramentum qui negat, si ausus fuerit iurare[i], quia neque patris[k] neque ipsius[k] sacramentum ruptum fuisset; postea iuret sicut supra[94] constitutum[l] est.

* *aut alios heredes* per intellectum. 7.8 *et in marg.* 4. 5. *[1] *aut filias heredesque alios.* 7.8 *et in marg.* 4. *[2] *vel ille cuius heredes sunt.* 7.8 *et in marg.* 4. *[3] *vel heredes.* 7.8 *et in marg.* 4. *[4] *vel heredibus.* 7.8 *et in marg.* 4. *[5] *vel ab illo.* 7.8. *[6] *vel ille.* 7.8. *[7] *Et si intentio fuerit de re quae non valuerit 20 solidos.* 7.8. *[8] *aut pulsati vel sacramentalis.* 7.8. *[9] *de re vero quae aut valuerit 20 vel ultra solidos si fuerit intentio et dixerit pulsator, sacramentum tantum pulsati quod ruptum fuisset, [vel[m] sacramentalis non nominati] postquam sol occiderit; et post spatium ad inquirendos sacramentales et postquam sol occiderit, si intentio fuerit de re quae valuerit 20 solidos aut ultra, et ipse qui pulsat dixerit sacramentum ipsius aut subrogati vel pulsati, quod ruptum fuisset [aut[m] sacramentalis non nominati]* per legem Liuprandi (60.) „Si quis alii“ et per kapitulum Lotharii (29.) „Quicumque“. 7.8.

Glossae: posteaque ille] Quia antiqui nolebant factum transire in heredes, ut legitur in quarto libro Codicis[97]. 4. — *aut de gamalis]* id est conspiratis vel inter se obligatis ut iuramento se adiuvent[98]. 4.

Expositio: Quamquam lex ista de aliis heredibus nisi de filiis non iubeat, usu tamen exemplo eius de ceteris ut de filiis debemus intelligere.

a) si *om. cod.* b) quę tuṁ intraposuisti. his *cod.* c) perpetuum *cod., quod verbum correxi secundum glossam in Lomb. codicibus, Vat.* 3845. *Palat.* 772. *Rhedig. servatam:* nam ille qui, cum potuit intra 12 iurare, non iuraverit, in penam quidem cadit *(in penam scilicet lege Roth.* 360 *constitutam)* non tamen rem ammittat. d) non *supra lineam add. cod.* e) ultra *cod.*

Cap. 363. *e codd.* 1—8. a) post *add.* 7.8. b) suam *add.* 7.8. c) vadia 7.8. d) debent 1.7.8. e) quam pater 1.7 *et corr.* 4. f) spopondisset 1. g) natis 1.7.8. h) gamallis 5.6; gamathalos 7.8. i) *deest* 1.7.8. k) a patre neque ab ipso 2.5.6. l) scriptum 5.6. m) *verba uncis inclusa non ipsius glossatoris sed librarii cuiusdam posterioris esse, demonstravi in praefatione.*

92) Liutp. 95. 93) Ludov. P. 16. 94) Roth. 359. 95) Wido 6. 96) Liutp. 114. 97) L. unica C. ex delicto defunct. (IV, 17.) 98) Cfr. Loth. 4 et 67.

— §. 2. Si quis de maleficio interpellatus emendandi vel se purgandi wadiam dederit et, interim heredes reliquerit, mortuus fuerit, heredes purificationem vel compositionem illam persolvant, excepto si defunctus inde mori vel servus fieri debuit, vel si aliqua in persona eius fuit exercenda vindicta. Sin autem interpellatus non fuerit defunctus sed ab hostibus captus fuerit vel aliquo maleficio postea alterutrius servus factus fuerit, heredes nichil de maleficio persolvere debent, nisi forte aliquid inde sibi devenerit. Quod in Codicis quarti libri capitulo [1] intelligi potest: „Post litis contestationem eo qui vim fecit vel concussionem intulit vel aliquid deliquit defuncto, successores eius in solidum, alioquin in quantum ad eos pervenit, conveniri, iuris absolutissimi est, ne alieno scelere ditentur". — §. 3. In eo quod hec lex filium, patrem wadiam non dedisse, iurare precipit, a quibusdam dicitur rumpi eo quod in quadam Liuprandi que est „Quicumque [2] homo sub regni nostri dicione" scriptum est: „ut eorum qui interfuerint credatur testimonio". Sed errant non animadvertentes ibi scriptum esse: „ut inter dantes et accipientes sacramentum non perveniat"; filius enim nec dans nec accipiens fuit wadiam. — §. 4. Dicitur quoque hec lex, in hoc quod precipit alios nominari sacramentales quam parentes, superiorem [3] legem rumpere, que non precipit alios sacramentales nominari nisi parentes. Sed male dicitur: nam hec lex in alio casu loquitur quam illa, quia ipsa loquitur inter personas principaliter litigantes, hec vero inter personas secundario litigantes, quia secundum hanc legem unus illorum inter quos principaliter fuerit intentio mortuus erat.

364. (363.) Sacramentum tunc intelligitur ruptum, quando presentibus socrosanctis [a] evangeliis aut armis sacratis [a] ipse qui pulsatur cum sacramentalibus suis se coniunxerit et non ausus fuerit iurare, aut [b] ipse aut aliquis de sacramentalibus suis se subtraxerit: tunc [c] intelligitur sacramentum ruptum [c] *.

* *Sacramentum tunc intelligitur ruptum, quando presentibus sacrissanctis*[d] *evangeliis*[d], *scilicet de lite [plus*[e] *aut] infra 20 solidos, et ipse qui pulsatur cum sacramentalibus suis se coniuncxerit et non ausus fuerit iurare, et aut ipse aut aliquis de sacramentalibus suis se subtraxerit: tunc post solis occasum intelligitur ruptum sacramentum* per kapitulum Lotharii (29.) „Quicumque"; *et positis evangeliis, scilicet de lite 20 solidorum vel ultra, si pulsatus vel subrogatus post spacium tantum se subtraxerit [aut*[e] *sacramentalis non nominatus]* per legem Liuprandi (60.) „Si quis alii". 7.8.

Petre, te appellat Martinus, quod pater tuus dedit sibi vadia de iurare, quod non haberet factam in iuriamad Mariam suam mundoaldam, et non iuravit dum vixit: modo vult, ut adimpleas quod ipse promisit et unde vadia dedit. — *Haec appellatio secundum quosdam.*

Petre, te appellat Martinus, quod pater tuus dedit tibi vadimonium de iurare, quod haberet possessam per 30 annos unam peciam de terra quae iacet in tali loco, et dum iurare debuit, postquam sol occiderit et post spacium ad inquirendos sacramentales fuit ruptum sacramentum eius vel sacramentalis, et vult, ut dimittas ei ipsam peciam de terra.

Expositio: Si sacramentalis nominatus se subtraxerit, non statim perdiderit causam ipse qui sacramentalem conduxit, sicut hec lex precipit, sed secundum legem Liuprandi que est „Si [4] quis alii wadiam de sacramento dederit" spatium habebit requirendi alium sacramentalem, si causa usque ad 20 solidos aut amplius fuerit; si minus de 20 solidis fuerit causa, nichil propter predictam legem inde fuerit, quia de lite minori 20 solidis non loquitur, ut ibi declarabitur [5]. Et per predictam quoque Liuprandi legem in hoc quod dicit: „et postea ipse qui nominatus est, cum ad sacramentum iverit et evangelia posita fuerint, se subtrahere quesierit, ut sacramentum rumpatur, sicut in anteriore edicto constitutum est", datur intelligi, quod hec lex que est „Sacramentum tunc intelligitur ruptum" non loquitur de aliis sacramentalibus nisi de nominatis. Ideoque, si sacramentalis non nominatus se sacramento subtraxerit, sacramentum secundum Wilihelmum non rumpitur. — §. 2. Notandum est quoque, si causa de 20 solidis fuerit aut amplius vel minus et nominatus vel alius sacramentalis se subtraxerit, non debet statim causa perdi, sicut in hac lege legitur; sed in quacumque hora diei sacramentum persolverit, securus inde erit per capitulum Lotharii quod est „Ut [6] quicumque sacramentum vel debitum".

365. (364.) Si pro quacumque causa [a] aut [a.b] culpa [b] homo pulsatus fuerit ab alio [c] et negaverit, liceat ei [d] se idoniare secundum legem et qualitatem causae. Si autem manifestaverit se fecisse, componat secundum [e] quod [e] in hoc edicto legitur. Nam nulli liceat, postquam prius manifestaverit, postea per sacramentnm negare, quod non sit culpabilis, postquam ipse se culpabilem assignat [f]. Quia multos cognovimus in regno nostro tales pravas opponentes intentiones, haec [g] nos moverunt presentem corrigere [h] legem, et ad meliorem statum revocare.

Glossae: causa aut culpa] Causa aut culpa idem est; est [i] aliud causa, aliud [k] culpa secundum quosdam. 5.7

Cap. 364. *e codd.* 1—8, *in codd.* 6.7.8 *uno tenore subiungitur capiti* 363. a) sacrosancta evangelia aut arma sacrata 5.6. b) et aut 1.4.7.8. c) tunc.....ruptum *om.* 5; sacr. ruptum *om.* 8 d) armis sacratis *corrigendum?* e) *verba uncis inclusa spuria videri supra exposui in praefatione.*

Cap. 365. *e codd.* 1—8. a) causa aut *om.* 7 *et pr. man.* 4. b) aut culpa *om.* 1. c) homine *add.* 5.6. d) ei *om.* 2.7.8. e) sicut, *om.* quod, 2.5.6. f) adsignavit 1.5.6. g) et haec 7.8. h) confingere 7.8. i) ad 5. k) ad aliud 5.

1) L. unica C. ex delicto defunct. (IV, 17.) 2) Liutp. 15. 3) Roth. 361. 4) Liutp. 60. 5) Librarius qui codicem Neapolitanum scripsit errore Liutprandi legi sexagesimae iterum subiecit expositionem, qua lex Liutprandi 35 vere explicatur, ideoque sexagesimi Liutprandi capitis expositionem omnino omisit; coniicere autem possumus, istam legem (Liutp. 60) ideo de lite tantum 20 solidorum loquentem dici a glossatore, quia illic iurisiurandi tantum in evangeliis praestiti fiat mentio, in causis vero 20 solidorum et minoribus ad arma tantum secundum Rotharis legem 359 iuretur. 6) Loth. 29.

et similia 4.8. — *secundum legem]* id est per pugnam aut sacramenta: vel ita, ut de illis causis, pro quibus non accipitur in legibus retropositis ut se purificet appellatus, primum interrogetur appellator, si potest probare; si manifestaverit non posse, post purificet se appellatus, quia tunc secundum legem purificare se potest secundum quosdam a.[l] 4.5.7.8. — *secundum legem]* secundum legem causae, id est legem ad causam finiendam retro terminatam, sicut est de mundio[7], sicut est de nepote adulterino[8] dicto, sicut est de portonariis[9] secundum vl.; secundum a. aliter est. 4. — *postea per sacram. negare]* quia per bellum negare potest secundum vl. 4. — *presentem]* scil. quae eo tempore erat in usu secundum vl. 4.

Petre[m], te appellat Martinus, quod fecisti ei unam plagam in capite. — De torto.

Petre, te appellat Martinus, quod tenes sibi unum servum malo ordine.

Expositio: Causa de contractibus, culpa de maleficiis hic ponitur. — §. 2. Lex hec in eo quod hominem appellatum et confessum emendare precepit, cuidam Codicis libri septimi concordat quod est „Confessos in iure pro iudicatis haberi placet, quare sine causa desideras recedi a confessione tua, cum et solvere cogeris"[10]. — §. 3. Quod in hac lege scriptum est: „liceat ei se edoniare secundum legem et qualitatem cause" intelligendum est per sacramentum aut per pugnam vel illis modis, quos superius in „Si qualiscumque causa inter homines liberos"[11] numeravimus. — §. 4. In hoc quod hic legitur: „componat secundum quod in hoc edicto legitur" dicebant quidam, hanc legem non agere de contractibus, immo de maleficiis; sed male dicebant: quia licet se finiret in maleficiis, tamen intelligendum est, quod idem dicat de contractibus, cum generaliter incipit de utrisque. — §. 5. Hac et superius posita lege, que est „Si qualiscumque causa inter homines liberos"[11] nemo nisi Longobardus se sacramento purificare compellitur. Quacumque vero lege vivens alius, si a Longobardo interpellatus fuerit, iuxta suam legem se purificet, dicente Pipini capitulo[12] quod est „Ut unusquisque homo secundum suam legem se ipsum defendat" et „secundum ipsius legem cui commisit neglegentiam emendet". Quod enim „defendat" dictum est, de sola purificatione debet intelligi, quia iuxta appellati legem purificatio, iuxta appellatoris compositio facienda est.

366. (365.) Si quis post mortem patris filium[a] de debito appellaverit, quod pater eius[b] debitor fuisset, et filius[c] negaverit[c], ita decernimus, ut prebeat[d] filius sacramentum[d] secundum qualitatem pecuniae unde pulsatur[e], quod pater eius[f] ei debitor non fuisset, aut per pugnam se[g] defendat, si potuerit[g]*.

* *prout appellator egerit.* 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[h], te appellat Martinus, quod habet certam suspectionem, quod pater tuus, quando venit ad mortem, erat sibi debitor ad dandum solidos 100. — *Haec appellatio secundum quosdam.*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod ei solidos 100 persolvere debes, quos ipse patrem tuum sibi debuisse certe suspicatur.

§. 2. Si filius defuncti patris de debito appellatus negaverit, quantumcumque sit debitum, pugnam inde facturus est, nullo alio alicuius defuncti herede pugnam inde facturo. — §. 3. Non est intelligendum, ut per hanc legem sit in electione filii defendere se, qualicumque modo vellet, id est aut pugna aut sacramento, quamvis hic dicatur: „prebeat filius sacramentum secundum qualitatem pecunie unde pulsatur, aut per pugnam se defendat si potuerit". Sed ita intelligendum est: si filius per pugnam pulsatus fuerit, liceat ei se defendere per pugnam; si per sacramentum, liceat ei se defendere per sacramentum. Et hoc videri potest per legem Liuprandi que est „Si quis alium astu compellaverit de pugna"[13], quia in hoc quod predicta lex Liuprandi dixit: „que solet fieri per pravas personas", id est per appellatores, dedit nobis intelligere, quod in electione appellatoris erat de omnibus pugnis faciendi retropositis.

367. (366.) Si aliqua inter creditorem et debitorem atque[a] fideiussorem surrexerit[b] intentio, et dixerit creditor, quia in tali protextu wadiam[c] suscepit, et fideiussor negaverit, non est causa fideiussoris[d] sacramentum prebere, nisi debitor singulus satisfaciat ad evangelia aut ad[e] arma[f], quia in tali capitulo[g] nec wadiam[c] dedit[h] nec fideiussorem posuit[i]*.

* *si homines non interfuerint, quorum fides ammittitur* per legem Rachis (1.) „Si quis amodo". 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: quia in tali protextu] id est aut[14] pure aut in diem aut sub conditione[k]. 4.5.7.8. — *debitor singulus]* id est solus, quia non negat debitum, sed solum vadiae protextum secundum vl. 4.

Petre[l], te appellat Martinus, quod tu dedisti sibi vadiam dare solidos 100 *in Kalendis Maiis. — De* 50 *solidis dedi vadia[m], non de plus. — Probet actor; sin autem, appellatus iuret.*

Expositio: Hec lex a Rachis prima lege partim roboratur, partim corrumpitur; roboratur in hoc quod ibi legitur: „si vero tales homines inter non fuerint, quorum ammittitur fides, tunc exinde procedat iudicium, sicut gloriosissimus Rotharis rex instituit"; corrumpitur in hoc quod ibi precipitur: „si veraces homines aut comes affuerit, ut eorum sit credendum testimonio". — §. 2. Lex ista a duabus Liuprandi legibus, que sunt „Si[15]

l) d. 5. m) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 366. *e codd.* 1—8. a) filios 7.8. b) ei 7.8. c) filii negaverint 7.8. d) de, *i. e.* det, 1; prebeant sacr. filii. 7.8. e) pulsantur 7.8. f) ipsius 7.8. g) defendant se si potuerint 7.8. h) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 367. *e codd.* 1—8. a) aut 1.7.8. b) oritur 1; orta fuerit 2.4. c) vadia 7.8. d) fideiussori 5.6. e) ad *om.* 6—8. f) sacrata *add.* 2.6—8. g) protextu 1.7.8. h) dedi 1. i) posui 1. k) secundum vl. *add.* 4. l) *e codd.* 7.8.10. m) vadiam 10.

7) Roth. 195—197. 8) Roth. 164. 9) Roth. 265. 10) L. unica C. confessis (VII, 59.) 11) Roth. 359. 12) Pipin. 27. 13) Liutp. 70. 14) §. 2. Inst. verb. oblig. (III, 15.) 15) Liutp. 8.

qualiscumque causa inter conlibertos" et „Quicumque[16] homo sub regni nostri dicione" roboratur.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu 100 solidos, unde tu sibi wadiam dedisti, ei debes. — Wadiam tibi dedi, sed tantum de solidis 20.

368. (367.) Omnes waregangi qui[a] de exteris[b] finibus[b] in[c] regni nostri fines[c] advenerint seque sub scuto potestatis nostrae subdiderint, legibus nostris[d] Longobardorum[e] vivere debeant, nisi si[f] aliam legem a pietate nostra meruerint. Si[g] filios legitimos habuerint, heredes[h] eorum existant, sicut et filii Longobardorum[i]; si[k] filios legitimos non habuerint, non sit illi potestas absque iussione regis res suas cuicumque thingare aut per quemlibet titulum alienare.

Glossa: Omnes] Obiit per kapitulum Pipini (27.) De diversis generationibus. 4—8.

Expositio: In eo quod hec lex eos qui ex alieno regno huc habitare devenerint Longobardos fieri precipit, a Pipini capitulo quod est „De[17] diversis generationibus" rumpitur. — §. 2. Lex ista alienigenas Longobardos factos res suas, si[l] filios non habuerint, absque regis permissu alienare prohibuit: sed moderno tempore advene, quia lege sua non mutantur, res suas alienare possunt, nulla huius legis[m] condicione inpediente.

369. (368.) Nullus camphio presumat, quando ad pugnandum[a] contra alium[b] vadit, herbas[c] quae ad maleficia pertinent[c] super se habere, nec alias tales similes res, nisi tantum arma sua quae convenit[d]. Et si suspectio fuerit quod eas occulte habeat, inquiratur a iudice, et si inventae super eum fuerint, evellantur et iactentur. Et post istam inquisicionem tendat[e] manum ipse camphio in manum parentis aut conliberti sui, ante[f] iudicem satisfaciens[g] dicat[g], quod nullam talem[h] rem quae ad maleficia pertinet super se habeat, et tunc vadat ad certamen.

370. (369.) Omnes vero regales causae* quae ad manum regis pertinent, unde compositio expectatur aut culpa quaeritur, dupliciter secundum antiquam consuetudinem componantur, excepto mundio[a] de libera[b] aut morth aut aliis quae similes sunt, unde 900 solidi iudicantur quas in suo vigore constituimus permanere: reliquae[c] omnes ut prediximus[d] in duplum exigantur**.

* *retroscriptae* per intellectum a.[e] 7.8 *et in marg.* 4.5.

** *exceptis regalibus causis retro duplicatis* ut legitur in lege istius *(Roth. 269.)* „Si mancipium cuiuscumque post alium". 7.8 *et in marg.* 4.5.

Expositio: „Omnes vero regales cause" nulle alie intellegende sunt secundum Wilihelmum, nisi que superius dicte sunt, quod potest videri in hoc quod dicit: „que ad manum regis pertinent", sed future cause nondum ad eius manum pertinebant. Etenim in hoc quod dicit: „excepto iniuria de muliere libera aut morth aut alias", per quod notatur retro respexisse, dicitur hec lex de solis preteritis causis egisse. Sed secundum Ugonem hec lex tam de futuris causis quam de preteritis loquitur, quia, cum hec lex dicit: „que pertinent ad manum regis", voluit intelligere tam de illis causis que pertinebant regi usu, quam de illis que pertinebant lege[f]. Sed future regi pertinebant usu, preteriteque lege; et quod hec lex loquatur tam de futuris causis, quam de preteritis, videri potest per quandam Liuprandi legem, que est „De[18] possessione de publici liceat", quia in hoc quod dicit: „causas quidem regales unde compositio expectatur duplicatas statuit decessor noster Rotharius rex componi" dat intelligi, quod hec lex locuta est de utrisque. Confirmari quoque potest illud idem a lege Astulfi que est „Relatum[19] est nobis", per hoc quod dicit: „quod usque nunc talis fuit consuetudo" et cetera. Secundum Wilihelmum per predictas leges nullo modo videri potest, quod hec lex sit locuta de utrisque, quia ipse non loquuntur nisi secundum hoc quod hanc loqui diximus. — §. 2. Cause vero regales superius duplicate, ut in lege retroposita, que est „Si[20] mancipium cuiuscumque" et cetera, regalis causa est duplicata, non debent iterum duplicari, quia iam fieret quadruplicatio non duplicatio. — §. 3. Si qua vero regalis causa superius posita specialiter ad solum regem pertinet, velut civitatis scandalum[21], non est duplicanda compositio, quia duplicatio de his tantum fit, que ad alios pertinent simpliciter. — §. 4. Quod in hac lege scriptum est: „unde compositio expectatur aut culpa queritur", intelligendo distinguitur, ut compositionis expectatio, cuius rei devenit medietas, culpe vero petitio sit eius que regi integra pertinet. Sed secundum Ugonem „unde compositio expectatur" loquitur tantum de illis causis que in placito legali iudicio erant convicte et compositio erat solvenda; et per „aut culpa queritur" intelligitur de illis causis unde iam appellatio erat facta sed nondum erant convicte; vel per „unde compositio expectatur" intelligitur solummodo de futuris causis, per „aut culpa queritur" de retropositis. — §. 5. In eo quod hec lex retro positas leges de compositione nongentorum solidorum loquentes confirmavit, partim rupta est a Grimoaldi lege que est „Si[22] servus talem culpam fecerit", ut predictas leges ab eadem lege rupimus[23].

371. (370.) Si servus regis morth fecerit, ita

Cap. 368. *e codd.* 2—8; *abest a cod.* 1. a) id est qui 7.8. b) exteras fines 4; extra fines 7.8. c) in regnum nostrum 5.6. d) *deest* 5. e) Langobardorum 2.5. f) si *om. c.* 2.4.5. g) Et si 7.8. h) ipsi filii heredes 7.8. i) Langob. 2. k) si vero 5.6; et si 7.8. l) si *om. c.* m) regis *c.*

Cap. 369. *e codd.* 1—8. a) pugnam 7.8. b) hominem *add.* 7.8. c) herbam ad maleficia pertinentem 5.6. d) conveniunt 5.6. e) intendat 7.8. f) sic ut ante 7.8. g) satisfaciens et dicat 2; et satisfaciat dicens 5.6. h) *deest* 7.8.

Cap. 370. *e codd.* 1—8. a) iniuriam 7.8 *et corr.* 4.5. b) liberis feminabus 1; muliere libera 3.7.8. c) vero *add.* 5.6. d) diximus 4; supra diximus 1.2.5.6. e) asinorum 5.7.8. f) long. *c.*

Cap. 371. *e codd.* 1—8.

16) Liutp. 15. 17) Pip. 27. 18) Liutp. 77. 19) Ast. 8. 20) Roth. 269. 21) Roth. 37. 22) Grim. 3. 23) Cfr. expos. §. 3 ad Roth. 5.

decernimus, ut componat[a] ipsam personam[b.]* sicut appreciata fuerit, et servus ipse super fossam ipsius mortui appendatur, ut in eo vindicta detur et sit causa finita[c].

5 * *pars publica* 7.8 *et in marg.* 4.5.

Glossa: Si servus] Obiit per kapitulum secundi Henrici (2.) Decet 5.7.8. Obiit per kapitulum Henrici (II, 3.) Quicumque veneficium. 4.

Timothee[d], advocate[e] de parte publica, te ap-
10 *pellat Petrus[f], quod Iohannes, servus de parte publica unde tu es advocatus, occidit patrem suum in absconso. — De[g] torto[g].*

Expositio: Ab hac lege retroposita que est „Si[24] quis in absconso homicidium" partim rum-
15 pitur, quia, si regis servus homicidium occulte fecerit, non componentur pro eo solidi 900 sicut ipsa lex precipit, sed iuxta hanc legem penam inde passurus est. Sed ita salvatur, quia intelligendum est, quod ipsa lex de regis servo non loquitur.

20 372.(371.) De aliis vero causis unde liberi et servi aliorum hominum nongentis solidis fiunt culpabiles, id est de muliere libera si[a] viam antestete-rit[b] aut[c] iniuriam fecerit, seu de gregibus[d] equarum aut porcorum pigneratis[e] vel[f] reliquis quae similes
25 sunt[f], unde, ut[g] prefati sumus[g], 900 solidi quaeruntur, de quibus[h] supra in hoc edicto constituimus, servus regis, si fecerit, animae suae incurrat periculum, et 900 solidi non requirantur ad cortem regis*.

30 * *Servus vero alterius hominis si fecerit, moriatur, et dominus pro illicita causa solidos 60 componat* per legem Grimoaldi (3.) „Si servus talem culpam fecerit". 7.8 *et in marg.* 4.

Glossa: non requirantur ad cortem regis] Hic vide-
35 tur, quod curtis regia respondeat pro servo regis et componat. 4.7.

Petre[i], te appellat Martinus, quod Davus, servus de parte publica unde tu es advocatus, fecit iniuriam ad Mariam suam mundoaldam.

40 Expositio: Superiores leges[25] de culpa 900 solidorum lex ista partim affirmat, partim vero corrumpit, quia, si regis servus 900 solidorum culpam commiserit, 900 solidorum compositione non danda, moriturus est. Sed ita salvatur: quia intel-
45 ligendum est, ut de regis servo retroposite leges non loquantur, et, quod de servo regis non sint locute, videri potest in eo quod hec lex dicit: „unde servi aliorum hominum — subaudis quam regis — fuerint culpabiles". — §. 2. In eo quod hec
50 lex dicit: „unde liberi et servi aliorum hominum 900 solidis fuerint culpabiles", a Grimoaldi lege quae est „Si[26] servus talem culpam fecerit" rupta est in parte, quia illic legitur: „ut 60 solidi dentur et servus insuper ad occidendum tradatur". — §. 3. Lex ista, „de aliis vero causis" incipiens, homicidium a regis servo occulte factum[27] excipit.

373.(372.) Si servus regis furtum fecerit, reddat[a] in actogild et non sit fegangi*.

* *id est non sit culpabilis, ut privatus sit.* 7.8.

Glossae: fegangi] i. e. obnoxius morti. 1.4. — vel 40 solidos non det ut privatus. — Fegangi est supra furtum tentus: lex est[28], ut moriatur, aut dominus det pro eo solidos 40. 4.

Petre[b], similiter te appellat Martinus, quod[c] Davus, servus de parte publica unde tu es advocatus[c], tulit sibi tantum de suo mobili ad furtum, quod valebat solidos 10, aut iactavit eum de caballo, aut fecit sibi cortis rupturam, aut viam antestetit.

Expositio: Hec lex, in eo quod prohibet servum regis quando furtum fecit esse fenganti, id est 40 solidos esse culpabilem, dicitur rumpere legem retropositam que est „Si[28] servus furtum fecerit" que servum precipit aut mori aut 40 solidos componere; sed non est rupta, quia non est intelligendum, quod ipsa lex de regis servo sit locuta.

374.(373.) Si servus regis oberus aut wecworin seu maraworfin aut aliam culpam quamlibet minorem fecerit, ita componat sicut[a] aliorum exercitalium, quae[b] supra[b] decreta sunt, componuntur[c].

Glossae: oberus] id est cortis rupturam. 4.5.7.8. — *wecworin]* id est vie antistitura. 3—5.7.8. — *maraworfin]* id est aliquem de caballo iactaverit. 4.5.7.8. — *quamlibet minorem]* scil. 900 solidis. 4.5.8.

375.(374.) Si quis* sculdahis[a] aut actorem regis occiderit utilitatem regis facientem, apprecietur pro libero homine[b] sicut in hoc edicto legitur, et parentibus legitimis componatur, excepto in curte regis componat qui eum occiderit solidos 80; et si battutus[c] fuerit[c] aut ligatus, similiter componatur pro libero homine secundum nationem suam, sicut in hoc edicto constitutum est, excepto[d] in curte regis pro culpa solidos octuaginta.

* *se deffendendo* per legem Liuprandi (20.) „Si liber homo". 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: apprecietur pro libero] id est quamvis sit liber, non teneatur vilior, quod nobis servit. 4.5.7.8. — *et si battutus]* Require legem istius (*Roth.* 41.) Si quis homini libero insidiatus. 4.5.7.8. — *aut ligatus]* Require legem istius (*Roth.* 42.) Si quis hominem absque iussione[e]. 4.5.7.8.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu eum battisti, quando faciebat utilitatem regis.

a) componatur 4. b) ipsa persona 2.4. c) sopita, al. finita 4. d) *e codd.* 7.8.10. e) I. advocatus 10. f) M. 7. g) *desunt* 10.

Cap. 372. *e codd.* 1—8. a) quis *add.* 7.8; ei *add.* 2.5.6. b) ei *add.* 7.8. c) aliquam *add.* 5.6. d) grege 7.8.
55 e) pignerato 7.8; si pigneratus fuerit 1. f) aut rebus (aliis causis 5) quae similes sunt 2.5; aut aliquibus similibus causis 6. g) *deest* 1.7.8. h) quo 7.8. i) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 373. *e codd.* 1—8. a) reddatur 7.8 *et sec. man.* 4. b) *e codd.* 7.8.10 c) *sic* 10; *quorum verborum loco* 7.8 *ita:* quod P. similiter servus.

Cap. 374. *e codd.* 1—8. a) servi *add.* 1.7.8. b) *desunt* 2.5.6. c) *deest* 2.4—6.
60 *Cap.* 375. *e codd.* 1—8. a) sculdaem 7.8. b) *deest* 7.8. c) cesus fuerit fustibus 2; battiderit 5.6. d) excepto *rell. om.* 7.8. e) secundum a. *add.* 4. f) *e codd.* 7.8.10.

24) Roth. 14. 25) Roth. 5. 8. 14 rell. 26) Grim. 3. 27) de quo in lege 371 agitur.
28) Roth. 254.

376. (375.) Si gastaldius aut quicumque actor regis post susceptas aut commissas sibi ad gubernandum curtes et causas regias aliquid per garethinx id est donationem ab alio[a] quocumque factam conquisiverit, sit illi stabile, si per preceptionem indulgentiae regis in eum[b] fuerit confirmatum: alioquin quicquid, ut predictum est, post susceptam ammінistrationem per garethinx adquisierit, hoc totum regi adquirat, et[c] non suo[d] proprio nomine[d] vindicet, nec ipse nec heredes ipsius[e, *].

* *nisi fidelis regis inveniatur gastaldius* per kapitulum Lotharii (77.) „Concedimus". 7. 8 *et simil. in marg.* 4. 5.

Expositio: Hec lex, in eo quod iubet gastaldium aut quemlibet actorem regis donationem ab aliquo homine sibi factam debere[f] ammittere, nisi per preceptionem indulgentie in eo fuerit confirmata, et non posuit hec lex differentiam, sive actor regis vel gastaldius esset ei fidelis, vel non, a Lotharii capitulo quod est „Concedimus[29] etiam gastaldiis nostris" corrumpitur, quia ibi legitur, quod non debent ammittere, si fideles inventi fuerint in regis servitio. — §. 2. Quod hec lex gastaldium de donativa adquisitione precepit, de caeteris adquisitionibus idem nos intelligere voluit, quod in predicto capitulo Lotharii quod est „Concedimus[29] etiam" potest intelligi.

377. (376.) Nullus presumat aldiam alienam aut ancillam quasi strigam quae dicitur[a] masca occidere, quod[b] christianis mentibus nullatenus credendum est nec possibile est[c], ut mulier hominem vivum intrinsecus possit commedere. Si quis de[d] caetero[d] talem illicitam et nefandam rem perpetrare presumpserit, si aldiam occiderit, componat pro statu eius solidos 60, et insuper addat pro culpa solidos 100, medietatem regi et medietatem cuius aldia fuerit. Si autem ancilla fuerit, componat pro statu eius, sicut supra[30] constitutum est, si ministerialis aut rusticana fuerit, et insuper pro culpa solidos 60, medietatem regi et medietatem cuius ancilla fuerit. Si vero iudex hoc opus malum perpetrare iusserit, ipse de suo proprio penam suprascriptam componat.

Glossa: ipse de suo proprio] Hic datur intelligi, quod homo non emendat illud malum, quod iudex precipit ei facere alicui[e]. 4. 5. 7. 8.

Petre[f], *te appellat Martinus, quod tu occidisti Mariam suam ancillam aut aldiam, dicendo quod esset striga.*

Petre comes, te appellat Martinus, quod tu commandasti occidi Mariam suam ancillam aut aldiam, dicendo hoc quod ipsa fuisset striga.

Aliter[g]: *Petre, te appellat Martinus, quod tu occidisti Mariam suam ancillam aut aldiam, dicendo hoc quod ipsa fuisset striga.*

Petre comes, te appellat Martinus, quod tu ad Marcoardum iussisti, ut Mariam suam ancillam ministerialem aut aldiam aut ancillam rusticanam occidisset.

378. (377.) Si quis homini libero unum oculum habenti ipsum excusserit, duas partes* precii ipsius quod appreciatus fuerit si[a] eum occidisset ei componat. Si[b] autem aldio aut servo alieno unum oculum habenti ipsum excusserit, componat eum pro mortuo**.

* *medietatem* 7. 8 *et in marg.* 4. ** *medietatem eorum precii* secundum a.[c] per kapitulum Karoli (81.) „Si quis alium presumptive". 7. 8 *et in marg.* 4.

Expositio: Lex ista a Caroli capitulo quod est „Si[31] quis alium presumptive" corrumpitur, in quo pro uno oculo excusso widrigilt medietas componi precipitur. Sed secundum Ugonem ita salvatur, quia hec lex locuta est de homine unum oculum solum habente, predictum vero capitulum de homine duos oculos habente.

379. (378.) Si mulier libera in scandalum* cucurrerit ubi viri litigant, si[a] plagam aut feritam factam habuerit[a], aut forsitan inpincta fuerit aut occisa, apprecietur secundum nobilitatem suam, et sic[b] componatur, tamquam si in fratrem ipsius mulieris[c] perpetratum fuisset**: nam alia culpa pro iniuria sua, unde 900 solidi iudicantur, non requiratur, eo quod ipsa ad litem cucurrit, quod inhonestum est mulieribus facere.

* *simpliciter* per legem Liuprandi (140.) „Relatum est nobis". 7. 8 *et in marg.* 1. 4. ** *si vero hostiliter iverit, nulla ei fiat iusticia* per legem Liuprandi (140.) „Relatum est nobis". 7. 8 *et similiter in marg.* 4.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod Alda sua mundoalda simpliciter currebat in scandalum et tu eam occidisti.*

Expositio: Hec lex, in hoc quod precipit, feminam euntem in scandalum debere componi tamquam frater eius componeretur si occisus esset, et non posuit differentiam, sive in scandalo simpliciter ivisset vel non, rupta est et affirmata a Liuprandi lege quae est „Relatum[32] est nobis quod perfidi homines"; rupta, quia in hoc quod dicit: si qua mulier simpliciter in scandalum ierit", intelligere nos ammonet, quia, si nocendo animo ierit, nichil pro ea aliquid mali passa componendum est; affirmata in hoc quod dicit: „sic ei fiat iustitia sicut Rotharis rex instituit".

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Mariam, cuius ipse mundoaldus erat, in scandalum simpliciter currentem occidisti aut ei plagam in capite fecisti.

Cap. 376. *e codd.* 1—8. a) aliquo 1. 7. 8. b) eo 1. 7. 8. c) et *om.* 7. 8. d) suum proprium 4. 5. 7. 8. e) eius 1. 4—6. f) habere *cod.*

Cap. 377. *e codd.* 1—8. a) dicitur vulgo 1; vulgo dicitur 7. 8. b) quia 1. 7. 8. c) est *om.* 4. d) deinceps 2. 5. 6. e) secundum vl. *add.* 4. f) *e codd.* 7. 8. 10. g) *in cod.* 8 *verbum* Aliter *et tertia formula quartae formulae postposita sunt.* Aliter *om.* 10.

Cap. 378. *e codd.* 1—8. a) ac si 1. 4; tamquam si 5. 6. b) *novae legis initium in cod.* 2. c) asinos 7. 8.

Cap. 379. *e codd.* 1—8. a) *sic* 4. 7. 8; si plagas aut feritas habuerit 1; si plagata aut ferita fuerit 2; si plaga a. ferita ibi ei facta fuerit 5. 6. b) ei 7. 8. c) hoc *add.* 5—8. d) *e codd.* 7. 8. 10.

29) Loth. 77. 30) Roth. 130 sqq. 31) Karol. M. 81. 32) Liutp. 140.

380. (379.) Si quis cassinam aut tectum alienum foris curtem, ubi viri non habitant, dum intentio fuerit de terra, distirpaverit[a] aut in terram iactaverit, et terram suam sicut lex habet convincere non potuerit, restauret ipsam cassinam et componat aliam talem sub estimacione pretii. Nam si casam ubi habitatur distirpaverit[a], componat sicut in hoc edicto[33] legitur, aratraib*.

* *id est sibi terciam.* 2.4.6—8.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod dum ipse habebat intentionem tecum de pecia una de terra, estirpasti unam suam casinam ubi homo non habitabat, quae super ipsam terram erat, aut ubi habitabat.*

Expositio: Lex hec dicens: „componat sicut in hoc edicto aratrabib id est sibi tertia“ legem superius positam quae est „Si[33] quis casam alienam incenderit“ revocavit memorie. — §. 2. Preter penam quae in hac lege precipitur pro invasione bannum[34] erit componendum.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu pro lite quam secum de terra habebas casam quam habitabat extirpasti aut in terra iactasti.

§. 4. Si quis alterius casam de cuius terra nulla est contemptio absque invasione in terra iactaverit, quanti ipsa casa fuerit, usu emendare compellitur, banno pro ruptura pacis[c] adhibito[d, 35].

381. (380.) Si quis peculium suum de clausura aliena occulte tulerit et non rogaverit, componat[a] curtis rupturam, id est oberos, solidos 20.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod tu tulisti de clausura sua occulte duo tua peccora, et eum non rogasti.*

382. (381.) Si quis alium argam[a] per furorem clamaverit et negare non potuerit, et dixerit, quod per furorem dixisset, tunc iuratus dicat, quod eum argam[b] non cognovisset, et postea componat pro ipso iniurioso[c] verbo[c] solidos 12. Et si perseveraverit[d], convincat eum per pugnam si potuerit, aut certe componat ut[e] supra[e].

Glossa: ut supra] id est ut iuret et[f] componat[f] secundum quosdam. 4.5.7.8.

Petre[g], *te appellat Martinus, quod tu clamasti eum argam*[h]. — *De torto me appellas.* — *Si dixerit: argam clamavi sed per furorem, iuret ut lex est.*

Expositio: Si quis alium argam, id est cucurbitam. Notandum[36] est, quod in hac pugna non debet fieri sacramentum de astu, quia, cum appellatus confiteatur, quod sibi ab appellatore imponitur, non est conveniens, ut appellatus diceret, se astu interpellari.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu eum argam animo irato vocasti.

§. 3. Si quis a se vocatum argam vetaret[37], se eum non cognovisse, aut pugnam in eum facere non ausus fuerit, quia, eum vocans argam, coniugem de adulterio infamavit, guidrigild compositurus est[38]. — §. 4. Quod in hac lege scriptum est: „aut certe componat sicut supra constitutum est“ respicit in hac eadem lege ad predictos solidos 12.

383. (382.) Si quis hominem liberum impegerit[a] ut cadat, componat solidos 6, sic tamen si[b] alteram lesionem in corpore ipsius non fecerit: nam[c] si[d] fecerit, sicut in hoc edicto legitur[e], componat ei[c]. Si autem[f] eum impegerit[a] et[g, h] non ceciderit, componat solidos 3[h].

Petre[i], *te appellat Martinus, quod tu impegisti eum quod ipse cecidit aut non cecidit.*

384. (383.) Si quis hominem liberum subito[a] surgente rixa per barbas aut capillos traxerit, componat[b] solidos 6; si[c] aldium aut servum[d] ministerialem seu servum rusticanum per barbas aut capillos traxerit, componat sicut pro una ferita[e, *].

* *id est pro aldio aut servo ministeriali solidum* 1 per legem istius (77.) „Si quis aldium aut servum ministerialem“; *pro servo vero rusticano solidum medium* per legem istius (125.) „Si quis servum alienum rusticanum“. 7.8 *et simil. in marg.* 4.5.

Glossa: subito] quia non erat insidiatus. 4.5.7.8.

Petre[f], *te appellat Martinus, quod, tibi subito surgente et adveniente ira, traxisti eum per barbam aut per capillos. — De torto.*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod subito surgente rixa barbam aut capillos extraxisti.

§. 2. Ideo in hac lege „subito“ positum est, ut intelligatur nullas precepisse insidias.

385. (384.) Si quis homini libero brachium super cubitum hoc est morioth ruperit, componat solidos 20; si autem subtus cubitum quod est treno[a], componat solidos 16; si coxam ruperit super genuculum[b] hoc est lagi, componat solidos 20; si subtus genuculum[b] quod est tibia, componat solidos 16. Si vero semus aut claudus fuerit[c], componat sicut in hoc edicto legitur[39] quartam partem pretii[d] ipsius[d].

Cap. 380. *e codd.* 1—8. a) disturpaverit 2.8. b) *e codd.* 7.8.10. c) pace *cod.* d) addito *corr.?*
Cap. 381. *e codd.* 1—8. a) rupturam id est *add.* 8. b) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 382. *e codd.* 1—8. a) arga 1.4. b) arga 1.4.5. c) vano sermone 2.5.6. d) et discerit se posse probare *add.* 7. e) solidos 12 *add.* 6; sicut supra constitutum est 7.8. f) *desunt* 7; et emendet sol. XII. 4. g) *e codd.* 7.8.10. h) per furorem *add.* 8, *omissis* De torto.....sicut lex est. De t. me app. *om.* 10.
Cap. 383. *e codd.* 1—8. a) inpingerit 1.2; inpinxerit 5.6. b) ut 2.7.8. c) nam si.....componat ei *om.* 2—4. *ad similitudinem codicum omnium a Bluhmio adhibitorum.* d) alteram lesionem *add.* 1. e) constitutum est 6—8. f) sic *add.* 1.2; tantum *add.* 5. g) ut 1.2. h) componat sicut pro ferita una, *et in marg.* id est solidos 3 *cod.* 5. i) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 384. *e codd.* 1—8. a) *deest* 4. b) ei *add.* 1.2.5. c) autem *add.* 1.4; vero *add.* 2.5.6. d) *deest* 7.8. e) ferita una 7.8. f) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 385. *e codd.* 1—8. a) ruperit *add.* 1.4. b) geniculum 1.7.8. c) factum fuerit 1 *et corr.* 4. d) *desunt* 2.4.

33) Roth. 146. 34) Pipin. 23. 35) Karol. M. 30.79. 36) Cfr. expos. §. 3 ad Roth. 198 et expos. ad Kar. M. 33. 37) negaverit, dicere noluerit. 38) ex lege scilicet Roth. 198. 39) Roth. 62.68.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod tu rupisti ei brachium super cubitum, aut coxam super geniculum aut subtus geniculum.*

Expositio: Si quis manum aut pedem alterius vulneraverit, quia lex manum in „brachio sub cubito", pedes vero in „coxa sub genuculo" intelligi voluit, ita compositurus est, sicut de brachio sub cubito vel coxa sub genuculo.

386. (385.)[a] Si mundium de puella libera parentibus mortuis ad curtem regis ceciderit, et pater vel frater debitum dimiserit[b], in quota portione patri vel fratri heredes[c] successerit, ita et debitum persolvat; simili[d] modo et[e] si naturales filii fuerint*.

* *omne debitum persolvat filia aut soror, quia heres omnino est* per legem Liuprandi (1.) „Si quis Longobardus". 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: parent. mortuis] Hic videri potest, quod parentes habeant mundium mulieris parentis et quod mundoaldi solvant debitum pro mundoalda et respondeant. 4.5.7.8. — *ita et debitum persolvat]* Hic videri potest, quia actio contra debitores fit in heredes debitorum, et totum vel partem, prout sunt heredes, persolvant. 4.5.7.8.

387. (386.) Presens[a] vero dispositionis[b] nostre edictum[b] — quod[c] Deo propicio cum summo studio et summis vigiliis a caelesti favore prestitis, inquirentes et rememorantes antiquas leges patrum nostrorum quae scriptae non[d] erant, condidimus et[e] quae[e] communibus omnium gentis nostrae utilitatibus expediunt pari consilio parique consensu cum primatibus iudicibus cunctoque felicissimo exercitu nostro augentes[f] constituimus — in[g] hoc[h] membrano[h] scribi iussimus pertractantes[i] et sub hoc tamen capitulo[k] reservantes, ut quod adhuc annuente divina clementia per subtilem inquisitionem de antiquis legibus Longobardorum[l] tam per nosmet ipsos quam per antiquos homines memorare potuerimus in hoc edicto subiungere debeamus, addentes[m], quin etiam et[n] per garathinx secundum ritum gentis nostrae confirmantes, ut sit haec lex firma et stabilis, quatenus nostris felicissimis et futuris temporibus firmiter et inviolabiliter ab omnibus nostris subiectis custodiatur.

Glossa: ut sit haec lex firma] Hic multisque in locis ut in capite prologi videri potest, quod Rotharis sententia non inter se frangitur, ut quidam asini dicunt, scilicet ut fragantur. 7.8.

388. (387.) Si quis hominem liberum casu faciente nolendo occiderit, componat eum sicut appreciatus fuerit, et faida non requiratur, eo quod nolendo fecit.

Glossa: hominem liberum] Nam de servo nichil sit secundum vl. 4.

Petre[a], *te appellat Martinus, quod tu occidisti patrem suum.*

389. (388.) Et hoc addimus ac decernimus[a], ut causae quae finitae sunt non revolvantur. Quae autem non sunt finitae et[b] ad presentem vicesimam secundam diem mensis huius Novembris indictione secunda inchoate[c] aut motae[d] fuerint, per hoc aedictum incidantur et finiantur.

Et[e] hoc generaliter damus in mandatis, ne aliqua fraus per vicium scriptorum in hoc edicto adhibeatur: si aliqua fuerit intentio, nulla[f] alia exemplaria credantur aut suscipiantur nisi quod[g] per manus Ansoaldi notarii nostri scriptum[h] aut recognitum seu requisitum fuerit[h], qui per[i] nostram iussionem[i] scripsit[k].

Attulit hic magnus legis bona res Grimoaldus.

Superiori[a] pagina huius edicti legitur ita[b]: quod adhuc annuente Domino memorare potuerimus de[c] singulis causis quae in presenti non sunt adfixe[d], in hoc aedicto adiungere[e] debeamus, ita ut causae quae iudicatae et finitae sunt non revolvantur. Ideo ego[f] vir excellentissimus Grimoaldus gentis Longobardorum rex anno Deo propitio sexto regni mei mense Iulio indictione undecima per suggestionem iudicum omniumque[g] consensum ea quae illis dura et impia[h] in hoc edicto visa sunt ad meliorem statum et clementius remedium corrigere et revocare[i] previdimus[k].

1. Si[a] servus aut ancilla per 30 annos domino suo servierit et[b] rei[c] veritas cognita

e) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 386. *e codd.* 1—8. a) De mundio puellae et de debito *rubrica in cod.* 3. b) dimiserint 7.8. c) *deest* 5.6. d) simili *rell. om.* 1. e) et *om.* 7.8.

Cap. 387. *e codd.* 2—4. 6—8; *abest igitur a codd.* 1.5. a) presentis 4.6; presente 7.8. b) dispositione nostri edicti 7.8. c) quam 7.8. d) non *om.* 2.4.7.8. e) *sic* 4; ea quae 7.8; et quodquod 2; et pro 6. f) aut gente 7.8. g) et in 2.6; Et 7.8. h) his membranis 7.8. i) quidem *add.* 7.8. k) capitulum 6—8. l) langob. 2. m) et addentes 7.8. n) et *om.* 2.7.8.

Cap. 388. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 389. *e codd.* 1.3—8; *abest a cod.* 2. a) diffinimus 1. b) et *om.* 1.4.7.8. c) iniciante 7.8. d) quae motae 1.7.8; ortae 4. e) Et *rell. usque ad finem om.* 5. f) ut nulla 7.8. g) quae 6—8. h) scripta aut recognita seu requisita fuerint 6—8. i) nostra iussione 1.7.8. k) *codd. diversi tales exhibent subscriptiones:* Deo gratias amen. Explicit edictus Rothari. 1; Explicit edictum quod domnus Rothar rex fieri iussit. 5; Explicit leges ad domno Rotharene rege. 3; Deo gratias semper. Exemplar edicti. 7.8. *Abest subscriptio a* 2.4.6.

Versum exhibent codd. 7.8, *et in marg.* 4.5, *sed in cod.* 4 *recentiori demum manu scriptum.* a) *Prologum Grimoaldi codd.* 1—8 *offerunt, et quidem* Incipit edictum prologus a domnus Grimoald rege *inscriptum cod.* 3; Incipit prologus libri secundi *cod.* 4; Incipit quod Grimoaldus rex adiungere precepit *cod.* 5. b) ut 1; *deest* 4. c) ut de 7.8. d) adsitae 1; adfictae 4. e) iungere 7.8. f) ergo 7.8. g) obtimatum nostrorum *add.* 4.5. h) iniqua 7.8. i) et quae necessaria sunt adiungere *add.* 5. k) deberemus 4; id est de 30 annorum usucapionibus *add.* 6. Explicit prologus Grimoaldi regis *subscripta sunt in cod.* 1.

Cap. 1. *e codd.* 1—8. a) Incipit cap. primum *inscriptio in cod.* 1; Incipit cap. domni Grimuald regis *in cod.* 4. b) de quibus 1. c) regi 1.2.

fuerit, quod[d] per 30 annos domino[e] suo[e] servisset[d.f], et per superbiam aut iniusta patrocinia se voluerit de domino suo proprio per pugnam vindicare, nullatenus ei permittimus, sed serviat sicut 5 decet servum aut ancillam proprio domino suo[g]; similiter et si aldius fuerit, impendat obedientiam patrono suo, sicut per 30 annos fecit, et ei nova[h] a domino suo amplius non imponantur[i], sed liceat ei res suas habere quas per 30 annorum spatium[k] 10 iuste possedit*.

* *Precipimus ut nova conditio aldioni a patrono suo non imponatur, sed habeat res suas per 30 annos possessas* per asellos. 7.8.

Glossae: Si servus] scil. ille qui dicitur servus, qui 15 proclamatur de servitute in libertatem secundum vl. 4. — *(partim obiit?)* per legem Astulphi (14.) Si quiscumque homo. 4—8. set per kapitulum *(Loth. 79.)* Si quis de aliquo secundum asinos nichil valet. 5.7.8. — *iniusta patrocinia]* id est per assertores. 1.7. sic legitur in sexto 20 libro Codicis de assertoribus[40]. 4. — *liceat ei res suas habere]* Per argumentum a minori ad maius similiter consideratur possessio in liberis. 5.7.8.

Expositio: In eo quod haec lex, dicens: „qui per 30 annos domino suo servivit", propter 25 30 annorum possessionem in servitio semper manere precipit, secundum quosdam ab ultima Astulfi lege rumpitur, in qua 30 annorum propter possessionem in servitio teneri prohibetur: sed non est rupta, quia illa de libero pro bonitate sua ser- 30 viente loquitur, cum huius tantum de servo loquendi intentio sit. Eiusdem quoque dicti secundum alios haec lex a Lotharii capitulo quod est „Si[41] vero aliquis alium ad servitium mallaverit" corrumpitur, quia illic legitur, ut ille qui ad ser- 35 vitium mallatus fuerit probando libertatem suam det wadiam: sed non est rupta, quia predictum capitulum de tali loquitur, qui in libertatis statu permanebat et ipsum alius ad servitium applicare volebat; hec autem lex loquitur de eo qui in ser- 40 vitio manebat et ad libertatem proclamabat. — §. 2. Hic queritur, si quis in servitio per 30 annos manserit et post 30 annorum curriculum se liberum esse dixerit, quomodo diffiniri debeat? Ait Guilihelmus, hoc diffiniendum esse iuxta Astulfi legem[42], 45 quia ibi legitur: „Si vero eius parentes pertinentes fuerint, et ipse solus ad libertatem proclamaverit, si ipse solus libertatem idoniare per cartam aut per homines liberos vel possessionem iuxta hanc legem non potuerit, deserviat[l] et inantea". Sed 50 ne dubitetur, quomodo per possessionem libertatem suam idoniare possit, qui per 30 annos in servitio permansit, ita intelligendum est: ut, si quis per 30 annos bona fide in libertate permansit, quantiscumque annis postea in servitute sit, possessio 55 tamen non nocet, quia prior possessio iuxta predictam Astulfi legem prevalet, cum non posuit differentiam, sive stetisset per 30 annos in servitute vel non. Ugonis autem talis est sententia, quia hec lex de eo tantum loquitur, qui in veritate servus dicitur — quod videri potest in hoc quod legitur in hac lege: „et rei veritas cognita fuerit, quod per 30 annos domino suo servisset et per superbiam aut iniusta patrocinia se voluerit de domino proprio" —: ideo dixit, iuxta hanc legem tantum eundum esse, scilicet, ut illi qui per 30 annos domino suo servivit nullatenus a domino suo per pugnam se vindicare permittatur. sed, ut decet servo, suo proprio domino deinceps serviat. Sed si quis huic sententie opposuerit dicendo, si hec lex, ut Ugo dicit, de eo tantum loquitur, qui in veritate servus est, quid tunc prodest domino 30 annorum possessio, unde hac in lege fit mentio, quia, licet nisi per unum diem eum possedisset, tamen suo debet servire domino? — Quod sic solvitur: hec possessio in tantum prodesse[m] domino dicitur, quod a servo[n] dominus per pugnam non fatigabitur, si servus voluerit iuxta legem Rotharis, que est „Si[43] quis alium de re mobili aut immobili pulsaverit", in qua quinque annis inantea indeterminate inde pugnam precipitur fieri posse: unde ab hac lege rumpitur, que ultra 30 annos pugnam fieri prohibet. — §. 3. Secundum Ugonem quoque is[o] de[o] quo hec lex loquitur liber fuerat, sed per 30 annorum possessionem servus factus fuit. Quod videri potest per subsequentem legem que est „De[44] liberis quos constat". Discernitur in hoc scilicet, quod e contrario loquitur. Hi enim, de quibus „De liberis quos constat" loquitur, re vera servi fuerant, sed per 30 annorum possessionem liberi facti erant. Et quod ii de quibus „quos[p] constat" — hec lex scilicet — loquitur servi re vera fuerant, per 30 annorum possessionem liberi facti fuerant, videri potest per Lodoyci[q] capitulum quod est „Placuit[45] nobis de illis hominibus", quia in hoc quod dicit: „placuit nobis de iilis hominibus, qui se liberos per 30 annos esse dicunt, ut per hanc possessionem liberi non sint", dat nobis intelligi, iuxta hanc legem, que est „De liberis quos constat", qui servi erant 30 annorum possessione liberi fiebant. Idem quoque videri potest per legem Rachis quae est „Reminiscimur[46] enim quia anterius edictum continere dignoscitur", in hoc quod ibi legitur: „de liberis feminis que servis copulantur, ut, quandoque invente fuerint, in servitio reducerentur, et quia Grimoaldus rex instituit de his qui in libertate per 30 annos vixerint ut in servitio non replicentur. Tamen quia curti" et cetera. — §. 4. Notandum est quoque, si dominus pulsatus fuerit, quod malo ordine possedisset, quod de malo ordine se debeat defendere sacramento per Rotharis legem quae est „Si[43] quis alium de re mobili aut inmobili". — §. 5. In eo quod haec lex novam conditionem aldioni non esse inferendam precepit, a Lotharii capitulo affirmatur: „Videtur[47] nobis de aldionibus" et cetera.

d) quod per.....servisset *om.* 6; quod *om.* 1. e) dominis suis 6—8. f) servisse 1. g) facere debet *add.* 2; servire *add.* 5.6. h) conditio *add.* 1.6—8. i) imponatur 1.2.6—8. k) spacia 4. l) fide serviat *cod* m) per- 60 dere *cod.* n) servitio *cod.* o) inde *cod.* p) qñs *cod.*, forte: De liberis quos. q) lotharii *cod.*

40) Codicis titulum De assertione tollenda (VII, 17.) spectatum credo. 41) Loth. 79. 42) Ast. 13. 43) Roth. 228. 44) Grim. 2. 45) Ludov. P. 55. 46) Rach. 2. 47) Loth. 34.

2. De liberis[a], quos[b] constat triginta[c] annis[c] in libertate sua permansisse[d], nullam per pugnam paciantur violentiam[e], sed liceat eis in libertate sua permanere. Et si eos quicumque pulsaverit, liceat illis cum[f] sacramentalibus suis[g] legitimis se idoniare*.

* *si nati de duobus ingenuis fuerint aut cartam libertatis ostenderint*[h] per kapitulum Lodoici (55.) „Placuit nobis". 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: De liberis] Probatio[48] agentis in hominem stantem in possessione libertatis pro statu eius, negantem se posse probare suam libertatem, fit bellum ad tempus, id est usque ad 30 annos possessionis hominis manentis in libertate; et probationibus his utriusque deficientibus reus idoneet suam libertatem cum suis sacramentalibus legittimis. 4.5.7.8. — *Item e codd.* 4.5.7.8*:*

Hominum[49] qui dicuntur servi

alii de possessione servitutis proclamant in libertatem, quibus probationis onus incumbit ante comitem domini.	alii manentes in possessione libertatis in servitutem vocantur ante comitem manentis in libertate.

Expositio: Hec lex, in hoc quod precipit, in libertate illum permanere qui 30 annis in libertate permansit, a Lodoyci capitulo rumpitur quod est „Placuit[50] nobis de illis hominibus qui se liberos per 30 annos", in[i] hoc quod dicit: „placuit nobis, ut per hanc possessionem — subaudis 30 annorum — liberi non sint"; et secundum hanc sententiam sequens littera ita legitur, scilicet ut dicatur: „sed si de ingenuo patre et matre sunt nati, liberi erunt, aut cartam ostendant". Quam sententiam Bonifilius firmabat. Et dicitur etiam, quod edicta antiqua hanc litteram habuerunt: „nisi de ingenuo patre aut matre", sed Bonifilius dicitur apposuisse „et" loco „aut", ut sua melior esset sententia quam litterata; et quam sententiam Wilihelmus bonam esse confirmat. Dicitur a Wilihelmo eodem, et a quam pluribus etiam antiquissimis dictum est, quod hoc non erat ruptura immo addicio, quia hac lege sola possessione 30 annorum fiebant liberi, sed predicto capitulo sola possessione non fuerant liberi, nisi cum possessione istud aliud habeant, scilicet quod sint nati de ingenuo patre aut matre aut nisi habeant cartam libertatis. — Sed si quis huic sententie opposuerit dicendo: quid possessio secundum hanc legem ipsis valeat, quia, licet possessionem non habeant, tantum si nati ab ingenua matre sunt aut cartam libertatis habent, liberi sint? sic ei dicatur: secundum sententiam[51] optinere valet possessio, quia, si nati fuerint de ingenuo patre, licet ancillam habeant matrem, tantum si possessionem 30 annorum habuerint, liberi erunt, sed si possessionem non habent, qui ex ancilla matre et ingenuo sunt nati patre, liberi non erunt. Item valet possessio, quia licet cartam habeat a non domino bona fide tamen factam, si possessionem 30 annorum habuerint, liberi tamen erunt, sed si possessionem non habuerint, licet cartam habeant a non domino bona fide factam, tamen liberi non erunt. — §. 2. Notandum est, quod hec lex et predictum Lodoyci capitulum de Longobardis tantum ad servitutem loquendis[52] volunt intelligi; Romanus vero vel alterius legis homo, si 30 annis libertatem possederit, liber esset septimi Codicis libri capitulo[53] testante quod est „Praestat quidem firmam defensionem libertatis ex iusto initio longo tempore obtenta possessio. Favor enim libertati deditus[k] et pridem iam salubris lex statuit[k], ut hic, qui bona fide in possessione libertatis per 30[l] annorum spatium sine interpellatione morati essent, prescriptio adversus inquietudinem status eorum deberet prodesse, ut liberi et cives fiant Romani". — §. 3. Lex Rotharis „Si[54] quis alium de re mobili", quae de malo ordine possessionis pugnam a quinque annis inantea posse fieri precipit, ab hac lege partim rumpitur, in hoc quia a 30 annis inantea pugnam similiter de malo ordine fieri prohibuit, ita de malo ordine cum legitimis sacramentalibus, si pulsatus fuerit, iurare constituit. — §. 4. Haec lex in hoc quod precipit, quemlibet in libertate permanere, quia constat eum 30 annis in libertate sua permansisse, a Lotharii capitulo[55] quod est „Ut per 30 annos servus" partim rumpitur in hoc quod dicit: „ut per 30 annos servus liber fieri non possit, si pater illius servus est et mater illius ancilla fuit". Notandum est, quod quidam iudices dicunt, „aut" debere ibi esse ubi posuimus „et", scilicet ut dicamus „aut mater illius ancilla fuit". Sed Wilihelmus asserit, „et" ibi esse debere, et non „aut". Sed secundum Ugonem ita salvatur hec lex: scilicet intelligendum est, possessionem istius legis esse bona fide, illa autem, unde predictum capitulum loquitur, erat mala fide; quam salvationem Wilihelmus vituperat, sed rupturam laudat.

3. Si servus* talem culpam fecerit, unde 900 solidi qui[a] in hoc edicto scripti sunt iudicantur, ut dominus pro servo deberet[b] componere[a], et hoc amputare iussimus*[1], ut[c], si factum fuerit, nichil[d] aliud[d] componat dominus eius[e,*2], nisi[f] persona[g] ipsa tradatur[g] ad occidendum et componat pro illicita causa quam[h] servus perpetravit solidos 60: amplius[i] non requiratur*[3]. Et si ipse servus *[4] fuga lapsus fuerit, et non potuerit dominus eius[k] eum invenire, det pro ipso servo qui[l] fugam petiit[m] aut se dilatavit[l] solidos 20, et prebeat sacramentum dominus eius, quod non potuisset ipsum servum invenire. Et si quandocumque inventus fuerit, tradat eum ut supra ad moriendum[n]

Cap. 2. *e codd.* 1—8. a) hominibus *add.* 2.5.6. b) quibus 1.5. c) per triginta annos 1.2 *et rec. man.* 4.7; per trig. annorum spatium 5.6. d) permansisset 7.8. e) molestiam 2. f) cum *om.* 7.8. g) duodecim *add.* 1 *et corr.* 4. h) secundum vl. *add.* 4. i) in h. q. d. *om. c.* k) *sic cod.; aliter in cod. Iustin.:* debitus et salubris iam pridem ratio suasit. l) viginti *in cod. Iust.*

Cap. 3. *e codd.* 1—8. a) proprio domino iubentur componere qui in hoc edicto constituti sunt 1. b) debeat 4—6. c) quod 1.2; ut hoc 7.8. d) *desunt* 7.8. e) *deest* 1.5.6. f) tantummodo *add.* 5.6. g) ipsam personam tradat 7.8. h) quod 6—8. i) nam amplius 4. k) *deest* 2.4. l) qui.....dilatavit *om.* 1. m) fecit 7.8. n) occidendum 2.5.

48) Cfr. expos. §. 1. ad Ast. 13. 49) Cfr. expos. §. 2. ad Ast. 13. 50) Ludov. P. 55. 51) secundum litteratam scilicet sententiam predictam que est: „nisi de ingenuo patre aut matre". 52) i.e. mallandis, cfr. Loth. 80. 53) L. 2. C. longi temp. praescr. (VII, 22.) 54) Roth. 228. 55) Lothar. 100.

et recipiat solidos[o] 20 quos pro fuga ipsius dedit; nam 60 solidos componat pro culpa quam servus fecit*5. Et si spolia hominis sepulti servus de sepultura tulerit, de quanto tulit dominus eius reddat et componat ut[p] dictum est[p] solidos 60, et persona tradatur[q].

* *privatus*[56]. 7.8 *et in marg.* 1.4. *1 *exepto*[57] *si servus scamaras intra provintiam celaverit*[r] *aut annonam dederit: nam dominus pro eo dat* 900 *solidos aut tradit ad moriendum secundum quod rex elegerit secundum domini posse.* 7.8 *et partim in marg.* 4. *2 *si servus presens fuerit* per kapituli Karoli (26.) intellectum „Nemini". 7.8 *et sim. in marg.* 4.5. *3 *exepto si iussu domini aquam sordidam super paranimpham iactaverit: nam* 900 *solidis a domino componatur* per legem Astulfi (6.) „Pervenit ad nos"; *et si hominis*[s] *liberi homicidium in absconso iussu domini fecerit, dominus perdat omnem substantiam suam, et si sine domini voluntate fuerit*[t], *componat dominus widrigild et servus tradatur in manibus parentum* per legem Liuprandi (21.) „Si servus cum voluntate". 7.8. *4 *facto malo voluntate domini antequam inde appellatus fiat* per intellectum kapituli *(Kar. M.* 26.*)* „Nemini". 7.8 *et in marg.* 4. *5 *Et si hoc malum absque voluntate domini fecerit et facto malo fugerit ut inveniri non possit, iuret dominus nichil componens, quod suae voluntatis nec conscientiae fuisset, quod servus eius tale facinus commisisset* per kapitulum Karoli (26.) „Nemini". 7.8 *et sim. in marg.* 4.

Petre[u], *te appellat Martinus, quod tuus*[v] *sersus Paulus*[v] *fecit iniuriam ad Mariam suam mundoaldam. — De torto. — Si dixerit: „fugit"*[w], *iuret, quod non suae voluntatis nec consentiens fuisset, quod servus eius tale malum fecisset, et iuret, quod invenire non potuit, et nichil emendet.*

Petre, te appellat Martinus, quod tuus servus rupit sepulturam Alberti sui patris, et tulit tanta spolia de ipsa sepultura quae valebant solidos 100.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod Petrus servus tuus Marie, cuius ipse est mundoaldus, fecit iniuriam[x].

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod Andreas servus tuus patris eius sepulturam fregit, tanta spolia inde tulit, quod solidos 20 valebat.

§. 3. Lex hec omnes leges retropositas de 900 solidorum servi conpositione loquentes rumpit, quia dominus servum ad moriendum est traditurus et 60 solidorum penam compositurus est hac lege. — §. 4. Hec lex a quadam Astulfi lege que est „Pervenit[58] ad nos" et cetera partim rupta partimque affirmata; rupta in hoc quia, si servi illud malum fecerint iussu domini, 900 solidos componere cogitur, partim est affirmata, quia, si sine iussu domini fecerint, illorum persona ad occidendum tradatur. — §. 5. Quod hec lex dominum pro servo qui fugam fecit aut se dilatavit solidos 20 et pro eius culpa solidos 60 componere iubet, a capitulo Caroli quod est „Nemini[59] liceat" secundum quosdam partim rumpitur, quia in ipso capitulo legitur: „si autem perpetrato scelere fugerit, ita ut a domino penitus inveniri non possit, sacramento dominus eius se excusare studeat, quod suae voluntatis nec consentiens fuisset, quod servus eius tale facinus commisisset". Et sic dicebant eum absolutum esse. Sed secundum Wilibelmum non est rupta; quia, licet ibi de conscientia accusati domini excusatio iubebatur, tamen non prohibetur componi. — §. 6. Item in eo, quod hec lex iurare dominum iubet, quod non potuisset ipsum servum invenire, a predicto Caroli capitulo secundum quosdam rumpitur; quia secundum eos hoc sacramentum non fiet, immo illud, quod predictum capitulum, id est „Nemini liceat", fieri iubet. Sed secundum Ugonem non est rupta, quia, licet predictum capitulum aliud sacramentum fieri precipiat, cum huius legis sacramentum fieri non prohibeat, tamen intelligendum est, ut utrumque fieri valeat. — §. 7. Si servus, nongentorum solidorum aut aliam culpam operatus et antequam dominus appellatur, ad libertatem, tamen non pro ea culpa, devenerit, non ut servus, sed ut liber emendare compellitur. Si vero, antequam dominus inde appellatur, servus ille a domino alienatus, non tamen pro ea culpa, in alterius venerit potestatem, ille cuius est sicut pro servo iubetur penam persolvere. Econtra si liber nongentorum solidorum aut aliam culpam operatus pro aliqua illorum in servitutem devenerit, ille cuius servus factus est ceteras componat[y], tamquam si[z] eae[z] in servitute committantur. Quae omnia Institutionum quarti libri lege[a] quae est „Ex[60] maleficiis servorum" facile possunt intelligi, in qua legitur: „nam si servus tuus noxam commiserit et manumissus fuerit, directo — id est liberi[b] actio[b] — ipse convenietur. Si vero in alterius potestatem ipse pervenerit, cum illo incipit actio esse. Nam si liber homo noxam commiserit et is servus tuus esse ceperit, incipit tecum esse noxalis actio, que antea directa fuisset". — §. 8. Item si quis servum timore compositionis culpe ab eo conmisse manumiserit[c], nichil valet, quia in Institutis legitur: „qui[61] in fraude creditoris manumittit, nichil agit", et etiam in capitulari legitur: „Nemini[59] liceat dimittere". — §. 9. Si quis servus duas nongentorum culpas operatur, qui[d] prius appellavit, quia ei 60 solidorum compositio et servus ad occidendum traditus[e] sit[e], magis proficit quam qui appellat posterius, cum ille qui posterius appellat non habeat adversus quem agat. Si vero alias culpas, pro quibus tradendus est, sed non ad occidendum, conmiserit, magis proficit qui appellat eum posterius, quandoquidem prior appellator de anterioribus eius culpis responsurus est. — §. 10. Quia hec lex servum qui liberum occulte interficit ad occidendum tradi et 60 solidos conponendos esse pre-

o) ipsos *add.* 1. p) ut supra 1. q) ad moriendum *add.* 1.2.5; ad occidendum *add.* 4.6. r) secundum vl. *add.* 4, *rell. omissis.* s) homines 7.8. t) fecerit *forte corrigendum.* u) *e codd.* 7.8.10. v) D. tuus servus 10. w) *deest* 7.8. x) iniur. *om. cod.* y) compositiones *c.* z) eos, *om.* si, *c.* a) lege *om. c.* b) liber factus *vel* liberi actione *corr.?* c) commiserit *c.* d) qui *om. c.* e) tradiderit *c.*

56) Roth. 371. 372. 57) Roth. 5. 58) Ast. 6. 59) Karol. M. 26. 60) §. 5. Inst. noxal. actt. (IV, 8.) 61) princ. Inst. qui et quib. caus. manum. (I, 6.)

cipit, a Liuprandi lege que est „Si[62] servus cum voluntate domini sui“ partim rumpitur, in qua dominus, cuius iussu servus liberum interfecerit, res suas iubetur ammittere, si vero absque eius nutu servus hoc commiserit, dominus guidrigild compositurus est et servus est parentibus defuncti tradendus. — §. 11. Notandum est quod hic[f] erat[f] sepulture ruptura. Quod potest videri in hoc quod in fine legis precipit, 60 solidos pro spoliis hominis sepulti sepultura abstractis debere componi et insuper personam servi debere tradi ad occidendum: cum lex hec fieri non precipiat nisi pro „culpa tali, unde nongenti solidi qui in hoc rescripto scripti sunt iudicantur“, et pro spoliis hominis sepulti de sepultura abstractis 900 solidi non sunt iudicati, nisi quando sepultura rumpebatur[63]. Quare intelligendum est, sepulture rupturam hic[g] factam[g] esse. — §. 12. Notandum est quoque, quod ab hac littera huius legis que est „et si ipse servus fuga lapsus fuerit“ inantea duplex notatur materia. Nam secundum Ugonem talis est materia, scilicet, quando pro servo qui fugit aut qui se dilatavit, iurando quod in hac lege precipitur, solidos 20 tantum[h] dabat dominus, et si quandocumque inventus fuerit, dominus tradat eum ad moriendum, et recipiendo[i] solidos 20, quos pro fuga ipsius dedit, vel[k] reputando solidos 60 pro culpa servi sui componet[k]. Sed secundum Wilihelmum in tantum diversificatur materia, scilicet quod quando dabit[l]..... et pro culpa quam fecit 60 solidos.

4.[a] Si quis per 30 annos possederit casas[b] familias[b] vel terras[c], et cognitum fuerit quia[d] eius possessio fuit per[e] 30 annorum curricula, pugna[f] non perveniat, nisi* ipse qui possedit secundum qualitatem peccuniae cum sacramento[g] suo[g] se defendat: nam per pugnam**, ut diximus, non fatigetur[h].

* *appellatus fuerit per investituram* per kapitulum Ottonis (I, 2.) „De investitura“: *sed*... 7.8 *et in marg.* 4.
** *nisi* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossa: nam per pugnam] scil. de appellatione mali ordinis. 4.5.7.8.

Petre[i], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram quae iacet in loco tali aut duos servos aut unam suam casam. — Possessa habeo per 30 *annos. — Probet, si potuerit, suam possessionem; si non potuerit, probet qui appellat, quod investitus fuisset infra istos* 30; *et si non potuerit, iuret appellatus suam possessionem. Hec res[k] secundum asinos est; sed ita esse debet: non est verum. — Approbabo hoc. — Non debes michi approbare, quia iam tantum possedi, quod debeo me defendere. — Defende ergo te per bellum. — Non defendam me per bellum, sed per sacramentum, quia iam possedi per* 30 *annos. — Da igitur vadium[l] te exdicere per sacramentum.*

Quod haec lex secundum quosdam voluit; sed Astulphus et bellum et sacramentum pro hoc delevit et precipit[64]: si dubitatio fuerit, ut probet suam possessionem 30 *annorum et possideat inantea.*

Vel ita[m]:

Petre, te appellat Iohannes[n], quod terra quae in tali loco est sua sit, et tu sibi eam detines. — Non sibi respondeo[o], quia possedi per 30 *annos. — Vere possedisti, sed malo ordine. — Non. — Hoc tibi adardio. — Non debes michi adardire, quia lex precipit, ut pugna non perveniat, postquam homo possederit per* 30 *annos. — Defende igitur te per sacramentum.*

Quod est melius ita:

Petre, te appellat Martinus, quod tu malo ordine possides quandam suam terram quae est in tali loco. — Non est verum. — Hoc vult tibi adardire. — Non debet, quia possedi per 30 *annos. — Exdic te igitur per sacramentum. — Quod Astulphus noluit, sed ita: non tibi respondeo, quia possedi per triginta annos.*

Expositio: Hec lex in eo quod dicit: „post 30 annorum curricula pugna non perveniat“, in parte rupta est ab Octonis capitulo quod est „De[65] investitura predii“, quia, si iusta de investitura predii appellationem fecerit, pugna inde fiet. Sed ita salvari potest: scilicet ut „De investitura predii“ intelligatur pugnam fieri precepisse secundum huius legis quae est „Si qui per 30 annos“ determinationem, id est infra 30 annos[66]. — §. 2. Sciendum est, quod si quis de invasione vel actione in rem id est malo ordine retenta[p] terra appellatus fuerit, quod, ubicumque litigatores habitent, non alibi nisi ante loci illius comitem cogendus est ad placitum, Codicis tertii libri capitulis quorum hoc unum est: „Ubi[67] aut vis facta dicitur aut momentaria possessio postulanda est, ibi loci iudicem adversus eum qui possessionem turbavit convenit iudicare“. „Actor[68] rei forum sive in rem sive in personam sit actio sequitur. Sed in locis, in quibus res propter quas contenditur constitute sunt, iubemus in rem actionem adversus possidentem moveri“. — §. 3. Iudices antiqui dicebant, quod usu et Lodoyci capitulo[69], in quo legitur: „quod non est credibile, ut de statu hominis vel de possessione cuiuslibet per alios melius rei veritas cognosci valeat quam per illos qui viciniores sunt“, ille qui dicit, se per 30 annos casam familiam vel terram possedisse, possessionem suam probare debet; et si probare non potuerit, tunc ille qui eum appellavit probare debet iuxta Romanam legem, quod infra 30 annos de terra illa investitus fuisset; quod si neuter illorum

f) iverat *c.* g) infactam *c.* h) tuus *cod.* i) recipiat *corr. videtur.* k) vel reputet in sol. 60 pro culpa servi sui componendos *forte emendandum.* l) *hic nonnulla omissa videntur, quae hoc modo suppleverim:* 20 solidos pro fuga, dabit.

Cap. 4. *e codd.* 1–8. a) De 30 annorum possessione prediorum *rubrica in cod.* 3. b) casam familiam 5–8. c) terram 5.6. d) quod 1.2.4.6. e) fuit, post 4, *recte quidem, ut videtur; cfr. expos.* §. 1. f) pugnam 7.8. g) sacramentalibus suis 2 *et corr.* 4. h) de eo instituimus ut qui possederit per triginta annos, possideat et inantea *add.* 1 *et corr.* 4. (*Cfr. Ast.* 9 *sub fine.*) i) *e codd.* 7.8.10. k) responsio *corrigendum? Cfr. form. ad Liutp.* 53. l) vadimonium 10. m) secundum quosdam *add. corr.* 8. n) M. 10. o) retineo 10. p) reventa *c.*

62) Liutp. 21. 63) Roth. 15. 64) Ast. 9. 65) Otto I, 2. 66) Cfr. expos. §. 1 ad Ott. I, 2. 67) L. unica C. ubi de possess. (III, 16.) 68) L. 3. C. ubi in rem (III, 19.) 69) Ludov. P. 15.

probare potuerit, dicebant, quod iuxta hanc legem appellatus iuraturus erat, se per 30 annos terram illam possedisse. Sed in hoc tantum errabant antiqui, scilicet quod dicebant, appellatum iuxta hanc legem iurare debere, se per 30 annos possidere, quia iuxta hanc legem non erat litigium de possessione 30 annorum, quod videri potest in hoc quod dicit: „et cognitum fuerit", immo de malo ordine possessionis erat iuxta hanc legem litigium, quod videri potest in hoc quod hec lex pugnam a 30 annis inantea fieri prohibet, quia Rotharis lex[q], que[q. 70] de malo ordine, a quinque annis inantea fieri iubet. Et unde hec lex pugnam fieri prohibuit, inde sacramentum quod in hac lege ponitur fieri constituit, id est de malo ordine, non de possessione, ut antiqui iudices asserebant. — §. 4. Huic legi Liuprandi lex quae est „Si[71] quis cartulam donationis" et Astulfi lex quae est „Si[72] quis Longobardus qualemcumque rem" concordat in hoc quod dicit: „qui per 30 annos possedit, possideat et inantea".

5.[a] Si quis habuerit filios legitimos unum[b] aut plures, et contigerit unum ex filiis[c] vivente patre mori, et reliquerit filios legitimos unum aut plures, et contigerit avo[d] mori, talem partem percipiant[e] de substantia avi sui una cum patruis suis, qualem pater eorum inter[f] fratres suos[f] percepturus erat si vivus fuisset; similiter et* si[g] filiae legitimae[h] una aut plures[*1], et[i] si filii naturales unus aut plures[i] fuerint, habeant legem suam, sicut in hoc edicto legitur[73]. Quia inhumanum et impium nobis videtur[k], ut pro tali causa exheredentur filii ab hereditate patris sui, pro eo quod pater eorum in sinu avi[l] mortuus est, sed ex omnibus, ut supra, equalem cum patruis suis in locum patris post mortem avi percipiant porcionem. Similiter et si legitimi[*2] non fuerint et naturales[m] inventi fuerint[m] unus aut plures, habeant[n] legem suam[73] id est terciam ex omnibus[*3].

* *eius defuncti* per intellectum 7.8 *et sim. in marg.* 4.5. [*1] *similiter omnes descendentes.* 7.8 *et in marg.* 4.5. [*2] *abiatici:* nam a. dicunt „filii", set male, est enim ut epilogus. 7.8 *et in marg.* 5. [*3] *Et si legittimi fuerint masculi aut feminae descendentes, naturales nichil succedant: si vero non fuerint, tamen non habeant legem suam, id est terciam, scilicet filii*[74] secundum quosdam [ut[75] michi videtur asinos.] 7.8.

Glossa: ut pro tali causa exhered.] quia antiquitus fiebat per Rotharem. 5.7.8.

Expositio: Hec lex non precipit nominatim nisi tantum de successione filiorum et nepotum vel neptum ex filio: sed nos debemus intelligere similiter de omnibus aliis ex filio descendentibus. — §. 2. In eo quod hec lex naturales filios et filias legitimas ex filio defuncto tertiam hereditatis partem habere precipit, a prima Liuprandi lege rumpitur, in qua filia tamquam legitimus filius hereditate omni iubetur succedere. — §. 3. Lex ista dicens: „si legitimi non fuerint et naturales inventi fuerint — quod de morientis avi[o] nepotibus intelligendum est — legem suam id est tertiam partem ex omnibus habeant" dat intelligere, si legitimi fuerint, naturalibus nichil debere contingere: unde Rotharis lex que est „Si[76] quis dereliquerit filium legitimum" rumpitur, in qua invento legitimo naturali etiam pars tertia devenire precipitur.

6. Si quis uxorem suam[a] absque culpa legitima[b] postposuerit et aliam in domum super eam duxerit[c], componat solidos quingentos, medietatem regi et medietatem parentibus mulieris: mundium[d] vero eius mulieris quam postposuit amittat. Et[e] si noluerit ad maritum suum reverti, revertatur ad parentes suos cum rebus suis[f] et mundio.

Glossae: et mundio] scilicet, etsi noluerit ad parentes reverti, tamen mundium apud parentes remanet secundum vl. 4. — *E codd.* 4.5.7.8:

Virorum uxores dimittentium absque culpa

alii componunt quingentos solidos | ut liberi Longobardi.

alii perdunt omnem substantiam suam: vel liberis. vel publicis rationibus | ut Romani.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu dimisisti absque culpa legittima Mariam suam sororem et duxisti aliam in domum super eam.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Mariam filiam suam tuamque coniugem absque legali culpa dimisisti, aliam super illam in domum duxisti.

§. 2. Lex ista, dicens feminam a viro dimissam ad parentes reverti posse, a Lotharii capitulo quod est „Nulli[77] liceat, excepta causa fornicationis" rumpitur. Sed secundum quosdam de mundio non rumpitur, immo secundum eos apud parentes mulieris permanet; quod non est laudandum, quia rumpitur de uno et de altero.

q) rex qui *cod.*

Cap. 5. *e codd.* 1—8. a) De successione nepotum qui post mortem patris in sinu avi remanserint *rubr. in cod.* 3. b) duos 2.6—8. c) ipsis filiis 1; ipsis 4.6. d) avum 5—8. e) precipiant 7.8. f) cum fratribus suis 4—6. g) si *om.* 2.6. h) sunt *add.* 7.8. i) et si.....plures *om.* 1.5.6 *et pr. man.* 4. k) esse *add.* 1.2.4—6. l) patris sui 1. m) naturalis inventus fuerit 5.6. n) et ipsi *add.* 5.6. o) cui *c.*

Cap. 6. *e codd.* 1—8. a) legitimam *add.* 1. b) *deest* 1. c) induxerit 1.5.7.8. d) mundium *rell. om.* 5. e) illa *add.* 1; mulier illa *add.* 2; ipsa *add.* 7.8. f) *deest* 2.7.8. g) *e codd.* 7.8.10.

70) Roth. 228. 71) Liutp. 53. 72) Ast. 9. 73) Roth. 158—160. 74) Abiaticos naturales ex lege Liuprandi prima numquam succedere, sive legitimi abiatici superstites sint, sive non sint, dicere videtur glossator: legitimis enim abiaticis non superstitibus, filias in totum succedere, abiaticos autem naturales omnino ab avi hereditate removeri. 75) Verba ista spuria et a librario posteriori addita videntur; confirmatur enim haec glossa sub fine posita verbis paullo ante exhibitis: „est enim ut epilogus". 76) Roth. 154. 77) Loth. 95.

7.[a] Si quis uxorem[b] suam[b] incriminaverit[c] asto sine causa legitima, quasi[d] adultera[e] sit[e] aut in animam mariti sui[f] tractasset, liceat illi mulieri per sacramentum parentum aut per pugnam se mundare[g]. Et si purificata fuerit, tunc maritus eius* prebeat sacramentum cum parentibus suis legitimis sibi duodecimus, quia[h] non asto animo nec dolose ei crimen iniecit ut eam deberet dimittere, nisi pro certa suspectione audita habuisset haec verba. Et si hoc fecerit[i], sit exsolutus[k] a culpa; et si non fuerit ausus iurare, componat widrigild eius mulieris, tamquam si fratrem eius occidisset, medietatem regi et medietatem parentibus mulieris.

* *post poenitentiam de periurio* per kapitulum Karoli (38.) „Ut qui semel" et per kapitulum Karoli *(Pip. 45.)* „De eo". 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[l], te appellat Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod postquam adiunxit sibi in coniugio Mariam tuam filiam, quod ipsa adulteravit se.

Petre, te appellat Martinus, quod tu non fuisti ausus iurare, quod non asto animo nec dolose crimen ingereres Mariae[m] suae sorori de adulterio, postquam ipse eam mundavit de isto crimine.

Expositio: „Si quis uxorem suam incriminatus fuerit astu" id est si quis pulsatus fuerit, quod uxorem suam astu sit incriminatus. — §.2. In eo quod hec lex maritum, postquam de criminationis duello cecidit, astu animi criminatum non esse iurare precipit, a Caroli capitulo quod est „Ut[78] qui semel periuratus fuerit" quibusdam videtur esse corrupta. Sed si peregerit penitentiam, quandoquidem peracta penitentia non vocatur infamis, iuxta ultimum Pipini capitulum quod est „Ut[79] de eo qui se periuraverit" ad sacramentum potest accedere. — §. 3. Lex ista, in eo quod maritum, coniugem[n] astu animi criminatum, ea purificata widrigil componere iubet, a Novellarum lege que est „Causas[80] autem, propter quas iuste potest uxor marito" dissidet, in qua vir purificata coniuge ei pene subiacere precipitur, cui mulier, si[o] convinceretur[o], foret obnoxia.

§. 4. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod[p] Maria filia tua, postquam eam in coniugium duxit, ut ipse certe suspicatur, cum alieno viro adulterata est.

8. Si mulier aut[a] puella[a] notum habuerit, quemcumque[b] habere[c] uxorem[c], et super ipsam introierit[d] et tulerit[e] maritum[f] non suum[f], iubemus[g] ut omnes res suas[h] perdat ipsa[i] mulier, quae sciens[k] alterius[l] marito voluntarie consensit: et medietatem de rebus eius accipiat curtis regia et medietatem parentes mulieris prioris. Et[m] illam priorem mulierem recipiat maritus suus[m] et colat eam[n] ut decet uxorem legitimam. Nam[o] vicium suum reputet[o], quae super alienam uxorem intrare presumpsit, et nichil ei componatur nec faida requiratur[81].

Glossae: omnes res perdat] Hanc poenam sustineat mulier, sive hic maritus vivit sive non, quando appellatio fit. Et si maritus dimissa uxore aliam duxerit, etiamsi ambae mortuae sint, tamen 500 solidos componere debet[p]. 4. 5. 7. 8. — *nihil ei comp.]* scil. propter anagriph id est sol. 20. 4. — *nec faida]* id est inimicicia, id est 20 sol. per legem Rotharis (188.) Si puella libera aut mulier ad maritum. 4.

Petre[q], te appellat Martinus, quod ad Mariam tuam mundoaldam erat cognitum, quod Dominicus habebat[r] ad uxorem Aldam suam sororem, et introivit super eam et tulit maritum non[s] suum.

Expositio: Lanfrancus Bonifilii discipulis hanc questionem posuit: si quis Longobardus uxorem suam sancte religionis velamen invitam aut volentem suscipere conpulerit aliamque uxorem duxerit, cui quartam et antifactum ut[t] priori fecit, eo mortuo, quae illarum, dicite, antifactum aut quartam ex eius rebus consequi poterit? — Bonifilii discipuli: prior coniux[u], sancte religionis habitum iuxta Lotharii capitulum quod est „Nemini[82] liceat excepta causa" non valens legitime induere, antifactum atque ex reliquo optime valet petere. — Lanfrancus: nullum de priori vobis posui litigium, quin ita sit, ut vestrum declarat arbitrium; de secunda vero apud nos est dubium, quin vestra vituperetur sententia, ut precipit ius vero gentium[83]: secunda ideo quarte nichil poterit conquirere, quia sibi matrimonio eam iuxta predictum Lotharii capitulum quod est „Nulli liceat"[82] non valuit coniungere, cum predictum capitulum priorem prohibeat dimittere; et si eam sibi matrimonio non valuit coniungere, tunc non iuxta cartam morgincaph valet petere in qua legitur: „nunc autem si Christo auxiliante"[84] etc. Iuxta quoque Institutionum legem, quae est „Iustas autem nuptias cives Romani inter se contrahunt" nichil quarte poterit conquirere, quia

Cap. 7. *e codd.* 1—8. a) De crimine uxoris *rubr. in cod.* 3. b) uxore sua 7.8. c) incriminatus fuerit 1.6—8. d) quod 2.5.6. e) adulterassed 1; adulterata sit 7.8. f) *deest* 1.7.8. g) purificare 1—3.6. h) quod 4—6. i) facere potuerit 1.2.7.8. k) solutus 1.4; absolutus 6. l) *e codd.* 7.8.10. m) A. 7.8. n) coniungere *cod.* o) sicut vinceretur *cod.* p) tu *add. cod.*

Cap. 8. *e codd.* 1—8. a) *desunt* 5.6. b) hominem *add.* 2. c) uxorem habere 1.2.5.6. d) intraverit 7.8. e) ei *add.* 1.2; eius *add.* 7.8. f) maritum ipsius 4. g) sancimus 1.4—6. h) *deest* 2.7.8. i) ipsam 7.8. k) se sciendo 1; se sciens 4; se sciente 7.8; *deest* 2. l) alteris 7.8. m) Et illa prior mulier recipiat maritum suum 2.6—8. n) eum 2.7.8; *deest* 6. o) *sic* 4. N. v. s. r. illa 2; Et v. s. r. illa mulier 1; Nam v. s. sibi rep. 5; Et illa v. s. sibi r. 6; Et illa v. suum rep. 7.8. p) per intellectum huius legis secundum vl. *add.* 4. q) *e codd.* 7.8.10. r) habeat 7.8. s) quod non erat 7.8. t) aut *cod.* u) contra lux *cod.*

78) Karol. M. 38. 79) Pipin. 45. 80) Iul. nov. 108, 8. 81) Cfr. Roth. 188: *maritus — componat pro anagrip solidos* 20 *et propter faidam alios* 20. 82) Loth. 95. 83) Ius Longobardicum dictum videtur, cui paullo post ius Romanum opponitur: similiter in lege Roth. 194 ancilla gentilis a Romana discernitur. 84) Verba in cartulis de morgincap factis usitata Lanfrancus alludit, quibus inde a die nuptiarum res donatas in sponsae proprietatem venturas esse constituebatur: in cartulario quidem codicis Branc. ea verba non inveniuntur, conferas autem formulas in „E. de Rozière, Recueil des formules" numeris 228—230 signatas.

ibi legitur[85]: „si adversus ea que diximus aliqui coierint, nec vir, nec uxor, nec nuptie, nec matrimonium, nec dos intelligitur". Secunda igitur non solum quartam, verum etiam iuxta inceptam legem que est „Si mulier aut puella" antifactum omnesque res suas, eo quod super aliam viri coniugem ire presumpserat, debet ammittere. — Bonifilii discipuli: bene dixisti. — Lanfrancus: immo male dicimus, quia haec lex non precipit aliam res suas debere ammittere nisi illam, que super alterius coniugem ierit. Sed illa, de qua locuti sumus, non ierat supra alterius coniugem, quia ipsa erat in monasterio. — Bonifilii discipuli: bene dicitis. — Lanfrancus: immo male, quia licet ipsa esset in monasterio, tamen supra eam ivit. Nam si ea occasione non diceretur supra eam ivisse que virum alterius acciperet, et qui in uno castro habitaret et coniux in alio; ideoque dicendum est, quod, quemadmodum ista dicitur ivisse super illam, licet alio loco habitet, ita ista, de qua supra locuti sumus, dicitur supra illam ivisse, licet in monasterio esset, cum monacha predicto capitulo prohibente facta erat et adhuc coniux eius erat. — Bonifilii discipuli: bene dicitis. — Lanfrancus: immo male, quia licet ostensum sit, quod illa super alterius coniugem ivisset, licet in monasterio esset, tamen hac lege id est „Si mulier aut puella" non debet res suas ammittere, ut paulo ante diximus, quia hec lex non facit aliam res suas ammittere nisi illam, cuius maritus fuerit vivus. Sed maritus illius, de qua superius quaestionem posuimus, erat mortuus. — Bonifilii discipuli: bene dicitis. — Lanfrancus: immo male, quia hec lex non facit illam res suas ammittere ideo, quod[v] maritus eius vivus erat, immo quia supra alterius coniugem iverat, quod haec de qua loquimur fecerat. — Bonifilii discipuli: bene dicitis. — Lanfrancus: immo male, quia cum hec lex facta fuit, nondum erat factum predictum Lotharii capitulum, quod est „Nulli liceat" et cetera, in quo absque viro femina prohibetur se[w] velare[w]; et si nondum erat factum, tunc nondum erat se velare prohibita, tunc nondum erat contra legem, sed velare se poterat, tunc coniugium poterat separari, aliamque uxorem tollere, et si aliam poterat tollere, tunc quod ei dedit stabile debet permanere. — Bonifilii discipuli: bene dicitis. — Lanfrancus: immo male, quia predictum capitulum iam factum erat in canonibus[86] et canones ante hanc legem facti fuerunt. Non potuit igitur separari coniugium, et si[x] non potuit separari, tunc alia iterum non potuit illi copulari, quarta, quod dedit ei, debet auferri.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod[y] Maria filia tua, sciens habere Emmam filiam eiusdem Iohannis in coniugio, super eam accessit ad predictum Petrum in coniugium.

9. Si ancilla furtum fecerit, componat dominus eius furtum ipsum sibi nonum tantum[a]. Nam quadraginta solidi, unde in hoc edicto legitur pro[b] culpa[87] quod est fegangi[b], non requirantur neque[c] exigantur[c] a[d] domino[d] ancillae[e].

Glossa: fegangi] id est morti debitor. 1.

Petre[f], *te appellat Martinus, quod Alda tua ancilla tulit sibi ad furtum tantum de suo mobili quod valebat solidos* 10.

Expositio: Rotharis lex que est „Si[87] aldia aut ancilla" ab hac lege, quia de ancilla non sunt componendi solidi 40, rumpitur.

Leges[a] quas christianus ac catholicus princeps instituere et prudenter censere disponit, non sua[b] providentia[c] sed Dei nutu et inspiratione eas animo concepit et mente pertractat et salubriter opere complet, quia cor regis in manu Dei est[d], attestante[e] sapientissimo Salomone qui ait: „Sicut[88] impetus aquae, ita cor regis[f] in manu Dei"[g]: „si[89] tenuerit eas, omnia siccabuntur, si autem clementer eas emiserit, universa irrigantur et replentur suavitate". Quidem[h] et apostolus Domini Iacobus in epistola sua ita edidit dicens: „Omne[90] donum[i] optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum". His ergo expletis recolimus, quoniam[k] robustissimus decessor noster atque eminentissimus Rothari[l] rex, sicut ipse est in scriptis affatus suis superius in[m] Longobardis aedictum renovavit atque instituit, ubi et prudenter hoc inserere curavit dicens, ut, quis[n] ille Longobardorum[o] princeps eius successor superfluum quid[p] inibi[q] reperiret, ex eo sapienter auferret, et quod minus inveniret Deo sibi inspirante adiceret. Post[r] hunc[s] enim gloriosissimus Grimoaldus rex quae[t] illi secundum Deum placita fuerunt minuit ampliavit[t]. Cuius nos normam sequentes, divinitus ut credimus inspirati, simili modo ea quae iuxta Dei legem nobis congrua[u] apparuerunt subtrahere et[v] addere previdimus, sicut et in presenti pagina scribere iussimus.

Ob hoc[w] ego in Dei nomine[x] Liutprand[y] ex-

v) quod *om. cod.* w) se velare *in cod. desunt, spatio tamen vacuo relicto.* x) si *om. cod.* y) tu *add. cod.*

Cap. 9. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1.2. b) pro c. q. e. feg. *om.* 2, *sub fine legis ponit* 5. c) *desunt* 2.5.6. d) ad domino 3; ad dominum 7.8. e) suo, *loco* ancillae, 5.6; Explicit Grimoald *add.* 1; Explicit augmentum domni Grimoaldi regis *add.* 5; Explicit edictum qua addedit domnus grimoaldi rex tempore suo *add.* 3; Explic. kap. Grimualdi *add.* 4. f) *e codd.* 7.8.10.

Prologus Liutprandi e codd. 2.4.7.8, *abest a codd.* 1.3.5.6. a) *in cod.* 4 *prologo praefixa est inscriptio:* Incipit praefatio Liuthprand *et rec. manu in marg. versus* Liuprandi regis nunc, scriptor, dicta videbis *additus invenitur.* b) auctoritate et *addit* 2. c) prudentia 4. d) et ubi voluerit inclinabit illud *add.* 4. e) testante 7.8. f) est *add.* 7.8. g) est *add.* 4. h) Ea quidem 7.8. i) datum 2.7.8. k) quod 7.8. l) rotharis 2.7.8. m) in *om.* 7.8. n) quisquis 7.8. o) Langob. 2.4. p) aliquid 7.8. q) ibi 7.8. r) Postquam 7.8; Et post 2. s) haec 2. t) quae illi superflua visa sunt minuit et quae secundum Deum placita fuerunt ampliavit 7.8. u) incongrua 4.7.8. v) quae recta videntur *add.* 7.8. w) itaque *add.* 7.8. x) omnipotentis nom. 2.4; nomine omnipotentis 7.8. y) Liuprandus 2.7.8.

85) §. 12. Inst. nuptiis (I, 10.) 86) Concil. ab Eugenio papa a. 826 celebrati can. 36. 87) Roth. 258. 88) Proverb. XXI, 1. 89) Iob XII, 15. 90) Epist. Iac. I, 17.

cellentissimus christianus et catholicus Deo dilectae gentis Longobardorum[z] rex, anno Deo protegente regni mei primo, pridie[a] Kalendarum Marciarum indictione undecima, una cum omnibus iudicibus tam de Austriae et Neustriae partibus necnon[b] et de Tusciae finibus vel cum reliquis fidelibus meis Longobardis[z] et cuncto populo assistente haec nobis[c] communi consilio[c] iuxta Dei timorem atque amorem[d] sancta comparuerunt et placuerunt[e].

Legibus[f] armatus splendet rex hic Liuprandus.

1.[a] Si quiscumque[b] Longobardus[c] sine filiis masculinis legitimis mortuus fuerit et filias[d.*] reliquerit[d] unam aut plures**, ipse ei[e] in omnem hereditatem patris vel matris suae tanquam filii legitimi masculini heredes succedant.

* *legittimas.* 7.8 *et in marg.* 4.5. ** *nisi sorores fuerint in capillo* per legem sequentem (*Liutp.* 4.) 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si quisc. long.] Hic Longobardus si intelligendus est paterfamilias et filiusfamilias, de utraque hereditate videndum est, id est de ea quae est et de ea quae ventura est: similiter de matre. Si vero tantum paterfamilias vel materfamilias, de sola hereditate que est videndum est tantum. 5.7.8. — scilicet filiusfamilias secundum vl.; secundum a. de omnibus Longobardis. 4.

2. Si quis Longobardus[a] se vivente filias suas nuptui tradiderit et alias[b] in capillo in casa reliquerit, tunc omnes equaliter in eius substantiam heredes[c] succedere[d] debeant[d] tanquam filii[e] masculini.

Glossa: tamquam filii] i.e. sicut filius debet fratribus suis donationem propter nuptias communicare, sic filia debet sororibus suis dotem communicare. Masculorum progenies numquam erit mixta cum feminarum sobole in succedendo secundum vl. Set his omnibus deficientibus feminae succedunt sicuti filii facerent. 4.

3. Si quis Longobardus[a] sorores* reliquerit et vivente eo ad maritum ambulaverint, tantum habeant ex fratris facultate, si ipse filias[b] reliquerit, quantum in die votorum acceperunt[c], quando ad maritum ambulaverunt. Nam si ipse frater neque filios neque filias reliquerit, aut si habuerit et ante eum mortui aut[d] mortuae fuerint absque filiis filiabus, tunc sorores eius, tam quae in capillo remanserint[e] quam quae ad maritum ambulaverint[f], in omnem substantiam eius heredes[g] succedant.

* *consanguineas* quod[h] videtur per legem Astulfi (1.) „Recolimus". 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Nam si ipse] Hic videtur, qualiter abiaticus avo succedit vel abiatica. 4.5.7.8. — *heredes succedant]* Similiter de fratre qui natus fuerit post maritaturam eius[i]. *in marg.* 4 *et rec. man.* 7.

Expositio: Hec lex, in eo quod sorores marito traditas fratri absque aliquo descendente mortuo iubet succedere, Rotharis legem que est „Si[91] pater filiam suam aut frater sororem suam", in hoc quod sororem viro traditam fratris substantiam amplius prohibet requirere, rumpit. — §. 2. Notandum est, quod hec lex „filios" proinde descendenti posuit, ubi dicit: „absque filiis filiabus"; quia nulla ratio esset, quod aliquis abnepotem vel alium quemlibet de descendentibus relinqueret, et eius soror omnia eius bona perciperet. — §. 3. Lanfrancus discipulis Bonifilii hanc questionem posuit: si quis Longobardus filias habuerit et, antequam ei filius nascatur, eas ad maritum dederit, mortuo patre ipsum filium absque aliquo descendente mori contigerit: dicite, utrum predicte iuxta hanc legem debeant succedere vel non. — Responderunt: debent ei succedere iuxta hanc legem. — Lanfrancus: male dicitis, quia hec lex non precipit alias sorores fratri debere succedere, nisi que vivente fratre ipso ad maritum ambulaverunt; sed predicte sorores eo vivente non[k] ierunt[k] ad maritum, quia, ut supra diximus, nondum erat natus. — Sed Wilihelmus idemque Lanfrancus predictas sorores predicto fratri affirmaverunt postea succedere debere, non hac tamen lege sed argumento, scilicet quod, quemadmodum eius nativitate a successione patris sunt repulse, ita eius morte ad successionem deberent revocari[92]. — §. 4. Si quis Longobardus absque aliquo descendente mortuus fuerit et sorores atque fratres reliquerit, queritur, quis ei debeat succedere, an sorores an fratres? Dicitur, sorores iuxta hanc legem debere ei succedere, quia non posuit differentiam, utrum fratres adessent aut non. Sed si quis diceret, intelligendum, fratrem non adesse, quia, si frater adesset, ipse fratri iuxta „Omnis parentela"[93] succederet, non soror, male diceret; quia a Liuprandi lege, que est „Recolimus[94] enim, qualiter iam ante statuimus" videri potest, quod frater aderat et soror tamen succedebat fratri. Quia in hoc quod ibi legitur: „ut pariter atque equaliter sorores et filie ei", subaudis fratri, „succedere debeant", videtur, quod soror fratri succedat; et per hoc quod inferius dicit: „modo vero quia intentio exorta est inter fratres et sorores de nepte" videri potest, quod fratrem demiserat ipse, cuius[l] ad successionem et sorores et filie equaliter superius devenerant. Item si dixerit, quod frater fratri iuxta „Omnis parentela"[93]

z) Langob. 2.4. a) die 7.8. b) quam 7.8. c) quae nobis comm. cons. statuenda 7.8. d) apta et *add.* 7.8. e) addere decrevimus primum omnium *add.* 7.8; Explicit prologus incipiunt leges *add.* 4. f) *versus prologo in codd.* 7.8 *subnectitur, et in marg. cod.* 5 *additur.*

Cap. 1. *e codd.* 1—8. a) Incipit edictum legis Langobardorum quam iuncxit domnus Liuprad rex *inscriptio in cod.* 3; Incipit edictum donni Liuprandi electi regis; primo omnium de successione filiarum *in cod.* 5. b) quis 2.5. c) Langobardus 1.2. d) filiam legitimam dereliquerit 1; legitimas *add.* 2.4. e) ei *om.* 7.8.

Cap. 2. *e codd.* 1—8. a) Langobardus 1.2. b) filias 8; alias filias 1; post mortem suam *add.* 5—8. c) *deest* 5.6. d) succedant 1; succedere debent 7.8. e) legitimi *add.* 2 *et in marg.* 5.

Cap. 3. *e codd.* 1—8. a) Langobardus 1.2. b) filios 1.2; filios vel filias 7.8. c) acceperit 7.8. d) vel 1.2.5.6. e) remanserunt 7.8. f) ambulaverunt 7.8. g) aequaliter *add* 2; equaliter, *om.* heredes, 1.4; eius *add.* 7.8. h) quod *rell. om.* 7.8. i) secundum a. *add.* 4. k) noluerunt *cod.* l) cuius *om. c.*

91) Roth. 181. 92) Eodem argumento utitur Bonifilius in expos. ad Ro. 153. §. 1. not. 96. 93) Roth. 153. 94) Liutp. 144.

debeat succedere, non soror, quia predicta Liuprandi lex que est „Recolimus enim“[88] in alio casu sorores fratri, quando frater aderat, non facit succedere, nisi quando ipse filiam reliquerit, et 5 ubi filiarum fratres sunt expulsi a fratris successione et sorores[m] cum filiabus suis sunt advocate: male dixerit, quia, si[n] hec lex sorores cum filiabus ad successionem fratris advocat, quando superaderat[o], multo melius intelligendum est, eas 10 esse advocandas ad fratris successionem, quando frater aderat et filie defuerint. — §. 5. Si quis Longobardus mortuus fuerit et fratrem dereliquerit et sororem ex parte matris tantum, queritur[p], quis illorum succedere debeat? Dicebant antiqui iudi- 15 ces, iuxta hanc legem sororem ei debere succedere, quia hec lex, precipiens sororem fratri succedere, non posuit differentiam, sive illa soror sit ex parte matris tantum sive non. Sed male dicebant; quia in hoc quod hec lex dicit: „tantum habeant ex 20 fratris facultate, quantum in die votorum acceperant“ optime declarat, illam sororem fratri debere tantum succedere, que sit consanguinea, id est ex parte patris, et in mundio fratris permanebat. Sed soror que est ex[q] parte matris tantum, non est in 25 mundio fratris. Et in prima Astulfi lege videri potest, quod soror ex parte patris fratri tantum debet succedere, quia illic nominatim precipitur, ut ille sorores[r] succedant fratri, que sint neptes sororis[s] patris defuncti fratris. — §. 6. Si quis Lon- 30 gobardus absque aliquo descendente mortuus fuerit et sororem patremque reliquerit, queritur[t], quis eorum succedere debeat? Iudices antiqui dicebant, sororem debere succedere, non pater, quia hec lex, sororem iubens succedere, non ponit differentiam, 35 sive patrem habeat sive non. Sed male dicebant; quia hec lex, in hoc quod dicit: „tantum habeant ex fratris facultate, quantum in die votorum acceperunt“, evidenter ostendit, quod patrem non habet, quia, si patrem haberet, non diceret: „tantum 40 habeat ex fratris facultate“, quia frater non dedisset eam ad maritum, immo pater. Et potest etiam videri per primam Astulfi legem, quod pater non erat vivus, quando soror fratri succedebat in hoc quod dicit: „si autem nepotes decesserint pre- 45 dicti“, quorum pater per istam litteram quae est „ideo Deo inspirante statuere previdimus“ tunc[u] potest notari esse mortuum, cum illos eosdem lex vocavit „predictos nepotes“, quibus preceperat perpensare, qualiter amite eorum absque necessitate 50 vivere possint.

4. Si quis Longobardus[a] *filias*[b] et *sorores*[b] in capillo in casa reliquerit, pariter atque equaliter, quantaecumque fuerint, in[c] hereditatem eius succedere[d] debeant[d], tamquam si[e] filios dereliquis- 55 set[f] legitimos[f].

Glossae: *Si quis]* scil. paterfamilias. 5.7.8. — Noviter legitur: „filias et sorores in capillo“. Atraque[g] ut illic est. 7.8.

Expositio: Notandum est, hanc legem tam loqui de filiabus traditis marito quam de filiabus in capillo, quia, si intelligeretur — quia[h] in hoc quod ipsa lex hanc legem respiciens dicit: „Recolimus qualiter iam antea statuimus“[h. 95] — de filiabus loqui solummodo in capillo, iam hec iniquitas inde procederet: scilicet, quod si quis Longobardus mortuus fuerit et filiam maritatam sororemque in capillo dimiserit[i], filia maritata iuxta Liuprandi legem que est „Si quis Longobardus se vivente“[96] ad successionem patris perveniret, sed soror in capillo neque iuxta hanc legem, neque iuxta aliam in hoc casu nichil ex fratris bonis perciperet, cum haec lex nisi cum filia in capillo sororem in capillo ad successionem fratris secundum illam sententiam advocet. Quod non videtur ratio, scilicet quod maritata filia ad successionem perveniat et patris sororem in capillo expellat, cum secundum hanc legem et omnium sententiam filia in capillo cum patris sorore ad successionem patris equaliter perveniat et non eam expellat; et etiam multo tollerabilius esset, quod filia in capillo sororem patris in capillo a patris successione expelleret, quam[k] filia maritata. Ideoque, ne predictas iniquitates incurramus, ordo huius littere que est „Si quis Longobardus sorores et filiam in capillo“ secundum Wilihelmum est transmutandus[l], scilicet ut dicamus: „Si quis Longobardus filias — subaudis tam nuptas quam innuptas — et sorores in capillo“; cetera non mutantur. Confirmari quoque potest per legem Liuprandi que est „Recolimus enim“[95], quia ordo huius littere taliter est tenendus atque intelligendus: „ut si quis decidens reliquerit filiam unam aut plures et sorores in capillo“, et non posuit differentiam, sive ille filie sint maritate sive non, referenda tantum ad „sorores“ „in capillo“, dat nobis intelligere, quod predictus ordo littere huius legis secundum Liuprandum talis sit habendus atque intelligendus, ut supra diximus. — §. 2. Si quis Longobardus mortuus fuerit et filias tam maritatam quam non maritatam sororesque in capillo atque abiaticum[m] ex parte filii reliquerit: queritur, quomodo succedere debeant? Dicitur, equaliter omnes succedere debere, cum filie tam maritate quam non sororesque in capillo iuxta hanc legem tamquam filii iubentur succedere, et filii iuxta Grimoaldi[n] legem[97] cum nepote ex parte filii equaliter debent succedere: igitur filie et sorores. Sed litigari potest optime, nepotem ex parte filii in totum debere succedere, ut in prima Liuprandi lege litigavimus[98]. — §. 3. Item si quis Longobardus mortuus fuerit et filiam, tam nuptam quam non, sororesque in capillo et nepotem vel neptem ex

m) sororem *cod.* n) si *om. cod.* o) *fortasse* frater aderat *legendum vel* superaderant. p) quare *cod.* q) in *cod.* r) sororem *cod.* s) sorores *cod.* t) quare *cod.* u) nunc *cod.*

Cap. 4. *e codd.* 1—8. a) Langobardus 1.2. b) sorores et filias 6. c) in *om.* 7.8. d) succedant 4.6. e) si *om.* 2.5. f) legittimos dereliquerit 7.8. g) Ultraque *forte corr., respectis verbis expositionis* §. 1: Cetera non 60 mutantur. h) *haec verba aut corrupta aut scriptoris errore textui inserta et prorsus delenda videntur: superflua enim sunt.* i) filiam maritatam *add. cod.* k) quia *cod.* l) transmittendas *cod.* m) ablatis cum *cod.* n) igitur moaldi *cod.*

95) Liutp. 144. 96) Liutp. 2. 97) Grim. 5. 98) Prima Liutprandi lex in cod. Branc. glossa omnino caret; in glossis tamen codd. Pal. 772 et Vat. 65 3845 quaestio, de qua litigari posse noster hoc loco dicit, tangitur et ita diffinitur, ut secundum Ugonem filiae cum nepotibus ex filio filiave insimul succedere debeant. Cfr. etiam commentationis de iure hereditario supra pag. 318 propositae §. 5.

parte filie reliquerit, queritur, quomodo debeant succedere? Ait[o] Wilihelmus, filias et sorores in capillo in totum debere succedere, ideo quod hec lex iubet eas debere succedere ut filii; et si[p] filii essent, ipsi[q] in[q] totum succederent iuxta prime legis Liuprandi intellectum, et nepos vel neptis ex parte filie nichil inde haberent: igitur filie et sorores nepotem vel neptem ex parte filie a successione expellerent ut filii. Et secundum hanc sententiam mater prevalet filie, si ipsa mater viva esset; quia, si ipsa mater[r] viva, veniret[r] ad successionem cum aliis sororibus, unde filia secundum predictam sententiam expelletur. Sed secundum predictam legem quae est „Si quis Longobardus sorores reliquerit"[1] filia, id est abiatica[s], prevalet matri, et si adesset ipsa filia, id est abiatica[s]; quia in hoc quod ipsa lex dicit: „nam si ipse frater neque filios neque filias reliquerit aut si[t] habuerit et ante eum mortui aut mortue fuerint absque filiis filiabus, tunc sorores eius" datur intelligi, quod enim[u] si abiaticam[s] ex parte filie dimisisset quod abiatica[s] in totum succederet, et sorores eius inde nichil haberent. Sed si mater ipsius abiatice[s] viva esset, ipsa iuxta hanc legem que est „Si quis Longobardus sorores et filias" equaliter ad successionem patris cum patris sororibus in capillo veniret. — Sed secundum Ugonem filie tam nupte quam non et sorores in capillo cum nepote vel nepte ex parte filie ad successionem equaliter devenient; quia, quemadmodum filii iuxta Grimoaldi legem[2] equaliter cum nepotibus ex parte filii succedunt, ita intelligendum quod filie, tam[v] nupte quam non, et sorores in capillo succedant iuxta hanc legem equaliter cum nepotibus vel neptibus ex parte filie, quamquam superiores leges filias vel sorores coniugatas aut in capillo relictas succedere solummodo iubeant.

5. Si filiae aut sorores contra voluntatem patris aut fratris egerint[a], potestatem[b] habeat[b] pater aut frater iudicandi res[c] suas[c], quomodo aut qualiter voluerit.

Glossae: contra vol. p. a. f. egerint] id est fecerint ingratitudines ut filii. 4. 5. 7. 8. Recordatur ad legem Rotharis (169.) „Iustas autem culpas", quia pro ipsa culpa exheredatur filia pro qua exheredatur filius, cum similiter succedit per hanc legem, secundum vl. 4. — *quomodo aut qual. vol.]* Si vero non fecerint contra suam voluntatem, terciam habeant vel dimidiam per legem istius *(Liutp.* 64.*)* De eo qui filiam. Similiter et sorores secundum vl. 4.

Expositio: Si filia aut soror contra voluntatem patris aut fratris adulterio concubita polluta remanserit, iuxta huius intellectum, nisi pater fraterve eam exheredet, non est ab hereditate privanda, quia hec lex dat intelligere, ut, si pater vel frater res suas non iudicasset, quod apud filias vel sorores res ipsius remanerent. Notandum est quoque, quod filii ceterique parentes, quos exheredari posse leges precipiunt, quamvis ingratitudinem fecerint, hereditatem tamen non ammitterent, nisi in testamento ingratitudines exhereditationis scripserint[3]. — §. 2. In eo quod presens lex filias, indifferenter coniugatam aut puellam seu viduam, nisi contra patris voluntatem egerint, exheredari non posse precipit, a Liuprandi lege que est „De eo qui filiam in capillo"[4] videtur quibusdam esse rupta, quia, cum ipsa lex solam filiam in capillo de tertia portione exheredari prohibet, filias viduas traditamque viro ab hereditate posse privari[d] intelligitur[d]. Sed male videtur illis, scilicet quod hec lex ab illa ideo sit rupta: quod eodem modo Rotharis lex[e], que pro puella aut vidua sine parentum voluntate in coniugium ducta pro anagrip solidos 20 et propter faydam alios 20 dandos esse precipit[5], ab alia eiusdem regis, que pro sola puella pro anagrip solidos 20 et propter faydam alios 20 dari iubet[6], illa posset conrupta videri. Quod utrumque totius rationis[f] expers esse credendum est, quia predicte leges magis causa confirmandi quam conrumpendi facte sunt. — §. 3. In hac lege non precipitur nominatim, de qua portione filia vel soror tam nupta quam non exheredari non possit: sed de tertia portione intelligendum est, sicut de filia in capillo in Liuprandi lege legitur, que est „De eo qui filiam in capillo"[4]. Nam quod[g] ibi dicitur de filia in capillo, illud idem intelligatur[h] de[h] filia tam maritata quam vidua; et de sorore similiter. — §. 4. In eo quod hec lex dat intelligi, filiam vel sorores, nisi contra patris vel fratris voluntatem egerint, ab hereditate semovendas non esse, a prima Astulfi lege non intelligenda est esse rupta, in qua, alii[i] testamentum faciente, soror ab hereditate seiungitur. Quod videri potest, ubi dicit: „si autem predicti nepotes decesserint absque filiis filiabus aut intestati" etc.; quia illud testamentum legale esse putandum est. Legale vero non esset, si sororem absque offensione legitima de tertia portione exheredaret. — §. 5. Tales sunt ingratitudines, pro quibus filie vel sorores ab hereditate repelli possunt, id est si adversus animam patris vel fratris insidiate fuerint, vel sua voluntate fornicate et alie quamplures ingratitudines legibus scripte, veluti si minores 25 annorum absque patris vel fratris nutu ad coniugium ierint. Si vero 25 annis maior inordinate nolente patre se marito coniunxerit, iuxta Novellarum legem: „Neque pater aut mater, neque avus aut avia, neque proavus vel proavia"[7] non est ab eius hereditate pellenda[k].

6. Si quislibet Longobardus[a], ut habet casus humanae fragilitatis, egrotaverit, quamquam in lectulo reiaceat[b], potestatem habeat dum vivit et

o) aut *cod.* p) si *om. cod.* q) ipsum *cod.* r) maīū ueni. ret *cod.* s) ablatica *cod.* t) sibi *cod.* u) *fortasse hic corr.* v) antequam *cod.*

Cap. 5. *e codd.* 1—8. a) agerint 7. 8. b) habeant potest 7. 8. c) de rebus suis 1. 2, *sed in cod.* 1 *sub fine posita.* d) intelligere prāt *cod.*; *cfr supra:* non est ab hereditate privanda. e) rex *cod.* f) facionis *cod.* g) quod *om. cod.* h) intelligentur, *om.* de, *cod.* i) fratre *addendum videtur.* k) pollendo *cod.*

Cap. 6. *e codd.* 1—8. a) Langobardus 1. 2. b) iaceat 1. 4. 6.

1) Liutp. 3. 2) Grim. 5. 3) Cfr. Iulian. nov. 107, 3 initio; expos. §. 4. ad Ro. 168. 169. 4) Liutp. 64. 5) Roth. 188. 6) Roth. 214. 7) Iulian. nov. 107, 3.

recte loqui potest pro anima sua iudicandi vel[c] dispensandi[c] de rebus suis, quomodo[d] aut[d] qualiter voluerit*: et quod iudicaverit[e], stabile debeat[f] permanere[g].

5 * *secundum legem* per intellectum. 7.8 *et in marg.* 4.

Expositio: Hec lex rumpit legem Rotharis que est „Si quis leprosus effectus"[8], quia hic legitur: „potestatem habeat, dum vivit et recte loqui potest, pro anima sua iudicandi de rebus suis". 10 Sed non est rupta, quia sic intelligere debemus „potestatem habeat" id est, ut secundum legem faciat; quia, si aliter intelligeretur, exheredare filium valeret aliaque facere que legibus interdicta sunt. — §. 2. Hec lex dicens: „potestatem habeat dum 15 vivit" concordat se cum lege Romana que dicit: „Sanum[9] mente, licet egrum corpore".

7.[a] Si quis Longobardus[b] morgincap[c] coniugi suae dare voluerit, quando eam[d] sibi[d] in coniugio sociaverit, ita decernimus, ut alia die ante 20 parentes et amicos suos ostendat per scriptum a[e] testibus robaratum et dicat: „quia ecce quod coniugi meae morgincap[f] dedi", ut in futuro pro hac causa periurium non percurrat. Ipsum autem morgincap nolumus ut amplius sit, nisi quarta pars 25 de eius substantia qui ipsum morgincap fecit[g]: si[h] quidem minus voluerit dare de rebus suis quam ipsa quarta porcio sit, habeat in omnibus licentiam dandi, quantum voluerit; nam super ipsam quartam porcionem dare nullatenus possit.

30 *Maria*[i] *cum Dominico tuo tutore, Petrus te appellat, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartulam; ecce*[k] *cartula. — Si carta dicit: „tibi Mariae coniugi meae", fiat vacua; si dixerit: „tibi Mariae ami-* 35 *cae meae", aut probet qui appellat, quod pater suus habuisset ipsam feminam acceptam ad coniugium, quando fecit ipsam cartam, aut emendet poenam. Si carta manifestat, quod maritus fuisset Romanus, probet qui appellat, quod fuisset Longobardus. Si femina ostendit morgincap, ipse qui appellat dicat falsum aut taceat.*

Haec responsio[l] *secundum a.*

Expositio: Lex Liuprandi quae est „Nulli liceat coniugi sue"[10] affirmat istam legem, quia illic legitur similiter, ut supra quartam portionem nullatenus dari possit. Unde a Romana lege dissensit, quia secundum legem Romanam[11] is homo non solum donationem propter nuptias ante matrimonium mulieri dare potest, sed etiam matrimonio facto ei dare concessum est. Notandum est tamen, quod iuxta Astulfi legem, quae est „Si quis Longobardus decedens uxori sue"[12], usumfructum de rebus suis coniugi vir dare potest.

8. Si qualiscumque causa inter conlibertos[a] aut parentes convenerit aut acta fuerit, et homines boni tres aut quattuor interfuerint, non reprobetur postea[b] ipsa causa, nisi[c] eorum testimonio ambae partes credant qui interfuerint*; pro cuius autem causa testes illi testimonium reddiderint, ipse[d] homo causatori suo per sacramentum satisfaciat. Testes vero ipsi[e] tales sint, quorum[f] opinio[f] in bonis precellat operibus et quorum fides admittitur[g] vel[h] quibus princeps aut eius[i] iudices credere possint. Et si forsitan rememorati testes veritatem ipsam celare[k] voluerint[k], tunc*[1] per sacramentum satisfaciant principi[l] aut misso[m] eius, ut[n] ipsa veritas non obfuscetur[o,*2]. Si quidem per wadiam obligatio facta fuerit, et intentio pro hoc fuerit excitata, in eo[p] iudicio maneat sicut in anteriore aedicto legitur, quod gloriosus[q] Rotharis rex instituit*[3].

* *si voluerint ambae. Sin autem contraria pars det testes contrarios, inde bellum per unum eorum fiat* per kapitulum Lodoici (15.) „Si quis cum altero" secundum quosdam[r]. 7.8 *et in marg.* 4.

c) *desunt* 1. d) *desunt* 5.6. e) pro anima sua *addit* 1 *et corr.* 4. f) debet 7.8. g) *in codd.* 1—3. *hanc legem sequitur epilogus ad leges Liutprandi de anno primo hac fere ratione:* Si quae causae de supradictis capitulis, quae nu- 40 per in presentis pagina huius edicti configere precipimus, ante deliberatae aut per divisionem finitae sunt, in eo modo maneant, sicut antea sunt finitae vel statutae. Quae autem terminatae et per divisionem divise non sunt, in eo ordine deliberentur et maneant, sicut modo decrevimus et in hoc edicto a nobis facto statuere visi sumus. Et haec omnia quoque a nobis super definita Potoni notario nostro ordinanda et scribenda commisimus et precepimus. (Et haec omnia *rell. om.* 1. *In cod.* 3 *eadem verba ita exhibentur:* Quod de quibus universa superius celsitudine nostra instituta per notarium 45 sacri nostri palatii comprehendenda praecipimus.)

Cap. 7. *e codd.* 1—8. a) *in cod.* 1 *servatur Liutprandi prologus de anno quinto, primae tamen Liutprandi legi praefixus:* Incipit Liuprandi prologus I. Ego in Dei nomine Liuprandus excellentissimus rex gentis felicissime achatholicae Deoque dilectae Langobardorum reminiscor, quoniam, sicut superius a nobis pagina legitur instituta, anno scilicet regni nostri I. indictione undecima, ea que nobis nostrisque iudicibus et reliquis Langobardis fidelibus nostris ob Dei timorem 50 atque amorem recta comparuerunt in antiquo edicti corpore recto adicere curavimus moderamini, nunc iterum annuente Dei omnipotentis misericordia die Kalendarum Martii anno regni nostri Deo propitio quinto indictione quinta decima simili modo cum omnibus iudicibus nostris de partibus Austrie et Neustrie necnon et de Tuscie finibus, seu ceteris nostris Langobardis adhuc previdimus adaugere illa, quae Deo credimus placida esse, ut in multis causis et locis prohibeantur periuria, et causae a quibuscumque hominibus misericorditer disponantur, in peccati hominis deinceps nequaquam pro- 55 cidant, et illud quod forsitan antea videbatur obscurum nunc omnibus luce clarius enitescat. Primo omnium de morgincap mulierum. *In cod.* 3 *huic capiti praefigitur inscriptio:* Item de anno V. domini Liutprandi; *in codice vero* 4: Item de anno quinto indicione quarta. b) Langobardus 1.2. c) morgincaph 4—6. d) *sic* 4; sibi eam 1.2.5.6; sibi *transponunt post* sociav. 7.8. e) et a 5—8. f) in morgincap 7.8. g) facit 1.2.4.5. h) et si 7.8. i) *e codd.* 7.8.10. k) et ecce 7. l) *sic conieci:* R *codd. Cfr. form. ad Liutp.* 53.

60 *Cap.* 8. *e codd.* 1—8. a) liberos 2. b) *deest* 7.8. c) in *add.* 6—8. d) autem *add.* 1.4. e) illi 2; *deest* 5. f) ut eorum oppinio 7.8; qui obtime 2. g) ammittatur 7.8. h) id est 7.8. i) eius *om.* 6—8. k) celaverint 1. l) aut iudici *add.* 1.4. m) ad missum 2. n) quod 7.8. o) obscuretur 1; obfuscatur 7.8. p) eodem 1.4. q) gloriosissimus 1.2. r) a. 4.

8) Roth. 176. 9) L. 27. C. transaction. (II, 4.) 10) Liutpr. 102. 11) Cfr. §. 3. Inst. dona- 65 tion. (II, 7.) 12) Astulf. 5.

*1 *post datum testimonium* per kapitulum Karoli (50.) „Ut testes ad testimonium“[s]. 7.8 *et in marg.* 4.
*2 *id est non est obfuscata ab eis.* 7.8. *3 *si homines non interfuerint quorum fides ammittitur* per legem Rachis(1.) „Si quis amodo“. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si qualiscumque] Hic est verbis obligatio secundum quosdam; set nudum pactum est. 5.7.8. Hic est nudum pactum secundum vl. 4. — *conlibertos]* id est vicinos. 4. — *homines boni]* scilicet qui proprium habent per kapitulum Lotharii (64.) De liberis hominibus. 4. — *testimonium reddiderint]* scilicet non iurando set solis verbis secundum vl. 4. — *per sacramentum satisfaciat]* hoc est ut iuret, quod illud testimonium verum sit. Et ita pro omnibus secundum quosdam. 4.5.7.8. — *vel quibus princeps]* Et si tales non fuerint, omnes iurent suum testimonium verum esse, non iurante eo pro quo testantur. 4. — *credere possint]* Et si tales fuerint ut hic legitur, dicant suum testimonium non iurantes, iurante eo productore. — Hii testes ab aliis laudari debent secundum a., secundum vl. non. 4. — *non obfuscetur]* id est non est celata sed manifestata. 4. id est celet, scilicet ad illos. 1. — *in eodem iudicio]* scilicet de tenoris et protextus sacramento secundum vl. 4.

Petre[t], *te appellat Martinus, quod tu conventasti sibi dare in Kalendas Maias solidos* 100. — *Non feci. — Probet qui appellat.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Tu michi vendidisti aut refutasti ipsam terram. — Aut probet aut perdat.

Expositio: „Convenerit“ intelligendum est de contractu nondum finito; „aut acta fuerit“ de contractu ex toto finito. Secundum Ugonem hec lex tamen[u] loquitur tam de contractu, quam de maleficio: nam in hoc quod hec lex dicit „convenerit“ affirmat, hanc legem de quolibet loqui contractu, et in hoc quod dicit „aut acta fuerit“ affirmat, hanc legem de quolibet loqui maleficio. Sed secundum Wilihelmum hec lex tantum de contractu loquitur, quia, si loqueretur de maleficio, ut retro dictum est, iam nullum maleficium probari posset factum esse, nisi per homines qui illi maleficio affuissent, quod summa esset iniquitas. — §. 2. In eo quod hec lex utramque partem eorum testimonio qui interfuerint iubet credere, a Lodoyci capitulo quod est „Si quis cum altero“[13] rumpitur, quia ibi legitur: „ut, si ille contra quem testes producti fuerint suspicabitur eos falsos esse, liceat ei alios testes, quos meliores potuit, contra eos opponere“. — §. 3. Lex presens, ante datum testimonium iurare precipiens, ubi dicit: „si forsitan rememorati testes“, a Caroli capitulo quod est „Ut testes ad testimonium dicendum“[14] aliisque quibusdam rumpitur, in quibus testes non ante[v] datum testimonium iurare, sed ante iusiurandum testimonium dare iubentur. — §. 4. Rachis lex prima, conventum, scilicet stantiam in conspectu trium testium factam, stabilem esse precipiens, legi istae concordat. — §. 5. Lex hec dicens: „in eo iudicio permaneat, sicut in anteriore edicto legitur“ affirmavit legem Rotharis que est „Si aliqua contra creditorem intentio“[15]. — §. 6. Quia in hac lege et[w] quibusdam aliis legibus, sive sub wadimodio sive absque eo, coram testibus precipitur fieri, non de turpi causa vel contra bonos mores esse credendum est, dicentibus Institutionum capitulis; alterum quorum est „Omnes res que dominio“, in quo legitur: „quod ex turpi causa promissum est, veluti si quis homicidium vel sacrilegium facturum promittat, non valet“[16]; aliud vero capitulum est „Mandatum contrahitur“, in quo legitur: „illud quoque mandatum non est obligatorium, quod contra bonos mores est“[17].

§. 7. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod adimplere debes conventum, quo secum filiam tuam disponsare convenisti.

§. 8. Omne conventum pure, id est sine termino factum adimpleri oportet, veluti in Institutionum lege precipitur, quod est „Verbis obligatio contrahitur“[18].

9. Si quis servum suum aut ancillam in manu regis dederit, et ipse princeps eos per manus sacerdotis circa sacrum[a] altare liberos dimiserit, sic permaneant liberi sicut illi qui fulfreal thingati sunt[19]. Et qui mundium de ipsa libera a principe expecierit, sic eum habeat, sicut[b] de fulfreal muliere: nam amplius ei[c] nullam[d] conditionem[d] debeat[e] neque ipsa[f] neque filiae[g] eius. Et hoc statuimus, ut masculi qui de ipsa libera[h] nati fuerint absque mundio sint, feminae autem habeant mundium sicut et[i] mater earum. Et ipsum[k] mundium[k] non sit amplius quam solidi tres.

Glossae: absque mundio sint] Nullam aldiariciam de possessionibus suis dent. 4. — id est nulla aldiaricia de possessionibus eorum teneantur. 5.7.8. — *mundium sicut mater]* Tantum pro mundio earum dent mariti sui, quantum pro matre datum fuit. 4.

Petre[l], *te appellat Martinus, quod tu es suus servus et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Hoc dico ego, quod imperator dimisit me liberum per manum sacerdotis circa sacrum altare, et tu dedisti me in manum imperatoris. — Aut probet aut fiat servus.*

10. Si quis servum suum aut ancillam suam liberum vel liberam dimiserit et posuerit ei mundium, aut[a] unum solidum[b] aut duos aut tres aut[c] sex[c], tantum habeant mundium quantum eis in cartula adfixerit. Et qui postea ex ipsa libera[d] nati fuerint, sive masculi sive feminae, non habeant[e] amplius mundium, nisi quantum et mater eorum[f].

Glossae: Si quis] Haec libertas de aldionibus lo-

s) secundum a. *add.* 4. t) *e codd.* 7.8.10. u) tantum *cod.* v) ante *om. c.* w) et *om. cod.*
Cap. 9. *e codd.* 1—8. a) sacrosanctum 1.4. b) ille *add.* 7.8. c) ei *om.* 2 *et sec. man.* 4; in eam 6. d) nulla conditio 7.8 *et sec. man.* 4. e) debeat habere 2.5.6; esse debet 7.8; esse debeat *sec. man.* 4. f) *sic* 2; ipsae 1.4—6; ipsis 7.8; ipsi *sec. man.* 4. g) filii 1.2.5 *et prim. man.* 4. h) femina 1.4; muliere 7. i) *deest* 2.5.6. k) ipse mundius 4. l) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 10. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1.4. b) *deest* 1. c) *desunt* 1. d) liberti 1; liberta 5. e) *deest* 8 *et prim. man.* 7. f) earum 2.5.6.

13) Ludov. P. 15. 14) Karol. M. 50,21. 15) Roth. 367. 16) §. 24. Inst. inut. stipul. (III, 19.) 17) §. 7. Inst. mandati (III, 26.) 18) §. 2. Inst. verb. obl. (III, 15.) 19) Roth. 224.

Ut quicumque secundum quosdam; obiit secundum a. 4. — Obiit per kapitulum Henrici *(I, 2.)* Ut quicumque; Bona per kapitulum secundi Henrici (3.) Ut quicumque secundum quosdam. 5.7.8. — *Si quis Longob.]* scilicet qui se defendebat vel casu id facinus peregit. 4.5.7.8. — *illi qui per caput]* Hoc est, secundum asinos, ut ipsi habeant compositionem qui succederent si filiae non fuissent. 7.8. — *succedere potuerunt]* Respicit ad legem Rotharis (159. 160.) que incipit: „Si quis dereliquerit filiam", ubi filia per kaput succedebat parenti cum proximis parentibus, et ideo dixit: „qui per caput succedere potuerunt", id est equaliter. 5.7.8.

Petre[m], te appellat Martinus, quod tu occidisti Dominicum suum fratrem. — De[n] torto[n]. — Si dixerit: „ipse fuit Romanus, non respondebo tibi", aut probet aut respondeat.

Petre, te appellat Maria cum Dominico suo mundoaldo[o], quod tu occidisti Paulum suum patrem. — Non respondebo tibi, quia[p] habet parentes. — Aut probet, quod[q] habeat parentes[q], aut respondeat.

Petre, te appellat Maria cum Dominico suo tutore, quod tu occidisti Paulum patrem suum. — Ego[r] occidi patrem tuum, set non faciam tibi compositionem, quia Longobardus fuit. — Aut probet, quod fuit Longobardus, aut faciat compositionem ad filiam.

Expositio: In eo, quod hec lex eos qui per caput succedere possunt compositionem habere precipit, Rotharis legem que est „Si[34] fuerint filii legitimi" partim rumpit, in qua naturalis secundus compositionis tertiam partem habere precipitur. — §. 2. Lex ista, quia feminas heredes defuncti compositione seiungit, a ceteris legibus differt, que defuncti heredi omnem compositionem, sive masculo sive femine, dari precipiunt. — §. 3. Lex de qua loquimur, in eo quod feminas a compositione repellit, a sequenti lege que est „Si[35] liber homo se defendendo" non[s] intelligenda est rupta, in qua non differenter heredi compositio dari precipitur: quam[t] si[t] quis corruptam esse diceret, posset itidem „Si[36] frater fratrem" ruptam esse asserere, in qua omnes res interemptoris[u] relicto fratri[v], non defuncti heredibus dari iubentur. Sed „Si frater fratrem" ab alia non est rupta: igitur nec[w] „Si quis Longobardus ab alio" et cetera[x]. „Si frater fratrem" ab alia non est rupta: quia illa lex, scilicet „Si liber homo se defendendo", precipiens defuncti heredem tantum ante capere quantum antiqua fuit compositio, cum rege reliqua[y] divisurum, intelligi dedit, non[z] illud homicidium ibi esse intelligendum, pro quo interemptor omnem suam anterius erat amissurus substantiam, quia, si[a] ipsa lex quae est „Si liber homo se defendendo" intelligeretur de tali egisse homicidio, pro quo interemptor omnem substantiam suam erat amissurus, ut anterius pro fratricidio iuxta legem quae est „Si frater fratrem" interemptor omnem substantiam suam erat amissurus, ipsa semedipsam reprehenderet: quia impossibile est[b], heredem interempti tantum ante capere quantum antiqua fuit compositio, scilicet totam interempti substantiam, et, si postea aliquid esset residuum, quod ipse heres interempti cum rege esset divisurus, ut ipsa lege que est „Si liber homo se defendendo" precipitur. Aliter quoque salvari potest: quia, licet ipsa lex quae est „Si liber homo se defendendo" indifferenter heredi interempti compositionem dari precipiat, tamen intelligendum est, illum heredem talem esse quem a compositione non depellat.

14. Si sorores in casa patris remanserint aut ad maritum ambulaverint, succedant[a] patri[a] suo et matri suae in omni substantia eorum, sicut antea[b] statuimus[37]. Et si contigerit unam ex eisdem sororibus mori, tunc et[c] quae in capillo[d] remanserint et quae ad maritum ambulaverint in omni[e] porcione[e] sororis suae defunctae, quamvis[38] puella mortua fuerit, succedant. Parentes autem propinqui aut mundoaldus earum[f] tantum[g] mundium[h] suscipiant[g]: nam de rebus suis[i] aliud[k] nichil[k] percipiant. Si autem contigerit illam mori quae iam nuptui tradita est, tunc ille ei[l] succedat* qui eam per mundium suam fecit[m]**.

* *si sine illius suisque filiis perierit,* per kapitulum Henrici *(I, 1.)* „Quicumque" secundum[n] quosdam[n]. 7.8 *et in marg.* 4. ** *Sed[n] tamen[n] si contigerit eam mori sine filiis eorum amborum, quamvis mundiata non sit, tamen vir suus ei succedat secundum[o] quosdam[o].* 7.8 *et in marg.* 4.

Expositio[p]: Hec lex, „sicut antea statuimus" dicens, superiores leges[39] que sunt „Si quis Longobardus sine filiis" et „Si quis Longobardus filias" corroborat et corroboratur a Liuprandi lege que est inferius posita: „Recolimus quod antea statuimus"[40], in qua scriptum est: „et si soror in capillo mortua fuerit, soror que remanserit similiter

m) *e codd.* 7.8.10. n) *desunt* 10. o) tutore, *suprascr.* alii mundoaldo, 10. p) qui 7.8. q) quod h. p. *om.* 10. r) P. ego 7.8. s) vero *c.* t) qua nisi *c.* u) sed etiam *add. c.* v) fratris *c.* w) ne *c.* x) ue *c.* y) repelli qua *c.* z) cum *c.* a) si *om. c.* b) est *om. c.*

Cap. 14. *e codd.* 1—8. a) patri succedant 7.8. b) inantea 1. c) et *om.* 5–8. d) in casa comuni *add.* 5. e) omnem portionem 1.2.5.6. f) *deest* 1.7.8. g) suscipiant de ea tantum mundium 2.5. h) earum *add.* 1.7.8 *et corr.* 4. i) eius 1; eius modi 2. k) nichil aliud 7.8. l) ei *om.* 7.8. m) *in codd.* 1.2 *hanc legem sequitur epilogus his verbis:* Si autem (autem *om.* 1.) qualescumque causae amodo emerserint de his capitulis, quae nunc excellencia nostra statuit, id est a presenti die Kalendarum Martiarum, hoc est XV. (quartadecima 2.) indictione et anno regni nostri (mei 2.) in Dei nomine quinto, volumus *(v͞o. 2., in quo codice reliqua desunt, compluribus lineis vacuis relictis)* ut sic terminetur, sic *(i. e.* sicut) celsitudo nostra cum iudicibus nostris et reliquis Longobardis decreverunt, ut supra leguntur. Que vero antea de talis capitulis pervenerunt, et iam finitae aut statutae sunt, sic permaneant sicut prius cognoscuntur esse. Quae denique universa superius a celsitudine nostra comprehensa Potoni notarii sacri palacio nostro comprehendenda et ordinanda precipimus. n) *desunt* 4. o) secundum a. per Henrici (I, 1.) Quicumque 4. p) *haec expositio bis invenitur in codice Neapolitano: non solum enim Liutprandi legi* 14ae *(Lomb. II, 14, 25.) adscripta est, sed etiam expositioni legis Liutp.* 13. *(Lomb. I, 9, 18.) subnexa.*

34) Roth. 162. 35) Liutp. 20. 36) Liutp. 17. 37) Liutp. 1. 38) Cfr. Roth. 215. 39) Liutp. 1. 2. 40) Liutp. 144.

sorori sue succedat". — §. 2. In hac lege ideo scriptum est: „quamvis puella mortua", ne mundoaldus suprapositis legibus[41] Rotharis que sunt „Si quis puellam aut viduam" et „Si puella aut vidua sine voluntate"[q]....succedere iussit, aliquid sibi succedere preter mundium, id est solidos 20, vendicare presumeret. — §. 3. Neque hac neque alia edicti lege vir uxori, nisi pro mundio, erat succedere solitus: modo vero iuxta Henrici capitulum[42] uxori sive sub mundio sive preter mundium, nisi horum amborum filium reliquerit, est iussus succedere. — §. 4. Si[r] qua[r] puella fuerit mortua et fratrem ex parte patris reliquerit et sorores in capillo, vel quae ad maritum ambulaverint, similiter ex parte patris reliquerit, nichil per hanc legem hereditatis ad sorores pertinebat, quia hec lex non de aliis sororibus nisi de patri succedentibus loquitur; sed tantum ad fratrem illius attinet hereditas iuxta leges Rotharis[41] iubentes mundoaldum succedere. — §. 5. Si quis moriens filium filiasque reliquerit, ei successurus est filius; cui absque descendente morienti iuxta Liuprandi legem, que est „Si quis Longobardus sorores reliquerit"[43], sorores debent succedere; et si postea aliqua ex hisdem sororibus in capillo mortua fuerit, ad mundoaldum iuxta Rotharis leges[41], mundoaldum iubentes succedere ei, permanet successio, non ad sorores: quia hec lex non de[s] aliis sororibus nisi de patri succedentibus loquitur, sed he fratri non patri successerunt; sorores igitur successionem non habebunt. Si quis vero propter inferius positam Liuprandi legem que est „Recolimus enim, qualiter ante statuimus"[44], in qua soror sorori in capillo mortue succedere precipitur, contendebat, sororem sorori, utrum patri vel fratri successisset necne, debere succedere, non intelligeret ipsam legem: quia legis illius sententia huius legis et[t] alterius[45] conmemoratio usque ad: „Modo vero quia intentio exorta" est[46]. — §. 6. Si quis paupertate cogente aut offensione aut testamento alii facto nichil filiabus reliquerit sine filiis moriens, et illarum aliqua aliquo modo aliquid adepta in capillo decesserit, non intelligendum est, ut sorores que remanserint ideo successionem perdant, quia ad successionem patris non venerunt; quoniam non propter aliud hoc fecerant, nisi quod absque substantia occiderat.

15.[a] Quicumque[b] homo sub regni nostri dicione cuicumque amodo* wadiam dederit et fideiussorem posuerit in[c] presentia[d] duorum vel trium testium quorum fides ammittitur, in omnibus complere debeat. Et si distulerit et pignoratus fuerit in his rebus in quibus licitum est pignorandi[e], nullam calumpniam qui pignoravit paciatur: nam qui sine hac manifestatione pignorare presumpserit, iubemus ut in duplum pignus restituat. Si vero inter creditorem et debitorem atque[f] fideiussorem orta fuerit intentio, qualiter in anteriore edicto[47] legitur quod[g] a gloriosissimo Rothari rege institutum est, per sacramentum determinetur**. Nam si in presentia duorum vel trium testium stipulatio ipsa facta fuerit, in eorum testimonio ambae[h] partes credant[h]***, ut sacramentum inter dantes et accipientes minime perveniat[i]. Et si debuerint ipsi testes suum testimonium firmare, nobis vel qui in tempore princeps fuerit vel iudici firmare debeant. Et si homines inter non fuerint quando wadia datur[k], quicumque quasi fideiussorem pigneraverit, componat sicut supra legitur.

* *de*[l] *reddendo prestito*[m] 7.8 *et in marg.* 4. 5.
** *si homines non interfuerint* per legem Rachis (1.) „Si quis amodo". 7.8 *et in marg.* 4. *** *si ambe*[n] *partes*[n] *voluerint.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Quicumque homo] Hic est verbis obligatio. 5.7.8. — *in omnibus complere]* scil. statim si potest secundum vl., secundum a. non. 4. — *testimonium firmare]* id est per sacramentum. 5.

Petre[o], *te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum malo ordine in tantum de suo mobili quod valebat solidos* 100. — *Si dixerit: „tu dedisti michi vadia de dare solidos* 100 *in Kalendis Maiis et non michi dedisti, propter hoc te pigneravi. — Non dedi tibi ipsa*[p] *vadia*[p]*" —, aut probet qui pigneravit, aut reddat sibi nonum. Si dixerit qui appellat: „non debuisti me pignerare propter ipsa*[p] *vadia*[p], *quia*[q] *homines non fuerunt illic", tunc ipse qui pigneravit probet quod homines interfuerunt*[r].

Petre, te appellat Martinus, quod tu dedisti sibi vadia[s], *quod dares sibi solidos* 50 *in Kalendis Maiis. — De quadraginta dedi vadia, non de pluribus.*

Expositio: Lex ista duorum testimonium credendum esse precipiens a Lodoyci capitulo quod est „Si quis cum altero"[48] rumpitur, in quo, dum camphione manum perdente ceteri iubentur redimere, ultra fuisse duos datur intelligi. Sed secundum quosdam ita salvatur, scilicet quod predictum capitulum ducitur dixisse: „ceteri vero manus redimant" in eo casu tantum, quo testes sunt quam-

q) *hoc loco pauca excidisse puto, fortasse:* quibus mundoaldum Rotharis *vel similia.* r) Surga *cod. utroque loco.* s) de *om. cod.* t) etiam *cod.*

Cap. 15. *e codd.* 1—8. a) *tertii voluminis prologus in cod.* 1 *huic capitulo praepositus talis est:* Ego in Dei nomine omnipotentis excellentissimus Liuprand rex felicissimae gentis Longobardorum anno propitio regni mei octavo die Kalendarum Martium indictione tertia una cum illustribus viris obtimatibus meis Neustriae et Tusciae partibus vel universis nobilibus Longobardis, dum singula, quae in anterioribus titulis huius edicti leguntur, studiose ac subtiliter scrutavimus, adsistente omni populo, quam sequens sermo monstraverit, addere et lucidare, sive statuere previdimus lege. Capitulum primum. b) liber *add.* 2. c) in *om.* 1.5. d) pre 8 *et pr. man.* 7. e) pignorare 1.2.6. f) et 7.8. g) *sic* 1.4; quod Rotharis (glor. Roth 2.) rex instituit 2.5.6; a gl. R. r. instituto 7 8. h) credatur 7.8. i) sed eis credatur *add.* 1.4. k) vadia dantur 7.8. l) non 7.8, *suprascriptis litteris* a. d (*i. e.* alii de). m) pretio 4.5. n) *desunt* 4. o) *e codd.* 7.8.10; *in cod.* 10 *secunda placiti forma primam antecedit.* p) ipsam vadiam 10. q) qui 7.8. r) fuerunt 7.8. s) vadiam 10.

41) Roth. 215.188. 42) Heinr. I,1. 43) Liutp. 3. 44) Liutp. 144. 45) Liutprandi scilicet legis 4. 46) Confer expos. ad Liutp. 144. 47) Roth. 366. 48) Ludov. Pius 15.

plures, non tamen prohibet duos tantum esse posse; vel ita salvatur, scilicet predictum[t] capitulum dicitur pluralem numerum pro singulari posuisse. — §. 2. Lex hec, wadiam in presentia duorum vel trium testium datam in omnibus compleri iubens, dat intelligi secundum antiquos iudices, quod wadia, que in presentia duorum vel trium testium non est data, non debet adimpleri. Sed si hoc verum esset, iam hec lex semedipsam reprehenderet, quia hec lex dicens: „Si vero inter creditorem et debitorem et fideiussorem orta fuerit intentio", ostendit, quod wadia, que in presentia duorum vel trium testium non est data, valeat et adimpleri debeat, cum Rotharis valere precipiat in lege que est „Si aliqua inter creditorem"[49], quamquam pignorari non valeat iuxta hanc legem, quod potest videri in hoc quod dicit: „nam qui sine hac manifestatione — subaudis testium — pignorare presumpserit". — §. 3. In eo quod hec lex utramque partem eorum testimonio qui interfuerint credere precipit, rumpitur lex ista a predicto capitulo quod est „Si quis cum altero"[50], in quo ille contra quem testes ducuntur alios contra eos dare permittitur. — §. 4. Lex hec, in eo quod sacramentum ubi testes defuerint a debitore precipit fieri, Rotharis legem „Si aliqua inter creditorem"[49] affirmat; in eo vero quod, si testes interfuerint, „sacramentum inter dantes — wadiam subaudis — et accipientes — subaudis guadia — fieri prohibet", eandem legem Rotharis rumpit, id est: „Si aliqua inter creditorem"[49]. — §. 5. Sententia Rachis in extremitate prologi scripta et sequens lex Rachis: „Si quis ammodo"[51] non ideo excogitata esse putanda est, ut lex quae est „Si aliqua inter creditorem"[49] firma et non tantum rupta a[u] „Quicumque homo sub regni nostri dicione" daretur intelligi, sed ut propter periurii inportunitatem et cupiditatis usum eam iterum rumperet. Vel ut alii dicunt predicta lex Rotharis ab hac, id est a „Quicumque homo sub regni nostri" non rumpitur, immo salvatur: quamquam hec lex sacramentum inter dantes — quod est wadiam — pervenire et accipientes prohibeat et[v] testimonio testium credi iubeat, tamen intelligendum est, ut predictam Rotharis legem non rumpat, quia iuxta hanc tota wadia negabatur; itaque ab hac non tangitur, sed a prima Rachis lege non rumpitur. — §. 6. Hec lex in fine dicens: „componat ut supra legitur" respexit ad illud quod dixit: „nam qui sine hac manifestatione pignerare presumpserit, iubemus ut in duplum pignus restituat", unde a quadam Liuprandi lege que est „Si quis alium ante constitutum pigneraverit"[52] secundum quosdam rumpitur, quia ibi legitur: „componat ipsum pignus in octogild"; sed non rumpitur, quia hec lex ipsa de tali loquitur pignore, quod post constitutum terminum: quia post constitutum hac lege prohibetur pignerari ibi ubi dicit: „nam qui sine manifestatione". §. 7. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu in re mobili centum valente pignerasti pro wadimonio, quod tibi inde sine testibus dedit.

16. Si quis mutuaverit solidos cuicumque homini per cautionem, si infra[a] quinque annos creditor pulsaverit, et debitor[b] non habuerit[c] unde solvere possit, renovetur cautio ipsa usque ad annos 10. Et si intra annos 10 pulsatus fuerit et non reddiderit et dilataverit usque ad annos[d] 20[d], et fuerit pulsatus aut[e] per principem aut per iudicem civitatis, et probatum fuerit, ipsam cautionem debitor et[f] heredes eius persolvant[g]. Nam si nec caucio fuerit intra decem annos bis renovata, neque per principem vel iudicem ostensa sive manifestata usque ad 20 annos, iubemus ut creditor postmodum[h] taceat et nullam habeat facundiam[i] debitoribus suis requirendi, excepto si ei[k] captivitas evenerit[l]. De cautionibus autem, quae usque modo in presenti indictione tercia factae sunt, intra quinque annos istos advenientes iubemus ut renoventur aut exigantur. Nam si distulleril[m] intra 5 annos debitores suos pulsare, ut cautiones renoventur aut debita reddantur, et[n] neglegentiam fecerit, non habeat[o] postmodum facundiam ipsa debita requirendi[p]. De his autem cautionibus, quae amodo factae fuerint, sic fiat[q] sicut supra premisimus[r] et[s] statuimus[s].

Glossae: Si quis] Vacua[t] per usum. 4.7. Hic est actio mutui. 4.7.8. — *debitor et heredes eius]* Hic videtur, quod haec actio transit in heredes[u]. 4.7.8.

17. Si[a] frater* fratrem[b] in[c] peccatis[c] occiderit[d], quamquam[e] anterius edictum[53] contineat, ut proximi parentes homicidae succedant, nos[f] proximos fratres appellamus: si frater relictus fuerit, in res homicidae fratris succedat ita, ut secundum qualitatem personae de[g] ipsa substantia homicidae, si ille qui occisus est filios reliquerit, compositionem[h] dare debeat; reliquum autem, quod superfuerit, sibi habeat. Et si pecunia ipsius homicidae in tantum fuerit sub[i] estimatione[i], quantum ipsa compositio est aut forte minus, habeant eam filii ipsius qui occisus est. Quod si non reliquerit fratrem unum aut[k] plures is qui occisus est, quantacumque[l] sit substantia homicidae, filii ipsius qui occisus est in ea[m] succedere debeant; quod si non habuerit filios[n], proximi succedant parentes per gradus; quod si nec parentes fuerint qui ei legitime succedere possint, succedat[o] ei curtis regia. De

t) tres *add. cod.* u) est *cod* v) et *om. cod.*

Cap. 16. *e codd.* 1—4.7.8, *abest a codd.* 5.6. a) intra 7.8. b) *deest* 1. c) apparuerit 1. d) 20 annos 7.8. e) *deest* 1.2. f) aut 2.4. g) solvant 1. h) postmodo 7.8. i) *deest* 7.8; facultatem 1. k) eius 7.8; eis 2. l) et probatum fuerit *add.* 1.2.4. m) quis *add.* 1.7.8. n) et si 4. o) habeant 2.4. p) ad inquirendum 1. q) fiant 2.7.8. r) diximus 1; emisimus 7.8. s) *desunt* 1. t) o(biit) 4. u) et solvere debet quod pater debuit secundum vl. *add.* 4.

Cap. 17. *e codd.* 1—8. a) quis *add.* 1.7.8. b) suum *add.* 1.7.8. c) *desunt* 1.2. d) interemerit 1.5. e) et hoc *add.* 2; et *add.* 4. f) nos autem 1.4—6; et nos 2. g) et de 7.8. h) illi *add.* 1; eis *add. corr.* 7.8. i) *desunt* 1. k) vel 2.8 l) quantulacumque 1.4. m) eam 7.8. n) legitimos *add.* 5.6 *et corr.* 4. o) succedit 7.8.

49) Roth. 366. 50) Ludov. Pius. 15. 51) Rachis 1. 52) Liutp. 40. 53) Roth. 163.

anima autem homicidae illius sit in potestate regis, sicut in anteriore edicto[54] legitur.

* *non per cupiditatem* per kapitulum Henrici *(I, 2.)* „Quicumque", *non per insidias capitales* per kapitulum Karoli (45.) „De illis hominibus", *non furtive* per kapitulum secundi Henrici (2.) „Decet". 7.8.

Petre[p], *te appellat Martinus, quod tu occidisti Albertum suum fratrem et tuum. — De torto.*

Petre, te appellat Martinus, quod Ludovicus occidit Paulum suum patrem et suum fratrem et tuum, et tu habes substantiam suam: vult quod tu des sibi compositionem sui patris.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Petrum communem fratrem nostrum insidiando occidisti.

§. 2. Notandum est, quod hec lex de his tantum loquitur fratribus qui omnes communiter sint fratres, quod videri potest in hoc quod in principio dicitur: „Si frater fratrem suum" et postea dicitur: „nos fratres proximos appellamus, et si frater relictus fuerit, in res homicide fratris succedat". Quod ideo enim[q] est notandum, quia contingere posset, quod frater fratrem suum occideret, et[r] interfectus fratrem [qui[s] non esset interfectoris frater[s]] relinqueret; veluti: si quis habens fratrem ex parte matris tantum a fratre ex parte patris tantum occisus esset, tamen iuxta hanc legem nichil ex eis fieri debet, quia non[t] omnes communiter fratres erant; nam ipse qui tantum ex parte matris erat, qui fuit relictus, nichil fratri illi attinebat, qui ex parte patris tantum frater erat, qui fuit interemptor. — §. 3. Notandum est quoque, quod „in peccatis" ita exponitur: id est in insidiis. — §. 4. In hoc quod lex relictum fratrem fratricide fratri succedere iubet Rothpharis legem quae est „Si[54] quis in morte parentis sui" partim rumpit, in qua res fratricide vel parenticide propinquo parenti veluti filio devenire precipitur. Que utreque leges inde ab Henrici capitulo quod est „Quicumque[55] propter cupiditatem rerum" rupte sunt, in quo, propter cupiditatem homicidio facto, res homicide parti publice devenire iubentur. Sed ita salvatur: scilicet, quod intelligendum est, predictum malum non esse factum in his duabus legibus propter cupiditatem. — §. 5. In hoc quod hec lex, si frater vixerit, fratricide bona ad eius fratrem, non ad fratris interfecti filium devenire precipit, intellectui commendat, fratre vivente fratris filium nunquam ad eius successionem esse vocandum, quia, cum in eo casu, quo magis ad eius successionem fratre vivente debebat accedere, ab eius successione expellitur, multo magis intelligitur, quod ab eius successione fratre vivente in alio casu tollitur. Quod tamen non laudatur, scilicet quod nepos a successione patrui sui expellatur, nisi in eo casu tantum, quomodo hac lege expellitur. — §. 6. Hec lex, fratricide fratrem aut interempti filium succedere iubens, intellectui commendat, filium[56] aut eius filium aut[u] descendentem[u] aliquem ad eius successionem non debere accedere, quia, dum per gradum descendentes[v] primum ad successionem vocantur, ubicumque leges fratrem aut aliquem alium ad successionem vocant, patenter a successione descendentes depellunt. — §. 7. Fratricide sed non interfecti, [vel[w] interfecti[w]] sed non fratricide frater ad fratricide successionem non accedet, quia iuxta hanc legem quicumque fratricide iubentur succedere utrorumque, fratricide scilicet et interempti, communes parentes esse notandi sunt[57]. — §. 8. Si fratricida duos aut plures fratres[x] habuerit et aliquem illorum, antequam de fratricidio appellatio facta sit, obire contigerit, eius pars ex fratricide rebus non videtur ceteris fratribus contingere, et, si omnes ante factam appellationem obierunt, res homicide eorum heredibus non deveniant: quia non solum de hoc, verum et de ceteris homicidiis et in iniuriis omnibus, si ante appellationem hi qui appellati sunt obierint, eorum heredibus compositio que in lege precipitur non deveniet. — §. 9. Si frater fratrem de fratricidio aut aliquis alium de homicidio seu aliquo crimine appellaverit et convincere eum nequiverit, ea pena mulctandus est, quam appellatus, si convinceretur, esset passurus, velut in Codicis noni libri capitulo[58] scriptum est quod est: „Si quis crimen intenderit, non inpunitam noverit fore licentiam mentiendi, cum[y] calumpniantes ad vindictam poscat[z] similitudo supplicii". — §. 10. Hec lex dicens „de anima autem illius homicide sit in potestate regis sicut in anteriore dicto legitur" affirmat legem Rotharis que est „Si[54] quis in morte parentis sui"; unde ab Henrici capitulo rumpitur quod est „Quicumque[55] propter cupiditatem rerum", in quo ipse homicida publice penitentie subdi iubetur. Sed ita salvatur: quia intelligendum est, quod hic homicida, de quo hec lex loquitur, non erat homicida propter rerum cupiditatem immo propter insidias, ille vero propter cupiditatem.

18. Si quis negocium[a] peragendum[b] vel pro qualicumque artificio[c] intra provintiam vel extra provinciam[d] ambulaverit et in[e] tres annos regressus non fuerit, et forsitan infirmitas ei emerserit[f], faciat scire per iudicem aut per missum suum: nam si hoc distulerit mandare, si[g] filios[h] reliquerit, habeant[i] res[k] ipsius[k] in suo iure[l]. Et cuicumque filius post transactum constitutum cautiones venditiones aut qualemcumque obligationem de rebus patris sui fecerit, stabilis[m] permaneat[m], et debita patris vel sua persolvat. Et si ipse postea regressus fuerit, iubemus ut nec ā filiis suis recipiatur, nec res suas in potestate habeat. Quod si filii ipsius sine noticia vel iussione regis eum recolligere pre-

p) *e codd.* 7.8.10. q) non *c.* r) et *om. c.* s) qui... frater *supplenda esse putavi.* t) nos *c.* u) esse defendentem *c.* v) defendentes *c.* w) vel interf. *coniectura supplevi.* x) *deest c.* y) *deest c.* z) postea *c.*

Cap. 18. *e codd.* 1—8. a) ad neg. 5. b) peragendo 2.7.8. c) suo laborandum et *add.* 1. d) vel e. pr. *om.* 1.2; prov. *om.* 7.8. e) intra 1.2; per 5.6. f) evenerit 2.4; advenerit 5.7.8; acciderit 6. g) et 7.8. h) filium 2.7.8. i) habeat 7.8. k) ipsi res suas 5.6. l) filius *add.* 7.8. m) stabiles permaneant 7.8.

54) Roth. 163. 55) Heinr. I, 2. 56) fratricidae scilicet. 57) Cfr. supra §. 2. 58) L. 10. Cod. calumniator. (IX, 46.)

sumpserint, omnes res ipsorum et[n] patris substantia[n] ad curtem regis devolvantur[o]. Et si filios non habuerit[p] et[q] habuerit[q] fratres, ipsi res eius habeant; et si nec fratres habuerit, habeant proximi parentes; et si nec parentes proximi fuerint[r], qui[s] ei[s] legibus succedere possint, post predictos tres annos curtis regia succedat. Quod si habuerit uxorem et intra suprascriptum constitutum, hoc est tres annos, minime regressus fuerit, veniat ipsa[t] ad palatium regis qui in tempore fuerit, et qualiter ei ipse maritandi licentiam dederit[u] aut de causa ipsius ordinaverit vel[v] tractaverit[v], ita facere debeat: nam sine permisso regis non presumat maritum ducere. Et[w] si ipse[w] post tres annos inventus[x] fuerit[x], potestatem habeat rex de eo iudicare, qualiter voluerit.

Glossae: Si quis] Vacua propter usum. 7. 8. — Obiit per usum. 4. Vanum quia est abusu. 5. — *Et cuicumque filius]* Hic videtur, quod filius familias presente patre nequit se obligare nisi auctore patre, et mortuo patre ut solvat debitum. 4.7.8. — *fratres ipsi]* Hic videtur quod frater peregrinantis vel absentis per tres annos succedit illi, non soror. 4.

Petre[y], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam, et ecce cartam quam michi filius tuus fecit. — Contra legem est[z], quia nichil potuit alienare me vivente. — Tu ambulasti foras provintiam[a] propter negotium et per 3 annos distulisti mandare. — Si dixerit: „non ambulavi“, probet ipse qui habet cartulam. Si dixerit: „non[b] distuli me[b] ad mandatum“, probet qui habet cartam; et si non potuerit, iuret ipse, quod non distulit[c] ad mandandum.

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod pater tuus ambulavit intra provintiam propter negocium, et per 3 annos se distulit tibi[d] mandare, et postea eum recepisti sine iussione regis.

Expositio: Hec lex, de hoc quod dicit, ut uxor ad placitum veniat, et qualiter rex ei licentiam maritandi dederit, ita faciat, rupta est a capitulo Lotharii quod est „Nulli liceat excepta causa fornicationis“[59].

19.[a] De[b] aetate, in quantis annis debeat esse legitima aetas[b], hoc prospeximus, ut intra decem et octo annos non sit legitimus homo[c,*] ad[d] res suas alienandum[d]: excepto si pater eius debitum dimiserit, habeat potestatem una cum noticia principis terrae istius tantum de rebus suis dandi quantum ipsum debitum fuerit, ut ei maior dampnietas propter onera[e] solidorum non accrescat. Et ipse princeps qui pro tempore fuerit propter Deum et animae suae mercedem dirigat personam Deum timentem de sui[f] presentia, qui hoc ipsum sapienter consideret[g], ut ad ipsum infantulum aliqua dampnietas contra rationem aut per negligentiam[h] minime perveniat**. Et in nonodecimo anno sit homini Longobardo[i] legitima aetas, et quodcumque fecerit vel iudicaverit de rebus suis stabili ordine debeat permanere. Et hoc statuimus atque diffinimus, ut si cuicumque ante ipsos[k] decem[l] et octo[l] annos evenerit egritudo et se viderit ad mortis periculum tendere, habeat licentiam de rebus suis pro anima sua in sanctis locis causa pietatis vel in senodochio iudicare quod voluerit; et quod iudicaverit pro[m] anima sua[m], stabile debeat permanere.

* *id est non sit legittima aetas hominis Longobardi.* 7.8 *et in marg.* 4. ** *exepto causa famis et morgincap*[60] *et metae suae coniugis* per legem istius (148.) „Item de infantibus“. 7.8 *et simil. in marg.* 4.

Glossae: Hoc prospeximus] Hic est venditio infantis absque tutore secundum quosdam, solum iussu principis. 5.7.8. — *propter onera solidorum]* Nam honus solidorum crescit etiam ultra sortem, et usurae sepe in sortem rediguntur et ita usurae usurarum exiguntur[61]. 5.7.8. — *et quod iudicaverit]* scil. si moritur. 4.5.7.8.

Petre[n], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ecce carta quam tu michi fecisti, quando tu eras infra aetatem. — Si carta manifestat debitum patris et omnia sicut lex ista dicit, aut dicat falsam aut det penam de carta. Si carta non manifestat debitum, set manifestat, quod habet legittimam aetatem, aut appellator dicat falsam aut det poenam de carta. Si carta dicit sicut alia carta quam fecit homo qui habeat legittimam aetatem, et iudices possunt precidere quia infra aetatem erat, fiat taliata; si non potuerit previdere, aut appellator probet, quod infra aetatem erat, aut det penam de carta.

Petre, te appellat Martinus, quod pars monasterii sancti Apollinaris unde tu es advocatus tenet sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra propria est de monasterio sancti Apollinaris. — Quid sibi pertinet? — Ecce carta quam pater tuus qui erat infra aetatem fecit ad monasterium, dum vidit se ambulare ad periculum mortis. — Probet

n) patrisque perdant et 6. o) *sic* 1.4; desolvatur 7.8; revolvantur 2; perveniant 5.6. p) aut filias *add.* 5.6. q) *desunt* 7.8. r) inventi fuerint 1.7.8; inventi non fuerint 4. s) ei qui 7.8; ei *om.* 1.2.5.6. t) mulier *add.* 1.3. u) vel tractaverit *add.* 5.6. v) *desunt* 2.5.6. w) Et ubicumque 1; Et ipsi 2. x) inventi fuerint 1.2. y) *e codd.* 7.8.10. z) ipsa car̃ *add.* 10. a) de provintia 7.8. b) me non distulisti 7.8. c) distulisti 7.8. d) ibi ad *add.* 8.

Cap. 19. *e codd.* 1—8. a) Item de anno nono, *rec. man.* decimo, *huic capiti inscripta sunt in cod.* 4. *In codd.* 1.2 *quarti voluminis Liutprandi legum prologus legitur talis:* Ego in Dei omnipotentis nomine Liuprand excellentissimus rex Deo dilectae et catholicae gentis Longobardorum reminiscor, quoniam iam in superiore aedicti corpore adicere curavimus, licet in parvo, tamen in voluminibus tribus, id est in primo in quinto in octavo (in nono *add.* 2.) regni nostri anno, indictione XI. XV. et tertia, ea quae recta et secundum Deum tranquilla nobis comparuerunt. Nunc autem regni nostri anno Deo protegente nono die Kalendarum Martiarum indictione quarta, pertractantes omnia et recurrentes antiquioris edicti capitula, una cum nostris iudicibus et reliquis Longobardis fidelibus nostris iterantes in quarto volumine supplere et augere previdimus, quae nobis iusta Deo recta comparuerunt. b) De aetate.....aetas *om.* 5—8. c) *deest prim. man.* 7.8. d) res suas alienando 1.4. e) honera 2.5.6; honus 7.8. f) sua 2.5.6. g) considerat 1.7.8. h) neglectum 5—8. i) Langob. 1.2. k) *deest* 7.8. l) XVIIII. 2.5. m) pro an. s. *om.* 5.6. n) *e codd.* 7.8.10.

59) Loth. 95. 60) Cfr. Liutp. 118. 61) Cfr. L. 10. 28. Cod. usuris (IV, 32.)

qui appellat quod pater suus convaluit de ipsa infirmitate, et fiat carta taliata.

20. Si quis liber homo se defendendo liberum hominem* occiderit, et sic[a] probatum fuerit, quod se defendendo ipsum[b] hominem occidisset, sic eum componat sicut in anteriore edicto[62] continetur, quod gloriosus Rotharis rex facere[c] visus est[c]. Nam qui super alium ambulaverit et[d] sic[d] eum pro quacumque causa occiderit, omnem substantiam suam amittat, et habeant eam[e] heredes ipsius qui occisus fuerit in hoc ordine: ita sane, ut si minus fuerit ipsa substantia homicidae, quam anterior compositio erat, aut nisi tantum, tunc et[f] res suas perdat ipse homicida et persona eius tradatur ad propinquos[g] defuncti. Nam si amplius habuerit ipse homicida substantiam[h] quam ipsa compositio anterior erat, amittat omnes res** suas, et accipiant heredes ipsius qui occisus fuerit inantea tantum quantum compositio antiqua fuit, et quod superfuerit medietatem habeat curtis[i] regia[i] et medietatem heredes[k] defuncti; et ipse homicida animam suam liberet.

* *simpliciter stans* per kapitulum Lotharii (92.) „De homicidio". 7.8 *et in marg.* 4. ** *corporales* per intellectum kapituli Lotharii[l] „De homine"[m]. 7.8.

Glossae: et probatum fuerit] Hic videri debet quod exeptio[n] probatur[n]. 4—8. — *in hoc ordine]* Hoc est, ut sicut dividunt hereditatem sic hanc dividant, et sic sanent debitum, et sic recipiant nisi moriantur ante appellationem, quia post nichil est. Si vero partim moriuntur, pars[o] unam partem requirat[o] secundum quosdam. 4.7.8. — *persona eius tradatur]* Hic videtur, quod directa actio fit noxalis; sed in hac lege nec directa fit noxalis, nec noxalis directa. 4.7.8.

Petre[p], te appellat Martinus, quod tu ambulasti super Donatum patrem suum et occidisti illum. — De torto. — Si dixerit, quod occidisset se deffendendo, probet aut cum suis sacramentalibus iuret, quod se defendendo occidit.

Glossa: aut cum suis] kapitulum Lotharii (92.) De homicidio. 7.8.10.

Expositio: Martine, hac te appellat Iohannes, quod tu patrem suum superveniens occidisti. §. 2. Quod in hac lege scriptum est: „componatur sicut in anteriore edicto legitur, quod gloriosus Rotharis rex instituit" et quod dictum est: „heredes illius qui occisus fuerit inantea tantum accipiant quantum antiqua compositio fuit", aperte declarant, nullum a Rothare componi vetitum precepisse componere, quia nullum componi precipit[63] lex ista nisi qui antea iussus erat componi.

§. 3. Quamquam de occulto homicidio liberi nongentorum solidorum sit compositio[64], hic tamen, quia defuncti „heredes tantum inantea quantum antiqua compositio erat" iubentur accipere, simpliciter ad vidrigild solummodo referendum. — §. 4. Lex ista, in eo quod homicidam res suas perdere precipit, a Caroli capitulo quod est „De[65] armis infra patriam non portandis" et a Pipini capitulo quod est „De[66] advenis et peregrinis" et a Lodoyci capitulis[67] que sunt „Qui hominem publicam penitentiam" „Quicumque hominem ex levi causa" „Si quis aliqua necessitate" et aliis quam pluribus rumpitur: que omnia capitula Lotharii capitulum quod est „De[68] homicidio unde lex pro simplicitate" rumpit istamque legem affirmat. — §. 5. Si quis infra etatem homicidium aut aliud aliquid facinus, malum esse intelligens, fecerit, lege, qua[q] ipsi qui sunt in etate id[r] ipsum facinus operati urgentur, astrictus tenetur. Quod iudices antiqui fieri nolebant: quia, si ipsi qui infra etatem sunt ad modum illorum qui sunt in etate hac lege tenentur, iam hec lex scilicet „Si liber homo se defendendo" superiorem[69] rumperet in hoc, quod ipsa ante 18 annos hominem res suas alienare posse prohibet, quia, si ipse ad modum illius qui est in etate hac lege res suas perderet, satis eas alienaret. Sed male dicebant; quia superior lex de spontanea alienatione loquitur, hec de[s] non[s] spontanea. Quod igitur superius propositum, iuxta Codicis secundi libri capitulum asseritur quod est „In[70] criminibus quidem etatis suffragio minores non iuvantur; etenim malorum mores infirmitas animi non excusat. Sed cum delictum non ex animo sed extra venit[t], noxia[t] non committitur, etiamsi[u] poene[u] causa pecunie damnum irrogetur, et ideo minoribus in hac causa in integrum restitutionis auxilium competit". — §. 6. In eo quod lex ista hominem defendendo[v] occisum componi precipit dissidet a Codicis noni libri capitulo quod est „Is[71] qui percussorem ad se venientem telo repulerit non habetur homicida, quia defensor proprie salutis in nullo peccasse videtur". — §. 7. Iuxta hanc legem defuncti heredes tantam[w] compositionis quantam hereditatis partem percipient. — §. 8. Si quis defuncti heres de homicide rebus appellatus fuerit, usu in 30 annorum possessione homicide possessionem et[x] eorum a quibus sibi[y] devenerunt possessiones sue potest coniungere[72]. — §. 9. Quamvis „occidere" veneno non proprie dicitur, dicente Codicis capitulo: „plus[73] est veneno hominem extinguere quam occidere gladio", tamen, si quis alium de veneno peremerit, hac lege res suas omnes debet amittere, quia ita dicitur „super eum", quem veneno occiderit, „ambulavisse", quemadmodum ille qui sagitta a longe emissa alium dicitur interfecisse. — §. 10. In eo quod hec lex precipit: qui[z] super alium ambulando occidisse inculpatus fuerit et[a] iam[a] se defendendo occidisse dixerit, hoc

Cap. 20. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1.7.8. b) liberum 5.6. c) *sic* 4; facere iussit 1.7.8; instituit 2.5.6. d) si. *om.* et, 7.8. e) *deest* 5.6. f) et *om.* 2.5.6. g) propinqui 8 *et pr. m.* 7. h) substantiae 5.7.8. i) cortis regis 7.8. k) ipsius *add.* 5.7.8. l) Karoli 7. m) homicidio *corrigendum videtur (Loth. 92.).* n) debet exeptio probari 4.6. o) pars viva requirat debitum 4. p) *e codd.* 7.8.10. q) quia *c.* r) ad *c.* s) vero *c.* t) venenoxsa *c.* u) etiam sine *c.* v) defentem *c.* w) totam *c.* x) in *add. c.* y) sunt *c.* z) quia *c.* a) etiam *c.*

62) Roth. 388. 63) Cfr. expos. §. 2. ad Roth. 32. 64) Roth. 14. 65) Kar. M. 20. 66) Pipin. 10. 67) Ludov. P. 10. 12. 18. 68) Loth. 92. 69) Liutpr. 19. 70) L. 1. Cod. si adv[illegible] del. (II, 35.) 71) L. 3. Cod. ad leg. Cornel. de sic. (IX, 16.) 72) „Accessio possessionis". 73) L. 1. Cod. maleficis (IX, 18.)

quitur. 4.5.7.8. — *liberos dimiserit]* aldios vel aldias minores secundum vl. 4. scil. ut aldium. 5.7.8. — *tantum habeant mundium]* id est conditionem. 4.

11. Si servus dum in fuga est furtum fecerit et in ipsa fuga foris[a] provintiam exierit, sic exinde procedat iudicium, sicut gloriosissimus[b] Rothar[c] rex instituit[20]. Et si ipse servus intra[d] provintiam dilataverit[e], tunc dominus eius habeat spacium ad eum requirendum per[f] menses tres[g]*. Et si eum invenerit aut non invenerit, et causa furti manifestata fuerit, quod idem[h] servus furtum ipsum fecisset, tunc dominus eius componat furtum ipsum sicut lex est[21]. Et si forsitan manifestum[i] non fuerit, et dominus eiusdem servi negaverit[k], quod ipsum furtum[l] fecisset servus eius, tunc per pugnam** aut[m] per sacramentum[m] se defendat si potuerit***.

* *secundum quod dicturi sumus* per legem istius (87.) „De servis fugacibus". 7.8 *et in marg.* 4. ** *si altercatio fuerit de valente supra solidos* 6 per kapitulum Ottonis *(I, 6.)* „De furto". 7.8 *et in marg.* 4. *** *si controversia fuerit de valente* 6 *solidos aut minus.* 7.8.

Glossae: aut non invenerit] Obiit per kapitulum Karoli (26.) Nemini secundum[n] val.[n]. 4—8. — *et causa furti manifestata]* Recordatur legem Rotharis (255.) Si quis per proditorem secundum vl. 4. — *aut per sacramentum]* prout actio fuerit. 4.

Petre[o], te appellat Martinus, quod ipse habebat certam suspectionem, quod Donatus tuus servus, dum erat in fuga, tulit sibi ad furtum tanta mobilia quae valebant solidos 100. — *Ego volo emendare medietatem, quia fugit foras provintiam.* — *Probet qui appellat, quod prolonget se intra provintiam, et si non potuerit, ipse qui appellatus est iuret cum suis sacramentalibus, quod ipse fugit foras provintiam. Et si dixerit: „nescio si habet factum", vadat eum quaerere.*

Expositio: Lex ista in eo quod dicit: „sic exinde procedat iudicium sicut gloriosissimus Rotharis rex instituit", eiusdem Rotharis legem quae est „Si[20] servus dum in fuga est" affirmavit. — §. 2. In eo quod hec lex trium mensium spatium ad servum inquirendum concesserat et differentiam, ubi esset inquirendus, non posuerat, a quadam Liuprandi lege quae est „De[22] servis fugacibus" partim rumpitur, quia illic legitur, ut dominus habeat spatium servum inquirendum per mensem unum, si fuerit ista parte Alpium. — §. 3. Si minus de sex solidis fuisset, per hanc legem pugna inde erat: sed de hoc rupta est in parte et affirmata a capitulo Octonis quod est „De[23] furto aut scacho". — §. 4. Hec lex, dicens: „tunc dominus eius componat ipsum furtum sicut lex est", respexit ad legem Rotharis quae est „Si[21] servus furtum fecerit".

§. 5. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod ei Petrus servus tuus in fuga positus res mobiles solidos 6 et denarium unum valentes, velut ipse certe suspicatur, fugitive abstulit.

12. Si quis puellam ante[a] 12 annos sponsaverit aut tulerit, tunc ille qui eam tulit[b] aut sponsavit componat sicut aedictum de raptu continet[24], hoc est 900 solidos medietatem regi et medietatem eidem[c] infantulae, et ipsa revertatur in casa[d] et in pecunia[e] sua[e] et sit quieta usque ad suprascriptum tempus: postea autem eligat* sibi[f] ipsa[f] et nubat, cui voluerit**. Si autem mundoaldus eius[g] consentiens fuerit aut tradiderit eam ante suprascriptos duodecim annos, componat in[h] sacro palacio solidos 300[h] et mundium eius amittat, et sit ipsa cum rebus suis in mundio palacii. Pater autem aut[i] frater potestatem habeat, cui aut in quali etate voluerit, dandi[k] aut sponsandi[k] filiam aut sororem suam: quoniam istam licentiam ideo[l] dedimus[m], eo[n] quod[n] credimus, quod pater filiam aut frater sororem suam doloso animo aut contra rationem cuiquam homini dare non debeant***.

* *virum* 7.8 *et in marg.* 4. ** *nec tamen aliqua ante* 12 *vel aliquis coniungi possunt, masculi ante quattuordecim* per kapitulum Karoli (140.) „Illud preterea". 7.8. *** *sponsare*[o]. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si quis puellam] Hic tenens hanc si habuerit filios, erunt ut naturales, nisi post pubertatem eius eam sibi coniuncxerit, secundum quosdam. 7.8. — Hic videtur, quod impubes potest sponsare impuberem puellam secundum vl. tantummodo, set in coniugium ante non accipiat, quam in aetatem pervenerit. 4. — *medietatem eidem infant.]* Respice inantea ad legem istius *(Liutp.* 30.) Si quis rapuerit secularem feminam, ubi dicit, ut mundoaldus habeat pro fatigio suo solidos 150. 4. — *tunc comp. in sacro pal.]* Hic videtur, quod maritandi voluntas mulieri non impune denegatur a mundoaldo. 4. — *et sit ipsa cum rebus]* Hic videtur, quod mundoalda est in potestate mundoaldi cum rebus suis. 4.

Petre[p], te appellat Martinus, quod tu sponsasti Aldam suam mundoaldam ante 12 *annos, aut tulisti ad coniugium.* — *De torto.*

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu consensisti Paulo Mariam tuam mundoaldam tollere ad coniugium ante 12 *annos.*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Mariam, quae sub eius erat mundio, ante duodecim annos disponsasti aut in coniugium duxisti.

§. 2. Lex ista, in eo quod patri aut fratri filiam vel sororem ad coniugium tradere licentiam tribuit, a Caroli capitulo quod est „Illud preterea"[25] rupta est, in quo legitur: „ut ante annos pubertatis (et cetera) puerum et puellam nemo in coniugium copu-

Cap. 11. *e codd.* 1—8. a) foras 7.8. b) gloriosus 1.4. c) Rotharis 2.6—8. d) se intra 4.7.8. e) se dilat. 1.5.6. f) per *om.* 1.6—8. g) sex 2. h) ipse 5.6; eiusdem 7.8. i) manifestatum 4.5. k) vetaverit 1. l) non *add.* 2.4.5. m) aut per sacr. *om.* 6. n) *desunt* 6. o) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 12. *e codd.* 1—8. a) intra 7.8. b) tulerit 7.8. c) illi 5.6. d) casam 5—8. e) pecuniam suam 5.6; peccunias suas 7.8. f) ipsa sibi 6; ipsa *om.* 1.5. g) in hac causa *add.* 1.4. h) 300 solidos in sacro palacio 7.8. i) vel 7.8. k) ad dandum aut sponsandum 7.8. l) idcirco 1. m) concedimus 5. n) quia, *om.* eo, 1.2. o) vel sponsare 4, *sed glossator verbum* „sponsare" *loco* „dare" *dicere voluit, cui verbo signum* ⊖ *(obiit) superscriptum est* 7.8. p) *e codd.* 7.8.10.

20) Roth. 256. 21) Roth. 254. 22) Liutp. 87. 23) Otto I, 6. 24) Roth. 186. 25) Karol. M. 140.

let". — §. 3. Iudices antiqui dicebant, puerum iuxta hanc legem 900 solidos debere componere, si puellam intra 12 annos sponsaverit. Sed secundum Wilihelmum male dicebant, quia hec lex, dicens: „componat sicut edictum — subaudis Rotharis — de raptu continet", quod est „Si[26] vir mulieri", intelligere nos ammonet, virum non puerum esse, de quo puelle sponso loquitur, cum[q] edictum de raptu continens, ad quod hec lex respicit, de solo viro loquitur; et sicut inferior lex Liuprandi, que est „Adveniente vanissima"[27] e continuo de[r] adulta femina puero[r] tantum coniuncta loquitur, ita in hac lege de adulto tantum viro puellam sponsatam esse, intelligitur esse sententiam[s]. Ideoque dicitur, quod ab hac lege, puerum puellam intra 12 annos sponsare posse, non interdicitur[t] neque solidos 900 inde componere precipitur. Sed cum[u] hec lex nec alia puerum sponsare posse non prohibebat, intelligendum est, quod eam sponsandi, non tamen, dum infra etatem est, in matrimonio sociandi potestatem habet. — Contra quem dixit Bonifilius: licet concederetur, puerum puellam intra 12 annos posse sponsare, non valeret, quia iuxta legem Rotharis que est „Si quis sponsaverit puellam liberam"[28] post transactum sequens biennium sponso sponsa potest auferri et alii sponsari, si infra statim sequens biennium sponsus nuptias dilataverit exequi; exequi vero sponsus nuptias non potest, nisi utraque prius ad etatem coniugandi pervenit; ad etatem non prius pervenit, nisi sponsa 12 annos, sponsus 14 habuerint. — Wilihelmus: male dicis, quia, licet infra statim biennium nuptias non[v] exequatur, nec eam sibi in matrimonio societ, tamen iuxta predictam legem Rotharis alii sponso non potest sponsa auferri, nisi illi sponso, qui neglegentiam infra statim sequens biennium sponsam in matrimonio sibi sociandi habeat. Sed[w] sponsus, qui infra etatem, non potest habere neglegentiam sponsam in matrimonio sibi sociandi, quia ex hoc quod facere non potest, nemo dicitur neglegentiam committere. Facere autem non potest, quia iuxta Caroli capitulum quod est „Illud preterea"[29], dum infra etatem est accipiendi coniugem, id est ante annos pubertatis, prohibetur coniugem accipere. — §. 4. Litigari potest, puerum disponsare puellam inpuberem hac lege esse prohibitum, quia dici posset, quod hec lex ad edictum de raptú continens[x] pro sola compositione respexisset. Tunc ideo litigari posset, quod supra[30] diximus, quia in hoc quod hec lex patri aut fratri potestatem sponsandi filiam aut sororem suam, cui aut in quali etate voluerit, attribuit, notari potest, quod aliis hanc potestatem abstulit; que litigatio non laudatur. — §. 5. Non est putanda lex ista de servo, si inpuberem puellam disponsaverit, aliquid precepisse; quandoquidem edicti lex quam respexit, de rapta mundium facere precipiens, nichil de servo locuta est. Idcirco eundum est per legem Rotharis que est „Si servus liberam mulierem aut puellam"[31]. Litigari tamen posset, quod lex ista de servo, si inpuberem puellam disponsaverit, precipiat, quia dici posset, quod lex ista ad edicti legem de raptu continentem de sola compositione respiciat; que litigatio non laudatur. — §. 6. Quamquam lex ista dicit: „medietatem regi et medietatem eidem infantule", non est tamen intelligendum, si puella, antequam compositio detur, ad pubertatem pervenerit, ut ideo 900 solidorum actionem perdat, quia, si propter[y] pubertatis incrementum compositionem 900 solidorum perderet, similiter puer suasus, inmature etatis feminam sibi ad uxorem tollere, propter pubertatis incrementum medietatem compositionis 100 solidorum ammitteret, qui leguntur in lege istius Liuprandi, que est „Adveniente vanissima"[27], in qua dicitur: „componat solidos 100, medietatem regi et medietatem ad ipsum puerum". — §. 7. Si femina ante pubertatem, id est ante 12 annos, a mundoaldo viro tradita non appellato mundoaldo mortua fuerit, dicebant iudices antiqui[z], ipsum mundoaldum in placito nichil postea iuxta hanc legem debere componere; quia, cum hec lex predictum mundoaldum in palatio 300 solidos iubet componere, poterat ipse[a] mundoaldus mundium[a] ipsius femine ammittere: sed postquam ipsa mulier mortua fuerit, mundium ipsius perdere non poterat; nichil igitur post eius mortem debet componere. Sed male dicebant, quia duarum compositionum dato legali precepto, si una nequit fieri, non prohibetur altera. Etenim hec lex non pro mulieris vita nec pro ammissione mundii, immo pro culpa quam commisit mundoaldum in sacro palatio 300 solidos iussit conponere. — §. 8. Notandum est quoque, quod hec lex dicens: „nubat cui voluerit" id est potuerit.

13. Si quis Longobardus[a] ab alio homine, quod[b] Deus avertat, interemptus fuerit[b], et causa secundum legem[32] ad compositionem venerit, et ipse qui occisus fuerit filium masculinum non reliquerit, quamquam filias instituissemus[c,33] heredes sicut masculos in omni substantia patris et[d] matris, ipsam[e] compositionem volumus, ut accipiant propinqui parentes eiusdem, qui occisus fuerit, illi qui per caput succedere potuerunt, quia filiae eius, eo quod feminei[f] sexus[f] esse probantur, non possunt faidam ipsam levare[g]. Ideo[h] prospeximus, ut ipsam compositionem non recipiant, nisi ut diximus suprafati propinqui parentes; et si propinqui parentes non fuerint, tunc medietatem de ipsa compositione suscipiant[i] filiae ipsius[k] si una aut plures fuerint et medietatem curtis[l] regia[l].

Glossae: Si quis] Bona per kapitulum Henrici *(II, 3.)*

q) ad *add. cod.* r) *sic codicis Pal.* 772 *auctoritate, in quo haec expositio partim recepta est, emendavi:* de alta fuerit a puero *cod. noster.* s) sentiam *cod.* t) interdiceres *cod.* u) *sic cod. Pal.*, et *noster.* v) non *om. cod.* w) si *add. cod.* x) continet *c.* y) propter *om. cod.* z) ā *cod.* a) ipsum mundoaldum mundium *c.*

Cap. 13. *e codd.* 1—8. a) Langobardus 1. 2. b) interemptus f. quod Deus advertat 7. 8. c) instituimus 2. 7. 8. d) aut 1. 4—6. e) ipsam tamen 2. 6; tamen ipsam 7. 8. f) femineo sexu 1. 2. 5. g) liberare 1. h) ideoque 5; et ideo 7. 8. i) accipiant 1. 2. 4. k) eius 1. 2. 5. 6. l) cortis regis 7. 8.

26) Roth. 186. 27) Liutp. 138. 28) Roth. 178. 29) Karol. M. 140. 30) Expos. ad Roth. 195. 31) Roth. 221. 32) Roth. 388. 33) Liutp. 1.

probare debere, evidenter declarat, exceptiones oportere probari. — §. 11. In eo quod in hac lege scriptum est: „et persona eius tradatur ad propinquos defuncti", arbitrantur quidam, ut homicida ad 5 mortem tradendus sit. Sed non est intelligendum, aliquem morti legaliter esse tradendum, nisi eum de quo lex specialiter precipit. Hoc etiam quod dictum est: „et homicida ipse animam suam liberet", ita intelligendum putant, ut morti non trada- 10 tur. Sed ita intelligendum est „liberet animam suam": scilicet „liberam faciat vitam suam a servitute". — §. 12. In eo quod hec lex homicidam super widrigild nichil habentem tradi precipit, quam traditionem indeterminatam[b] esse credendum est, 15 opinantur quidam, hanc legem esse ruptam et affirmatam a sequenti lege que est „Si[74] homo liber qui est pauper aut naufragus", quia scriptum est, si compositio 20 solidorum aut plurium, ut reus carens compositione tradatur sine termino, si vero 20 minus 20 solidorum fuerit compositio, ad terminum tradatur. Sed non est putandum, ruptam esse neque affirmatam ab ea: quia sequens lex de nulla compositione nisi determinata legaliter loquitur; in hac vero, quandoquidem homicida omnes res 25 suas iubetur amittere, compositio[c] non est determinata[c]. — §. 13. Si quis, liberum superveniendo occidisse appellatus, non homicidium[d] sed[d] superventum negaverit, quomodo?[75] confiteri cogendus est, quia, nisi confiteri cogeretur, nec probatio que 30 in hac lege scripta est, nec sacramentum, quod in Lotharii capitulo „De[76] homicidio" legitur, contingeret. — §. 14. Eo quod hec lex homicidam minus habentem quam antiqua sit compositio aut nisi tantum ad propinquos defuncti tradi iubet in servi- 35 tium, utile est nobis hic quidem notare consilium: mater scilicet vel pater, si[e] filium nichil habentem qui homicidium commiserit a propinquorum defuncti servitio liberare voluerit, ante appellationem tradat filio tantum quantum antiqua compositio et 40 insuper saltim quod plus valeat obolo. — §. 15. In eo quod hec lex homicidam omnes res suas iubet perdere, litigari posset, quod homicida beneficium suum et[f] que[f] pro libellario nomine tenet iuxta hanc legem debeat perdere. Sed iuxta Lotharii 45 capitulum quod est „De[76] homicidio" plane videri potest, quod nonnisi proprium debet ammittere.

21. Si servus cum voluntate domini sui hominem liberum occiderit* et[a] probatum fuerit, tunc[b] ipse dominus eius omnes res suas amittat in eo or- 50 dine sicut supra adnexum est. Et si dominus eius negaverit, quod per ipsius[c] consilium factum non fuisset, purificet se ad legem Dei et componat ipsum mortuum sicut antea fuit[d] consuetudo[d], et insuper ipsum[e] servum tradat[e] in manus[f] de[g] parentibus[g] 55 defuncti**.

* *temere*, nam, si facit se defendendo, sit ut legitur in Rothare[77]. 7.8 *et in marg.* 4. ** *Similiter fit de servo multorum dominorum; si vero alter voluerit, alter noluerit, utrique sua poena feriantur*[h]. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si servus] Obiit per kapitulum secundi Heinrici (2.) Decet. 4—8. — *cum voluntate]* id est cum consilio. 4.7.8.

Petre[i], *te appellat Martinus, quod Donatus tuus servus occisit Paulum suum patrem per tuam voluntatem et consilium.*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod Petrus servus tuus tuo iussu interfecit Dominicum patrem eius.

§. 2. Lex ista, in eo quod dicit: „et insuper ipsum servum tradat in manus de[k] parentibus defuncti", Rotharis legem que est „Si[78] servus vel ancilla" partim rumpit, in qua servus infra compositionem tradi precipitur. Ab hac etiam Rotharis lex que est „Si[79] quis homicidium in absconso" partim rumpitur, in hoc quod ibi legitur, ut, si servus hominem liberum in absconso occiderit, 900 solidos dominus pro eo componat. Ab hac quoque rumpitur Grimoaldi lex que est „Si[80] servus talem culpam fecerit": sed qualiter rumpatur, retro[81] dictum est. — §. 3. Quod in hac lege scriptum est: „dominus eius ammittat res suas in eo ordine sicut supra annexum est", aperte declarat, legem istam non[l] de alio homicidio nisi de eo quod servus superveniens in liberum fecerit esse locutam. — §. 4. Si servus duorum vel plurium dominorum iussu superveniens liberum hominem occiderit, quamquam lex ista, dicens: „cum voluntate domini sui", singulariter sit locuta, singuli tamen domini res suas amittere debent; quia pluribus in locis plurale pro singulari et singulare pro plurali scriptum inveniatur. Si vero absque dominorum iussu superveniens liberum hominem occiderit, singuli dominorum iuxta portionem servi widrigild componant servum tradentes; si vero non iubentibus ceteris unius iussu servus superveniens liberum hominem occiderit, ille qui iussit res suas omnes amittat, praeter iussoris partem widrigild dantibus ceteris. — §. 5. Quod in hac lege habetur: „componat ipsum mortuum sicut antea fuit consuetudo", ad widrigild referendum est simpliciter. — §. 6. Notandum est, quod „voluntas" in hac pro consilio ponitur, id est iussu; quod videri potest in hoc quod inferius dicit: „et si dominus eius negaverit quod per ipsius consilium factum non fuisset". — §. 7. Si quis habens inimicum servo suo dixerit: „ille taliter michi est inimicus; vide, ne eum assalias, sed, si te assalierit et te defendendo eum occidere poteris, ne evadat", et si ita contigerit, dicebant antiqui[m], dominum servi iuxta hanc legem omnes res suas debere ammittere, ideo scilicet, quia servus consilio domini homicidium perpetraverat. Sed errabant[n], quia hec lex non in alio casu

b) inter minatas *c.* c) compositionis determinatio *c.* d) homicid et *c.*, *spatio scilicet vacuo relicto.* e) si *om. c.* f) atque *c.*

Cap. 21. *e codd.* 1—8. a) sic *add.* 2. b) *deest* 8 *et pr. m.* 7. c) ipsum 7.8. d) constituimus 6. e) ipse 60 servus tradatur 1.4; ipsum *om.* 7.8. f) manibus 2.5.6. g) parentum 2.4; parentis 5.6. h) secundum a. *add.* 4. i) *e codd.* 7.8.10. k) de par. *om. c.* l) non *om. c.* m) *ita glossa cod. Palat.* 772; *A. cod. noster.* n) erraverat *c.*; exorbitabant *cod. Pal.* 772.

74) Liutp. 151. 75) quomodo illum occiderit. 76) Loth. 92. 77) Roth. 388. 78) Roth. 142. 79) Roth. 14. 80) Grim. 3. 81) Expos. §. 10 ad Grim. 3.

dominum suam substantiam perdere precipit, nisi quando servus super alium ambulando homicidium fecit, ut superius[82] determinavimus. Et nulla res esset, quod dominus, homicidio a servo se defendendo facto, substantiam suam ammitteret, cum etiam, si ipse dominus predictum homicidium fecisset, nichil preter widrigild componeret.

22. Si qua[a] mulier res suas consentiente viro suo aut communiter venumdare voluerit, ipse qui emere vult vel illi qui vendunt faciant noticiam ad[b] duos vel tres parentes[b] ipsius mulieris, qui propinquiores sunt*. Et si in presentia de[c] ipsis parentibus suis[c] mulier illa violentias[d] aliquas[d] se dixerit pati, non sit stabile quod vendiderit. Nam si in presentia ipsorum[e] parentum suorum vel iudicis*[1] qui in loco fuerit violentiam se pati non reclamaverit, nisi voluntate[f] sua[f] ipsas res se dixerit venundare, tunc ab illo[g] die omni tempore quod vendiderit stabile debeat permanere: ita tamen, ut ipsi parentes qui interfuerint aut iudex in cartula ipsa manum ponant. Et si contigerit casus, ut ille maritus moriatur, et ad alium[h] ambulaverit, stabilis permaneat ipsa vendicio. Scriba autem qui cartulam ipsam scripserit non aliter presumat scribere nisi cum noticia parentum vel[i] iudicis*[1] sicut supra dictum[k] est[k]: et si aliter fecerit, sit ipsa venditio vacua*[2], et prefatus scriba sit culpabilis*[3] sicut qui cartulam falsam scribit*[4].

* *et qui sint saltem in etate* 14 *annorum* per intellectum[l]. 7.8 *et sim. in marg.* 4.5. *[1] *aut missi* per kapitulum Karoli (43.) „Ut quando"[m]. 7.8 *et in marg.* 4.
*[2] *in eo quod pertinet ad mulierem*[n]. 7.8 *et in marg.* 4.
*[3] *widrigild suum* secundum quosdam per legem istius *(Liutp.* 90.*)* „De scribis". 7.8 *et similiter in marg.* 4.
*[4] *Excepto*[83] *si aliquid inter conlibertos convenerit.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossa: res suas] De paraphernis loquitur. 4.5.7.8. — *consenciente viro]* scilicet qui mundoaldus est secundum vl., qui mundoaldus non est secundum a. 4.

Petre[o], *te appellat Martinus cum Donato suo mundoaldo, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam quam tu michi fecisti, et ecce carta. — Si carta manifestat, quod fuisset Longobarda, neque manifestat maritum consensisset neque mundoaldum, fiat taliata. Si carta manifestat maritum, neque manifestat parentes propinquiores aut comitem, fiat vacua. Si carta manifestat propinquiores parentes, et femina*[p] *vult dicere, quod propinquiores habuisset, aut probet, aut emendet poenam de*[q] *carta*[q]. — *Si carta dicit, quod ipsa fuisset Romana, aut probet quod fuisset Longobarda, aut emendet penam de carta ipsa venditionis.*

Expositio: Rotharis lex que est „Nulli mulieri libere"[84] a lege ista rumpitur, quia, licet sub mariti mundio non sit, mulier tamen iuxta hanc legem vendere, iuxta Pipini capitulum donare, quod est „Placuit[85] nobis ut sicut quecumque femina", iuxta vero Widonis capitulum commutare, liberare, quod est „Concedimus[86] etiam, ut sicut mulieres", interrogata tantum[r] a[r] propinquioribus parentibus seu comite, potest. — §. 2. Et quod in hac lege scriptum est „res suas", intelligendum est de illis rebus solummodo, quas mulier ex parte sua habeat; quod autem in hac lege „communiter" scriptum est, propter res communes: sed[s] ideo dictum est, ut vir de rebus mulieris cum ipsa muliere cartam faciat, se in predicta carta obligando; quod melius est. — §. 3. Quod lex ista propinquiores parentes ad interrogandum mulieres accedere precipit, de illis est intelligendum, qui ad cognoscendam mulieris violentiam apti sunt. — §. 4. Si qua mulier de viro filios habuerit et[t] eius[t] consensu aliquid venundat, quandoquidem a patris voluntate non secederent, ad matrem interrogandam non sint ammittendi[u] antiquis dicentibus cartulis[v]: „una cum notitia de filiis meis[w] quos[w] ego de anteriore viro habere visa sum". — §. 5. Si vero cum marito res communes, non interrogata a parentibus, vendiderit, partis sue venditio evacuetur, mariti stabili permanente, ipsaque[x] mulier pro ruptura cartule[y] obligationis[y] nichil est cogenda[z] persolvere, quod patet in Codicis primi libri capitulo quod est „Non est[87] dubium" in quo legitur[a]: „nullum enim pactum[b], nullam conventionem[c], nullum contractum inter eos volumus videri subsecutum qui contrahunt[d], lege contrahere prohibente". — §. 6. Quod lex ista in tantum sicut false cartule scribam culpabilem esse precipit, Rotharis legem que est „Si quis[88] cartam falsam scripserit" affirmavit; unde a sequenti Liuprandi lege que est „De[89] scribis hoc prospeximus" rumpitur, in qua notarius, si contra legem scripserit, widrigild iubetur componere.

23. Si quis servum[a] aut ancillam suam[b] in ecclesia circa altare amodo liberum vel liberam dimiserit, sic ei maneat libertas, sicut illi qui fulfreal in quarta[c] manu[c] traditus et amund[d] factus est[90]. Nam qui aldionem[e] facere voluerit, non eum ducat in ecclesia, nisi[f] alio modo faciat qualiter voluerit, sive per cartulam sive qualiter ei placuerit.

Glossa: aldionem] id est qui censum capitis dat. 4.

Cap. 22. *e codd.* 1—8. a) qua *om.* 4. b) duobus vel tribus parentibus 5.6. c) ipsorum parentum suorum 5; ipsorum parentum 2; ipsorum 6. d) violentia aliqua 1; violentiam aliquam 2.5.6. e) *deest* 1. f) voluntarie 1. g) illa 7.8. h) maritum *add.* 1.5.6. i) aut 2.7.8. k) scriptum est 4; constitutum 7.8. l) exceptis filiis de eo viro secundum vl. *add.* 4. m) sed non est in usu de misso *add.* 4. n) in aliud sit bona secundum vl. *add.* 4. o) *e codd.* 7.8.10. p) romana 7.8. q) *desunt* 7.8. r) tamen quod *cod.* s) *fortasse* vel *corrigendum est.* t) aut cuius *cod.* u) ammittenda *cod.* v) carolis *cod.*, *quod verbum sensu omnino caret; correxi* cartulis: *glossator enim hic sententiam suam diplomatum quorundam dicendi ratione et argumento, quod dicunt, e contrario adhibito defendere videtur.* w) iniquos *cod.* x) ipseque *cod.* y) cartula obligationem *cod.* z) cogendus *cod.* a) vel *cod.* b) peractum *cod.* c) coniunctionem *cod.* d) contra habent *cod.*

Cap. 23. *e codd.* 1—8. a) suum *add.* 1.4. b) *deest* 1.4. c) quartas manus 7.8. d) amont 6; amon 7.8. e) aldium 5.6; aldio 7.8. f) in *addunt* 2.4.

82) Expos. §. 3 ad hanc legem. 83) Liutp. 8. 84) Roth. 204. 85) Pipin. 34. 86) Wido 8. 87) L. 5. C. legibus et constit. (I,14.) 88) Roth. 243. 89) Liutp. 90. 90) Roth. 224.

24. Si mulier libera[a] servum tulerit, et parentes eius intra anni spacium in eam vindictam dare neglexerint, sicut in anteriore edicto[91] continetur, tunc, quandocumque post ipsum[b] anni spacium[b] inventa fuerit, sit ancilla[c] palatii, et ipse servus[d] ad publicum replicetur, et[e] filii qui ex eis nati fuerint curti regiae omnino deserviant[e,*]. Nam si parentes ipsius mulieris vel dominus servi compleverint intra[f] suprascriptum[g,*] anni[h] spacium, quod anterius[i] edictum[i] continet, sic permaneat.

* *illi cuius servus est* per kapitulum Lotharii (75.) „Ut si cuiuscumque servus". 7.8 *et simil. in marg.* 4.

Maria[k] *cum Petro tuo tutore, appellat te Martinus, quod tu es sua ancilla, et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Tu quid dicis? — Libera sum nascendo, et tibi quid pertinet ad requirendum? — Tu coniunxisti Marcoardo meo servo. — Tamen non debeo propter hoc esse ancilla, quia non feci me sciente, et mei parentes non habuerunt neglegentiam in me dare vindictam, aut non transivit adhuc anni spacium. — Si dixerit appellator: „fecit", approbet. Si autem non potuerit probare, rea idoneet se cum suis sacramentalibus.*

Expositio: Sicut lex ista servum vel feminam parti publicae transacto anno attribuit, sic domini potestati eos tradit capitulum Lotharii quod est „Si[92] cuiuscumque servus". — §. 2. Lex Rotharis que est „Si[91] servus liberam mulierem" ab hac lege partim rumpitur; sed qualiter rumpatur et salvetur, retro[93] determinatum est. — §. 3. Si servus et femina intra annum in parentum potestate in placito[94] coniuncti[l] ad dandam vindictam traditi fuerint, ipsique parentes infra coniunctionis annum vindictam dare neglexerint, iuxta hanc legem transacto anno parti publice sunt deventuri, quia in Lotharii capitulo non alie persone nisi ad vindictam non tradite domini potestati leguntur venture[m]. Si quis vero dixerit, personas ad vindictam non esse traditas, si vindicta defuit, et ideo non parti publice nisi domini potestati eas[n] esse venturas, procul erit a veritatis sententia, quia in Lotharii capitulo quod est „Si[95] adulter cum adultera" adulteros ad vindictam traditos esse legimus, quamquam vindicta in Longobardorum lege scripta, scilicet mortis sententia, in eos non exercetur. Sed secundum Ugonem illud non valet exemplum, quia, licet adulter et adultera mortis sententiam non incurrissent, tamen vindicta in eis est tradita, cum venditi fuissent pro servis; et ita non parti publice, sed secundum eum iuxta capitulare servi domini potestati utraque deveniat.

25. Si quis causam habuerit et sculdai suo causam suam dixerit, et ipse sculdais ei iusticiam intra quattuor dies facere neglexerit, si ambo causatores de sub uno[a] sculdai[a] sunt, tunc componat[b] ei[c] qui causam suam reclamavit ipse sculdais[c] solidos 6 et iudici suo similiter[d] solidos 6. Et si forsitan ille super quem reclamavit infirmus est aut pro utilitate sua in alia civitate esse dignoscitur[e], expectet eum dum revertatur[f] aut de[g] infirmitate sua convalescat[h]: et[i] cum[k] regressus fuerit aut de infirmitate[l] convaluerit[i], si intra statutos quattuor dies minime eum ad iustitiam faciendum distrinxerit[m], componat ipse sculdais sicut iam dictum est cuius[n] causa est solidos 6 et iudici suo solidos 6. Si vero talis causa fuerit, quod ipse sculdais deliberare minime possit, dirigat ambas partes ad iudicem suum: et si iudex eius causam[o] ipsam[o] dilataverit, et[p] intra sex dies inter eos per legem non iudicaverit[p], componat illi qui reclamavit solidos 12. Et si nec iudex ipse deliberare potuerit, dirigat intra 12 dies ambas partes in presentia regis; nam si aliter fecerit ipse iudex, et intra 12 dies ut dictum est iusticiam suam[q] non invenerit qui proclamavit, tunc componat ei ipse iudex solidos 12 et regi[r] sit[s] culpabilis[s] solidos 20*.

* *Ita quidem, si ille iudex non adtenderit ad gasindium vel ad parentes vel ad amicum suum* per legem Rachis (6.) „Cognovimus". 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si quis] Vacua per kapitulum Pipini (27.) De diversis generibus secundum quosdam. 4.5.7.8. — *de sub uno sculdai]* id est gastaldio vel loci posito. 4.

Petre[t] *sculdais, te appellat Martinus, quod ipse dixit tibi unam suam causam, quam habebat cum Donato, et tu misisti neglegentiam de facere sibi iusticiam intra quattuor dies.*

Petre comes[u], *te appellat Martinus, quod ipse dixit*[v] *unam suam causam intentionem ad Marcoardum tuum sculdascium, et non potuit diffinire et tramisit eum ad te, et tu non fecisti sibi iusticiam infra 6 dies.*

Expositio[v*]: Martine sculdasci, hoc te appellat Iohannes, quod tu ei de Andrea, lamentato quod ei plagam intra capsum fecisset, per quattuor dies iustitiam facere neglexisti, aut tu ei iustitiam facere nequiens per 6 dies comiti eum dirigere neglexisti.

§. 2. In eo, quod lex comitem 20 solidos esse culpabilem precipit, Rotharis legem quae est „Si[96] quis molendinum alterius" affirmat tantumque ei addit, quod comes proclamanti 12 solidos componere iubet. — §. 3. Lex Rotharis quae est „Si[97]

Cap. 24. *e codd.* 1—8. a) aut puella *add.* 7.8 *et sec. man.* 4. b) transactum annum 2.5.6; transacti anni spacium 7.8. c) ancillam 8 *et pr. man.* 7. d) similiter *add.* 2.5—8. e) et filii.....deserviant *om. pr. man.* 7 *et* 8. f) istum *add.* 1; istud *add.* 6; predictum *add.* 5. g) constitutum 5—8; quod est *add.* 5.6. h) *deest* 1. i) anterior edictus 2.4. k) *e codd.* 7.8.10. l) coniunctis *cod.* m) ūntē *cod.* n) non *cod.*

Cap. 25. *e codd.* 1—8. a) ipso sculdasio 4; una iuditiaria 5. b) iudiditiaria *add.* 5. c) ei qui.... ipse sculd. *om.* 5.6. d) *deest* 5—8. e) noscitur 5.6. f) revertitur 1.7.8. g) ipsa *add.* 7.8. h) convaluerit 1.6—8. i) et cum.....convaluerit *om.* 6 *et prim. man.* 7. k) dum 1.4. l) sua *add.* 5.7.8. m) distrixerit 7.8. n) ei cuius 1.2.7.8. o) ipsam causam 7.8. p) et intra.....iudicaverit *om.* 1. q) suam *om.* 4. r) ad regem 7.8. s) *desunt* 5. t) *e codd.* 7.8.10. u) *deest* 7.8. v) tibi *add.* 7. v*) *haec expos. Liutp. legi* 28*ae in codice subnexa est.*

91) Roth. 221. 92) Loth. 75. 93) Expos. §. 1—3 ad Roth. 221. 94) In iudicio feminam servo coniunctam eius parentibus ad exercendam vindictam fuisse traditam, apparet e glossis ad Lombardam scriptis: in cod. enim Pal. 772 ad hanc Liutprandi legem adnotatur: „ut adeant parentes competentem iudicem et tradatur ipsa parentibus"; in cod. Vat. 3845 ad Loth. cap. 72: „Et si a iudice parentibus traditi fuerint". 95) Loth. 89. 96) Roth. 150. 97) Roth. 251.

liber homo qui debitor est", sculdaem iustitiam facere dilatantem solidos 12 soli regi componere iubens, ab hac lege rumpitur, in qua sculdais iustitiam infra quattuor dies facere negligens non soli regi solidos 12, immo medietatem iustitiam reclamanti aliamque medietatem regi iubetur componere. — §. 4. Lex ista et due subscripte leges a Pipini roborantur capitulo quod est „De[1] universali quidem populo", in quo comes sculdascius gastaldius locopositus iustitiam facere negligens „sicut lex ipsorum est" iubetur componere; per quod notari potest, „sculdascium" etiam pro gastaldione et locoposito [istam[w] legem posuisse; nam si ista lex sculdascium non pro gastaldione et locoposito[w]] posuisset, predictum Pipini capitulum non diceret hanc „legem ipsorum" esse. — §. 5. Haec et sequens lex quae est „Si[2] homines de sub uno" a Rachis lege que est „Cognovimus[3] enim" partim rumpitur, in qua comes, si gasindio aut parenti seu premio intenderit, widrigild componere et honore carere precipitur: sed non rumpitur, quia non est intelligendum, comitem in hac lege gasindio aut parenti seu premio intendere. — §. 6. Si quis alium in loco ubi respondere non debet appellaverit, causa casurus est, et quicumque non ubi debet sed ubi non debet respondere voluerit pro confesso in iure habeatur, quod evidenter patet in Codicis tertii[x] libri capitulo: „In[4] criminali negotio rei forum accusator sequatur. Is vero qui causam suam sive criminalem[y] sive[y] civilem sine celesti oraculo in[z] vetito[z] vocavit examine aut executionem poposcerat militarem, actor quidem prepositi negocii actione mulctetur, reus pro condemnato habeatur; et tribuni sive vicarii capitalem sibi animadversionem subeundam esse cognoscant, si vel suam vel militum executionem interdictam prebuerint".

26. Si homines de sub uno[a] iudice[a], de duobus tamen sculdaibus[b], causam habuerint, ille qui pulsat vadat cum misso aut[c] epistola de suo sculdai ad illum alium[d], sub[e] quo ipse est cum quo causam habet. Et si ei[f] intra quattuor dies minime iusticiam fecerit, componat ipse[g] sculdais qui distringere neglexerit ei qui reclamavit solidos 6 et iudici suo[h] solidos 6. Et[i] si talis causa fuerit quam deliberare non possit, dirigat eos intra sex dies ad iudicem suum secundum anterius capitulum. Nam si, qualiter[k] in superiore capitulo constitutum est, sive sculdais sive iudex non in omnibus compleverit, componat qualiter supra adfixum est illi qui causam suam reclamavit solidos 6 et iudici suo[h] solidos 6[i], et iudex componat illi cuius causa est[l] solidos 12 et regi solidos 20*.

* *nisi iudex fecerit ut supra*[5] *diximus.* 7.8 *et simil. in marg.* 4.5.

Sculdasci[m] *Petre, te appellat Martinus, quod ipse venit cum misso aut epistola de suo sculdascio ad te, quod tu faceres sibi iusticiam de Donato qui est in tua sculdascia, et tu non fecisti sibi iusticiam infra quattuor dies.*

Expositio: Martine sculdasci, hoc te appellat Iohannes, quod tu ei cum legato et epistola sculdasii ad te venienti, ut de Petro tue sculdasie sibi iustitiam faceres, per quattuor dies facere neglexisti.

27. Si quis in alia civitate causam habuerit*, similiter vadat cum[a] epistola de iudice suo ad iudicem qui in loco est: et si ipse iudex ei iusticiam intra octo[b] dies minime[c] fecerit[c] distringendo[d, e] aut non compleverit[e], componat illi qui causam[f] suam[f] reclamavit solidos 20 et regi alios[g] 20. Et si talis causa fuerit quam deliberare minime possit, ponat constitutum et distringat hominem illum de sub sua iudiciaria intra 12[h] dies[h] in[i] presentia regis venire[k]. Nam si aliter fecerit et distringere neglexerit, componat sicut supra dictum est solidos 40, medietatem regi et medietatem ei[l] qui causam suam reclamavit.

* *non cum eo qui ibi conversans est* per kapitulum Lodoici (1.),, Si quis in aliena". 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[m] *comes, te appellat Martinus*[n], *quod ipse venit cum misso aut epistola de suo comite ad te, quod faceres sibi iusticiam de Donato qui habitat infra tuum comitatum, et tu non fecisti sibi iusticiam infra* 8 *dies.*

Expositio: Non est intelligendum, hanc legem a Rachis[3] ista lege esse ruptam, in qua comes non de alieno sed de suo arimanno neglegentie arguitur.

28. Si quis causam[a] habuerit, et sculdais aut iudex ei secundum edicti tenorem et per legem iudicaverit, et ipse stare in eodem iudicio minime voluerit, componat illi[b] qui iudicavit solidos 20[b]. Nam de ea[c] causa[c] quae per arbitrium iudicata[d] fuerit[d] et ipse sibi non crediderit legem iudicasse et ad regem reclamaverit, non sit culpabilis*. Et si iudex contra legem iudicaverit, componat solidos 40, medietatem regi et medietatem cuius causa fuerit. Et si forsitan iudex causam per arbitrium iudicaverit et iudicium eius rectum non comparuerit[e], non sit culpabilis, nisi** prebeat sacramentum regi, quod non iniquo animo aut corruptus a[f] premio causam ipsam[g] iudicasset, nisi sic[h] ei legem[i, ***] comparuisset[k], et sit absolutus; nam si iurare non presumpserit, componat ut supra dictum est.

w) istam.....locoposito *e coniectura supplevi.* x) *deest c.* y) eum, *om.* sive, *c.* z) invento *c.*

Cap. 26. *e codd.* 1—8. a) una iudiciaria 5.6. b) sculdasiis 5; sculdaiciis 2. c) cum *add.* 4.7.8. d) sculdain *add.* 2.6; sculdassium *add.* 5. e) de sub 1.2. f) *deest* 5.6. g) ille 5; *deest* 7.8. h) similiter *add.* 5.6. i) Et si talis.....et iud. suo sol. VI *om.* 1. k) qualis causa 7.8. l) est *om.* 7.8. m) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 27. *e codd.* 1—8. a) misso aut *add.* 1. b) IIII. 8 *et prim. man.* 7. c) distulerit 2. d) distringendi 1; ad distringendum 6. e) aut ad distringendum non compl. 5; *desunt* 2. f) *desunt* 1.2.4. g) solidos 7.8. h) spatium XII dierum 6. XX dies 1.5. i) ut in 7.8. k) *deest* 5.6; faciat venire 7.8. l) ei *om.* 6—8. m) *e codd.* 7.8.10. n) *deest* 7.8.

Cap. 28. *e codd.* 1—8. a) suam *add.* 2.7. b) solidos XX illi qui iudicavit 7.8. c) his causis 5.6. d) iudicatae fuerint 5.6. e) conpervenerit 7.8. f) a *om.* 5—8. g) *deest* 4—8. h) sicut 7.8; *deest* 2.5. i) cum lege 7.8. k) esse 4.

1) Pipin. 7. 2) Liutp. 26. 3) Rach. 6. 4) L. 5. C. iurisdict. omn. (III, 13.) 5) Liutp. 25.

Et[l] hoc statuimus atque diffinimus[m], ut si[n] de suprascriptis capitulis, quae modo adfiximus[o], qualescumque causae antea[p] emerserunt[q] aut factae sunt, in eo ordine finiantur et maneant, sicut anterior[r] fuit consuetudo[r] vel qualiter in antiquo edicti corpore continetur. Quae[s] vero amodo[s], id est a[t] die isto[u] Kalendarum Marciarum indictione quarta[v], evenerint vel fieri contigerit, sic[w] terminentur et finem accipiant sicut in presenti pagina nunc statuere visi[x] sumus[x]. Excepto[y] de muliere libera[z] quae servum[a] tulit et secundum anterius aedictum condempnata[b] non est: ubicumque[c] inventa fuerit, sit ancilla palacii et filii eius[d] servi regis.

* *In custodia recludatur, donec unum de duobus faciat*[e], *aut consentiat aut blasphemet iudicium* secundum[f] quosdam; set secundum vl. non: quia hic de potestatibus legem scientibus loquitur, illic in „De reclamatoribus“ capitulo *(Loth.* 66.*)* loquitur de scabinis id est iudicibus. 7.8 *et in marg.* 4.
** *Si vero negaverit,* 7.8. *** *et*[6] *scriptura.* 7.8.

Glossae: sculdais] id est gastaldius vel loci positus. 4. — *iudex]* id est comes. 4.5.8. — *per legem iudic.]* nam potestates leges sciebant, ut legitur in Codice[7]. 4.5.7.8. — *componat solidos* 20*]* Obiit per kapitulum Lotharii (66.) De reclamatoribus secundum quosdam, secundum[g] vl. non. 4.5.7.8. per kapitulum eiusdem *(Loth.*98.*)* De iudicio. 4.5.7.8. — *Et hoc statuimus]* Vacat hic. 7.8. Vacat omnino. 4.

29. (30.[7*])[a] De his feminis quae velamen sanctae religionis in se suscipiunt aut quae a parentibus suis Deo voventur aut ipsae[b] eligunt religionis habitum aut[c] vestem monachicam induere videntur, quamquam a sacerdote consecratae non sint, sic nobis iustum paruit[d] esse pro Dei amore, ut in ipso habitu in omnibus perseverent, nec sit excusatio malis hominibus dicendo, quod consecratae[e] non sint[f], ideo[g], si copulantur, culpam non habeant: sed, ut supra premisimus, quae[h] tale signum super[i] se habent[i], id est velamen et vestem sanctae Dei genitricis Mariae quocumque ingenio in se suscipiunt, ut[k] postea ad secularem vitam vel habitum transire nullatenus presumant. Quia considerare debet omnis christianus, quod, si quiscumque secularis[l] parentem nostram secularem disponsat, cum solo annulo eam subarrat[m] et suam facit, et si postea alteram[n] uxorem ducit, culpabilis invenitur solidos quingentos[o]; quanto magis debet causa Dei et sanctae Mariae amplior[p] esse, ut, quae ipsum velamen vel habitum in se suscipiunt, in eodem debeant perseverare! Si qua vero femina* contra hoc quod nostra instituit excellentia[q] egerit aut marito se copulaverit*[1], perdat omnem substantiam suam, et deveniat ipsa substantia ad potestatem palatii. De persona autem eiusdem feminae quae tale malum commiserit[r.]*[2] iudicet rex qui pro tempore fuerit, qualiter illi placuerit, aut in monasterio mittendo aut qualiter secundum Deum melius previderit; simili modo et de victu[s] vel[t] vestimento eius ipse princeps ordinet, qualiter ei placuerit. Si autem ille in cuius mundio talis femina est consentiens fuerit in suprascripto[u] malo et probatum fuerit, componat widrigild suum, et ille qui eam tollere presumpserit*[3] componat in palatio solidos 600. Si autem mundoaldus[v] in ipso malo consentiens non fuerit, medietatem de ipsis 600 solidis accipiat ipse et medietatem rex. Qui autem talem feminam rapuerit*[4], componat solidos mille, ut precedat causa Dei solidis 100, quoniam[w] de raptu secularis feminae compositio 900 solidorum in edicto legitur[8]: ipsa vero, quae non conservaverit ea quae supra leguntur[x] et malo suprascripto[y] consenserit, penae suprascriptae subiaceat.

* *velata*[z] *aut Deo devota a parentibus, aut quae ipsa habitum et vestem monachicam susceperit, ad secularem vitam vel habitum transierit aut marito se copulaverit, quamquam a sacerdote consecratae non sint, si tamen....* 7.8. *[1] *iubemus ut....* 7.8. *[2] *si*[a] *mecha fuerit, sit in potestate sui episcopi* per kapitulum Lotharii (6.) „De sanctimonialibus“, *de aliis vero sit secundum legem Romanam.* 7.8. *[3] *iudicetur secundum legem Romanam*[b] *ut*[c] *decet*[c]. 7.8 *et in marg.* 4.
*[4] *feriatur Romana lege*[b]. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: De his feminis] Obiit per kapitulum Lodoici (53.) Ut omnis ordo. 4—8. Obiit per usum secundum vl. 4. — *Si qua vero femina]* Bona. 7.8. — *Si autem ille]* Obiit, nam caret mundio[d]. 4.7.8.

Maria[e] *cum Donato tuo tutore, te appellat Petrus, qui est advocatus de parte publica, quod tu duxisti maritum, postquam tu fuisti mutata de veste religiosa.*

l) *epilogum sequentem omittunt codd.* 2.6; *in cod. autem* 6 *subscribitur:* Explicit de annis VIIII. *Cfr. glossae.* m) censuimus 7.8. n) si *om.* 7.8. o) adiunximus 5.7.8. p) antea se 1; se antea 7.8. q) merserunt 7.8. r) anterius f. constitutum 7.8. s) et amodo vero 4. t) a *om.* 7.8. u) *deest* 5. v) tercia 7.8. w) sit 7.8. x) iussimus 4.5.7. y) Excepto *rell. om.* 4. z) illa 7.8. a) maritum *add.* 5. b) condempnatum 7.8. c) nam ubic. 1; ubic. enim 7.8. d) sint *add.* 7.8. e) fiat 7.8. f) secundum *rell. om.* 7.8. g) secundum vl. non *om.* 5.7.8.

Cap. 29. *e codd.* 1—8. a) Incipit de annis X dies Kalendarum Marciarum indic. V. *inscriptio in cod.* 2. Incipit de anno decimo *in cod.* 3. Item de anno undecimo *in cod.* 4; *in codice autem* 1 *capitulis quae sequuntur praemittitur hic prologus:* Quoniam quidem superius in hoc edicto corpore ea quae a nobis et nostris iudicibus, vel ceteris Langobardis fidelibus nostris congrua paruerunt, in quatuor voluminibus adiungere curavimus, et nunc, si aliquid pro gentis nostrae salvatione adhuc addicere, credidimus pro his Dei misericordiam adipisci, et de tribulatione aeterna ab ipso domino Iesu Christo nihilominus promerere, ego in Dei nomine omnipotentis quidem Liuprand gentis Langobardorum rex in quinto volumine augere curavimus. Id est capitulum primum. b) sibi *add.* 1.2. c) et 5—8. d) conparuit 5; comparuerit 7.8; apparuit 6. e) sacratae 7.8. f) sunt 4.7.8. g) et ideo 7.8. h) quod 1.7; qui 8. i) super se hab. *om.* 2. k) et 2.4. l) homo 2; homo *add.* 1; *deest* 5.6. m) subarat 7.8. n) alter eam 4. o) *sic* 4. D. *rell.; cfr. autem edit. Bluhmii.* p) amplius 2.7.8. q) excellentiam 7.8. r) consenserit 5.7.8. s) vita 7.8. t) et 1; et de 2.5. u) isto 1.7.8. v) eius *add.* 1.4; ipsius feminae *add.* 6. w) quia 2.7.8. x) legitur 5.6. y) isto 1.5; dicto 6; insupra scripto 7.8. z) velata *etiam in marg.* 4. a) si mecha f. *etiam in marg.* 4. b) secundum a. *add.* 4. c) *desunt* 4. d) secundum quosdam, secundum vl. non *add.* 4. e) *e codd.* 7.8.10.

6) Cfr. caput „De iudicio autem iudicis“ inter extravagantia a me positum et pro capite 4. Ludovici secundi in editis anterioribus habitum. 7) L. 2 in fine C. iure enucl. (I, 17.)? 7*) Numeri uncis inclusi Bluhmianae editionis sunt. 8) Roth. 191.

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu rapuisti Albergam, postquam fuit[f] *mutata de veste religiosa.*

Expositio: Hec lex dicens: „et si postea alteram uxorem duxerit, culpabilis invenitur solidos 500“ affirmat igitur Grimoaldi legem que est „Si[9] quis uxorem suam absque culpa“ et cetera. — §. 2. Lex ista, mulieris res palatio devenire precipiens, a Lotharii capitulo quod est „Statuimus[10] ut si femina“ et cetera roboratur. Notandum est quoque, quod de[g] persona huius velifere femine iuxta Lotharii capitulum non rex[h] egit, ut hec lex precipit, sed in episcopi potestate consistat. — §. 3. Eo quod hec lex dicit: ut mundualdus..., non valet[i], ideo[k] quia[k], si quis feminam sub religionis habitu, que cum ordine ecclesiarum est facta Romana[11], rapuerit vel consentientem in coniugium duxerit, iuxta Novellarum legem mortis subiturus est sententiam[12].

30.(31.) Si quis rapuerit qualemcumque feminam liberam secularem, unde in[a] anteriori[13] aedicto legitur compositio[a] solidorum 900, ita volumus, ut de illis 450 solidis, qui pertinent ad parentes vel ad mundoaldum, ut[b] accipiat ex ipsis solidis[c] mundoaldus qui fuerit pro fatigio suo et actione[d] de ipsa poena solidos 150, reliquos vero 300[e] habeat ipsa femina cui talis iniuria aut detractio facta est. Si autem patrem aut fratrem ipsa femina habuerit et in eorum mundio fuerit, tunc pater aut frater[f] de ipsa compositione, quod sunt solidi 450, faciat[g] cum filia aut cum sorore sua, qualiter voluerit[h]. Nam alter mundoaldus aut parens sic dividant ipsam compositionem sicut supra statuimus.

Glossa: habeat ipsa femina] et si mortua fuerit antea, similiter totam compositionem habeat mundoaldus secundum vl. 4.

Petre[i], *te appellat Martinus, quod tu rapuisti unam suam mundoaldam Mariam. — De torto me appellat. — Det vadiam, si recordatus fuerit, ut emendet, si autem non, idoneet se cum suis sacramentalibus. Haec appellatio secundum hanc legem*[k].

Expositio: Lex presens, feminam pro raptu 900 solidos habere precipiens, Rotharis legem que est „Si[14] vir mulieri“ partim rumpit, in qua femine nichil dari precipitur. — §. 2. In hac lege ideo „secularem“ est positum, ne ullus[l] de monacha intellectus esset. — §. 3. Si quis feminam consentiente mundoaldo rapuerit, posteaque eum ipsa cognita[m] ad maritum sibi voluerit, canonum prohibentibus capitulis non potest inde fieri legitimum coniugium; in capitulari enim legitur: „De[15] his coniunctionibus, que secundum canones aut edictum non possunt esse copulate, placuit nobis, ut separentur ab invicem“. Lotharii vero capitulum quod est „De[16] raptoribus vero“, dicens: „et rapiuntur absque parentum et ipsarum voluntate“, non de alio raptu nisi de illo qui absque voluntate parentum fit credendum est locuta[17].

31.(32.) De his qui de illicito matrimonio nati sunt vel nascuntur, id est de matrinia, filiastra vel cognata, quae[a] est uxor fratris[b] aut soror uxoris — quia et[c] canones sic habent[d] de duabus sororibus sicut et[e] de duobus fratribus[f] — qui[g] de tali matrimonio natus[h] fuerit, heres legitimus patri suo non sit[h], nisi habeant ipsas[i] res[i] parentes propinqui. Et si parentes propinqui[k] non fuerint, succedat[l] curtis[m] regia[m].

Glossa: De his] Vacua, quia est a. 7.8.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes tuus frater, quod tu Mariam, aut novercam aut comatrem tuam, in coniugium duxisti.

§. 2. Haec et duae sequentes leges, in quibus masculus et femina illicitum coniugium contrahentes supradicte pene subiacere, scilicet res suas iubentur ammittere, Rotharis legem, que est „Nulli liceat novercam“[18] rumpunt, in hoc quod masculos illicitum coniugium contrahentes solidos tantum 100 iubet componere, et feminam medietatem de rebus suis ammittere. — §. 3. Cum[n] his tribus legibus inferior lex Liuprandi que est „De his[19] qui de illicito matrimonio hoc ante tempus“ et cetera concordat. — §. 4. Lex ista que est „De illicito“, filios de illicito heredes esse prohibens, quamquam in his duabus legibus sequentibus preceptum sit, illicitum matrimonium contrahentes res suas perdere, videtur tamen quoad[o] vixerint[o] res suas permittere, Codicisque 5.[p] libri cuidam concordare capitulo quod est „Si quis incesti vetitique coniugii sese nuptiis funestaverit, proprias quamdiu vixerit teneat facultates, sed neque uxorem neque filios ex ea editos predictas facultates habere credatur“[20]. Sed verius est, ut res suas presentialiter coniugati[q] ammittant[r], velut scriptum est in quadam Novellarum lege, que est „Si quis nefarium et incestum“[21]. — §. 5. Iuxta predictas Novellarum leges illicitum matrimonium contrahentis filius a patris potestate soluta est[22]. — §. 6. Quicumque relictam de consobrino aut insobrino[s] suo, aut comatrem suam aut filiam, quam de sacro fonte levavit, aut filiam illius qui eum de fonte suscepit, aut matriniam vel filiastram, seu cognatam quae

f) fuisti 7.8. g) de *om. c.* h) vir *cod.* i) habet *c.* k) ideoque *c.*

Cap. 30. *e codd.* 1—8. a) compositio est ut legitur in anteriore edicto 7.8. b) ita 4; *deest* 7.8. c) *deest* 2.5.6. d) exactione 1.4.7.8; al. acceptione *supra lin.* 4. e) solidos *add.* 7.8. f) faciat *add.* 4.7.8. g) *deest* 4.7.8. h) voluerint 4.5. i) *e codd.* 7.8.10. k) l. 7.8.10.; *cfr. form. ad Roth.* 192. l) nullus *cod.* m) coniungere *corrig.?*

Cap. 31. *e codd.* 1—8. a) qui 7.8. b) aut soror fratris *add.* 7.8. c) et *om.* 1.7.8. d) habeant 1.4.7.8. e) et *om.* 1.5—8. f) sicut de d. fr. *anteposita sunt verbis* quia canones *rell. in cod.* 1. g) et qui 5.6. h) nati fuerint, heredes legitimi patri suo non sint 2.5.6. i) ipsam rem 7.8. k) *deest* 7.8. l) ipsam rem parentes propinqui. Et si parentes non fuerint, succedat ipsam rem *add.* 7.8 *sed in cod.* 7 parentes prop. .....ipsam rem *deinde deleta sunt.* m) cortis regis 7.8. n) In *cod.* o) quod advixerit *cod.* p) VI. *cod.* q) cogeratus *cod.* r) ammittere *cod.* s) consobrino *cod.*

9) Grim. 6. 10) Loth. 91. 11) Lud. P. 53. 12) Iul. nov. 115, 67. 13) Roth. 186. 187 allegant glossae in codd. 4—8. 14) Roth. 186. 15) Loth. 99. 16) Loth. 105. 17) Cfr. expos. §. 2. ad Roth. 188. 18) Roth. 185. 19) Liutp. 104. 20) L. 6. C. incest. et inutil. nupt. (V, 5.) 21) Iul. nov. 32, 1. 22) Iul. nov. 32, 2.

est uxor fratris, aut sororem[t] uxoris sue uxorem ducere temptaverit, omnem substantiam iuxta has leges debet ammittere. Sed qui relictam parentum longioris gradus[u] uxorem duxerint, iuxta has leges non iudicabuntur, immo secundum canones illorum coniugium separabitur. Et in capitulari quoque legitur: „De[23] his coniunctionibus, quae secundum canones aut edictum copulate esse non possunt, placuit nobis, ut separentur ab invicem“.

32. (33.) Hoc autem Deo iuvante[a] statuere previdimus, ut amodo nullus homo[b] presumat relictam de consobrino aut insobrino[c] suo uxorem ducere. Si quis autem hoc quod illicitum est amodo facere presumpserit, amittat omnem[d] substantiam suam[e]. Et qui de tali coniugio procreati[f] fuerint, legitimi heredes non existant[g], nisi parentes propinqui[h]: et si parentes propinqui[i] non fuerint, curtis[k] regia[k] succedat. Hoc autem ideo adfiximus, quia Deo teste papa urbis Romae, qui in omni mundo caput ecclesiarum Dei et sacerdotum est[l], per suam epistolam nos adhortatus est, ut tale coniugium fieri[m] nullatenus permitteremus[n].

Glossa: amittat] scilicet statim. 7.8. *(Cfr. expos. §. 4 ad Liutp.* 32.*)*

33. (34.) Item hoc censemus atque precipimus, ut nullus presumat commatrem suam uxorem ducere, sed nec filiam quam de sacro fonte levavit: neque filius eius presumat filiam illius[a] uxorem ducere, qui eum de fonte suscepit, quia spiritales[b] germani esse noscuntur. Et[c] qui hoc malum facere temptaverit[d], perdat omnem substantiam suam[e], et filii[f] qui de tali illicito matrimonio[g] nascuntur heredes esse non debeant[h], nisi propinqui parentes: et si propinqui parentes non fuerint, curtis[i] regia[i] illi succedat[k]. Ubi autem inventi fuerint qui superscripta illicita coniugia contraxerint, de presenti separentur et poenae suprascriptae[l] subiaceant.

Petre[m], te appellat Martinus tuus frater, quod tu habes ad coniugium Mariam tuam matriniam, aut Mariam relictam de tuo consobrino, aut Mariam tuam commatrem. — De torto. — Probet ipse qui appellat; si non potuerit, ipse qui appellatus est iuret cum suis sacramentalibus. Et si parens noluerit facere appellationem, advocatus de parte publica[n] faciat per separare coniugium.

34. (35.) Si quis sine voluntate regis in qualicumque civitate contra iudicem suum seditionem* levaverit, aut aliquod[a] malum fecerit, vel eum sine iussione regis expellere quesierit, aut alteri homines de altera civitate contra aliam civitatem vel[b] alium iudicem, ut supra, sine regis[c] iussione[c] seditionem fecerint[d] aut eum expellere sine regis*[1] voluntate quesierint, tunc ille qui in capite[e] fuerit*[2] animae suae incurrat periculum, et omnes res eius ad publicum deveniant*[3]; reliqui autem[f], qui cum ipso fuerint[g] in malo consentientes[g], unusquisque componat in palatio widrigild suum. Et si casam cuiuscumque bluttaverint aut res eorum tulerint qui cum palatio aut[h] cum rege[h] tenent et[i] fidem suam cum iudice[i] in palatio conservant, componant omnes res ipsas cui eas tulerint in actogild et widrigild suum ut[k] supra diximus componant in palatio[k]. Hoc autem ideo previdimus in presenti pagina aedicti scribere, ut malum vicium[l] non crescat, sed amputetur, ut omnes in pace et[m] gratia Dei et regis[m] vivere valeant[n].

* *non factam neque per obligationem neque per sacramentum neque per dexteram* per kapitula Lotharii (4. 67.) „Volumus“ „De conspirationibus“. 7.8 *et in marg.* 4. *[1] *iussione id est....* 7. 8. *[2] *si homo privatus fuerit* per kapitulum Lotharii (55.) „Collectam“. 7.8 *et in marg.* 4. *[3] *nam si aliquam dignitatem habuerit, non debet mori, donec in presentiam regis veniat* per idem kapitulum. 7.8 *et similiter in marg.* 4.

Petre[o], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu levasti seditionem[p] contra tuum comitem, aut cum ipsa[p] seditione occidisti unum suum caballum, aut voluisti eum expellere[q] de comitatu sine iussione regis, et fuisti in capite.

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod Donatus levavit seditionem contra suum comitem et occidit unum suum caballum cum ipsa seditione, et tu fuisti consentiens in ipso malo.

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod homines de civitate Roma levaverint sedictionem contra homines de civitate Cremona, vel contra comitem de Mediolano, et tu fuisti in capite cum illis.

Petre, te appellat Martinus, quod homines de civitate Ravenna levaverunt adunationem contra homines de civitate Roma, et tu fuisti consentiens in isto malo.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse tenebat cum rege et tu spoliasti casam suam de tanto suo mobili, quod valebat solidos 100. — *De[r] torto[r].*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohan-

t) sororis *cod.* u) trades *cod.*

Cap. 32. *e codd.* 1—8. a) iubente 2.5.6. b) *deest* 1. c) sobrino 5.6 *et corr.* 4. d) *deest* 7.8. e) *deest pr. man.* 7.8. f) nati 1.6. g) existunt 7.8. h) habeant ipsas res *add.* 1. i) *deest pr. man.* 7.8. k) cortis regis 7.8. l) est *om.* 7.8. m) *deest* 7.8. n) permittamus 7.8.

Cap. 33. *e codd.* 1—8. a) ipsius 7.8. b) spirituales 1. c) Et *om.* 7.8. d) adtemptaverit 1. e) suam *om.* 7.8. f) *deest* 1. g) nati sunt aut *add.* 2.5.6. h) debent 1.7.8. i) cortis regis 7.8. k) succedat illi 5.6; illi *om.* 1.2. l) iste 1.5; isti 6. m) *e codd.* 7.8.10. n) publicam 7.8.

Cap. 34. *e codd.* 1—8. a) aliquid 4.7.8. b) aut 1.2.5.6. c) iussu regis 4; iussione regis 7.8. d) levaverint et aliquod fecerint 1. e) caput 1.3.4. f) vero homines 5.6. g) in malo consentientes fuerint 1.2.5.6. h) aut c. rege *om.* 5—8. i) aut cum rege (iudice suo 7.8) fidem suam 2.5—8. k) comp. in palatio ut supra 7.8. l) vicinium 7.8. m) et.....regis *om.* 7.8. n) debeant 7.8. *In cod.* 2 *hic iterum exhibetur cap. Roth.* 360 *supra editum.* o) *e codd.* 7.8.10. p) *verba* seditionem.....cum ipso *bis deinceps leguntur in codd.* 7.8. q) tollere 7.8. r) *desunt* 7.8.

23) Loth. 99.

nes, qui est partis publice advocatus, quod a te facta conspiratione adversus comitem tuum surrexisti, eaque conspiratione sibi nocuisti aut de comitatu eum expellere voluisti, et huius rei caput aut princeps fuisti, aut consentiens.

§. 2. A Rachis lege que est „Cognovimus[24] enim“ in qua legitur: „componat sicut anterius edictum de seditione contra iudicem levata continere videtur“ lex ista roboratur. Que utreque tamen leges a Lotharii capitulis[25] quae sunt „Volumus de obligationibus“ et „De conspirationibus“ rumpuntur, quia, si obligationibus aut sacramento vel dextra conspiratio facta fuerit, non his legibus sed predicti Lotharii capitulis pena solvenda est. Sed ita salvatur: intelligendum est enim, huius legis conspirationem non esse confirmatam obligatione aut sacramento vel dextra. — §. 3. Notandum quoque est, quod, si huius legis conspiratio comitis neglegentia contingerit aut correcta non fuerit et neque obligatione aut sacramento vel dextra firmata est, et, qui in huius rei capite est, dignitatem habuerit: donec in presentia regis venerit, non est mortis plectendus supplicio, veluti in Lotharii capitulo legitur quod est „Collectam[26] ad malum faciendum“. — §. 4. Supposita lex Liuprandi quae est „Si[27] quis porcos“, in eo quod res malo ordine sublatas sibi nonas reddendas esse asserit, legem istam corroborat.

35. (36.) Si quis dederit[a] wadiam[b] et eam[c] recipere neglexerit[d], componat sicut in[e] anteriori aedicto legitur*. Et si ille qui ipsam[f] wadiam[f] acceperit reddere neglexerit per fideiussores[g], et apud eum remanserit[h], sic componat, quomodo et[i] ille qui wadiam suam[k] recipere[l] neglexerit.

* *id est usque ad solidos* 36. *codd.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: sicut in anteriori] Rotharis (360.) Si quis alii vadia. 4.5.7.8. Hec lex dicit, ut, si potest statim liberare vadiam per fideiussores et non fecerit, statim in ipsa hora sit culpabilis solidos 36: quod videtur inantea in lege istius (127.) In anteriori edicto nostri capitula. 4.

Petre[m], te appellat Martinus, quod tu dedisti sibi vadia de 20 *solidis et habuisti neglegentiam ea recipere per* 4 *aut per* 5 *vel* 6 *noctes. — De[n] torto[n].*

Petre, te appellat Martinus, quod dedit[o] tibi vadia de 20 *solidis: tu habuisti neglegentiam reddere ea per quattuor aut quinque noctes.*

Expositio: Lex[28] presens Rotharis legem que est „Si quis alii wadiam dederit“ corroborat. — §. 2. Notandum est, quod ambo, scilicet dans wadiam et accipiens, iuxta hanc legem Longobardi erant et de omnibus alia lege viventibus nichil in hac lege precipitur, ideo quia iuxta hanc legem dans wadiam et accipiens compositionem facit et accipit, et omnes qui iuxta Longobardorum legem compositiones accipiunt sine dubio Longobardi intelliguntur[29].

36. (37.) Si quis alteri homini wadiam[a] dederit, et, antequam eam per fideiussorem liberet[b], violenter[c] de manu ipsius abstraxerit cui eam dedit, componat ei cui ipsam[d] wadiam[d] abstraxerit[e] solidos 24. Hoc autem ideo affigere precipimus, ne pro tali causa scandalum oriatur aut anima pereat.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu dedisti sibi vadiam[g] unam[g] et, antequam tu fecisses deliberare per fideiussorem, per virtutem traxisti sibi de manu.

37. (38.) Si quis alii wadiam[a] dederit et voluerit eam per fideiussorem suum recipere[b] et adduxerit ad eum qui wadiam[a] recepit[c] fideiussores unum vel[d] duos vel tres, et ipse dixerit, quia nescio qui sint, ut dampnum ei facere possit, tunc adducere ei debeat[e] fideiussorem aut de illa civitate, unde ipse est qui wadiam[a] dedit, aut de illa, unde ipse est qui[f] suscepit. Et si minime[g] ita[g] inventi fuerint, tunc suscipere debeat ipse qui wadiam accepit[h] fideiussorem hominem liberum, quem conlibertus eius cognitum habeat et dicat ei, quod[i] ego scio quia ei[k] credere potes[l], ut homo ille qui wadiam[a] dedit dannum non paciatur.

Glossae: de illa civitate] comitatu. 4. — *conlibertus]* vicinus. 4.

Expositio: Talis debet esse fideiussor sicut in hac lege precipitur et talis qualem precipit esse lex istius Liuprandi quae est „In[30] anterioris edicti nostro capitulum adfiximus“, id est, ut tantum habeant fideiussores, quantum obligatio est.

38. (39.) Si quis alii homini wadiam[a] dederit pro

Cap. 35. *e codd.* 1—8. a) alii dederit 4; dederit alii 1.2.7.8. b) vadia 1.7.8. c) ea 8. d) per fideiussorem *add.* 2 *et in marg.* 5. e) in *om.* 7.8. f) ipsa wadia 1; ipsa vadia 7.8. g) fideiussorem 1.2.5.7.8. h) manserit 5.6; remanserint 2. i) *deest* 1.2.5.6. k) *deest* 1.7. l) liberare 2.5—8. m) *e codd.* 7.8.10. n) *desunt* 7.8. o) dedi 7.8.

Cap. 36. *e codd.* 1—8. a) vadia 7.8. b) liberaverit 7.8. c) eam *add.* 5.6. d) ipsa vadia 7.8. e) de manu abstraxit 5.6. f) *e codd.* 7.8.10. g) una vadia 7.8.

Cap. 37. *e codd.* 1—8. a) vadia 7.8. b) *sic* 1—3; suscipere *rell.* c) suscepit 5—8. d) aut 1.5.6; *deest* 4. e) debet, *om.* ei, 7.8. f) wadiam *add.* 5.6; wadia *add.* 1. g) *sic* 2; ibi minime 1.5.6; min. ibi 7.8; min. ibi ita 4. h) suscepit 1.7.8. i) quia 5.7.8. k) ego 7.8. l) possis 1.7.8; possit 6.

Cap. 38. *e codd.* 1—8. a) vadia 7.8 *constanter.*

24) Rach. 6. 25) Loth. 4. 67. 26) Loth. 55. 27) Liutp. 150. 28) Haec expositio in codice Branc. duabus Lombardae legibus II, 21, 18 et II, 55, 14, id est Liutprandi legibus 39 et 60 adscripta est, nihilominus ad Liutpr. legem 35, cuius principium legum illarum initio simillimum est, hanc glossam pertinere credidi. Nulla enim ratione lex 39 vel 60 legem Rotharis 360 affirmans dici potest: legis vero 35 posterior pars ad verbum cum eadem Rotharis lege congruit, unde vere glossator dicere poterat: „lex presens Rotharis legem Si quis alii wadiam ded. corroborat“, sicuti iam in glossa ad legem Roth. 360 scripta huius Liutprandi legis similitudinem commemoraverat. — Lombardae autem legi II, 21, 14 (Liutpr. 35) glossa Liutprandi legem 37 vere exponens subnexa est. 29) Cfr. expos. §. 3 ad Roth. 32. 30) Liutp. 127.

quacumque causa et fideiussorem posuerit, et postea ad ipsum fideiussorem antesteterit aut pignus de manu tulerit, et probatum fuerit, componat solidos 20.

5 *Glossa: aut pignus]* Hic videri potest, quod debitor fideiussoris est debitor, quod et fideiussor debitorem pignorare potest et adversus eum accionem mandati exercere potest. 5. 7.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod dedisti vadia ad Paulum, ut dares ei* 20 *solidos, et ipse fuit* 10 *inde fideiussor, et tu contradixisti sibi pignus.*

39. (40.) Si quis alii homini wadiam dederit[a] et fideiussorem posuerit, et ipse fideiussor eum pignoraverit et pignora ipsa* ad creditorem eius dederit, et postea ei[b] ipse cuius pignora fuerint per 15 virtutem[c] tulerit, componat ipsa pignora in actogild.

* *quae nunquam queunt transactari*[d]. 7.8 *et similiter in marg.* 4. 5.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod tu dedisti* 20 *vadia, quod dares sibi* 100 *solidos in Kalendis Maiis et posuisti Donatum fideiussorem, et ipse te pignerarit in tanto mobili quod valebat solidos* 100 *et dedit sibi ipsa pignera, et tu postea sibi per virtutem tulisti ipsa pignera.*

25 Expositio: Inferior[31] lex de transactis pignoribus[32] non de alio pignore loquitur, nisi quo fideiussorem aut debitorem suum pignerat creditor: ideoque pignus a debitoris fideiussore sublatum et creditori concessum transactari non debet.

30 40. (41.) Si quis alium ante constitutum pignoverit et probatum fuerit quod ante constitutum pignorasset, componat ipsum pignus in actogild.

Glossa: ante constitutum] id est terminatum diem secundum a.; set secundum vl.: id est antequam tertio 35 ammonuerit per legem Rotharis (246.) Si quis alium pro quolibet. 4.

Petre[a], *te appellat Martinus, quod tibi dedit vadia de* 20 *solidos dare in Kalendis Maiis, et tu pignerasti eum antequam constitutum esset. — Apro-* 40 *bet si potest; si non, ille alter se idoneet vel componat in actogild.*

41. (42.) Si quis[a] iudex aut actor publicus in qualicumque[b] civitate aut loco inter homines qui aliquam discordiam habent[c] treuvas tulerit, et unus 45 ex ipsis hominibus inter quos ipsae[d] treuvae tultae[e] sunt[d] eas ruperit, medietatem de ipsis treuvis componat in publico, et medietatem illi[f] cuius[g] causa est. Et ipsae treuvae non sint minus quam solidi 300; qui[h] autem amplius forsitan pro maioribus causis ponere[i] voluerit, sit ei licentia.

Petre[k], *te appellat Martinus, quod comes misit treuvas per discordiam quae erat inter te et illum, et tu rupisti ipsas treuvas. — De*[l] *torto*[l].

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu treuvam, quam comes seu actor publicus inter te et illum pro evitanda discordia posuit, rupisti.

§. 2. Si quis treuvam a comite vel actore inter absentes personas positam fregerit, nichil se compositurum sciat, ut in quadam Institutionum lege precipitur quae est „Item[33] verborum obligatio inter absentes concepta inutilis est". Sed quicumque treuvas inter absentes personas stabilire voluerit, singillatim eos interroget, utrum treuvas illas se observaturos et penam sibi, si eas fregerint, compositurος promittant[m].

42. (43.) Si quis alii[a] homini qualemcumque rem donaverit et launechild susceperit et postea[b] defendere minime potuerit, tunc aliam talem[c] rem[c] qualem donavit, qualis in illa die invenitur esse, reddat cui donavit, et amplius non calumpnietur. Et si de colludio pulsatus fuerit, satisfaciat[d] ad[e] evangelia[e], quod nullum colludium cum alio homine de ipsa causa factum habeat, et[f] sit solutus[g] de[h] culpa, sic tamen, ut suprascriptam rem consimilem reddat cui[i] donavit*.

* *Et si ausus non fuerit iurare, in duplum componere debet* per usum et per exemplum istius legis (131.) que incipit: „Si quis fraudulenter"[k] secundum[l] quosdam[l]; set magis lege Rotharis (342.) „Si quis caballum alienum aut quodlibet peculium". 7. 8 *et simil. in marg.* 4. 5.

Glossae: qualemcumque rem] scilicet sine cartula; et si cum cartula, sic fiat sicut legitur in ea per legem istius (90.) De scribis. 4. — *in die illa]* scilicet quando defendere debet secundum vl. 4. — *satisfaciat ad evangelia]* Hic Liuprandus non posuit differentiam sacramenti per evangelia, an res 20 solidorum an subtus esset, ut Rotharis (359.) fecit. 4. 7. 8.

Petre[m], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine unum suum caballum qui valet solidos* 100. — *Ipse caballus meus proprius est.* —

b) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 39. *e codd.* 1—8. a) pro quacumque causa *add.* 5. 6. b) ei *om.* 5. 7. 8. c) ei *add.* 7. 8. d) quod videtur in lege istius (108.) „Si quis premissum" *add.* 4. e) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 40. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7. 8. 10.
50 *Cap.* 41. *e codd.* 1—8. a) *deest* 1. 2. 4. 5. b) quacumque 7. 8. c) habent inter se 4—6; inter se habent 1. 7. 8. d) ipsas treuvas tulerit 7. 8. e) missae 5; positae 6. f) *deest* 1. 4. g) ipsa *add.* 1. 4. h) si 1. 7. 8. i) imponere 4. 7. 8. k) *e codd.* 7. 8. 10. l) *desunt* 7. 8. m) permittatur *cod.*
Cap. 42. *e codd.* 1—8. a) alicui 7. 8. b) eam rem *add.* 7. 8. c) rem talem 7. 8. d) ei *add.* 1. e) per sacramentum 5. f) si iuraverit *add.* 1. 4. g) exsolutus 2; absolutus 5—8. h) a 2. 5. 6. i) eam *add.* 7. 8. 55 k) XIIII. a *add.* 5. 7. 8. l) *desunt* 4. m) *e codd.* 7. 8. 10.

31) Glossa ista in cod. Branc. legem Lombardae II, 21, 19 (Liutpr. 40.) sequitur, vere autem ad antecedentem (39.) pertinet. Nihil enim lex 40 de pignore a debitoris fideiussore sublato et creditori 60 concesso dicit, quum contra lex 39 de eo casu loquatur, quo fideiussor debitorem pignoraverit et creditori ipsa pignora dederit. Praeterea quoque glossa in codd. 7. 8 legi inserta: „que numquam queunt transactari" optime cum ista codicis Branc. expositione congruit. De glossa autem huic legi 39 a librario adscripta confer quae ad legem Liutp. 35 annotavi. 32) Liutp. 108. 33) §. 12. Inst. inutil. stipul. (III, 19.)

Quid tibi pertinet? — Donatus michi donavit. — Iuret, quod ad certum warentem eum conducat. — Donasti tu michi istum caballum? — Sic feci, sed nolo tibi stare in auctoritate, quia non fecisti michi widerdonem. — Iuret, quod habeat factum widerdonem. Si dixerit: „ego tibi donari istum caballum, sed non possum stare in auctoritatem, quod nichil michi pertinet“, — faciat ut lex est.

Petre, te appellat Martinus, quod tu habes factum colludium de ipso caballo.

43.(44.) De[a] servo fugace et advena homine, si[a] in alia iudiciaria inventus fuerit, tunc decanus aut saltarius qui in loco est[b] comprehendere eum debeat[c] et ad sculdaem suum perducat, et ipse sculdais eum[d] iudici suo consignet. Et ipse iudex potestatem habeat eum inquirendi, unde ipse[e] est: et si inventus fuerit, quod servus sit aut fur, mox mandet[f] ad iudicem aut ad dominum eius unde ipse fugerit[g], et habeat pro[h] presura[h] de ipso servo per caput solidos 2. Si autem post inquisitam causam ipse homo, qui comprehensus[i] aut inquisitus fuerit, liber apparuerit, nulla sit culpa ei, qui eum comprehendit[k] aut inquisivit. Si vero decanus aut saltarius hoc facere distulerit, componat solidos 4, medietatem sculdai suo et medietatem cuius causa est. Et si sculdais neglectum[l] posuerit[l], componat solidos 8, medietatem iudici suo et medietatem cuius causa est. Si vero iudex ad eum[m] inquirendum vel mandatum faciendum unde ipse homo est distulerit, componat in palatio solidos 12. Et si ille iudex cui mandatum venerit neglectum fecerit ad ipsum hominem recolligendum aut arimanno[n] suo[n] mandatum faciendum, „quia in tali loco homo tuus comprehensus est“, et hoc neglexerit, componat in palatio solidos 12. Et sit spacium de[o] ipso mandato faciendo[o] in istis partibus in uno mense, trans Alpes vero[p] in partibus[q] Tusciae in mensibus duobus.

Glossae: ad inquirendum] scilicet cum tormentis secundum vl. si negaverit. 4. — *liber apparuerit]* id est vacuus a servitute et a furto[r]. 4.5.7.8.

Petre[s] decane vel saltarie, te appellat Martinus, quod tu prehendisti unum suum servum fugacem et non minasti ad tuum sculdascium.

Petre sculdais, te appellat Martinus, quod Donatus tuus decanus consignavit tibi unum servum fugacem, et tu non consignasti ad tuum comitem.

Petre comes, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod Donatus tuus sculdais consignavit tibi hominem unum advenam, et tu distulisti mandare ad comitem, de cuius comitatu ipse fugerat.

Petre comes, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tibi venit mandatum de comite Placentino, quod tu recolligeres unum hominem advenam de tuo comitatu, quem habebat conprehensum in suo[t] comitatu[t], et tu habuisti neglegentiam ad recolligendum ipsum hominem, aut faciendum mandatum arimanno tuo, quia in tali loco homo suus erat comprehensus.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu servum suum quem fugitivum deprehendisti sculdasio tuo presentare distulisti.

§. 2. Martine sculdasci, hoc te appellat Iohannes, quod tu servum suum, quem fugitivum a se comprehensum decanus tuus ad te perduxit[u], comiti tuo consignare distulisti.

§. 3. Martine comes, hoc te appellat Iohannes, partis publicae advocatus, quod tu furem, quem tuus sculdasius ad te perduxit, Novariensi comiti, de cuius comitatu erat, ut reciperet mandare distulisti.

§. 4. Martine, hoc te appellat Iohannes, partis publicae advocatus, quod latronem tui comitatus, quem Papiensis comes tibi mandavit ut reciperes, recipere neglexisti.

§. 5. In eo quod hec lex comprehensum latronem assignari comiti precipit, Rotharis legem quae est „Si[34] liber aut servus“, in qua a comprehendente teneri latro iubetur, partim rumpit. — §. 6. Lex ista, in eo quod pro fugitivo solidos duos dandos esse precipit, a Lotharii capitulo quod est „De[35] fugitivis precipimus“ rumpitur. — §. 7. Hec lex dicens: „et habeat pro presura de ipso servo per caput solidos 2“, dedit intelligere, ut de libero non debeat fieri conpositio, et ideo emendavit predictam legem Rotharis[34] de libero et affirmavit de servo.

44.(45.) Si quis stallariam alterius capellaverit, componat ei cuius[a] stallaria fuerit[b] solidos 6*.

* *et 60 solidos ad partem publicam* per kapitulum Pipini (23.) „Ut nullus“. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: stallariam] id est silvam. 4. Stalaria est ut omnis arbor, unde omo facere palum in vites. 3.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu capellasti unam suam stallariam; aut quod tu fecisti fossatum in terra sua; aut sepem in terra sua. — Approbet appellatus, quod sua sit: si non potuerit, emendet sicut lex est.

45.(46.) Si quis fossatum in terra alterius fecerit et suam non potuerit probare[a], componat ei[b] cuius terra est[b] solidos 6*.

* *et bannum.* 7.8 *et in marg.* 4.

46.(47.) Si quis sepem in terra alterius miserit et suam probare non potuerit, componat ei[a] cuius terra est solidos[a] 6*.

* *et 60 solidos ad partem publicam* per idem kapitulum (*Pipin.* 23.) „Ut nullus“. 7.8 *et in marg.* 4.

Cap. 43. *e codd.* 1—8. a) Si servus fugax aut homo advena 7.8. b) ordinatus fuerit 5.6. c) debet 7.8. d) *deest* 5.6. e) *deest* 7.8. f) mandat 7.8. g) fuerit 1; est 5. h) per presuram 7.8. i) est *add.* 1.5—8. k) prehendit 1.2.7.8. l) hoc neglexerit 4—6. m) *deest* 7.8. n) ad ipsum arimannum suum 1.4; ad ar. suum 7.8. o) ad ipsum mandatum faciendum 5—8. p) *deest* 2.7.8. q) finibus 1.4. r) secundum vl. *add.* 4. s) *e codd.* 7.8.10. t) tuo comitatu 7; suum comitatum 8.10. u) qui duxit *cod.*

Cap. 44. *e codd.* 1—8. a) cui 6—8. b) est 7.8. c) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 45. *e codd.* 1—8. a) approbare 5.6. b) illi *loco* ei... est 7.8.

Cap. 46. *e codd.* 1—8. a) illi solidos VI cui terra est 7.8.

34) Roth. 264. 35) Loth. 33.

Expositio: Sex solidi qui in his legibus[36] ei cuius terra est dari precipiuntur dabit invasor, a Pipini capitulo quod est „Ut[37] nullus alteri“ iussus bannum componere. — §. 2. Hec et quedam Longobardorum leges, „et suam probare non potuerit“ dicentes, proprietatem pro invasione non esse perdendam insinuant. Unde a lege Romana dissident; iuxta enim Institutionum legem „Qui[38] res alienas rapit“ aliasque Romanorum leges invasor pro invasione proprietatem amittit, alienam terram duplam pro invasione redditurus.

47. (48.) Si quis liberum hominem foris provinciam vendiderit, componat widrigild eius tanquam si eum occidisset.

Glossae: vendiderit] Plagium et eius actio. 7. 8. — *occidisset]* scilicet et moriatur per Romanam legem de plagiariis[39]. 4.

Petre[a], *te appellat Martinus, quod tu vendidisti eum foras provinciam. — Approbet; sin autem, appellatus exdicat se.*

Expositio: Si quis liber maior 25[40] annis pro pretii participatione se vendi permiserit[b], iuxta Institutionum legem[41] servitutis vinculo subiacebit, numquam inde acturus; ergo, quia publica est actio, cuicumque appellatori widrigild compositurus est venditor. Si vero nolens aut minor annorum venditus revertetur, quia sibi commissa est neglegentia, widrigild debet ipse recipere. — §. 2. Quod in hac lege scriptum est: „componat eum tamquam si eum occidisset“, non ideo dixit, ut ad venditi heredes compositio dari debeat quemadmodum de occiso, sed ad pene quantitatem referendum est.

48. (49.) Si quis servum alienum foris provinciam vendiderit et probatum fuerit, in quadruplum eum componat, sicut appreciata[a] fuerit ipsa persona[a].

Glossa: eum componat] scilicet ad publicum secundum vl.; secundum a. ad dominum. 4.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod tu vendidisti unum suum servum foras provinciam. — Approbet appellator; si non potest, exdicat se appellatus.*

Expositio: Hec in parte rumpit legem Rotharis que est „Si[42] quis rem alienam id est servum“, quia illic legitur: „qui servum alienum sciens transvendiderit ubicumque, sibi nonum reddat“.

49. (50.) Si quis servum alienum sine voluntate domini sui in sacramentum miserit aut manum in caldariam[a] mittere fecerit, componat domino eius solidos 20.

Glossa: in caldaria] scilicet ad iudicium aquae vel aliter. 4.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod tu sine voluntate sua misisti unum suum servum in sacramentum, aut manum in caldariam eum mittere fecisti.*

50. (51.) Si quis servum alienum[a] in manu[b] regis[c] dederit, et probatum fuerit non suum servum dedisse, componat regi qui pro tempore fuerit solidos 100, et ipse servus revertatur ad proprium dominum suum et sit servus sicut[d] antea fuit; et insuper qui eum in manu[e] regis dederit, componat domino eius solidos 20.

Petre[f], *te appellat Martinus, quod tu dedisti Donatum suum servum in manum regis ad libertandum.*

51. (52.) Si quis servum alienum sine voluntate domini sui liberum dimiserit aut per se aut per qualemcumque[a] hominem[a], excepto per manum regis, et probatum fuerit, quod servum alienum libertasset, tunc ipse servus revertatur ad proprium dominum suum, et sit servus[b], sicut[c] antea fuit; et ille qui eum illicite libertavit componat domino eius solidos 20.

Glossae: excepto] scil. quia tunc componere debet regi sol. 100. 4. — *Si quis]* Hic videri potest, quod libertas inposita ab eo qui non debet, et aliquis contractus factus ab eo quae non decet, nichil valent. 7. 8 *et simil. in marg.* 4. 5.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu es suus servus et malo ordine subtrahis te de suo servicio. — Liber sum per cartam quam michi fecit Donatus. — Vis dare auctorem aut stare in loco auctoris? — Auctorem volo dare. — Da vadia de auctore. — Donate, dimisisti tu me liberum? — Sic feci. — Quid tibi pertinuit ad libertandum? — De mea ancilla natus fuit, et mater michi pertinuit per successionem patris mei; et quid ego? quid pater meus? quid istum Petrum? quid matrem eius? quid iste cui ego vendidi? per 30 annos habemus possessum. — Et haec placiti dispositio est secundum amentes.*

Expositio: Lex ista eum[e] qui[e] servum alienum liberat domino 20 solidos componere iubens, dissidet a Codicis capitulo septimi libri: „Eum qui servos alienos ac si suos manumittit, ut pretium illorum dominis, si hoc eligerent, dependat, vel quanti sua interest, sepe rescriptum est“[43].

52. (53.) Si quis servum alienum sine voluntate domini sui clericaverit[a], componat domino eius pro illicita presumptione solidos 20, et ipse servus revertatur ad proprium dominum suum, et ipse dominus eius habeat eum sicut voluerit.

Petre[b] *presbyter, cum tuo advocatore, hoc*

Cap. 47. *e codd.* 1—8. a) *e codd.* 7. 8. 10. b) promiserit *cod.*
Cap. 48. *e codd.* 1—8. a) appreciatus fuerit ipse in persona sua 7. 8. b) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 49. *e codd.* 1—8. a) eum *add.* 1. 2. 7. 8. b) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 50. *e codd.* 1—8. a) sine voluntate domini sui *add.* 5. 6. b) manus 7. 8; manum 4—6. c) ad libertandum *add.* 5 *et corr.* 4. d) et *add.* 7. 8. e) manum 1. 4; manus 7. 8. f) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 51. *e codd.* 1—8. a) quodcumque ingenium 1; qualec. ing. 4. b) eius servus 2. 5. 6. c) et *add.* 6—8. d) *e codd.* 7. 8. 10. e) qui eum *cod.*
Cap. 52. *e codd.* 1—8. a) clericum fecerit 7. 8. b) *e codd.* 7. 8. 10.

36) Liutp. 45. 46. 37) Pip. 23. 38) pr. §. 1. Inst. vi bon. rapt. (IV, 2.) 39) Cfr. L. 16. C. ad legem Faviam de plag. (IX, 20.) 40) „Maior viginti annis“ in Institutionibus. 41) §. 3. Inst. iure person. (I, 3.), §. 1. Inst. capitis deminut. (I, 16.) 42) Roth. 229. 43) L. 1. C. de his qui a non domino (VII, 10.)

appellat te Martinus, quod tu clericasti Iohannem suum servum sine voluntate sua.

53. (54.)[a] Si quis cartulam donationis per garethinx factam aut per susceptum launechild vel forte comparationem[b] ostenderit et res ipsas unde legitur non possederit et dixerit, quod ei munimen suum absentatum fuisset: si per 30 annos aut super possessio ipsa fuerit, non habeat adversus eum qui possedit facundiam loquendi cum munimine ipso quod ostendere videtur, nisi ipse firmiter possideat qui per 30 annos possedit, quia[c] iam[d] a gloriosissimo[d] Grimoaldo rege de 30 annorum possessione institutum est[c]. Nam si[e] intra 30 annos possessio ipsa fuerit, pontificium habeat cum munimine suo dicendo[f] quod voluerit, et ipse qui possederit secundum[g] edictum respondeat.

Glossae: Si quis] Vacua quia preteriit. 5. — *per garethinx]* id est insimul donatio. 3. id est simul donationem, id est commutationem secundum quosdam, secundum vl. aliter est. 4. id est commutationem. 7. 8.

Petre[h], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsam terram ego habeo possessam per* 30 *annos, et tibi quid pertinet? — Per cartam comparationis*[i], *et ecce cartam. — Quare tacuisti per tantos annos? — Ego habui perditam istam cartam. — Iuret ipse qui tenet suam possessionem. Si ipse qui tenet non habuerit possessam terram per* 30 *annos, dicat cum sua carta, quid voluerit ipse qui appellat.*

Et haec responsio secundum segnes est; sed ita sit:

Petre, te appellat Martinus, quod terra quae in tali loco est, quam tu possides, sua est, et tu eam sibi contendis. — Quid ad eum pertinet? — Per scriptum quod pater Iohannes, socer tuus, fecit sibi. — Illud scriptum nichil ei nocet, quia per 30 *annos possedit eo tacente. — Vere tacuit per* 30 *annos, quia scriptum suum absentatum erat. — Tamen nichil ei nocere potest, quia per* 30 *annos possedit precipiente lege de hac possessione.*

Expositio: Si quis cartulam donationis per gairethinx factam: quasi per commutationem; vel aliter: scilicet ea carta dicitur fieri per garathinx cuius medietas Latinis verbis est scripta, altera vero medietas Theotonicis verbis est scripta. Secundum Gualcausum[k] vero dicebatur cartula ipsa fieri per gayrethinx, que una die fiebat, altera firmabatur, veluti per traditionem; vel per gayrethinx dicitur ipsa carta fieri quae gratis aliom[k*]. — §. 2. Lex ista, Astulfi lege quae est „Si[44] quis Longobardus qualemcumque rem" roborata, Grimoaldi legem quae est „Si[45] quis per 30 annos" corroborat, unde ab Octonis capitulo quod est „De[46] investitura predii" rumpitur, quia, si iuxta ipsum capitulum, sive per 30 annos possidet vel non, respondere vel reddere cogitur et si de pugna convictus fuerit, non possidebit inantea ut in hac lege precipitur. — §. 3. Si quis donationis aut venditionis cartam sibi factam perdiderit, quamquam per 30 annos ipse aut heredes eius ad carte factorem inde taceant, inventa tamen postea carta non est venditionem illam aut donationem postea perditurus, quandoquidem in eadem carta dator accipienti eiusque[l] heredibus se suosque heredes nullo tempore retractaturos spondeat. Ideoque in hac lege carta illa non est intelligenda, que a possessore vel ab his quibus ipse successerat facta sit. Sed secundum Ugonem litigari potest, tam de predicta carta, id est a possessore vel ab his quibus ipse successerat facta, quam de alia hanc legem esse locutam, quia, licet ipse possessor illi suo adversario suisque heredibus se suosque heredes in predicta carta spondeat, non tamen terram illam est amissurus, cum hec lex per 30 annorum possessionem sibi attribuat; quia, etiamsi aliquis de pecunia de terra alicui[m] cartam venditionis faceret, et ipse alii eandem terram venderet et cartam venditionis faceret, et postea ipse secundus emptor eandem terram priori venditori venderet et ipse cui vendiderit ei litem de predicta terra poneret: licet in carta adversus eum obligatus fuisset, tamen terram non ammitteret. Etenim si aliquis alicui terram vendidisset et postea eandem terram alii ipsemet venderet et si ipse cui vendiderat propter collusionem[n] per annum tacuit, quia tacuit, terram iuxta Lotharii capitulum quod est „De[47] his qui proprietatem suam habent" est ammissurus; eodemque modo qui per 30 annos de terra sua tacuit, iuxta hanc legem debet terram illam ammittere. Que litigatio non laudatur. — §. 4. Si appellator emptionis cartam infra 30 annos factam ostenderit, usu[o] se datoremve suum[o] inter hos 30 annos investitos fuisse dicere poterit[p]; si vero cartam ante annos 30 factam scriptam patefecit, se, non suum datorem, infra 30 annos investitum esse contendere poterit: quia non est conveniens, datorem suum infra 30 annos investitum esse contendere, cum investituram suam ante ipsos 30 annos sibi[q] tradiderat. — §. 5. Eo quod hec lex dicit: „non

Cap. 53. *e codd.* 1—8. a) *huic capitulo in cod.* 1 *praefigitur hic prologus:* Percepimus enim et firmiter retinemus, quoniam per gradus et tempora in bono perficere opere et semper ad meliora adtendere videtur, qui in Deo ita operatur, pietas et eius misericordia eum illustrat, qui omnes vult salvos fieri, et ad agnitionis suae veritatem venire. Ergo si pro gentis nostrae salvatione aut pauperum fatigatione aliquid posuimus....quod in edicti corpore adiungamus, quamquae in quinque voluminibus adiunximus, credimus quod Dei misericordia in nobis retribuat eam causam, quod pro solo Dei timore et in elemosina hoc faciemus, ut omnis causa per rationem et iustitiam terminetur, nec sit aliquis error, sed magis in nobis institum, unde sine intermissione notum Domini benedicat. Ideo ego Liuprand in Dei nomine excellentissimus christianae et catholicae Longobardorum gentis rex, anno regni mei Christo protegente XII. die Kalendarum Martiarum, indictione VII. una cum iudicibus et reliquis Longobardis fidelibus nostris, hoc adiungere in edicti curavimus pagina in volumine quidem sexto, quod ea fuerit multis supervenientibus causis. Id est primo. — *In cod.* 4. Incipit de anno duodecimo *huic capiti inscripta sunt.* b) comparationis 1. 4; comparacio 2. c) quia gloriosissimus Grimoald rex per XXX annos institutam habet possessionem 5. 6. d) *deest* 7. 8. e) per *add.* 8 *et pr. man.* 7. f) dicendi 5. 6. g) ei secundum 1. 6—8. h) *e codd.* 7. 8. 10. i) donacionis 7. k) gualacusum *c.* k*) *verbum corruptum.* l) non usque *cod.* m) alieni *cod.* n) conclusionem *cod.* o) usus edatorem vesuum *cod.* p) potuerit *cod.* q) sunt *cod.*

44) Ast. 9. 45) Grim. 4. 46) Otto I. 3. 47) Lothar. 31.

habeat adversus eum, qui per 30 annos possedit, facundiam loquendi cum munimine suo" dicebant antiqui[r], hanc legem voluisse, cartam 30 annos habentem nichil valere. Sed qui hoc dicebant, minime huius legis sententiam intelligebant, quia hec lex dicens: „nam si inter 30 annos possessio ipsa fuerit, pontificium habeat, cum munimine suo dicendi quod voluerit" et non ponens differentiam de annis cartae, quanticumque sint, sive 30 vel plus aut minus, cartam 30 annos habentem valere confirmat. — §. 6. Notandum est quoque 30 annorum[s] possessionem Romanorum lege[s] eo modo firmitudinem habere, si infra prescriptos terminos inde nulla fuerit actio, quod patet in Codicis septimi libri capitulo quod est „Nemo[48] ambigit, possessionis duplicem rationem: aliam que iure consistit, aliam que corpore; utramque autem ita demum esse legitimam, cum omnium adversariorum silentio ac taciturnitate firmetur. Interpellatione vero et controversia progressa, non posse eum intelligi possessorem, qui, licet corpore teneat, tamen ex interposita contestatione et causa in iudicium deducta super[t] iure possessionis vacillet ac dubitet".

54.(55.) Si quis servum suum fulfreal thingaverit et amund[a] a se fecerit vel quocumque modo eum absolverit, in manum[b] regis dandum[c] aut in ecclesia circa altare ducendum[d], et postea ipse libertus voluntatem patroni sui fecerit, manifestare debeat[e] libertus ipse libertatem suam sepius iudici et ad[f] vicinos suos[f], qualiter absolutus esse videtur[g]. Et postea nullo tempore ipse patronus aut heredes eius contra eum qui libertatus[h] est querelas possit[i] removere dicendo, quod ei debeat obedire, pro eo quod sua sponte pro beneficio de[k] domino suo[k] voluntatem eius fecerat[l], sed firma[m] ei sua permaneat libertas.

55.(56.) Si quis alium de furto pulsaverit et per pugnam eum[a] vicerit, aut forte per districtionem a publico factam manifestaverit, et compositio facta fuerit, et postea ipsum furtum apud alium hominem inventum fuerit[b] et certa veritas apparuerit, quod ipse qui prius composuerat rem ipsam non furatus fuerit, omnia[c] quicquid ipse composuit recipiat ab eo cui composuerit, et ipse componat, apud quem furtum ipsum postea inventum fuerit. Nam si aliquid per[d] sacramentum suum[d] dederit, habeat ipse cui dederit. Nam si certa veritas non apparuerit, quod alter homo furtum ipsum fecisset, et per districtionem manifestaverit et composuerit, habeat sibi ipsam compositionem cui composuerit.

Glossae: aut forte per distr.] id est aut furtum fuerit publicum, aut homo dixerit de furto suo potestati ignorans quis esset latro, et eo recedente[e] potestas post inquirit furtum per districtionem, ut legitur inantea: Si[49] quis homo caballum perdiderit. 4.5.7.8. — *Nam si aliquid]* id est si dederit aliquid, ut remaneat sacramentum[f]. 4.5.7.8. id est si aliquid dederit causa servicii alicui, ut secum iuraret secundum quosdam. 4.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu appellasti eum, quod habebat tibi furata tanta tua mobilia, quae valebant solidos 50, *et vicisti eum per pugnam; et fecit tibi compositionem: et modo habes ipsum furtum inventum apud alium hominem, et vult, ut reddas compositionem.*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu eum de furto appellasti, et inde eum per pugnam vicisti, aut a publico conpulsus confitendo conposuit. Modo vero furtum apud alium inventum dicens[h] „divini[50] iudicii nos incertos esse" insinuat.

56.(57.) Si quis debitum fecerit et res suas vendiderit, et tale fuerit ipsum debitum quod sanare non possit[a], et filius eius per uxorem suam aliquid conquisierit[b] vel postea sibi[c] per quodcumque ingenium laboraverit, postquam genitor eius omnes res suas venumdavit[d] vel pro debito suo creditoribus suis dederit, aut a publico intromissi[e] fuerint, non habeant licentiam creditores eius res quas filius de coniuge sua habere videtur vel quod[f] postea conquisivit aut laboravit repetendi aut distrahendi, sed habeat sibi filius eius iure quieto; sic tamen, ut, si a creditoribus pulsatus fuerit, prebeat sacramentum, quod de rebus patris aut matris suae, si ipsa in mundio patris eius[g] mortua fuerit, nichil apud se habeat nec alicubi[h] commendasset aut[i] abscondisset[k], et sit absolutus. Et si postea apud eum aliquid[l] inventum fuerit[l] de rebus paternis[m], componat[n] in actogild*.

* *Nam si[o] filii[o] Longobardi non facientis debitum insanabile, nequeunt[p] se abstinere ab hereditate, quia sui et necessarii heredes sunt[q]: quare solvunt paternum debitum, etiamsi paene[r] nichil ex paternis bonis habuerint[s].* 7. 8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si quis] Obiit per kapitulum Lotharii (90.) Si quis liber homo uxorem, quia in servitio tradi debet secundum a., secundum vl. non, quia illud capitulum de crimine loquitur tantum. 4. — Per hanc legem videtur, quod pro tribus causis, si unaquaeque earum intercesserit, non debet filius respondere pro patris debito: id est si pater omnes res suas vendidit aut creditoribus suis eas totas dederit, ut nichil filio relinquat, aut si a publico creditores intromissi sunt, et, si aliquid filius ex

r) a. *cod.* s) utannorum. ut romanorum legum possessione *cod.* t) sem per *c.*

Cap. 54. *e codd.* 1—8. a) amon 7.8. b) manu 1.2; manus 7.8. c) dando 2.5.6. d) deducendum 7.8. e) debet 7.8. f) vicinis suis 2.5.6. g) videatur 2.7.8. h) libertus 5—8. i) possint 7.8. k) domini sui 1.2.5.6. l) fecerit 5—8. m) firmiter 4.7.8.

Cap. 55. *e codd.* 1—8. a) ei 7.8. b) *deest* 7.8. c) omne 5; *deest* 7.8. d) pro sacramento suo 1.4. e) discedente 4. f) secundum vl. *add.* 4. g) *e codd.* 7.8.10. h) diceres *cod.*

Cap. 56. *e codd.* 1—8. a) posset 7.8. b) adquisierit 2.4.7.8. c) *deest* 7.8. d) *sic* 2.7.8; venumdederit 1; venundedit 6; vendidit 4.5. e) intromisse 5.6. f) quam 1; quas 5; *deest* 6—8. g) *deest* 2.5.6. h) alicui 1.5.6 *et corr.* 2. i) nec 7.8. k) aut absc. *om.* 6. l) *sic* 4.7.8; inv. f. aliquid 1.2.5.6. m) patris 7.8. n) reddat 2.7.8. o) filius, *om.* si, 4. p) nequit 4. q) esse dicunt 4. r) *deest* 4. s) habuit secundum vl., secundum a. aliter est 4.

48) L. 10. C. acquir. et retin. poss. (VII, 32.) 49) Liutp. 80. 50) Cfr. Liutp. 117 sub fine. Caeterum hoc loco verba nonnulla a codicis scriptore omissa esse crediderim.

re patris habet, quantumcumque sit, debitum paternum solvat secundum vl.; secundum a. aliter est. 4. — *aut matris suae]* Hic videri potest, quod filius Longobardi legitimus succedit patri, et, si mater non sit mortua in mundio patris, et matri, secundum v. 5 *et simil.* 4.7.8. — *si ipsa in mundio patris]* Obiit per kapitulum Heinrici (I.1.): Quicumque ex quacumque secundum a.; secundum vl. non ita. 4.8. — *aut abscondisset]* similiter de omnibus aliis paternis obligationibus secundum vl. 4.

Petre[t], *te appellat Martinus, quod ipse habebat certam suspectionem, quod, quando Donatus tuus pater venit ad mortem, erat sibi debitor*[u] *solidos* 100. — *De torto.* — *Si dixerit: „non respondeo tibi, quia non sum suus heres", iuret sicut lex dicit. Si dixerit: „non iurabo de rebus matris meae, quia non fuit mortua in suo mundio", probet appellator, quod fuisset mortua in mundio patris eius.*

Per istam legem debemus intelligere, quod homo qui habet filios potest vendere omnes res suas.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse appellavit, quod pater tuus, Donatus, quando venit ad mortem, erat sibi debitor 50 *solidos, et tu iurasti, quod de rebus patris tui nichil apud te habebas, nec alicui commendatas aut absconditas, et modo apud te habet inventum unum caballum qui*[v] *fuit de patre tuo.*

Expositio: Lex in eo quod dicit: „postquam genitor eius omnes res venundedit vel pro debito" declarat, hominem res suas vendere posse, etiamsi filios habuerit, tam pro debito quam pro alio. — §. 2. Legis huius sententia est: si venditis aut creditori pro debito datis omnibus patris rebus filius adquisierit aliquid, patris creditores non habere licentiam illud requirendi; sed si ex patris facultate ante adquisierit aliquid, quandoquod patris est proprium[w], eo[w] mortuo possunt illud vendicare creditores. Sin autem non ex patris, sed ex sua facultate adquisierit, quia in patris proprietate non fuit adnumerandum, nichil inde posse creditores attingere. Quod Institutionum lege que est „Adquiritur nobis"[51] patenter exprimitur. — §. 3. Ideo lex hec filium ex matris rebus nichil habere iurare precipit, quia eo tempore non videbatur matri succedere filius. Modo vero iuxta Henrici capitulum[52] vivente patre morienti matri successurus est filius: ex eius rebus iurare aut debitum persolvere non est cogendus. — §. 4. Iussus[53] in hac lege iurare nichil habere filius, si aliquid ante habuisse, cum modo nichil habeat vel aliquid modo habere cognoscitur, iuxta habuit vel nunc haberet solutus est debitum velut in quadam Institutionum lege decernitur, in qua scriptum est. — §. 5. Quod in hac lege scriptum est „componat in actogild", non ad patris debitum sed ad celati inventionem referendum est. — §. 6. Si filius, postquam de paternis rebus iuraverit, aliquid inde inconveniens assecutus fuerit, patris debitum non inde, si[x] finem susceperit, solviturus, non debet quod invenit sibi nonum componere. — §. 7. Sacramentum, quod in hac lege iubetur fieri a filio, a quodam Ribuarie legis sacramento dissidet, quod filius ex paternis plus quam confessus est sub terra aut supra terram non habere iurare precipitur[54].

57. (58.) Si infans, dum intra aetatem est, res suas cuicumque vendiderit aut infiduciaverit et postea, cum in legitimam aetatem venerit, secundum legem cartulam ipsam irrumpere voluerit et in res[a] ipsas[a] introire, non habeat pontificium qui emit aut infiduciavit[b] quod dedit* ad[c] requirendum: quia, quando comparavit aut infiduciavit[d], tunc debuit prospicere, quia puer ipse intra aetatem erat et contra legem faciebat; propterea[e] constitutum est, ut qui intra aetatem fuerit minime vendere aut infiduciare possit. Et[f] talem causam eum habere dicimus qui emit aut infiduciavit[g], qualem et ille habere videtur qui[h] de servo aut de[i] aldione emere aut infiduciare dignoscitur.

* *nisi puer sit* per intellectum. 7.8 *et in marg.* 4.5.

Petre[k], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam quam michi fecisti, et ecce cartam. — Contra legem est ipsa carta, quia ego eram infra aetatem quando feci ipsam cartam. — Aut probet, aut emendet poenam de cartula.*

Expositio: Ab hac lege lex superior Liuprandi quae est „Hoc[55] prospeximus" affirmatur. — §. 2. Infans ab infante aliquid mercatus pretium non est cogendus ammittere, quia iuxta hanc legem pretium ammissurus ab infante aliquid mercatus eius etatis erat, qua alterum infantem esse prospicere debuit. Sed secundum Ugonem litigari posset, infantem ab infante aliquid mercatum pretium cogendum esse ammittere, quia, licet hec lex dicat: „quia quando comparavit aut infiduciavit, tunc debuit prospicere, quia puer ipse infra etatem erat et contra legem faciebat", tamen intelligendum est, legem istam de infante emptore locutam esse, cum tutor infantis hoc providere potuerit. Sed non laudatur. — §. 3. Quamquam per domus suae utilitatem infans aliquid vendat, venditio tamen illa nullius esse momenti credenda est, quia lex ista, eum qui ab infante mercatus est eandem causam quam qui a servo emit habere precipiens, non ad legem quae est „Servus[56] massarius", sed ad legem que est „Servo[57] cuiuscumque" respexerat, quia si haec lex ad predictam legem quae est „Servus massarius" respexisset, iam quod dicere proposuit pretermitteret.

t) *e codd.* 7.8.10. u) debitum 7.8; debitus 10. v) quod 7.8. w) prium ex *cod.* x) si *om. cod.*
Cap. 57. *e codd.* 1–8. a) rebus ipsis 2.4. b) cui fid. 1; cui inf. 7.8. c) ad *om.* 2.4. d) ei inf. 7.8. e) *sic* 5.6; et pr. 4; et postea 2; postquam 1; posteaquam 7.8. f) et *om.* 1.2. g) cui inf. 7.8. h) quod 7.8. i) de *om.* 1.2. k) *e codd.* 7.8.10.

51) §. 1. Inst. per quas personas (II, 9.) 52) Heinric. I, 1. 53) Hanc paragraphum, et corruptam et mutilam mihi visam, v. cel. Bluhme, respecta §. 40. Inst. action. (IV, 6.), ita emendare vult, ut legatur „ante habuisset" et „vel nunc habet solvendum est". 54) Sacramentum in legis Salicae emendatae titulo 61 dictum expositionis auctor spectat: in lege Ribuaria nulla illius sacramenti fit mentio. 55) Liutp. 19. 56) Roth. 234. 57) Roth. 233.

58.(59.) Si quis gastaldius vel actor[a], curtem[b] regiam habens[b] ad gubernandum, ex[c] ipsa curte alicui sine* iussione regis casam tributariam vel terram, silvam, vites vel prata ausus fuerit donare[d], aut si amplius quam iussio regis[e] fuerit[f] dare presumpserit, vel si requirere neglexerit quod per fraudem tultum[g] est, omnia ipse qui hoc[g] contra iussionem regiam facere ausus fuerit in duplum actogild componat, sicut qui res regias furatus fuerit. Et si ipse antea mortuus fuerit quam fraus ipsa appareat, heredes eius componant sicut supra legitur. Nam si per actorem fraus facta fuerit, et antequam ad nostram perveniat noticiam fraus ipsa per gastaldium inventa fuerit, habeat ipse gastaldius de compositione quam actor componere debet partem terciam, et due partes sint in curte[h] regia[h]. Et si[i] per qualemcumque hominem prius[k] ad nostram pervenerit noticiam, quam per gastaldium inventa sit, tunc compositio ipsa in integrum nobis et curti nostrae pertineat[l]. Quod si iudex aut actor vel heredes eorum pulsati a nobis fuerint, quod neglectum fecissent ad exquirendas[m] res nostras, et ipsi dixerint, quod ipsam[n] fraudem nescissent et nullum neglectum fecissent, prebeant in[o] tali ordine sacramentum[o] et dicant, „quia[p] pater noster fraudem ipsam[q] numquam scivit nec consensit nec neglectum posuit ad exquirendum nec nos culpabiles per legem esse debemus“, et sint postea absoluti. Hoc enim capitulum amodo statuimus, ut firmum sit: nam quicquid antea actum est, in nostro arbitrio reservamus[r]. Et hoc proinde statuere previdimus, pro eo quod multas fraudes a gastaldiis vel actoribus nostris factas invenimus, unde iam multas fatigationes habuimus: nam quod[s] a nostris decessoribus cuicumque datum est, stabili ordine volumus permanere, sicut et illud[t] quod nos dedimus aut inantea dederimus.

* *scripto vel cum scripto, et*[u] *sine*[u]... per[v] kapitulum Karoli (121.) „Si quis prepositus“.[v] 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: ausus fuerit dare] Furtum terrae, nam veteres sequitur. 4.5.7.8. — *heredes eius componant]* Actio furti transit in heredes, nam sequitur veteres. 4.5.7.8. — *nec nos per legem]* Nota, usu et legis huius exemplo utitur quis exceptione hac: „non tibi feci malum hoc quod per legem emendare debeam“ secundum a. 4. — *Nam quod a nostris]* Per hoc exemplum fit preceptum. 4.5.7.8.

Petre[w] *comes, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu habebas ad gubernandum cortem de Marinco*[x]*, et ex ipsa corte dedisti sine iussione regis unam casam tributariam, aut rex tibi commendavit dare duo iugera de ipsa corte et tu dedisti* 4.

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod Donatus comes qui fuit tuus pater habebat cortem de Marinco ad gubernandum, et misit neglegentiam adquirendum duo iugera de silva quae per fraudem erant abstracta de ipsa corte.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes malo ordine terram in tali loco ad partem publicam, unde ipse est advocatus. — Ipsa terra mea propria est per preceptum regis[y]. — *Secundum quosdam ita*[z] *est a.*[z]

Expositio: Martine sculdasci, hoc te appellat Iohannes, quod tu Gamundiensis curtis providentiam habens absque regis iussu duo iugera tradidisti, aut duo iugera fraudulenter subrepta requirere neglexisti.

§. 2. Lex ista in hoc quod dicit: „duplum in octogild componat“ a Caroli capitulo quod est „Si quis prepositus“[58] partim rumpitur, quia ibi legitur: „si comes aut regis minister regis res scripto alienaverit, pro infideli describitur“. Sed secundum Ugonem ita salvatur, scilicet quod hec donatio erat absque scripto, donatio vero iuxta predictum capitulum[a] ....infidelis iudicetur, et iuxta hanc legem duplum in octogild componat. — §. 3. Lex hec dicens: „duplum octogild componat“ a Lodoyci capitulo quod est „Si[59] quis proprium nostrum“ corroboratur, in quo legitur: „aliud tantum nobis de suo proprio cum sua lege componat“. — §. 4. Notandum est quoque, legem istam „gastaldium“ pro „comite“ posuisse: quod videri potest per hoc quod inferius legitur: „quod si iudex aut actor“, cum in supradicta littera nichil de iudice contineatur, nisi gastaldius pro gastaldio et comite ponatur. — §. 5. Lex hec decessorum datum veluti nostrum esse stabile precipiens, modernum preceptum inviolabile esse insinuat.

59.(60.) Si[a] aldius cuiuscumque cum[b] libera muliere aut puella[b] fornicatus fuerit, componat solidos 50 ei in cuius mundio ipsa fuerit, et illa reputet vicium suum, pro eo quod aldioni[c] consensit.

Glossae: Si aldius] Vacua, per intellectum. 7.8. — *componat sol. 50.]* alii: dominus. 4.7.8. — *pro eo quod aldioni]* Recordatur legem Rotharis Si mulier libera aut puella voluntarie fornicaverit, ubi dicitur: solidos 100, si liber esset. 4.

Petre[d]*, te appellat Martinus, quod Marcoardus tuus aldius fornicatus fuit cum Maria puella aut muliere sua mundoalda.*

60.(61.) Si quis alii wadiam[a] de sacramento[b] dederit*, et sacramentales dicti fuerint, et postea ipse qui nominatus est, cum ad sacramentum venerit et evangelia posita fuerint, se subtrahere

Cap. 58. *e codd.* 1—8. a) regis *add.* 1 *et corr.* 4. b) qui cortem regis habet 7.8. c) et ex 1.2.4; de 7.8. d) dare 7.8. e) *deest* 5.6; nostra 7.8. f) *deest* 7.8. g) ablatum est, omne quicquid 5.6. h) corte regis 7.8. i) prius *add.* 1.2.6. k) *deest* 1.2.6. l) perveniat 2.5.6. m) querendas 6. n) *deest* 5.6. o) sacrament. in tal. ordine 1.2.5.6. p) quod 5.7.8. q) istam 1.2.4. r) reservemus 5.6. s) et quod 7.8. t) ille 7.8. u) *desunt* 4. v) per k. p. *(Lud. P. 22.)* Si quis litteras nostras 4. *falso.* w) *e codd.* 7.8.10. x) Maringo 8; gamundio 10. y) *deest* 7.8. z) *sic* 7.8; asinos ita est 10; *sed* appellatio *intelligendum esse existimo.* a) *hic nonnulla omissa videntur, ita fortasse supplenda:* erat cum scripto, et donator iuxta predictum capitulum.

Cap. 59. *e codd.* 1—8. a) quis *add.* 7.8. b) liberam mulierem aut puellam 5.6. c) aldio 5.6. d) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 60. *e codd.* 1—8. a) vadia 1.7.8. b) sacramentum 7.8.

58) Karol. M. 121. 59) Ludov. P. 26.

quaesierit[c], ut sacramentum rumpatur, sicut in anteriore aedicto est[d] constitutum[d. 60], tunc prebeat[e] prius ille qui[e] iurare debet ad illos sacramentales suos sacramentum, quod cum eo munditer iurent. Et si sacramentales ipsi audire[f] noluerint et se aliquis[g] subtrahere quaesierit, ut ipse[h] causam suam[h] qui iurare debet perdat, iubemus ut manifestare debeat ipse sacramentalis qui se subtrahere voluerit certam veritatem, pro qua causa iurare minime presumat. Et si manifestare minime[i] potuerit[i], prebeat[k] sacramentum[k], quod nullum colludium habeat cum homine illo qui sacramentum audire debet, nisi quod[l] pro[m] anima sua[m] timendo non presumat sacramentalis esse, et ipse postea qui iurare debet habeat spacium noctes[n] 12[n. **] qui prope sunt[o], et[p] qui de longinquo[q] sunt[o], quomodo sunt[r] de Tuscia vel de Austria[s], noctes[t] 24, et querat alium sacramentalem quem in loco ipsius ponat, et sic sacramentum deducat, sicut wadiam dedit. Et si iurare ausus non fuerit aut manifestare non potuerit, quicquid ipse cui sacramentum interdixerit[u] dannum passus fuerit, de propriis rebus suis restituat[v. ***].

* *de causa saltem* 20 *aut supra solidorum* per[w] legem Rotharis (359.) „Si qualiscumque causa“.[61] 7.8 *et in marg.* 4.5. ** *ad perquirendos eos sacramentales* secundum a.[x], est enim antipophora. 7.8 *et in marg.* 4.5. ** *et si non habuerit unde componat, in servicium illius qui eum conduxit tradatur, et ab eo pro quanto appreciatus fuerit in servitio appellatoris persolvatur*[y]; *et si ipse ad compositionem non sufficerit, tradatur etiam conductor sacramentalis in compositione ipsa. Et si est talis causa, unde mori debet appellatus, non est intelligendum, ut statim moriatur sacramentalis, sed debet cogi ad sacramentum faciendum. Hoc secundum amentes, sed vadat tantum per dannum*[62]. 7.8 *et pro priori parte in marg.* 4.

Petre[z], *te appellat Martinus, quod tu occidisti suum patrem. — De torto. — Da vadia, si te recordatus fueris, quod emendes, si non, iures sicut lex est. — Et cum venerit ad terminum, iuret appellator, quod se sciente eum de torto non appellavit, et appellatus iuret, quod se de torto appellavit, sacramentales iurent, „quod appellatus iuravit, verum iuravit“. Si aliquis de sacramentalibus dixerit: „non iuramus tecum, quia pavorem habemus, ne tecum periuremus, aut quia tu fecisti hoc malum“, tunc iuret appellatus, quod, si secum iuraverint, munditer iurabunt. Et si dixerit: „nichil iurabimus tecum“, manifestent veritatem, quare non audent esse sacramentales, aut prebeant sacramentum, quod nullum colludium habeant factum cum homine illo qui audire debet sacramentum, nisi pro animae suae timendo non presumant esse sacramentales. Tunc ille qui iurare debet habeat spacium secundum legem. Et si ausus non fuerit iurare, perdat appellatus causam suam, et sacramentales dannum restaurent.*

Petre, te appellat Martinus, quod Paulus appellavit eum de una plaga, et tu debuisti esse sacramentalis, et per colludium te subtraxisti, aut non potuisti manifestare certam veritatem, et perdidit suam causam, et habuit dannum 20 *solidorum*[63].

61. (62.) **Reminiscimur**[a] enim[b], qualiter iam statuimus[64], ut[c], qui hominem liberum occiderit[d], res[e] suas[e] in integrum perdat, et qui se defendendo hominem[f] occiderit, componat secundum qualitatem personae. Nunc autem statuere previdimus, quomodo sit ipsa qualitas consideranda. Consuetudo enim est, ut[g] minima persona qui[h] exercitalis homo esse[i] invenitur[i] 150 solidis componatur[k], et qui primus[l] est[l], 300 solidis[m]. De gasindiis vero nostris volumus, ut, quicumque minimus[n] sit et in tali ordine occisus fuerit[n], pro eo quod nobis deservire videtur, 200 solidis fiat compositus; maiores[o] vero[o] secundum qualis[p] persona fuerit[p], in[q] nostra consideratione vel successorum nostrorum debeat[r] permanere, quomodo usque[s] ad 300 solidos compositio ipsa[s] debeat ascendere.

Glossae: qui exercitalis homo] Antiquitus omnis homo exercitalis erat secundum a.; secundum vl. ita est qui talem etatem habet ut in exercitum ambulare possit. — 150 *sol.]* id est widrigild. Nota vidrigildi septem libras et dimidia. 4.

62. (63.) Si quis testimonium falsum contra quemcunque[a] reddiderit aut in cartula falsa se sciente manum posuerit, et ipsa fraus manifestata[b] fuerit*, componat widrigild suum, medietatem regi et medietatem cuius[c] causa fuerit[c]. Et si talis persona[d] fuerit, qui[e] non habeat unde componat[f], tunc publicus debeat[g] eum dare pro servo in manu eius cui culpam fecit, et ipse ei deserviat[h] sicut

c) voluerint 2. d) const. est 1.7.8; legitur 5.6. e) prebeat ille qui prius 7.8. f) id audire 4.7.8. g) in omnibus *add.* 2.4; de ipsis *add.* 7.8. h) causam ipse 5.6; causam ipsam 7.8. i) non potuerit 1.4; noluerit 2; minime voluerit 5.6. k) sacramentum prebeat 2.5.6. l) *deest* 1.5.6 *et prim. man.* 4. m) anime sue 2; animam suam 5.6. n) per 12 noctes 5.6. o) est 2.5.6. p) ad eos *add.* 7.8. q) longe 5—7; longo 8. r) est 2; *deest* 1. s) Neustria 2.3. t) per noctes 5.6. u) dare dixit 2; contradixit 5. v) rest. ei 1; ei rest. 7.8. w) per *rell. om.* 5.7.8. x) asinos 7.8. y) secundum a. *add.* 4, *rell. om.* z) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 61. *e codd.* 1—8. a) Recolimus 5—8. b) *deest* 6. c) ut *om.* 7.8. d) occidere presumpserit 2. e) ut res 7.8; omnem substantiam suam 2. f) liberum hom 1.5.6. g) ut pro 1. h) quae 2.6. i) invenitur esse 1.2.5.6. k) comp. qui eum occiderit 1 *et corr.* 4. l) priorem 2; piores sunt 1. m) ipse componatur *add.* 5.6. n) ex minimis occisus fuerit in tali ordine 5.6. o) maiores autem 5.6; maior autem 7.8. p) quales personae fuerint 2.5.6. q) ut 4; ut in 1. r) debeant 2.5.6. s) ipsa comp. usque ad 300 sol. 2.5.6.

Cap. 62. *e codd.* 1—8. a) hominem *add.* 1 *et corr.* 4. b) manifesta 1. c) ei causa est 5.6. d) homo 5.6. e) quod 2.7.8; quae 1.4. f) componere possit 1.2. g) debet 1.7.8. h) serviat 5—8.

60) Roth. 364. 61) Per hanc enim legem in causis infra 20 solidos non ad evangelia iuratur, ut lex Liutp. praecipit, sed ad arma sacrata. 62) „Non loquitur nisi de pecuniariis causis, per hoc quod inferius dicitur: dampnum restituat. Cum enim mortuum fuerit, quomodo restituet?“ Haec glossa invenitur isti legi adscripta in codd. Lombardam continentibus Vat. 3845 et Palat. 772. 63) De codice Branc. cfr. Liutp. 35. not. 28. 64) Liutp. 20.

servus**. Et ille, qui alios rogat testimonium falsum dicere aut pro causa sua manum in cartula falsa ponere[i], sic componat sicut ipsos[k] falsos testes[k] iussimus componere, pro eo quod ipsum malum per ipsum sit inchoatum***.

* *non per bellum unius contra appositorum testium* per kapitulum Lodoyci (15.) „Si quis cum altero" secundum a. 7.8 *et in marg.* 4. ** *ita tamen, quod, si pene totum dederit, et remanserit aliquid infra* 20 *solidos, non dabitur pro servo sed serviet ad terminum* per legem istius (*Liutp.* 151.) „Si liber homo". 7.8 *et in marg.* 4.
** *et res amittat et widrigild suum componat, si cartam falsam ipsam ostenderit* per kapitulum Widonis (6.) „De cartis". 7.8 *et in marg.* 4.

Petre[l], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine Donatum suum ministerialem. — Ipsum servum, de quo tu dicis, ego habeo possessum per* 30 *annos ad proprium. — Potes probare tuam possessionem? — Sic possum. — Da vadia de probare, et tu da vadia de placito, et de contra.*

Domne comes, hoc dicit Martinus, quod in medio mense Augusto appellavit eum Petrus, quod ipse tenebat sibi malo ordine Donatum suum ministerialem, et ipse dixit, quod per 30 *annos habebat possessum ad proprium, et fuit interrogatus, si posset probare suam possessionem, et ipse dixit, quod sic potuerit, et dedit vadia de probare, et modo est paratus cum suis testibus ad probandum sicut dedit vadia. — Martine, dicis tu ita? — Sic dico. — Et tu, recepisti ita vadia? — Sic recepi.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam, quam michi fecit pater tuus. — Falsa est ipsa carta. — Vis ei ardire? — Volo. — Vadiate pugnam.

Petre, te appellat Martinus, quod tu te sciente misisti manum in ipsam cartulam falsam, quam Marcoardus ostendit contra eum, aut reddidisti falsum testimonium contra eum, aut rogasti alium falsum testimonium dicere adversus eum, aut imponere alium[l'] *in carta falsa quae erat adversus eum.*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod testis in cartula, quam Petrus contra eum, sciens esse falsam manum misisti.

§. 2. In eo quod lex widrigild medietatem regi, ei vero contra quem testimonium dixerit medietatem falsum testem componere precipit, a Lodoyci capitulo „Si[65] quis cum altero" rumpitur, in quo campio lapsus manum ammittere, residui testes suam iubentur redimere; a quibus etiam widrigild duas partes regi, tertiam vero ei contra quem falsum testimonium illatum est dari iubet predictum capitulum. — §. 3. Falsus testis iuxta hanc legem absque alia differentia in servitio tradebatur, si qua widrigildi parte careret. Sed moderno tempore, si 20 solidorum aut pluris quantitas defuerit, absque recuperationis obtentu, si autem minus, terminatim iuxta sequentem Liutprandi legem „Si[66] quiscumque homo qui est pauper" est tradendus servitio. — §. 4. Lex ista, in eo quod testes vocantem ad cartule false affirmationem widrigild componere iubet, a Widonis capitulo quod est „De[67] cartis etiam" affirmatur, in quo cartule false ostensor widrigild iubetur componere. — §. 5. Quicumque Longobardus falsum dicit[m] testimonium, hac lege compellendus est satisfacere; si autem Romanus vel Longobardus ignoranter dixerit[n], et pugna inde non erit, et[o] inpunitus evadet. Si vero Romanus[p] sciens falsa testimonia dixerit, verberatus discedet, quod in Novellarum secundi libri capitulo: „Nullius recipiatur testimonium"[68] loquitur. — §. 6. Hec lex, in eo quod dicit: „et si talis persona fuerit, quod non habeat, unde widrigild componat", personam widrigildi quantitate carentem in testimonium posse recipi nostro notificans intellectui, partim a Lotharii capitulo: „Ut[69] in testimonium non recipiantur" rumpitur, cuius capituli est sententia, alios in testimonium de libertate et hereditate vel de proprietate in mancipiis et terris sive de homicidio sive de incendio nolle recipi, nisi qui habeant, si convicti fuissent falsum dixisse testimonium, unde secundum legem plenam compositionem id est widrigild componere possunt.

63. (64.) Hoc enim[a] rectum nobis paruit esse de his servis qui in furto comprehenduntur, unde[b] in anteriore aedicto legitur[70]: aut[c] occidantur aut redimat[c] eum dominus suus 40 solidis, ut, si amodo cuiuscumque servus comprehensus fuerit in eo tenore ut mori debeat, aut redimat eum dominus suus[d] ut dictum est solidis 40, aut[e], si eum redimere noluerit, ipse dominus eius eum occidat. Et si dominus eius eum noluerit occidere, occidat eum ille qui eum[f] comprehensum tenet; et si nec ille voluerit, tunc accipiat eum cortis nostra et, quomodo nostra iussio fuerit, de eo debeat ordinare. Ipse vero dominus[g] eius componat[g] sicut aedictum continet ei[h] cui furtum ipsum factum fuerit*.

* *nisi tercio* per[i] kapitulare (*Karol. M.* 44.84.) 7.8.

Glossa: Hoc autem] Obiit per kapitulum Karoli (26.) Nemini liceat. 8.

64. (65.) De[a] eo[b] qui filiam in[c] capillo in casa habuerit[a.d] et filium non reliquerit legitimum, ut de rebus suis amplius per nullum titulum* cuiquam[e] per donationem aut pro anima sua facere possit, nisi partes duas, terciam vero relinquat filiae suae, sicut iam[f] gloriosus Rotharis rex instituit[71]. Quia qui thinx facit et postea[g] filia nascitur, in tertiam

i) fecerit *add.* 1. k) testes ipsos falsos 1.5.6; et illos falsos testes 2. l) *e codd.* 7.8.10. l') manum *corrig. videtur.* m) obicit *c.* n) obiecerit *c.* o) et *om. cod.* p) Rom. *om. cod.*

Cap. 63. *e codd.* 3.4.7.8; *abest a codd.* 1.2.5.6, *capiti* 82 *postpositum est in cod.* 4. a) autem 7.8. b) ut 7.8. c) ut redimat, *om.* aut occid., 4. d) *deest* 7.8. e) et 3.4. f) *deest* 7.8. g) domino eius c. ipsum 3. h) ei *om.* 7.8. i) per k. 8; *desunt* 7.

Cap. 64. *e codd.* 1—8. a) Si quis Langobardus filiam in capillo habuerit 2. b) precipimus *add.* 7.8. c) in capillo *post* habuerit *transponit* 5.6. d) reliquerit 4.7.8. e) cuicumque 5.6. f) iam *om.* 5—8. g) ei *add.* 7.8.

65) Ludov. P. 15. 66) Liutp. 151. 67) Wido 6. 68) Iul. nov. 83, 1. 69) Loth. 27. 70) Roth. 254. 71) Roth. 158. 159.

partem ipsum thinx rumpit[h] secundum anterius[72] aedictum**, et si duae[i] aut amplius[k], in medietatem: ideo[l] dum in ipso edicto legitur de thinx, quod est donatio, sic[m] nobis[n] comparuit, quod per nullam donationem nec per launechild possit filiam suam de ipsa tercia portione substantiae suae exheredem facere, et si duae aut amplius[o] fuerint, de medietate.

* *aut per thingacionem aut launechild.* 7.8 *et in marg.* 4. ** *quia secundum meum non est ita; succedunt enim in totum* sicut[p] filius per legem istius (1.) „Si quis Longobardus sine filiis". 7.8 *et in marg.* 4. set secundum meum ut masculi. *in marg.* 5.

Petre[q], *te appellat Martinus, agens unam suam causam et Mariae suae mulieris, quod tu tenes malo ordine ad Mariam suam mulierem terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam donationis quam michi fecit pater tuus. — Contra legem est ipsa carta, quia mea mulier erat in capillo cum fecit ipsam cartam. — Aut probet, quod fuisset in capillo, aut taceat.*

Expositio: Rotharis lex que est „Si[72] quis se desperaverit" ab hac lege rumpitur, ut retro determinatum est. — §. 2. Lex hec in eo quod dicit: „quia qui thinx facit et postea ei filia nascitur, in tertia parte ipsum thinx rumpitur" ab Astulfi lege que est „Cognovimus[73] multotiens" in hoc quod dicit: „ut voluntas et ordinatio defuncti adimpleatur" rupta, a Pipini capitulo quod est „De[74] filio cuius pater per manum erogatoris" in hoc quod dicit: „ut ipsa filia in tertiam portionem de patris rebus introire iterum possit" est affirmata. Sed secundum Wilihelmum non est rupta, quia quod Astulfi dicit lex: „ut voluntas et ordinatio defuncti adimpleatur" secundum legem intelligendum est; quia, si hec lex a predicta Astulfi lege rumperetur, iam dici posset, quod Rotharis lex que est „Nulli[75] liceat sine certa culpa" ab eodem rupta esset.

65. (66.) De libero homine, qui uxorem de servo aut[a] aldione suo, vivente ipse marito, tulerit*, et filii aut filiae exinde nati fuerint, nullatenus[b] ei heredes[c] succedant, sed nec libertatem suam habeant, nec per ullum ingenium eis de rebus suis aliquid[d] facere possit, quia in dubium venit causa ipsa, cuius filius[e] aut filia sit[e], quando ambo vivunt[f], dominus[g] et servus, et[h] qui ante habuit et[i] postea tulit**.

* *ad coniugium* per legem istius (139.) „Si quis homo liber", quia[k] illa loquitur de adulterio, hec de coniugio. 7.8 *et in marg.* 4.5. ** *Similiter sit etiam de filiis qui nascentur post mortem servi aut aldii* per[l] intellectum[l]. 7.8 *et in marg.* 4.5.

Petre[m], *te appellat Martinus, quod tu es suus servus, et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Liber sum, quia Marcoardus meus pater me libertavit. — Hoc dico: non te potuit libertare, quia habuit te de uxore servi sui vel aldii sui, vivente illo servo vel aldio.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi unam peciam de terra in tali loco malo ordine. — Illa terra mea propria est per successionem Marcoardi patris mei. — Non potes tu eum succedere, quia habuit te de uxore sui servi vel aldii, viventibus ipsis.

Expositio: In eo quod lex ista ancille servo coniugate et eo vivente a domino in coniugio sumpte filios ad libertatem venire denegat, quibusdam videtur rumpi a sequenti Liuprandi lege quae est „Si[76] liber homo habuerit servum aut ancillam", in qua ancilla vel aldia servo vel aldio coniugata a domino adulterium passa cum viro suo libera esse precipitur: de liberis enim patre[n] vel matre non videntur filii in servitute mansuri[o]. Sed[o] non intelligenda est rupta; quia inibi de adulterio tantum cum ancilla vel aldia a domino perpetrato disseritur, hic vero de ancilla vel aldia servo vel aldio coniugato a domino in coniugium sumpta scripta est sententia. Et etiamsi ibi de ancilla vel aldia servo vel aldio coniugata a domino in coniugium sumpta, ut hic, esset scripta sententia, tamen hec lex ab alia esse rupta non esset intelligenda: quia lex ista ipsum servum aut aldionem, cuius uxorem adulteravit, et ipsam mulierem insimul liberat, hec vero filiis ancille a domino in matrimonio sumpte libertatem denegat. — §. 2. Utraque tamen lex de nulla servi vel aldii coniuge nisi de ipsius[p] domini ancilla vel aldia loquitur. — §. 3. Si quis vero ancillam, servi sui uxorem, eo vivente in coniugio sumpserit, eoque[q] defuncto filium ex ea procreaverit, quamquam, cuius sit filius, in dubium causa non veniat, tamen, quia ancille et inlicito[r] matrimonio est, non[s] intelligitur ad libertatem inde[t] iturus: quia non pro dubietate procreationis, sed matrimonio inlicito libertatem eius negat huius legis sententia.

66. (67.) Si quis alii cautionem fecerit et non ei obligaverit[a]* de rebus suis, nisi dixerit in ipsa cautione, in quibuscumque[b] rebus[c] ipsius invenire potuerit, et[d] postea vendiderit alii homini de rebus suis, habeat ipse qui eas emit; nam si obligatae fuerint nominative, non eas possit vendere**, usque[e] dum ipsam cautionem non sanaverit. Et qui cautionem facere voluerit, aut nominative obliget de rebus suis, qualiter inter eos convenerit, aut faciat in ipsa[f] cautione[f] de tantis rebus, quanti[g] in[h] illa die solidi ipsi fuerint.

* *nominative.* 7.8 *et rec. man.* 4. ** *vel alio modo alienare.* 7.8.

h) rumpitur 2.6. i) fuerint *add.* 1.6. k) plus 2.7.8. l) nobis *add.* 5.6; nos *add.* 1.4. m) sic *om.* 2. n) *deest* 4—6. o) plures 2.5.6. p) sicut *rell. om.* 7.8. q) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 65. *e codd.* 1—8. a) de *add.* 1.2.6. b) precipimus ut nullat. 7.8. c) *deest* 6. d) *deest* 2.7.8. e) filii aut filiae sint 1. f) vivent 1; viventes 2.4. g) et dom. 1.5. h) *deest* 1.5.6. i) qui *add.* 4.5. k) quia *rell. om.* 5. l) per arbitrium 4; *desunt* 7.8. m) *e codd.* 7.8.10. n) potest *c.* o) mansuris, *om.* sed, *c.* p) ipsis *c.* q) eo quod *c.* r) inde licito *c.* s) nunc *c.* t) unde *c.*

Cap. 66. *e codd.* 1—8. a) nominative *add.* 5. b) locis *add.* 5.6. c) de rebus 1.5.6; res 2.4. d) *deest* 2. e) *deest* 2. f) ipsam cautionem 1.2.4. g) quantum 2.7.8. h) in *om.* 5.6.

72) Roth. 171. 73) Astulf. 3. 74) Pipin. 34. 75) Roth. 168—170. 76) Liutp. 139.

Glossae: Cautionis alia generalis est, alia nominative et non quantitative, alia nominative et quantitative. 4.5.7.8. — *non eas possit vendere]* similiter de aliis omnibus alienationibus per intellectum. 5.

Petre[i], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam quam michi fecit Donatus, et ecce cartam; et tibi quid pertinet? — Ecce cartam per quam michi obligavit ipse Donatus, quod, si in pasca Domni non dedisset michi solidos* 100, *quod ego haberem licentiam apprehendere suas res, ubicumque potuissem invenire. — Ipse qui habet priorem cartam aut dicat falsam posteriorem, aut taceat.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam quam michi fecit Donatus.— Contra legem est ipsa carta, quod habebat michi obligatam nominative ipsam terram. — Et ipse qui appellatus est aut dicat falsam obligationem, aut fiat vacua sua[k] *carta.*

Vel ita: Petre, te appellat Martinus, quod terra quae in tali loco est quam tu possides sua est. — Quid ad eum pertinet? — Ecce cartam, per quam michi obligavit, si in tali tempore non dedisset michi 20 *solidos, quod ego haberem licentiam vendicare suas res, ubicumque potuissem invenire.— Illa carta nichil michi nocet, quia precipit lex, si quis non obligaverit nominative alicui res suas, sed dixerit: in quibuscumque rebus eius posset invenire, ut haberet licentiam ingredi, et post vendiderit inde aliquid nominative, ut ipse haberet cui vendiderit, et ecce cartam venditionis. — Illa carta falsa est.*

Glossa ad form. primam] Prior carta vocat posteriorem falsam. 7.8. *(Cfr. Expos. §. 2. ad Wid. 6.)*

Expositio: Si quis terram alii nominatim obligatam vendiderit posteaque debitum persolvendo eam redemerit et obligationis capitulis incisis eam iterum vendiderit, quia prior venditio ante debiti persolutionem lege oppugnante facta fuit, stabilis videtur esse secunda. Quam[l] venditionem[l] — subaudis secundam —, si quis iuxta Caroli capitulum quod est „Si[77] quis Longobardus statum humane fragilitatis“ infringere temptaverit, non intelligere videtur predictum Caroli capitulum; tunc enim tantum iuxta illud capitulum secunda traditio vacuatur, cum prima fuit facta legaliter. In qua re lex ista a Novellarum lege que est „Res[78] litigiosas eas volumus“ dissidet, in qua debitor pignus non redemptum vendere posse ex[m] eo pretio idem redemptum[m] precipitur[79]. — §. 2. Quod in hac lege scriptum est: „aut faciat ipsam cautionem de tantis rebus quanti illa die solidi ipsi fuerint“ ita intelligendum est, ut res suas, pretium quod mutuatur valentes, ita obliget, ut eas donec redimantur alienare non possit, creditori proprias factas, si statuto tempore redempte non fuerint. — §. 3. Quod de rei nominatim obligate venditione est prohibitum, de donatione omnique alienatione intelligendum est.

67. (68.) De[a] aldionibus. Qui[a] de persona[b] sua[b] aldii[c] sunt, si aliqua compellatio facta fuerit, patronus eius[d] eum[e] defendat, aut per sacramentum aut per pugnam[f], qualis[g] causa fuerit.

68. (69.) Si aldius cuiuscumque in casa alterius nesciente domino suo fuerit[a], cum inventus fuerit, sic debeat[b] dare homo ipse qui eum habuerit[c] operas, quomodo et[d] de servo[e].

Glossa: quomodo et de servo] Rotharis (274. 276.) Si quis manticipium. Si mantipium. 4.5.7.8.

Petre[f], *te appellat Martinus, quod tu habuisti Donatum suum aldium super* 9 *noctes in casa tua se nesciente, et perdidit tantas operas quae valuerunt solidos* 20.

69. (70.) Si[a] inter fratres per 40 annos possessio fuerit de rebus seu de casis vel de terris, quae indivisae sunt, vel inter parentes, qui per 40 annos possedit, qualiter presumit dicere, per sacramentum ad sancta Dei evangelia affirmet, quod de avo aut de patre[b] aut de fratre aut qualis[c] parens fuerit[c], quod[d] ipsas res suas factas[e] habeat[e] aut per donationem aut[f] commutationem[f] aut[g] comparationem aut extimationem aut quomodo presumpserit dicere aut firmare[h], et[i] liceat ei postea[k] ipsas res[k] habere et possidere. Aliae vero res, quae divisae fuerint inter fratres aut[l] nepotes*, vel ubi mensura tracta est, sortes[m] stantes[m] adaequentur. Nam ubi per 40 annos mensura minime ambulavit, et causa probata fuerit quod iure quieto possedisset, sicut supra[n] legitur per sacramentum finiatur: excepto si communiter aliquid possederint.

* *vel alios parentes.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Vacua quia preteriit. 5.7.8. — Obiit quia

i) *e codd.* 7.8.10. k) ipsa 7. l) Pro venditione *c.* m) et ex eo pretio debitum persolvere *corr.?*

Cap. 67. *e codd.* 1—8. a) De aldiis qui 5.6. b) personis suis 1.2; sua *om.* 5.6. c) aldiones 1.2.4. d) eorum 2; *deest* 5.6. e) eos 2.5.6. f) Et si fuerit appellatio de pugna, pugnam faciat, si de sacramento, similiter *add.* 5. g) *sic* 4; iuxta qualis 1.2; iuxta qualecumque, *om.* causa, 6; secundum qualis 7.8; qualis c. f. *om.* 5.

Cap. 68. *e codd.* 1—8. a) fugerit 1.6. b) debet 1.7.8. c) habuit 4—8. d) et *om.* 5.6. e) *in cod.* 3 *additur subscriptio cum prologi parte, ita scilicet:* Explicit de anno XIII. Incipit de anno XIIII. ..... capitulo etino scilicet regni nostri Deo largiente quarto decimo die Kal. Marciarum indicione nona qui eciam et iudici atque fidelibus nostris de partibus Astriae et Neustriae nobiscum adfuerunt et ic omnia inter se conlocati sunt et nobis renunciantes nobiscum pariter statuerunt atque definierunt et cum praesentalibus fuisẽ capitula ipsa sta relicta omnibus placuerunt et praebentes adsensum statuerunt nobiscum ut nihilominus per ordine scribentur. *Cfr. supra pag.* 135. f) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 69. *e codd.* 1—8. a) *in cod.* 3 *huic capitulo praefigitur prologi pars supra in annot.* e *cap.* 68 *exhibita.* b) vel matre *add.* 1. c) de quali parente voluerit 2. d) quod *om.* 1.7.8. e) habeat factas 2.6. f) *desunt* 6. g) per *add.* 1.2. h) affirmare 4—6. i) et *om.* 1.2. k) *sic* 4; ipsas res postea 2.5; ipsas res postea illibatas 6; postea ipsas res suas inliberatas 1; postea illibatas ipsas res suas 7.8. l) seu 1.5.6. m) sorte stante 7.8. n) superius 4.

77) Karol. M. 78. 78) Iulian. nov. 105, 1. 79) Verba novellae a glossatore spectata haec sunt: „Etsi specialiter hypothecae nomine res obligata sit, tamen vendere eam debitor non prohibetur: ita tamen ut ex quantitate pretii creditori debitum persolvatur“.

preteriit secundum a., bona secundum vl. 4. — *aut qualis parens fuerit]* id[o] est nepos[o], quia non[p] potest plus dicere per kapitulum Lodoyci (11.) Si quis res. 4.5.8. — *habere et possidere]* scilicet et iuret similiter suam possessionem dubiam secundum vl. 4. — *quae divisae]* scilicet antiquitus secundum a. 4. — *quod iure quieto]* Hic videtur quod possessio Longobarda debet esse quieta, id est sine temporis interruptione. 4.

Petre[q], te appellat Martinus tuus frater, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Tu michi donasti aut commutasti aut vendidisti aut per estimacionem dedisti, et ego per 40 annos habeo possessam.

Petre, te appellat Martinus tuus frater, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Noster pater michi vendidit, et ego per 40 annos habeo possessam. — Iuret suam possessionem. — Si dixerit: „pater noster michi donavit, et ego per 40 annos habeo possessam", similiter iuret suam possessionem. Si vult dicere ipse qui appellat: „tu non servisti me melius"[80], aut probet ipse qui tenet, quod melius servisset, aut perdat terram.

Petre, te appellat Martinus tuus frater, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Possessam habeo per 30 annos. — Dic possessionem per 40 annos.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi terram malo ordine in tali loco. — Tu dividisti mecum ipsam terram, et ecce brevem. — Ipse[r] qui appellat aut dicat falsum brevem[r] aut det poenam quae legitur in brevi.

Petre, te appellat Martinus tuus patruus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per successionem patris mei Marcoardi, fratris tui. — Quid sibi pertinuit? — Tu donasti ei ipsam terram aut vendidisti aut commutasti aut per estimationem dedisti; et quid ego? quid pater meus? per 40 annos habemus possessam.

Petre, te appellat Martinus tuus nepos, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea dropria est. — Quid tibi pertinet? — Pater tuus donavit michi aut vendidit, et ego per 40 annos habeo possessam.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Donatus tuus frater vendidit aut donavit, et ecce cartam. — Et quid pertinuit ad fratrem meum? — Tu ei donasti aut per estimationem dedisti; et quid ego? quid frater tuus? per 40 annos habemus possessam. — Iuret suam possessionem.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi terram in tali loco malo ordine. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Per cartam. Et tibi, quid pertinet? — Per cartam. — Date[s] vadia adinvicem, unus de ostendere cartam de uno fratre, et alius de alio. — Et si nullus ex fratribus venerit in auctoritatem, dicat ipse qui tenet possessionem de 30 annis.

Et haec est[t] responsio[t] secundum asinos; sed ita sit[u]:

Petre, te appellat Martinus tuus frater, quod terra quae in tali loco est, quam tu tenes, sua media est. — Nolo ei respondere, nec ille debet adversus me agere, quia per 40 annos possedi. — Vere possedisti, sed malo ordine. — Non malo ordine possedi, quia tu michi donavisti vel vendidisti aut commutavisti aut in estimacione dedisti. — Et ita iuret. Similiter respondeatur in caeteris actionibus, quantum ad hanc legem.

Vl.[v] ita: haec lex modo nichil paene est, quia preteriit, et de possessione preterita loquitur, non de ventura. Ideo aliud ius dedit possidenti ad ostendendam rem esse suam, id est sacramentum. Sed tamen voluit de ventura, ut sola possessio sufficeret, quod videri potest in kapitulo Lodoyci „Si quis res"[81].

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes frater tuus, quod tu ei medietatem terre in tali loco posite malo ordine detines. — Terra illa, de qua me appellas, mea propria est, quia dono aut venditione aut extimatione aut commutatione michi eam dedisti. — Hoc dicens iuxta huius legis preceptum dato iureiurando terram possideat. Si vero eam divisisse retulerit, scripto aut testibus abprobet, aut eam dividat.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes patruus tuus, quod tu medietatem domus in tali loco posite ei malo ordine detines. — Domus ista per successionem ex patre mea propria est, quia tu fratri estimatione aut donatione eam dedisti, et a me et ab illo 40 annos possessa est.

§. 3. Quod in hac lege scriptum est: „si inter fratres per 40 annos possessio", ita est exponendum ut dicamus, si inter fratres litigium fuerit de re ab aliquo illorum per 40 annos possessa, i. e. seu de casa et cetera; quia, si alio modo intelligeretur, non esset conveniens dicere quod sequitur, scilicet „qui per 40 annos possedit, qualiter presumit dicere" et cetera. — §. 4. Lex ista de 40 annorum possessione a Lodoyci capitulo quod est „Si[82] quis res suas pro salute animae suae" memoratur, in hoc quod dicit: „et hoc observetur erga patrem et filium et nepotem usque ad annos legitimos". — §. 5. Terram fratri aut alicui alii dividendo concessam nemo iure potest requirere, quia iuxta Codicis tertii capitulum quod est „Divisionem[w. 83] prediorum vicem emptionis[x] optinere placuit", ita est ei propria, quasi eam emerit; et etiam iuxta hanc legem per divisionem fit[c] propria, quia in hoc quod dicit: „alie vero res quae divise fuerint inter fratres aut nepotes vel ubi mensura tracta est sorte stante adaequentur" ostendit, res divisas illorum fieri proprias inter quos divise

o) id est n. *om.* 4.5. p) non *om.* 5. q) *e codd.* 7.8.10. r) ipse.....brevem *om.* 7. s) data 7. t) *sic* 10; est r. 7.8. u) per coniecturam stulticiae *add.* 10. v) *sic* 10; vel 7.8, *sed iureconsulti cuiusdam nomen his litteris indicari videtur, fortasse Walcausi, forsan autem Wilihelmi, qui etiam in expos. §. 1 ad Roth. legem* 370 *hanc Liutprandi legem de causis praeteritis intellexisse dicitur.* w) De divisione c. x) optionis c. y) sit c.

80) Cfr. Liutp. 112. 81) Cfr. expos. §. 4 ad hanc legem. 82) Lud. P. 11. 83) L. 1. C. communia utriusque iud. (III, 38.)

sunt. — §. 6. Si quis heredum vel aliorum terram communiter habentium eam dividere voluerit, iuxta Codicis eiusdem libri capitulum quod est „In[84] communione vel societate nemo compellitur invitus detineri; quapropter aditus praeses provincie ea quae communia tibi[z] cum sorore perspexerit dividi providebit", iuxtaque alias quamplures leges a comite inde cogendus est. — §. 7. Si alicuius terre[a] indivise litigium inter fratres creverit et alter[b] eorum per donationem patris terram illam suam esse et per 40 annos possedisse adversus alium dixerit: queritur, qualiter hoc diffiniri poterit? Antiquorum pars iudicum utrumque, scilicet tam possessionem quam donationem, sacramento iuxta hanc legem dixerunt esse diffiniendum. Quod non est laudandum, quia iuxta hanc legem de possessione nullum datur iusiurandum. Altera pars vero, eo quod in hac legebatur: „et causa probata quod iure quieto possedisset", sic diffiniri voluit, scilicet ut testibus prius approbetur possessio, dehinc, qualiter terra sit facta sua, ut hec lex precipit, diffiniatur sacramento. Sed secundum Wiihelmum male voluit, quia probatio non semper fit testibus, et „causa probata" sepenumero pro veritate patefacta ponitur; sicut in sequenti lege que est „Si[85] quis liber homo ad alium liberum hominem" habetur: „et causa probata fuerit", ubi non testibus fieri probationem putandum est, dicente ipsa lege: „si[c] consilium[c] dedisse negaverit, prebeat sacramentum". Manifeste igitur patet, 40 annorum possessionem esse sacramento firmandam, non testibus. Grimoaldus[86] enim 30 annorum possessionem inter quoscumque sacramento finiri precipit; lex ista, inter fratres vel parentes possessioni 30 annorum decem annos addendo[d], sacramentum tacens Grimoaldi diffinitioni de 30 annorum possessione reliquit, veluti in novellis in lege, quae est „Iubemus[87] ut negotiis" de possessione contra ecclesiam priori diffinitioni, scilicet diffinitioni 30 annorum possessionis, 40 annorum possessionis relicta est diffinitio. Alia ratio, quare 40 annorum possessio sacramento sit firmanda: quia lex ista, conventum superiori lege quae est „Si[88] qualiscumque causa inter conlibertos" testibus approbatum sacramento affirmari precipiens, 40 annorum possessionem, superius[e, 86] 30 annorum possessione[f] sacramento affirmata, iureiurando diffiniendam[g] esse[g] insinuat, legique inferiori quae est „De[89] possessione qui aliquid de publico habet" concordat, in qua conventum et possessionem sacramento affirmari precipitur. Sed Ugo Wilihelmi sententiam postponens sententiam a patre vituperatam confirmat; et, ne quis sententiam ab Ugone firmatam, in eo quod hec lex dicit in fine: „sicut supra legitur per sacramentum finiatur", redargueret, referendo illud ad possessionem, sciendum est, illud non referri ad possessionem, immo referendum est ad „donationem aut ad comparationem aut ad extimationem" superius positam. — §. 8. Quod in hac lege scriptum est: „aut quomodo presumpserit dicere", intelligendum est, si a parente cui equaliter successerat per ordinationis cartulam ei devenerat aliquid. — §. 9. Si quis adversus fratrem de rebus aliter quam per hereditatem habitis contenderit, non 40 sed 30 annorum possessionem nominabit. — §. 10. Si quis de terra a fratre venditoris fuerit appellatus, usu dicere licebit, a se et a venditore 40 annis esse possessam[90]; se vero 30 annorum possessorem respondere, nichil impedit[h]. — §. 11. Res divisas et in extimationem datas segregat huiusmodi differentia: quia in[i] extimationem datis rebus non est unquam quantitatis coaequatio sed aptitudinis[91] comparatio, in divisione quantitatis adaequatio exigitur. — §. 12. Quia in hac lege inter fratres et nepotes tantum scriptum est, conantur quidam ab hac sententia ceteros parentes excludere: sed legum mos est, universaliter a quibusdam rebus incipere et in quasdam specialiter desinere, velut in Rotharis lege quae est „Si[92] quis caballum alienum aut quodlibet peculium", ubi de quolibet animalium est inceptio et caballum tantum continet finis. — §. 13. Quod argumentum tamen[k] non a peculio vel equo ad parentes et fratres et nepotes tractum est, sed ab inceptionis[l] finisque[l] similitudine. Cum[m] vero a pluribus locis trahatur argumentum, et argumentum sit oño dubie rei faciens fidem et argumentum a simili tractum in legibus valet per plurimum[m]. — §. 14. Notandum est quoque, quod hac lege possessor cogitur dicere titulum sue possessionis, et, quod possessio absque iusto titulo non valeat, videri potest in eo quod dicit: „qui per 40 annos possedit qualiter presumit dicere per sacramentum ad sancta Dei evangelia affirmet quod de alio" et cetera. — §. 15. Hec lex in parte rupta est ab Octonis capitulo quod est „De[93] investitura predii, quia, si[n] appellatio fuerit iuxta predictum capitulum facta, non iuxta hanc legem exinde eundum est, immo iuxta predictum capitulum.

70. (71.) Si quis alium[a] asto[b] compellaverit de pugna, quod solet[c] fieri[c] per pravas personas, prebeat sacramentum ipse qui compellat solus et dicat iuratus, quod[d] non asto[b] animo[b] eum per pugnam fatigare quaerat, nisi quod certam habeat suspeccionem, sive de furto fuerit[e] sive de incendio*, aut unde ipsa compellatio agitur**. Et si hoc iuraverit, postea vadat exinde ad pugnam. Si autem minime iurare presumpserit, non fiat ipsa causa per pugnam iudicata aut finita.

* *excepto silvali* per kapitulum Lotharii (81.) „Volumus ut si quelibet persona". 7.8 *et in marg.* 4.

z) tibi *om. c.* a) are *cod.* b) aliter *cod.* c) sicut filium *cod.* d) ad dandum *c.* e) in *add. c.* f) possessionem *c.* g) diffinienda, *om.* esse, *c.* h) inpendit *c.* i) in *om. c.* k) tantum *c.* l) inceptissimisque *c.* m) *verbis vel corruptis vel mutilis, plurimum in legibus interpretandis valere analogias quae dicuntur, sententia inest perspicua.* n) non *c.*

Cap. 70. *e codd.* 1—8. a) hominem *add.* 3.7.8. b) astu animi 1. c) fieri solet 1.2.5.6. d) quia 1.2. e) *deest* 1.

84) L. 5. C. communi divid. (III, 37.) 85) Liutp. 71. 86) Grim. 4. 87) Iul. nov. 104. 88) Liutp. 8. 89) Liutp. 77. 90) per accessionem scilicet possessionis. 91) *attitudine* italice. 92) Roth. 343. 93) Otto I. 3.

** *Et in omnibus preteritis*[94] *iusiurandum istud est, in futuris vero in re una*[95] *de homine veneno occiso*[f]. 7.8 *et similiter in marg.* 4.5.

Petre[g], *te appellat Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu fuisti fur de tanto suo mobili quod valebat solidos* 100. — *De torto me appellat*[h].

Glossa: Cuius Petri[i] sacramentum est ita: de hoc, unde ego te appellavi, non quaero te asto animo fatigare per pugnam, set habeo certam suspectionem. 10.

71.(72.) Si quis liber homo ad alium liberum hominem consilium dederit periurare[a] aut casam[b] alienam incendere[b], ubi homo cum rebus suis habitat[c], aut mulierem alienam vel[d] puellam tollere aut rapere, et causa probata[e] fuerit, componat pro ipso[f] illicito consilio quod contra rationem ministravit solidos 100: ita sane, ut inter ista capitula quae diximus, unde compositio datur[g] per ipsum[g] qui ipsum malum[h] agit[i] solidis 900, ipse consiliator componat solidos 100; et unde compositio fiet[k] de[l] solidis 300, consiliator componat solidos 50, et si minus de 300 solidis fuerit ipsa compositio, consiliator componat solidos 40, minus non, medietatem[m] ex omnibus suprascriptis capitulis in palacio regis, et[m] medietatem[n] cuius causa fuerit. Et si ipse, de quo dicitur quod[o] suprascripta[p] mala consiliatus[q] fuisset[q], vetare voluerit, quod tale[r] consilium non dedisset, prebeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis iuxta qualis causa fuerit et sit absolutus; nam per pugnam non fatigetur. Nam si rei veritas manifestata fuerit, componat ut supra[s].

Glossa: consilium dederit periurare] Si quis sciens se periuraverit, componat ei cui periuravit medietatem widrigild sui, ut legitur inantea *(Liutp.* 143.*)* Si quis timoris Dei. 4.7.8.

Petre[t], *te appellat Martinus, quod tu dedisti consilium ad Donatum de incendere unam suam casam, quae valebat solidos* 300, *et ipse incendit.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu dedisti consilium ad Stephanum[u], *quod se periuraret de tali terra, aut dedisti consilium, ut incenderet unam suam casam, aut rapere unam suam mundoaldam, vel tolleret. — Non est verum. — Aprobet si potest; si non, ille se exdicat, et si non potuerit se exdicere, si malefactor debuerit componere solidos* 900, *ipse consiliator componat solidos* 100, *et si* 300, *ille* 50, *et si minus de trecentis, ipse consiliator* 40, *minus non.*

Expositio: Eum, qui de alia re quam in hac lege precipitur alicui consilium dederit, ille qui passus est iuxta Romanorum legem, ex eius „dolo factum esse"[96] appellare potest. — §. 2. Eo quod in hac lege habetur: „unde compositio datur, per ipsum qui malum egit", dicebant antiqui, consiliatorem nichil compositurum esse, nisi malefactor prius componeret; sed solummodo pro determinatione compositionis consiliatoris hoc dixit. — §. 3. Quod in hac lege dicitur: „iuxta qualis causa fuerit", non ad consiliatorum compositionem, sed ad causam unde consilium dedit referendum est, videlicet si[v] causam 20solidorum aut plus aut minus incendendi consilium dedit consiliator malum. — §. 4. Hec lex ideo „nam per pugnam non fatigetur" posuit, ne quis crederet, eum per pugnam posse fatigari qui consilium posuit incendii, cum de incendio superiori lege[97] pugna iussa est fieri. — §. 5. Quod in hac lege habetur: „medietatem ex omnibus istis capitulis", ita intelligendum est: scilicet medietatem ex his sententiis.

72.(73.) De[a] donatione[a,*] quae sine launechild[b] aut sine thingatione[b] facta est, minime stare debet[c]. Quia, etsi[d] specialiter in edicto sic non fuit institutum[e], tamen usque modo sic est iudicatum, ideo pro[f] errore tollendo[f] hoc scribere[g] in edicti pagina iussimus: et[h] qui[i] fuerit propinquus parens, ipse succedat[i], et si ille superstes fuerit, qui ipsam donationem sine launechild dedit, possit eam[k] ad se recolligere; exepto si in aecclesia aut in locis sanctorum aut in senodochio pro anima sua aliquid quicumque donaverit, stabile debeat permanere. Quia in locis sanctorum aut in senodochio nec thinx nec launechild impedire debet, eo quod pro anima[l] factum est.

* *legalis.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: sine launechild] scil. post. 5.7.8. — id est talio. 4. — id est garathinx quae est mutua donatio. 7.8. — *sine tingatione]* scil. simul. 5.7.8. — *ipse succedat]* hoc est ut donatum recolligat vel lonechild accipiat. 7.8. — *sine launechild]* launechild: aliud tingatione, aliud launechild. 5.7.8.

Petre[m], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam donationis quam tu michi fecisti, et ecce cartam. — Si carta manifestat launechild, aut dicat falsam aut det poenam de carta. Si non manifestat launechild, fiat taliata.*

Petre, te appellat Martinus, quod pater suus[n]

f) scilicet unde pugna fieri debet, set secundum val. de omnibus intelligitur *add.* 4. g) *e codd.* 7.8.10. h) appellas 10. i) *immo* Martini.

Cap. 71. *e codd.* 1—8. a) de periurare 1. b) incendere casam alienam 7.8. c) inhabitat 1.2.5. d) aut 1.4—6. e) approbata 5.6. f) *deest* 1.5—8. g) per ipsum datur 1.2.5.6; per ipsum *om.* 8. h) damnum vel malum 1. i) egit 4.7.8. k) *sic* 2.4; fit 1; sit 5—8. l) det 2; *deest* 1.4—6. m) medietatem..... et *om.* 8 *et in marg. add.* 7. n) illi *add.* 7.8. o) qui 7.8. p) ista 1.5.6. q) consiliasset 1.4. r) *deest* 7.8. s) diximus *add.* 1. t) *e codd.* 7.8.10. u) *sic* 8; S. 7; I. 10. v) ei *cod.*

Cap. 72. *e codd.* 1—8. a) Si qua donatio 4; Donatio 7.8. b) sine thingatione aut sine launechild 1.2. c) debeat 1.4. d) et 2; *deest* 5.6. e) constitutum 7.8. f) propter errorem tollendum 7.8. g) scribi 4.7.8. h) ut 1.4—6. i) qui fuerint propinqui parentes, succedant 5.6. k) etiam 7.8. l) sua *add.* 1. m) *e codd.* 7.8.10. n) suum 7.8.

94) in causis scilicet, de quibus leges retropositae constituunt. Cfr. expos. §. 2 sub fine ad Roth. 202. 95) Ex lege Liutp. 117. 96) L. 1. §. 1. Dig. dolo malo (IV, 3.): „Verba autem edicti talia sunt: Quae dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio non erit et iusta causa esse videbitur iudicium dabo". 97) Liutp. 70.

donavit tibi aut ad tuum patrem tanta mobilia quae valebant solidos 50, *et non fecisti sibi*[o] *widerdonem.*

Petre, te appellat Martinus, quod pars monasterii sancti Petri, unde tu es advocatus, tenet sibi terram in tali loco malo ordine. — Ecce cartam quam pater tuus fecit ad monasterium. — Pars monasterii non fecit michi widerdonem. — Hoc non potest dicere, quia nec launechild, nec thinx impedit aecclesiae.

Expositio: Lex ista Rotharis legem „Si[1] quis res suas cuicumque donaverit" affirmat, quia ille donationem sine launechild factam nichil valere declarat similiter. — §. 2. Rumpit et Rotharis legem quae est „Si[2] libertus qui fulfreal", in qua donatio donatori redire precipitur, nulla posita differentia utrum tale launechild datum sit necne; sed non est intelligendum ruptam esse, quia de sola donatione absque launechild facta est. — §. 3. Ideo quod lex ista donationem cum launechil factam valere precipit, non est intelligendum, donationes contra leges superius[3] positas, que filium aut filiam exhereditarent, valere precepisse, quia, dicens: „usque modo sic est iudicatum", aperte declarat, se non de alia alienatione dicere nisi de ea quae sola launechild absente evacuatur.

73. (74.) Si infans, dum intra aetatem est, res suas cum fratribus aut cum parentibus suis dividere voluerit, aut si ipsi cum ipso infante[a] dividere voluerint, faciat[b] iudici noticiam, et ipse iudex faciat venire parentes ipsius[c] et una cum ipsis[d] aut per se ipsum[e] aut per missum suum bonam[f] personam[f] Deum timentem res ipsas dividant[g], sic tamen, ut omni tempore sortes stare debeant et adaequatio[h] percurrat.

Glossae: Si infans] Partim[i] obiit[i] per kapitulum Lotharii (60.) Quicumque res. 4.5.8. — *aut cum parentibus suis]* Secundum vl. id est cum patre per legem Rotharis (200.) „Si quis uxorem suam inmerentem" propter faderfium matris occisae. 4. — *sortes]* id est divisiones a persona Deum timente factae secundum vl. 4.

Petre[k], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Illam terram dico esse meam, quia, quando tu eras infra aetatem, voluisti dividere mecum, et comes divisit ipsam terram, aut per se aut per missum suum, et tui parentes fuerunt*[l]. *— Aut probet, quod sic fuisset facta divisio, aut perdat.*

Expositio: Lex ista infantem res suas dividere, sed non extimationem commutationem aut venditionem facere permittit. — §. 2. Quod in hac lege scriptum est: „res suas" non infantis proprias, sed communes oportet intelligere.

74. (75.) Si infans, dum intra aetatem est, causam habuerit cum qualicumque homine, similiter faciat iudex parentes ipsius propinquos[a] venire[a] et accedat ad[b] locum cum ipsis parentibus, et deliberet[c] causam ipsam per iusticiam et faciat noticiam, in quorum presentia causam ipsam deliberavit, et iudicatum suum emittat, ut ipse qni causam suam quaerit, non perdat iusticiam suam pro eo quod ipse infans intra aetatem esse videtur. Iudex autem, quomodo ordinaverit aut qualiter fecerit causam[d] in his capitulis de eo qui intra aetatem est, habeat retributorem Deum omnipotentem, sive in bono sive in malo. Et[e] missus ille quem iudex direxerit pro diffiniendis causis quas supra[4] precipimus[f], si[g] in aliqua[h] parte cor suum in fraude[h] declinaverit aut fecerit ea quae oportuna non sunt, ut[i] infans dannum habeat qui intra aetatem est, et non fecerit aequalitatem, et probatum fuerit, quod fraudem fecisset aut colludium contra ipsum infantem statuisset, de proprio suo restauret[k], quod[l] fraudulenter divisit. Hoc ideo proinde dicimus, ut infans ille, qui suam[m] causam[m] nescit legitime procurare, dannum non habeat.

Glossae: Si infans] Partim obiit per kapitulum Lotharii (60.) Quicumque res. 5.7.8. — *pro eo quod ipse infans intra aetatem]* nam antiquitus, dum[n] intra aetatem erat, ad legem nullo modo distringebatur. 4.5.7.8. — *Et si missus]* Hic videtur, ut hic missus sit quasi tutor datus ad certam causam secundum veteres. 5.7.8. — *de proprio suo restauret]* Hic emendat veluti accione tutelae. 4.5.7.8.

Petre[o], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Non tibi respondeo, quia ecce noticiam, per quam tu fecisti michi finem de ipsa terra, quando tu eras infra aetatem.*

Petre, te appellat Martinus, quod, quando ipse erat infra aetatem, volebat dividere cum suis fratribus, et comes terrae misit te ad ipsam divisionem, et per tuam fraudem fuit dampnatus solidis 100.

Expositio: In eo quod hec lex dicit: „ut ipse qui causam suam querit non perdat iustitiam suam pro eo quod ipse infans intra etatem esse videtur", notari potest, hanc legem de accione adversus infantem habita tantum egisse. Sed si[p] infans adversus alium agere debuerit, iuxta Pipini capitulum „Ut vidue et orphani"[5] dentur ei tutores, deindeque cum ipsis adversus alios agat. — §. 2. „Pro[q] diffiniendis causis quas super precepimus" non in hanc legem sed ad superiorem[4] referendum est, cum hac lege[q] [missi[r] nulla fit mentio.] Unde sepe talis ponitur questio: si infans, dum intra etatem est, causam habuerit cum extraneo et iudex missum suum ad ipsam dif-

o) *deest* 7.8.

Cap. 73. *e codd.* 1—8. a) infantulo 7.8. b) faciant 1.6—8. c) propinquos *add.* 6. d) parentibus *add.* 4.5.7.8. e) *deest* 2.5.6. f) *desunt* 8 *et pr. man.* 7. g) dividat 1.5.6. h) aequatio 1.7.8. i) *ita intelligo siglum* ꝺ, *quod hoc loco et in glossis ad caput sequens invenitur in codd.* k) *e codd.* 7.8.10. l) inter *addendum videtur.*

Cap. 74. *e codd.* 1—8. a) venire propinquos 1.2.5.6. b) apud 1.4. c) deliberent 7.8. d) suam *add.* 2.4.7.8. e) Et si 7.8. f) diximus 5.6; missimus 1. g) si *hic om.* 7.8. h) aliquam partem in fraude cor suum 5.6. i) ipse *add.* 1. k) ipsi infanti *add.* 7.8. l) quae 7.8. m) causam suam 5.6. n) donec in etate esset, nichil inde fiebat 4.7.8. o) *e codd.* 7.8.10. p) si *om. cod.* q) *verba* Pro...cum hac lege, *in codice post verba paullo ante posita* de accione adversus infantem *falso inserta, e coniectura suo loco restitui.* r) missi nulla fit mentio *supplevi e Lombardae codice Rhedigerano, in quo eadem res inter glossas tangitur, de qua expositionis nostrae haec paragraphus pluribus agit.*

1) Roth. 175. 2) Roth. 225. 3) Roth. 168; Liutp. 64. 4) Liutp. 73. 5) Pipin. 5.

finiendam delegaverit et missus cor suum in fraude declinaverit aut fuerit ea quae oportuna non sunt, ut infans dampnum habeat[s], qui intra etatem, et probatum fuerit quod fraudem fecisset: queritur, utrum ea que fraudulenter divisit ipsi infanti de suo proprio restaurare debeat vel non, et utrum sortes stabiles permanere debeant aut non? Sed si quis dixerit, missum illum de suo proprio restauraturum que fraudulenter divisit, et sortes fore permansuras, male dixerit; quia lex superior non iubet alias sortes fore permansuras nisi eas que inter fratres aut parentes fuerint, et hec lex non iubet alias restaurari nisi eas que missus inter fratres aut parentes fraudulenter divisit. Etenim nullus preter iudicem iuxta hanc legem causam, quam infans habeat cum extraneo, diffinire permittitur. — §. 3. Quamquam iuxta hanc legem missus de proprio suo restaurare cogitur ipsi infanti, que fraudulenter divisit[t], sortes tamen non ita permanebunt ut ipse deliberavit; quia superior lex non alias sortes stare iussit, nisi quas missus Deum timens aut iudex constituit; sed missus fraudulenter dividens non erat Deum timens; quare non ita permanebunt, sed dividentur ut equatio percurrat.

75. (76.) De religiosa femina, quae vestem et habitum sanctae religionis in se suscepit, si contigerit ex peccato, ut adulterium voluntarie committat, qui[a] ipsam[b] sanctimonialem feminam adulteraverit[b], componat solidos 200*. Quia de secularibus feminis aedictum[6] continet, ut componantur pro adulterio solidi 100, et nos prospeximus veram esse iusticiam, ut in[c] Dei omnipotentis causa[d] et sanctae Dei genitricis Mariae, cuius vestem suscipiunt, duplicentur. De pecunia autem eiusdem religiosae[e] feminae[e], quae, quod absit[f], voluntarie adulterium perpetraverit, sic fiat sicut[g] iam antea[7] de[h] religiosis feminis statuimus quae se marito copulaverint.

* *moriatur* per legem Romanam. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: De religiosa] Obiit per kapitulum *(Lud.P.* 53.*)* Omnis ordo. 4.5.7.8. Istum capitulum propter oc non est optimus, quia secundum legem remanana morire debet ipse adulter, res ipsius fisco. 3.

Expositio: Quia femina, dum velatur, iuxta Lodoyci capitulum quod est „Ut[8] omnis ordo ecclesiarum" Romana efficitur, adulter eius mortis est subiturus sententiam iuxta Novellarum[9] legem. — §. 2. In eo quod hec lex velate femine mechate res publico devenire precipit a Lotharii capitulo quod est „De[10] sanctimoniali femina" affirmatur.

76. (77.) Si duo fratres aut si pater et filius thingati fuerint*, si unus ex ipsis sine filiis[a] filiabus mortuus fuerit, curtis[b] regia[b] ei succedat. Ideo autem hoc[c] scripsimus, quia, etsi[d] adfixum in aedicto proprie non fuit, tamen omnes iudices et fideles nostri sic dixerunt, quod[e] cadarpheda[f] antiqua usque nunc sic fuisset.

* *id est in quartas manus traditi et amund[g] facti.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si duo fratres] Haec de amund loquitur. 5. — Quia in Rothare (224.) legitur: si amon sine heredibus mortuus fuerit, ut curia succedat, et quia hii inter se heredes videbantur, ideo hec lex est facta, ne error fiat. 4.7.8. — *cadarfeda]* id est mos. 5.7.8. id est consuetudinem. 1. — id est consuetudo quae vicem legis obtinet. 4.

Expositio: Non est intelligendum, hanc legem de aliis libertinis nisi de amonibus et de ceteris, quibus pars publica succedere debet, veluti sunt impantes, esse locutam, quod insinuat dicens: „cadarfida — id est consuetudo — antiqua usque nunc sic fuisset"; quia hec lex, si intelligeretur de fulfrealibus tantum fore locuta, iam semetipsam videretur reprehendere in hoc quod dicit: „curtis regis ei succedat" et postea dicit: „quod cadarfida antiqua usque nunc sic fuisset", cum legibus retropositis[11] patroni fulfrealibus tantum succedunt, non curtis regia, et cum secundum legem[h] retropositas[h] consuetudo procedebat. — §. 2. In eo quod lex ista dicit: „si pater et filius thingati fuerint et unus ex ipsis sine filiis filiabus mortuus fuerit ut regia curtis ei succedat" ab Institutionum lege: „Hoc loco necessarium est" dissidet, in qua, si pater et filius vel mater, filius filiave manumissi fuerint, ut sibi invicem succedant, precipitur[12].

77. (78.) De[a] possessione, quam aliquis[a] de publico habet et per 60[b] annos quietus possedit, liceat ei et[c] inantea[c] sine aliqua molestatione habere et possidere*. Hoc autem ideo statuimus, quia possessio aliorum hominum secundum Longobardorum legem in[d] 30 annis[d] finitur, causas quidem regales, unde compositio expectatur, duplicatas statuit decessor noster Rotharis rex componi[e]: propterea nobis rectum cum nostris iudicibus comparuit esse, ut et in ista[f] causa de possessione duplicentur ipsi anni, ut fiant 60. Et si iudex aut actor noster ipsum qui possessionem talem habet[g] pulsaverit, quod ipsam rem iniuste possedisset aut invasisset, et non sint completi 60 anni, tunc ille cuius possessio est dicat iuratus ad sancta Dei evangelia, aut de se aut de patre aut de avo, quod ipsa res[h] per principem qualem ausus fuerit nominare[i] data fuisset, et ipse aut parentes eius[k]

s) vel non *add. c.* t) dimisit *cod.*

Cap. 75. *e codd.* 1.3—5.7.8, *abest a codd.* 2.6. a) quicumque 1. b) cum ipsa sanctimoniali femina (sanct. fem. *om.* 4) adulterium fecerit 4.7.8. c) in *om.* 5.7.8. d) causae 5.7.8. e) sanctimonialis fem. 1; fem. rel. 7.8. f) abscit 7.8. g) in anteriore edicto legitur, quae *add.* 1. h) reliquis *add.* 1.

Cap. 76. *e codd.* 1—8. a) ac *add.* 7.8; vel *add.* 5.6. b) cortis regis 7.8. c) in hoc edicto *add.* 1. d) *sic* 1.5.6. e) *sic* 1.4; quia *rell.* f) *sic* 5; per cadarsi 1; faderfia 2; cadaerfitas 3; katarfeda 4; caderfreda 6; cadarfia 7.8. g) amonht 7.8. h) hanc legem *corrigendum videtur.*

Cap. 77. *e codd.* 1—8. a) De possessione. Qui aliquid 7.8. b) XL. 2 *et pr. man.* 5. c) deinde, *om.* et, 5.6. d) per XXX annos 1. e) componere 1. f) ipsa 7.8. g) habuerit 1; habeat 7.8. h) sibi *add.* 7.8. i) ipsi aut parentes eius *add.* 2. k) ipsius 1.4.

6) Roth. 189. 7) Liutp. 29. 8) Lud. P. 53. 9) Iul. nov. 115, 67. 10) Loth. 6. 11) Roth. 224. 225. 12) §. 10. Inst. gradib. cognat. (III, 6.)

per 60 annos[l] possedisset, nec eam per legem dimittere debeat, et sit postea securus. Et si hoc facere ausus non fuerit, aut forte gastaldius aut actor[m] probare potuerit, quod completi[n] 60 anni in possessione ipsa non sint[n], et veritas apparuerit, quod de publico fuisset, aut ostendat preceptum aut amittat ipsam rem[o], si 60[p] anni in ipsa possessione non fuerint completi[p]. Et si forsitan aliquid[q] de servo aut de aldione domni[r] regis comparaverit, et probata causa fuerit, relaxet ipsam rem in publico: quia de servo aut de aldione[r] regis possessio venditionis esse non debet, sicut nec de aliorum servis vel aldionibus.

* *nisi appellatus fuerit per investituram* per kapitulum Ottonis (I. 3.) „De investitura". 7. 8 *et in marg.* 4.

Glossae: iniuste possedisset] id est iniuste possedit et non sunt completi 60 anni, aut invasit et non sunt completi anni 60: quia, si iniuste possedit vel invasit, tamen, si sunt completi anni 60, habebit; nam si preceptum habuerit, etiamsi completi 60 anni non fuerint, tamen habebit. Et secundum quosdam ita; secundum alios aliter[s]. 4. 5. 7. 8. — *aut de se]* „Aut" disiunctivum est. 4. — *aut de patre]* Ob hoc dicunt stulti, quod debet firmari possessio coniunctione patris aut avi vel venditoris vel deinceps. 4. — *aut parentes]* Hic videtur, quod Longobardus non potest iungere possessionem inter se et alium, ut alii dicunt. 4.

Petre[t], te appellat Martinus, quod tu tenes malo ordine terram in tali loco ad partem publicam, unde ipse est advocatus. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Ego habeo possessam per 30 annos. — Tunc advocatus probet, quod fuisset de publico, et dicat ipse possessionem per 60 annos. Si dixerit: „imperator Otto dedit ipsam terram ad meum patrem, et quid ego, quid meus pater? per 60 annos habemus possessam", interroga advocatum, si potest probare, quod pars publica fuit investita infra istos 60 annos; si non potest probare, iuret suam possessionem. Si dixerit: „mea propria est per preceptum", aut ostendat preceptum, aut perdat.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes terram malo ordine in tali loco ad partem publicam, unde ipse est advocatus. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Donatus michi vendidit. — Da vadia de auctore. — Vendidisti michi ipsam terram? — Sic feci. — Tunc dicat advocatus: „non potuisti vendere, quia tu es servus de parte publica". — Liber sum nascendo. — Si ipse potuerit probare suam libertatem, habeat ipse terram, et si non potuerit, sit servus, et ipse perdat terram. Si dixerit: „in loco auctoris volo stare", et ostenderit cartam, tunc dicat advocatus: „non potuit tibi vendere, quia erat servus de parte publica". — Probet ipse qui habet cartam, quod erat liber, quando fecit cartam; et si non potuerit, advocatus probet, quod erat servus; et si non potuerit, ipse qui habet cartam iuret cum suis sacramentalibus, quod erat liber, quando fecit cartam.

Set ita: Petre, te appellat Martinus, quod terra quae in tali loco est quam tu tenes est rei publicae, cuius est advocatus. — Non debeo inde respondere, quia possedi per 60[u] annos. — Illa possessio parum tibi valuit, quia pars publica interrupit[v] tibi illam possessionem, et non quiete possedisti. — Aut: possedisti, sed iniuste et malo ordine, quia eam invasisti. — Non iniuste nec malo ordine, quia rex ille michi fecit preceptum. — Aut: non sunt completi 60 anni.

Glossae: ad form. primam] Vacuum; placitum secundum asinos. 7. — *in loco auctoris volo stare]* pro usu secundum quosdam asinos; secundum valentes numquam Longobardus stat loco auctoris. 7. 8. 10.

Expositio: Lex[w] ista dicens: „et 40 annos quietus possedit, liceat ei et inantea sine aliqua molestia habere et possidere" dat intelligi, quod inquieta possessio nichil valeat. Inquieta possessio dicitur, in qua appellatio interponitur. — §. 2. Lex haec dicens: „duplicatas statuit decessor noster Rotharis rex componere" Rotharis legem que est „Omnes[13] vero regales cause" reducit memorie. — §. 3. Si iudex aut actor 40 annorum possessorem de invasione possessionis rei appellavit, iuxta Octonis capitulum quod est „De[14] investitura predii" firmetur per pugnam. — §. 4. In eo quod hec lex dicit: „dicat iuratus ad sancta Dei evangelia vel de se vel de patre vel de avo, quod ipsa res sibi per principem, qualem ausus fuerit nominare, data fuisset", notari potest, quod possessor cogitur dicere titulum sue possessionis. Notandum est quoque, quod huius legis littera, que est „et si hoc ausus facere non fuerit" etc. ita legitur, scilicet ut dicamus: „si ausus non fuerit iurare aut si forte ausus

l) quiete *add.* 7. 8; quietus *add.* 6. m) regis *add.* 5. n) completi aññ 60 possessio nōn sit 6; completis 60 annis possessio ipsa non sit 7. 8. o) in publicum *add.* 5. p) completi 60 anni *rell.* 7. 8. q) *deest* 5; aliquis 4. r) domni ..... aut de aldione *om.* 7. 8. s) sentitur, id est si bonum inicium non habuerit, possessio tenenti nichil prodest secundum vl. *add.* 4. t) *e codd.* 7. 8. 10. u) XL. 7. 8. v) interrumpit 7. 8. w) *haec expositio glossae legis antecedentis (Liutp.* 76. *Lomb. II,* 14, 25.*) continuo adnexa est; Liutprandi vero legi* 77. *(Lomb. II,* 35, 8.*) talia subiuncta sunt:* Molestatio est intelligenda litis contestatio. „Lis autem tunc intelligitur contestata, quando per actoris narrationem et rei responsionem". *[L.* 14. *§.* 1. *C. iudiciis III,* 1. — *L. unica C. litis contest. III,* 9.*]* Igitur haec contestatio omnes annos anteriores nondum completo triennio cassat, ut amplius non numerentur. §. Quattuor intellectus sunt in hac lege: primus, ut, qui non habeat iustitiam initii titulum, cadat de malo ordine. Alius, quod possessorum anni bona fide continuantur, sive sint parentes sive extranei venditores, donatores, commutatores. Alius, quod precepto ostenso firmatur possessio. Quartus, quod nec regia res nec alicuius privati domini alienari potest per aldionem vel servum domino non volente vel iubente. — *Rothari rex componere]* „Omnes vero regales cause" (370.) — *possedisset]* ab alio datam. — *invasisset]* sua presumptione. — *nec eam per legem]* Si quis molinum *(Roth.* 151.*)*, alii absolute per iustitiam. — *Annorum curricula]* Dicunt quidam, huiusmodi possessionem tricesimam, quadragesimam, sexagesimam temptari posse de malo ordine per: „De investitura predii". Alii vero determinant, illius capituli pugnam futuram esse tantum infra possessionis annos legitime. — *Facile intelligitur, has glossas a reliquis codicis Brancatiani expositionibus in dicendi et exponendi ratione pluribus differre. Quare librarium nostrum huic legi Liutpr.* 77 *glossas ex alio Lombardae codice, in quo glossae in margine et inter lineas additae essent, repetitas adiunxisse credo, cum expositionem ad hanc legem vere pertinentem iam antecedentis legis expositioni errore adnexuisset.*

13) Roth. 370. 14) Otto I. 3.

fuerit iurare" etc. — §. 5. Eo quod in hac lege habetur: „si gastaldius aut actor probare potuerit, quod completis 40 annis possessio ipsa non sit" datur intelligi, quod non cogitur ostendere preceptum, si possessionem habuerit. — §. 6. Lex hec dicens: „sicut nec de aliorum servis vel de aldionibus" Rotharis leges[15] que sunt „Servus cuiuscumque" „Si quis de servo comparaverit" „Servus massarius" corroborat. — §. 7. Si possessor rem possessam non ex parte publica sed aliunde sibi devenisse dixerit, 30 annorum spatium in possidendo fuisse sibi sufficit.

78. (79.) De homine[a] illo[a] qui caballum in mercato comparare voluerit, ut[b] ante duos vel tres homines eum emere debeat[c], nam non secrete. Et si aliquis postea ipsum[d] caballum cognoverit, habeat testimonia[e] in quorum presentia comparavit, et ei postea furti calumpnia non fiat*. Et si ad ipsos testes non crediderit qui furtum quaerit, firment[f] ipsi testes per sacramentum; excepto si tales homines fuerint, quibus rex aut iudex sine sacramento credere possit. Et si homines non habuerit, in quorum presentia[g] comparavit, nisi simpliciter dixerit, quod comparavit de Franco aut nescio de quali homine, componat ipsum caballum pro furto.

* *nisi per bellum voluerit hoc probare appellator* per kapitulum Ottonis (I. 6.) „De furto aut scacho" secundum quosdam. 7.8 *et sim. in marg.* 4.

Glossae: Vacuum per kapitulum Pipini (42.) Ut nullus. 4.7.8. — *calumnia non fiat]* set tantum caballum reddat secundum vl. 4. — *si tales]* Hic videtur, quod potestas debet credere bonis hominibus sine iuramento. 4.

Expositio: Si quis in mercato equum emerit, quamquam inde testes habeat, si tamen furti interpellatus fuerit, aut sibi nonum componet aut iuxta Octonis capitulum quod est „De[16] furto aut scacho" se per pugnam defendet. — §. 2. In eo quod lex ista dicit: „et si homines non habuerit, in quorum presentia comparavit, nisi simpliciter dixerit, quod comparasset de Franco, componat ipsum caballum pro furto", Rotharis legem: „Si quis caballum emerit"[17] rumpit, in hoc quod dicit: „tunc prestito sacramento reddat caballum". Sed quia lex illa magis in usu habetur, lege ista est valentior.

79. (80.) De furonibus[a], ut unusquisque iudex in civitatem[b] suam faciat[c] carcerem sub terra; et cum inventus fuerit fur, ipsum furtum componat[d], et comprehendat eum et mittat[e] in ipso carcere[e] ad annos duos vel tres et postea dimittat eum sanum. Et si talis persona fuerit, ut non habeat unde ipsum furtum componat[f], debet eum dare in manus illius[f] cui ipsum furtum fecit, et ipse de eo faciat quod voluerit. Et si postea iterum ipse in furto tentus fuerit, decalvet eum et cedat per disciplinam sicut debet furonem[g], et ponat ei[h] signum in fronte et facie. Et si nec sic emendare se voluerit et post ipsas districtiones in furto tentus fuerit, vendat eum foris provincia, et habeat sibi iudex precium ipsius: verumtamen ut probata causa sit, et non eum sine vera probatione debeat vendere.

Glossae: De furibus] Obiit per kapitulum Karoli (44.) De latronibus. 4.7.8. — *et mittat ipsum in carcerem]* scilicet ut legitur in lege Romana[18]. 4.

80. (81.) Si quis homo caballum perdiderit aut aliam qualemcumque rem, vadat[a] ad iudicem qui in loco positus est, ubi ipsum[b] furtum factum[c] fuerit, et dicat ei[d] omnia qualiter ei contigit: et si iudex neglectum fecerit ad[e] inquirendum ipsum furtum, componat de suo[f] proprio[f] ipsum furtum. Et si dixerit, quod nullum neglectum fecisset[e], prebeat sacramentum, quod neglectum ad inquirendum non fecisset, nisi quod invenire non potuisset, et sit absolutus. Quod si iurare ausus non fuerit, componat ut supra ipsum furtum de proprio suo.

Glossae: Si quis] Hic videtur, quod erimannus accipit legem a comite suo per ipsum comitem. 4.7. — *iudicem qui in loco]* Recordare legem istius retro *(Liutp.* 55.) Si quis alium pulsaverit de furto et per districtionem secundum vl. 4.

Petre[g] comes, hoc te appellat Martinus, quod unus caballus erat sibi abstractus furtive, et ille tibi dixit, quomodo illi evenerat, et tu habuisti neglegentiam inquirere ipsum caballum aut aliam rem. — Tunc comes faciat sacramentum, quod non fecit neglegentiam, et si[h] ausus non fuerit iurare, reddat pro furto.

81. (82.) Si quis carrum et boves[a] in silva sua invenerit et lignamen superpositum aut qualicumque re oneratum[b], et ipsos boves aut[c] carrum comprehenderit et ad propriam[d] suam[d] duxerit[e], non sit culpabilis, pro eo quod in rebus suis[f] invenit.

Glossa: Si quis] Obiit per kapitulum Pipini (23.) Ut nullus alteri secundum quosdam. 4.

82. (83.) De omnibus iudicibus, quando in exercitum ambulare[a] necessitas fuerit, non[b] dimittant alios homines, nisi tantummodo qui unum[c] caballum habent[d], hoc est homines 6, et tollant ad saumas suas ipsos caballos sex: et de minimis hominibus qui nec casas nec terras suas habent[d] dimittant homines 10, et ipsi homines ad ipsum

Cap. 78. *e codd.* 1—4. 6—8. *abest a cod.* 5. a) eo homine 2; illo *om.* 1.6. b) et 2.7.8; *deest* 1.6. c) debet 4.7.8. d) *deest* 2.6—8. e) testimonium 1.2; *deest* 6. f) confirment 7.8. g) erat quando *add.* 1.
Cap. 79. *e codd.* 1.4.7.8, *abest a codd.* 2.3.5.6; *suppletur tamen in fronte codicis* 3. a) furibus 7.8. b) vicem 7.8. c) facit 7.8. d) componere faciat 7.8. e) mittat ipsum (ipsum *om.* 7.) ipsum in carcerem 7.8. f) componere possit, debeat eum iudex dare in manu ipsius 1. g) furem 7.8. h) eum 7.8.
Cap. 80. *e codd.* 1—8. a) vendat 8 *et pr. m.* 7. b) *deest* 1; ei 5. c) *deest* 7.8 *et pr. m.* 4. d) ei *om.* 7.8, e) ad inquir. ..... neglectum fecisset *om.* 7.8. f) proprio suo 1.7.8. g) *e codd.* 7.8.10. h) si *om.* 7.8.
Cap. 81. *e codd.* 1—8. a) bovem 7.8. b) honeratum 5—8. c) et 2.7.8. d) *sic* 4; proprium suum 5; propriam casam 7.8; propriam suam casam 1.2.6. e) perduxerit 5; adduxerit 7.8. f) eum *add.* 2.7.8.
Cap. 82. *e codd.* 1.2.4.7.8, *abest a codd.* 3.5.6; *suppletur tamen in fronte codicis* 3. *Cfr. etiam nota* c. a) ambulandi 1.2. b) ut non 7.8. c) *in hoc verbo omnino explicit cod.* 2. d) habeant 7.8.

15) Roth. 233—235. 16) Otto I. 6. 17) Roth. 232. 18) Cfr. L. 6. Cod. poenis (IX, 47.)

iudicem faciant per ebdomadam unam operas tres, usque dum ipse iudex de exercitu revertitur[e]. Sculdahis vero dimittat homines tres qui caballos habent[f], ut tollat ad saumas suas ipsos caballos tres: et de minoribus hominibus dimittat homines 5, qui faciant ei operas dum[g] ipse reversus fuerit, sicut ad iudicem diximus, per ebdomadam unam operas 3. Saltarius quidem tollat caballum unum, et de minoribus hominibus qui ei operas faciat tollat hominem unum, et faciat[h] ei operas, sicut supra legitur. Et si amplius iudex vel sculdahis aut saltarius dimittere homines presumpserit sine regis permisso aut iussione qui in exercitum ambulare debent, componat widrigild suum in sacro palatio.

Haec[i] autem quae supra comprehensa sunt[i], quae antea per iudicium finita et statuta sunt, et[k] terminus positus est, sic maneant sicut iam[l] antea[l] sunt statuta: quae autem amodo emerserint sic terminentur, sicut nunc in presenti pagina adfiximus.

Glossa: De omnibus] Obiit per usum. 4.

83. (84.) Si[a] quis timoris Dei immemor ad[b] ariolos aut ariolas pro[c] aruspiciis aut quibuscumque responsis ab[d] ipsis[d] accipiendis[c] ambulaverit, componat in sacro palatio medietatem precii sui sicut adpreciatus fuerit, tamquam si eum aliquis occidisset: et insuper agat poenitentiam secundum canonum instituta. Simili modo et qui ad[e] arborem quam rustici sanctivam vocant atque ad[f] fontanas[f] adoraverit aut sacrilegium vel incantationes fecerit, similiter medietatem precii sui componat in sacro palatio. Et si quiscumque sciens ariolum aut ariolam non[g] eos[g] manifestaverit, aut illos celaverit qui ad ipsos vadunt et non manifestaverit, suprascriptae[h] poenae subiaceat. Qui autem servum[i] suum aut ancillam[i] ad ipsos ariolos aut ariolas transmiserit ad[k] aliqua responsa ab eis recipienda, et probatum fuerit, suprascriptam[l] poenam componat. Si vero servus vel ancilla sine voluntate dominorum suorum et tantum ex sua[m] auctoritate ad ariolum aut ariolam ambulaverit similiter ad aliqua responsa accipienda, tunc dominus eorum venumdare eos debeat foras provinciam. Et si neglexerit dominus eorum hoc facere, suprascriptae poenae subiaceat.

Glossa: Si quis] per kapitulum Pipini (27.) De diversis[19]. 4.7.8.

84. (85.) Si quis iudex aut sculdais aut[a] saltarius vel decanus de loco ubi arioli aut ariolae fuerint neglexerit amodo in tres menses eos[b] exquirere et[c] invenire[c], et per alios homines inventi fuerint, tunc componat unusquisque de loco suo medietatem precii sui sicut supra legitur. Et si manifestatum[d] fuerit, quod[e] sciat iudex aut sculdais vel saltarius aut decanus, ubi ipsi arioli aut ariolae sunt, et eos non condemnaverit, aut premium tulerit, aut quasi causa pietatis vel[f] qualicumque ingenio eos absolverit, tunc in[g] integrum widrigild suum in sacro palatio componat. Nam si per iudicem inquisiti[h] aut[h] inventi fuerint sine noticia sculdais, tunc habeat ipse iudex potestatem foras provintiam eos vendendi[i] et precium sibi tollendi[k] et habendi[k]. Nam si per sculdaem inventi fuerint, medietatem de ipso precio tollat iudex et medietatem sculdais. Et si decanus aut saltarius ipsos ariolos aut ariolas vel suprascriptos sacrilegos invenerit et sculdai suo manifestaverit, tunc terciam partem[l] ipse saltarius aut decanus de ipso precio per quem inventi fuerint habeat sibi, et duas partes tollat ipse[m] sculdais. Et ita prospeximus, ut unusquisque iudex aut sculdais faciat mitti preconem, ut, qui[n] usque[n] modo ipsa nec dicenda opera egerint, sive masculus sive femina, amodo non faciant; et si amodo non fecerint, non vadant venales; nam si post ipsum preconem in talibus malis operibus inventi fuerint, poenae suprascriptae subiaceant. Et ita volumus atque precipimus, ut unusquisque sculdais et saltarius atque decanus iurare debeat iudici suo ad sancta Dei evangelia, quod in ista causa nullum neglectum ponant; quia iustum[o] est, ut in nostra causa neglectum ponere non presumant nec nobis caelare qui contra nos agunt aut consiliant[p]: quanto magis non debent neglectum in Dei causa ponere, quae plus[q] est ad inquirendum.

Glossa: Si quis] Obiit per usum. 4.

85. (86.) Si quis caballum alienum in danno suo invenerit et iuxta anterius aedictum[20] ad clausuram minaverit et illam rationem fecerit quam anterius aedictum cernit[a], sic exinde procedat iudicium, sicut gloriosissimus Rothar rex instituit. Nam si amplius[b] aliquid in ipso caballo[b] facere presumpserit quam edictum anterius legitur[c], si ipse caballus nichil mali passus fuerit*, componat pro ipsa illicita presumptione iuxta qualis ipse caballus fuerit, medietatem precii quantum ipse caballus adpreciatus fuerit pro[d] ipsa illicita presumptione[d], et ipsum caballum sanum restituat domino eius. Nam si ipse caballus mortuus aut[e] lesus fuerit[e], sic com-

e) revertatur 7.8. f) habeant 7.8. g) usque dum 1.4; dum usque 7.8. h) facias 7.8. i) Haec autem omnia superius comprehensa 1; Haec *rell. om.* 4. k) in quibus *add.* 1. l) inantea 7.8.

Cap. 83. *e codd.* 1.4.7.8, *abest a codd.* 3.5.6; *suppletur autem in fronte codicis* 3. a) De magicis *suprascriptum est* 1. b) aut ad 7.8. c) vel aruspices aut alio qualecumque responsum ab illis ad accipiendum 1. d) *desunt* 7.8. e) ad *om.* 4.7.8. f) fontes, *om.* ad, 7.8. g) et eos non 1; et non eos 7.8. h) isti 1. i) servos suos a. ancillas 1. k) similiter ad 1. l) istam 1. m) voluntate et *add.* 4.7.8.

Cap. 84. *e codd.* 1.4.7.8, *abest a codd.* 3.5.6; *suppletur autem in fronte codicis* 3. a) atque 1. b) *deest* 7.8. c) *desunt* 1. d) manifestum 1.7.8. e) ut 1. f) aut pro 7.8. g) in *om.* 7.8. h) quaesiti et 7.8; *desunt* 4. i) vendidi 7.8. k) tollendum atque habendum 1. l) porcionem 7.8. m) *deest* 7.8. n) quicumque 1.7.8. o) iniustum 1; dum iustum 7.8; dum *om.* 4. p) consiliantur 7.8. q) amplius 1.7.8.

Cap. 85. *e codd.* 1.3—8. a) continet 6; decernit 7.8. b) in ipso caballo amplius aliquid (aliquid *om.* 5.6.) 1.5.6. c) continet 4.6; cernit 5. d) pro i. i. pres. *om.* 4.6. e) fuerit aut lesus 6—8.

19) Pipini capitulum in glossa dictum nulla ratione ad hanc Liutprandi legem spectare videtur.
20) Roth. 343.

ponat sicut in anteriore edicto legitur, et insuper pro ipsa[f] illicita presumptione componat ut supra.

* *eius facto, vel si passus fuerit non eius facto.* 7 *et in marg.* 4; *abest glossa a cod.* 8.

Glossae: Si quis] Haec lex de solo caballo intelligenda est per excellenciam secundum vl. 4. — *quam edictum ant. legitur]* id est ut caballicet et custodiat tamquam suum proprium. 4. 7.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu invenisti unum suum caballum in tuo dampno, et minasti ad clausuram et[h] habuisti neglegenciam eum ducere ad iudicem vel ad conventum[h]. — De torto. — Si dixerit: ecce caballum, dic[i]:

Petre, te appellat Martinus, quod tu fecisti in[k] ipsum caballum plus quam in tuum proprium. — Non[l] feci[m]. — Approbet appellator[m], aut se idoneet appellatus[m].

Expositio: Lex ista dicens: „sicut a gloriosissimo rege Rothari est institutum" de equo tantum Rotharis legem quae est „Si[21] quis caballum aut quodlibet peculium" corroborat in hoc quod dicit: „et si istam cautelam observaverit, erit absolutus a calumpnia". — §. 2. Hec eadem eandem legem Rotharis partim rumpit, in qua, si quis equum ad comitem vel conventum quater aut quinquies ductum plus quam suum aggravaverit, nullo discrimine posito utrum lesus sit necne, sibi nonum emendare precipitur; hic vero, si nichil mali passus fuerit caballus, sanus restitui et medietas tantum pretii eius conponi precipitur, si autem lesus aut mortuus fuerit, sibi nonus reddi, sicut in eadem Rotharis lege precipitur, et insuper pretii eius medietas, sicut in hac lege scriptum est. — §. 3. Si quis equum in dampno inventum et ad comitem vel ad conventum, iuxta quod lex precipit, ductum non presumptione sed sui utilitate leserit, non eum debet ad sanandum suscipere, quandoquidem inde mortuum non est cogendus componere. Si vero presumptione eum leserit, et, antequam inde appellatur, sanus factus fuerit, non medietatem tantum, sed sibi nonum et pretii eius medietatem insuper componet. Sed antiqui iudices, eo quod in hac lege legitur: „et ipsum caballum sanum restituat", dicebant, equum sibi nonum non esse componendum. Sed male dicebant: quia hec lex dicens: „nam si ipse caballus" et cetera, nulla interposita differentia utrum ante appellationem sit sanus aut non, sibi nonum componendum esse precipit. Si plus quam suum eum aggravaverit, et, antequam inde appelletur, morbo aut lesione obierit seu lesus fuerit, non sibi nonum, ut antiqui iudices volebant, sed pretii eius medietatem compositurus est, quia hec lex alium non precipit sibi nonum componi nisi eum, qui[n] ipsa aggravatione[n] mortuus aut lesus fuerat. — §. 4. Si quis equum in dampno suo repertum nec ad comitem nec ad conventum ductum plus quam suum aggravaverit, et aliquid mali passus fuerit, quaeritur, qua lege sit componendus? Dicitur, quod iuxta Rotharis legem quae est „Si quis caballum aut quodlibet peculium" sibi nonus est componendus, cum hec lex nichil de caballo non ad conventum ducto precipit; quia enim in hac lege habetur: „nam si amplius aliquid in ipso caballo facere presumpserit", id est si non custodierit tanquam suum proprium, de solo caballo ad conventum ducto dictum[o] esse putandum.

86. (87.) Si quis cum servo aut aldione vel cum pertinente alieno de qualicumque re convenerit sine noticia domini eius, quod in anteriore aedicto[22] non continetur, et probatum fuerit quod res domini sui naufragasset, tunc reddat ipsam rem qui eam suscepit absque precio domino eius, ita ut satisfaciat per sacramentum, quod amplius exinde non tulisset. Postea[a] dominus eius faciat de servo aut de aldione suo quod[b] illi placuerit.

Glossae: cum pertinente] id est servo vel aldio secundum vl., set secundum a.: id est servo vel aldio vel uxore vel filio. 4. — *in anteriore edicto]* In anteriore edicto non continetur nisi de servo massario, ergo, si cum aliis servis convenerit, haec lex non loquitur de hoc secundum vl.; secundum a. aliter est. 4.

Petre[c], te appellat Martinus, quod tu comparasti decem modia de frumento de Marcoardo suo servo. — De torto. — Si dixerit: „5 modia comparavi", iuret, quod plus non comparavit, et reddat ipsum quod habet. Si dixerit: „ego feci per tuam iussionem", probet.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine unum suum bovem. — Donatus tuus servus ministerialis vendidit michi ipsum bovem per utilitatem tuae casae[d]. — Approbet[e] aut perdat secundum quosdam; set[f] secundum valentes iuret[f].

Petre, te appellat Martinus, quod ipse deposuit ad tuam uxorem tanta mobilia quae valebant solidos 100. — *Tu non fecisti per meam iussionem. — Probet ipse qui appellat, quod fecit per suam iussionem. — Aut: ad Iohannem tuum[g] filium secundum quosdam*[23].

Expositio: Hec lex „pertinentem" pro filio vel uxore seu pro femina que sub alterius mundio est, secundum Wilihelmum, pro „servo" ancillam, pro „aldione" aldiam hic intelligentem, posuit[h]. Sed secundum Ugonem lex ista „pertinentem" pro ancilla et aldia posuit, cum lex Longobarda nullum nisi respectu servi vel ancille vel aldii vel aldie dominum vocet[24]. — §. 2. Notandum est quoque, quod hec lex secundum Wilihelmi sententiam Rotharis legibus[25] que sunt „Item sicut nec patribus" et „Nulli mulieri libere" concordat; secundum utriusque sententiam his legibus[22] Rotharis que sunt „Servo cuiuscumque" „Servus massarius" „Non liceat aldio cuiuscumque" concordat. — §. 3. Quod

f) *deest* 1. 5. 6. g) *e codd.* 7. 8. 10. h) et hab. ..... conventum *om.* 8. i) *deest* 8. k) in *om.* 7. 8. l) Non *rell. om.* 8. m) *deest* 7. n) q̃d ipsa agravatio *cod.* o) ductum *c.*

Cap. 86. *e codd.* 1. 3—8. a) Postea *rell. om.* 8. b) qualiter 1. c) *e codd.* 7. 8. 10. d) causae 7. 8. e) Approbet *rell. om.* 8. f) *sic* 10; ꝑ iuret s. u. 7. g) servum vel *add.* 10. h) profuit *cod.*

21) Roth. 343. 22) Roth. 233—235. 23) Secundum eos scilicet haec appellatio fit, qui „pertinentem alienum" in Liutprandi lege dictum pro uxore et filio accipiunt. Cfr. glossae et expos. §. 1. 24) Cfr. expos. §. 1. ad Roth. 170, ubi „pertinens" pro filio intellegitur. 25) Roth. 170. 204.

in hac lege scriptum est: „quod in anteriori edicto non continetur", ita oportet intelligi, quod anterius edictum neminem cum servo vel alterius pertinente sine domini notitia convenire permittat. — §. 4. Quod 5 vero legitur: „et probatum fuerit, quod res domini sui naufragasset", pro solo servo massario dictum esse putandum est, quia in iam dictis Rotharis legibus[22] nullus alius servus de peculio suo vendere nisi servus massarius permittitur. — §. 5. Si quis 10 Romanus Longobardi servo absque notitia domini aliquid mutuo dederit quod in domini proficuo expendatur, debet dominus illud persolvere, sive aliquid servi dominus habeat sive non: sin autem in eius proficuo non fuerit expensum, iuxta quod de 15 servi rebus habuerit, debet persolvere, quod in Institutionum quarti libri lege que est „Quia[26] tamen superius mentionem habuimus" patet. — §. 6. Item si Longobardus Romani servo sine domini notitia mutuo dederit, quandoquidem unus- 20 quisque secundum suam legem satisfactionem accipit[27] et Longobardorum lex absque domini notitia cum alterius pertinente convenire prohibet, nichil inde solvendum est. Iuxta tamen predictam Institutionum legem[26] contendi potest, esse persolven- 25 dum, eo quod ipsa generaliter loquitur, hec vero tantum de Longobardi servo excogitata est.

§. 7. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu ei 20 solidos, quos servo tuo Petro[i] prestitit, debes.

30 §. 8. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu absque eius notitia a Petro[i] servo suo res solidos 20 valentes mercatus est.

87. (88.) De servis fugacibus, quia[a] iam antea[29] capitulum istud affiximus, sed non est spe- 35 cialiter dictum, in quali spacio dominus eius eum[b] perquirere debet[b], ut[c] iusticiam faciat[d] qui eum[e] compellat: modo vero ita prospeximus, ut, si fuerit in Benevento aut in Spoleto, habeat spacium dominus eius[f] menses[g] tres[g]; quod si fuerit intra 40 Tusciam, habeat spacium mensibus duobus; et si fuerit ista parte Alpis[h], habeat spacium[i] mense uno et faciat iusticiam ei qui eum de servo suo compellat.

Expositio: Lex ista, unius mensis spatium 45 ad perquirendum servum, si ex hac parte Alpium est, domino concedens, superius positam legem quae est „Si[29] servus dum in fuga est" rumpit, in qua, ubicumque sit infra provinciam, trium mensium spatium perquirendum conceditur domino. — 50 §. 2. Quia in hac lege scriptum est: „iam antea capitulum affiximus", dicitur a quibusdam legem hanc non de aliis fugacibus, nisi de illis qui in fuga furtum facerint esse locutam. Sed errant; quia lex ista dicens „affiximus" alios reges qui de fugacibus servis locuti sunt, nullam ponentes differentiam, utrum in fuga an ante fugam furtum aut aliquod dampnum fecerit, sociavit, veluti Carolus legi Salicae, quam Theodoricus solus instituit[30], se immiscuit dicens: „Iubemus enim, ut propter nullam districtionem, quam nos facere iubemus"[31].

88. (89.) Si quis coniugi suae metam dare voluerit, ita nobis iustum esse comparuit, ut ille qui est iudex debeat[a] dare[a], si[b] voluerit[b], in[c] solidos 400, amplius non, minus[d] quomodo convenerit; et reliqui nobiles homines debeant dare in[c] solidos 300, amplius non; et si quiscumque alter homo minus voluerit[e] dare[e], det[f] quomodo convenerit. Et ipsa meta sub estimatione fiat data et adpreciata, ut nullo tempore exinde intentiones aut causationes procedant.

Glossae: metam dare] Referunt quidam (asini referunt 8; i. e. reffertur 7.), hanc metam posse dari coniugi, cui non sit (cum sit 7. 8.) datum morgincap (etiam *add.* 7. 8.) post factas (caelebratas 7. 8.) nuptias. Per usum secundum a. (Per u. s. a. *om.* 7. 8.) 4. 7. 8. *Cfr. expos. §.* 1. — *meta]* Hic pro quarta[32] vel pro carta ponitur secundum a. 4. — *intentiones]* id est aci. *(actiones)* 5. 7. 8. — *causationes]* scilicet re. *(reclamationes? cfr. gloss. ad Roth.* 13.*)* 5. 7. 8.

Martine[g], insimul cum Petro tuo tutore, te appellat Iohannes, quod tu ei malo ordine tenes terram tali in loco positam. — Terra quam dicis est sua propria per cartam, quam vir eius fecit sibi. — Si carta manifestat ut dicit lex, dicat falsam aut taceat; si plus, refutet plus. — Si tamen et dicit: contra legem est ipsa[h] carta[h], quia plus valebat quando tibi dedit. — Non est verum —, approbet, et refutet quod plus valebat. Secundum quosdam.

Expositio: Meta que in hac lege precipitur, non ab[i] eo[i] danda est, a quo morgincaph datum est coniugi; quia meta hec non pro alio, nisi pro eo quod morgincaph dare noluerit iniuncta est. Meta namque post connubium dari potest coniugi, morgincaph vero non. — §. 2. Non putandum est, legem hanc a sequenti „Nulli sit licentia coniugi"[33] esse ruptam, quae non ad hanc, sed ad superiorem „Si quis Longobardus morgincaph"[34] respexit.

89. (90.) Si quis res alienas casas aut terras vel pecunias aut familias* malo ordine possederit, et per legem et[a] iusticiam et per iudicium exinde convictus et expulsus fuerit, aliud exinde non componat, nisi de[b] retro tempore[c] reddat fruges et

i) *sic plenis litteris codex.*

Cap. 87. *e codd.* 1. 3—8. a) unde 6. b) perquirere debeat eum (eum *om.* 6.) 1. 5. 6. c) ei *add.* 4. 6. d) ei *add.* 1. 5. 7. 8. e) de servo *add.* 5. 6. f) perquirendi eum *add.* 5; ad eos inquirendos *add.* 7. 8. g) *sic* 1. 4; mensibus 55 tribus 5. 6; in m. tribus 7. 8. h) alpium 5. 6. i) ad eum requirendum *add.* 4. 7.

Cap. 88. *e codd.* 1. 3—8. a) dare debeat 5. 6. b) *desunt* 6. c) in *om.* 6—8. d) vero *add.* 1. 7. 8. e) dare voluerit 1. 5. 6. f) *deest* 1; faciat 6. g) *e codd.* 7. 10; *abest a cod.* 8. h) *desunt* 7. i) habeo *cod.*

Cap. 89. *e codd.* 1. 3—8. a) per *add.* 5—8. b) de *om.* 4. 5. c) tempus 5; temporis 4.

26) §. 4. Inst. Quod cum eo qui in aliena potest. 60 (IV, 7.) 27) Pipin. 27. 29) Liutp. 11. 30) Prologi ad legem Baiuvariorum verba: „Theodericus rex Francorum, cum esset..... Ipso autem dictante iussit conscribere legem Francorum et Alamannorum" rell. expositionis auctor respexisse videtur (cfr. Leges III. pag. 259.). Cfr. etiam expos. §. 2 ad Karol. M. 70. 31) Karol. M. 70. Expositionis auctor capitula Karoli nomine collecta legi Salicae primo addita credidisse videtur. Cfr. autem expos. ad Karol. M. 100. 32) morgincap. Cfr. Liutp. 7. 33) Liutp. 102. 34) Liutp. 7.

labores** sub sacramento ab illo die, quo exinde compellatio facta et manifestata est.

* *se sciente* secundum quosdam, quia non possessor mali ordinis diceretur, nisi sciens esset secundum a.[d] Sed secundum quosdam mali ordinis est anñ.[e] V.[e] 7.8 *et in marg.* 5.

** *in actogild*[f]. 7.8 *et in marg.* 4.5.

Glossae: per legem et per iusticiam et per iudicium] Per legem id est per bellum; per iusticiam id est sacramentum, dum iura tenentis sunt obscura; per iudicium, dum ius tenentis malo ordine est clarum, id est sententia iudicis feritur. Vel ita: ut per legem et per iusticiam, ut sint ambo eadem, convincatur, et per iudicium expellatur; quod est melius[g]. 5.7.8. — *per legem]* id est scriptam. 4. — *iustitiam]* id est per usum secundum a. 4. — *iudicium]* id est sententiam iudicum secundum a. 4. — *reddat fruges]* id est ut reddat fruges ab illo tempore quo invasit terram usque ad illud tempus quando fit appellatio et manifestatio. 4.5.8.

Expositio: Appellatus[h], terram alienam malo ordine possidere, neque Romanorum neque Longobardorum lege cogitur suam esse probare; appellatori vero aut tacendum aut suam esse probandum iuxta Romanorum plerasque leges, quarum una hec est: „Possessiones, quas[i] ad te pertinere dicis, more iudiciorum persequere“[35]. — §. 2. Lex ista dicens: „malo ordine possederit“ quibusdam videtur de eo solo, qui sciens res alienas possideat[k], dicere, eo quod in Institutionum quadam lege que est „Superest de officio iudicis“ credens[l] esse suam bone fidei possessor, sciens vero esse alienam male fidei possessor esse asseritur[36]. Sed veraciter arbitratum est, sive a sciente sive a nesciente res[m] aliena[m] [possessa[n] esset], malo ordine dixisse eam esse possessam, quod in superiori lege, que est „Si quis molendinum“[37] evidenter potest intelligi. — §. 3. Legem iustitiam et iuditium, que in lege hac scripta sunt, huiusmodo[o] discriminat Rō.[o], quia legem ad scriptum, iustitiam ad equitatem, iudicium ad iudicum diffinitionem referendum[p]. Unde concordat cuidam Codicis capitulo tercii libri: „Placuit in omnibus rebus, precipuam esse iustitie equitatisque, quam stricti iuris rationem“[38]. — §. 4. Fruges et labores ita oportet intelligi, ut fruges ad terram, labores vero vulgariter ad case censum et pecunie usuram et familie operationem referantur. Arbitrantur quidam, fruges et labores illos tantum, quos possessor habuit, esse reddendos. Sed rationabilius[q] putandum est, tantum esse reddendum, quantum exinde vendicanti appellatori pervenire posset, si eam possedisset pacifice, quod in predicta Institutionum lege[36] videri potest perspicue. — §. 5. Opinantur[r] quidam, tantum esse reddendum, quantum ab illa die inantea pervenire posset, ex quo appellatio facta est. Unde hec iniquitas procederet: quod nulle fruges inde darentur, contingere posset; quia placitum post appellationem nonnisi[s] per dies 12 iuxta Longobardam legem[39] differtur, et infra ipsos 12 dies[u] nulle[v] fruges recolligerentur, nisi messium aut vindemiarum tempus adesset. Sed iuxta veritatis sententiam ab illo die, id est post illum diem, ex quo manifesta compellatione[w] possessor convictus et expulsus fuerit, tantum ab eo reddendum est, quantum retroacto tempore possessionis rei[x] domino pervenire[x] posset. Notandum est quoque, quod antiquissimorum sententia ab hac in eo tantum dissonet, quod iuxta illorum sententiam hic legebatur „in“[y] loco[y] „ab“; quod non est laudandum, quia fere[z] contingere posset, scilicet quod in illa die, qua manifesta compellatione[a] possessor victus et expulsus fuit, quantum retroacto tempore possessionis rei domino perveniret, reddi posset. — §. 6. Non est intelligendum, hanc legem eo quod dicit: „aliud exinde non componat, nisi de retro tempore reddat fruges“ retropositas leges[40] in hoc, quod pro invasione 6 solidos componi precipiunt, rumpere; quia similiter dici posset, quod hec eadem lex rumperetur a Caroli capitulo, quod est „Si quis liber homo, contempta iussione nostra“[41] vel a Pipini capitulo quod est „Ut nullus alteri presumat res suas“[42], in quibus pro invasione bannum componi precipitur. Quod non est laudandum; immo iuxta predicta capitula bannum, iuxta retropositas leges 6 solidos, iuxta hanc legem reddendo fruges et labores pro invasione est compositurus. Sed lex ista ideo dixit: „aliud exinde non componat“, ne quis putaret, invasorem fruges et labores sibi nonos compositurum esse.

90.(91.) De scribis hoc prospeximus, ut qui cartulas scribent — sive ad legem Longobardorum, quoniam apertissima et paene omnibus nota est, sive ad Romanorum — non aliter faciant, nisi quomodo ipsis[a] legibus continetur: nam contra legem Longobardorum aut Romanorum non scribant. Quod si non sciunt, interrogent alteros[b]; et si non potuerint ipsas leges pleniter[c] scire, non scribant ipsas cartulas. Et qui aliter facere presumpserit, componat widrigild suum, excepto[43] si aliquid inter conlibertos convenerit. Et si quiscumque de lege sua subdescendere voluerit, et pacciones atque[d] conventiones[e] inter se fecerint et ambae partes consenserint, istud[f] non imputetur contra legem, quia[g] ambae partes[h] voluntarie faciunt; et illi qui

d) asinos 8. e) *sic* 5; añ V. 8; añ est 7. f) in quantum dampnum habuit *add.* 4.7. g) quod est m. *om.* 5. h) Appellas *cod.* i) que št *cod.* k) possidens *c.* l) contra dominus *c.* m) esse alienam *c.* n) poss. ess. *om. c.* o) huiusmodis criminat rō. *c.*; *v. cl. Bluhme emendare vult:* huiusmodi discriminis ratio; *mihi litteris* rō. *iureconsulti potius nomen indicatum esse videtur, qui etiam in expos. §. 3. ad Roth.* 179 *laudatur.* p) reddant *c.* q) rationabilis *cod.* r) Opinantur.....pervenire posset *praeter cod. nostrum Branc. codd. quoque Pal.* 772. *Vat.* 3845 *offerunt.* s) *sic codd. Vat. Pal.*, nisi *cod. Br.* u) *deest in cod. Br.* v) inī *add. Br.* w) compellatio *Br.* x) *sic Vat.*; retro dominio pervenire *Pal.*; rei pro domino venire *Br.* y) Ininloco *cod.* z) *hoc verbum vitiosum videtur, forte* raro *corrigendum est.* a) compellatio *cod.*

Cap. 90. *e codd.* 1.3—8. a) in ipsis 5; in illis 6. b) alios 6. c) plene 1.5. d) aut 1.4.5. e) convenientias 1.4. f) istis 7.8. g) qui 7.8; quod 5.6. h) consenserint et *add.* 5.

35) L. 2. Cod. probat. (IV, 19.) 36) §. 2. Inst. officio iud. (IV, 17.) 37) Roth. 151: „quia omnes scire debent, quod suum non est alienum est“. 38) L. 8. C. iudiciis (III, 1.) 39) Roth. 362. 40) Roth. 355. 356. 41) Karol. M. 79. 42) Pipin. 23. 43) Liutp. 8.

tales cartulas scribent[i] culpabiles non inveniantur esse. Nam quod ad hereditandum pertinet, per legem scribant. Et quod de cartula falsa in anteriore aedicto[44] adfixum est, sic permaneat.

Glossae: scribant ipsas cartulas] Qui credit scire leges et nesciens scribit cartulas, non est culpabilis. 7.8; *in cod. autem* 7. *textui inserta.* — *inter conlibertos]* id est vicinos. 4. — *Et si quiscumque]* Veluti de compositione viae antisliturae, si de 20 solidis ad 10 descenderet secundum quosdam[k]. 5.7.8. — *subdescendere]* ut[l] in secundo libro Codicis, que constitutio[m] incipit: „Si quis in conscribendo"[45], et ut hic legitur: „Si quis permissum"[46]. 5.7.8. — *aut convenientias]* veluti si convenerint, ut liceat pignorare[47] in gregibus equarum vel porcorum secundum vl. 4.

Petre[n], te appellat Maria insimul cum Martino suo tutore, quod tu tenes sibi terram malo ordine in tali loco. — Mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Ecce cartam quam tu michi fecisti. — Si carta manifestat de parente vel de mundoaldo et consensu mariti, quando fecit cum parentibus[48], dicat falsam aut taceat. Si carta non manifestaverit hoc, sit vacua, si Longobarda fuerit. Et si dixerit appellatus, quod non fuisset Longobarda, aprobet femina, se esse Longobardam; et si non potuerit, det duplum.

Expositio: Superior lex Liuprandi que est „Si[48] qua mulier" partim a lege ista rumpitur, in qua scriba contra legis ipsius sententiam scribens manum ammittere, hic vero widrigild tantum iubetur componere. — §. 2. Quod in hac lege habetur: „ut si quiscumque de lege sua subdescendere voluerit" ita intelligendum est, si quis de compositione legaliter sibi debita aliquid aut eam integram remittere voluerit; et diffinitionis eiusdem cartule scribae nulla est inferenda calumpnia. — §. 3. In eo quod lex ista dicit: „qui aliter facere presumpserit", datur intelligi, quod, si ignoranter contra legem scripserit, nulla sit afficiendus molestia, quandoquidem presumptio non ignoranter sed a sciente audaciter committitur. — §. 4. In eo quod lex ista de false cartule scriptoris manu amputanda Rotharis legem quae est „Si[49] quis cartam falsam" affirmat, ab Institutionum lege ultima dissidet, in qua false carte scriptor in exilium mitti, servus vero mori precipitur[50].

91. (92.) Si quis liber homo, in terra aliena residens[a] libellario nomine[a], homicidium fecerit et fuga lapsus fuerit, tunc ille in cuius terra ipse[b] homicida habitavit habeat spacium in mense uno ipsum[c] hominem perquirendum; et si eum invenerit, licentiam[d] habeat[d] ipsum hominem, quamvis liber sit, comprehendendum et tradendum in manus illius cui homicidium fecit. Et si hoc non fecerit, dare debet medietatem[e] de omnibus rebus mobilibus, excepto tectora[f] quae in ipsa casa ipse homicida habuit. Quodsi nec hoc voluerit facere, ipse cuius terra est dare debeat libellario nomine ipsam terram ei cui homicidium factum est, ut reddat ęi exinde, sicut ille reddebat qui ipsum homicidium fecit. Tamen de his tribus capitulis in illius sit potestate eligendi cuius terra est, ut[g] faciat exinde unum[h] quod[i] voluerit.

Glossa: Vacua[k] per usum. 4.7.8.

92. (93.) Si quis mulierem aut puellam[a] aut religiosam feminam, quae in alterius mundio est, in sacramento mittere presumpserit, componat mundoaldo[b] eius solidos 50, et in palatio[c] solidos[d] 50.

Glossae: aut religiosam] Obiit per kapitulum Lodoici (53.) Ut omnis ordo. 4—8. — *quae in alterius mundio est]* caret enim mundoaldo sepe nunc, set olim[51] unaquaeque mulier non habebat proprium consensum[e], etiam Romana[52]. 5.7.8.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu misisti unam suam mundoaldam in sacramentum. — Aut exdicat aut componat solidos 50 regi et 50 mundoaldo.

93. (94.) Si quis fream alienam sine voluntate de[a] mundoaldo[a] eius[b] movere de casa ubi habitat[c] presumpserit et alibi duxerit, componat ille qui in capite est* pro illicita presumptione ad mundoaldum eius solidos 80. Et si liberi homines cum ipso fuerint, componat unusquisque per[d] caput solidos 20; servi autem in composicione domini sui computentur. Nam si forte ille homo liber est[e], qui ipsam fream de casa ubi est tulerit, et sibi uxorem duxerit, sic componat**, sicut gloriosissimus Rotharis rex instituit[f] in anteriore edicto[f, 53].

* *id est aut liber aut servus.* 7.8. ** *id est pro anagrip solidos* 20 *et propter faidam solidos* 20. 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si quis fream] Haec mulier intellegenda est, ut suo velle movebatur secundum vl. 4. — *in capite est]* scil. liber aut servus secundum a., secundum vl. liber. 4.

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu movisti Mariam suam mundoaldam de casa ubi habitabat, et minasti ad aliam partem sine sua voluntate, et fuisti in capite.

Petre, te appellat Martinus, quod Donatus movit Mariam suam mundoaldam de casa ubi habitabat, et minavit in aliam partem et tu fuisti cum ipso[h].

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod absque eius voluntate Bertam, quae sub mundio eius est, de casa in qua habitat movisti et alibi eam duxisti.

i) scripserint 7.8. k) a. *add.* 7. l) Sed ita ut 5. m) *deest* 7.8. n) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 91. *e codd.* 1.3.4.7.8. *abest a codd.* 5.6. a) residet lib. n. et 7.8. b) *deest* 7.8. c) ad ipsum 7.8. d) habeat licentiam 1. e) med. *post* mobilibus *transponunt* 7.8. f) tecta 1.7.8. g) et 1. h) unum exinde 7.8; unum *om.* 1. i) qualiter 1. k) *ə* 4.

Cap. 92. *e codd.* 1.3—8. a) liberam *add.* 1. b) mundualđ 4; ad mundoaldum 7.8. c) regis *add.* 1.4; similiter *add.* 6—8. d) *deest* 5.6. e) sensum 7. f) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 93. *e codd.* 1.3—8. a) mundoaldi 1.6. b) *deest* 7.8. c) habitabat 7.8. d) per cap. *om.* 4.7.8. e) *deest* 1 *et pr. man.* 5. f) in ant. ed. inst. 4; in ant. ed. *om.* 1. g) *e codd.* 7.8.10. h) et si dixerit movens: volo tollere eam ad uxorem, tollat et nil sit de sequacibus *add.* 7.10.

44) Roth. 243. 45) L. 29. Cod. pactis (II, 3.) 46) Liutp. 108. 47) Roth. 249. 48) Liutp. 22. 49) Roth. 247. 50) §. 7. Inst. publ. iud. (IV, 18.) 51) Roth. 204. 52) Cfr. Ulp. fragm. XI, 1; Gaius I. §. 144. 53) Roth. 188.

§. 2. Lex ista dicens: „si forte ille homo est liber" patenter insinuat, de utriusque conditionis homine, id est de libero et servo habuisse initium, quod antiqui nolebant; velut habetur in Caroli capitulo, quod est „Si[54] quis latro", in quo, licet habeatur: „dominus servi illius", non tamen est dubium, de servo incepisse et libero[i]. — §. 3. Lex ista servos in compositione[k] domini sui computari precipiens insinuat, si dominum secuti non fuerint, tantum pro eis esse conponendum, quantum pro eo componerent[l] liberi. — §. 4. Si mulierem movens eam in coniugium duxerit, 40 solidos compositurus est[55], a compositione[k] solutis sequacibus.

94. (95.) Si quiscumque homo liber ancillam suam pro religionis et mundiciae causa vestem[a] religiosam[a] induerit, ut ei[b], sicut consuetudo terrae istius est[b], inferenda[c] aut oblationem per loca sanctorum debeat deportare, et contigerit ex[d] peccatis, ut quispiam homo eam uxorem ducat, ubicumque inventi fuerint, separentur, et componat ipse qui eam tulit[e] uxorem domino eius solidos 40, et illa revertatur in pristinum habitum. Quod si aliquis eam, quod absit, adulteraverit, simili modo componat domino eius solidos 40, quia aedictum anterius[56] de gentili ancilla adulterata 20 solidos continet, ut componatur, de Dei quidem ancilla iustum est, ut compositio duplicetur. Verumtamen sic statuimus, ut si probata fuerit[f] causa[f] per presbyterum aut alium sacerdotem, quomodo ipsa veste religiosa induta est, ut non fiat alicui homini calumpnia pro figmento, sed pro certa veritate: et dum probatio vera facta fuerit, sic[g] ipsa compositio fieri debeat.

Hec[h] autem omnia quae modo in presentis[i] edicti corpore[i] adfiximus, si deinceps causa emerserit, sic debeat fieri terminata sicut nunc statuere visi sumus. Quae autem ante emerserint, sic determinentur, sicut anterior institutio fuit.

Glossa: Si quiscumque] Obiit per kapitulum Lodoici (53.) Omnis ordo. 4.5.

95. (96.) Si quis pro causa sua aliquid iudici aut qualicumque locoposito[a] vel fideli regis dederit et vivente eo requisierit, dicendo quod liberatus[b] non sit, faciat illi iustitiam, post quantoscumque annos repecierit[c]. Nam si post mortem eius filios aut heredes pulsaverit, statuimus, ut, si viventem[d] patrem[d] pulsaverit proclamando ad regem aut compellando per tales homines quorum fides admittitur, et veritas apparuerit, quod pulsavit et iusticiam invenire non potuit, faciant ei filii aut heredes iusticiam sicut lex est[57], si intra anni spacium post mortem patris repeticionem suam ostendere potuerit. Nam si suam reclamationem ostendere non potuerit et anni spacium preterierit, etiamsi pulsasset, non habeat facundiam filios[e] aut heredes repetendi, nisi sit sibi contemptus. Quia[f] de wadia et fideiussore de sacramento dato[g] Rotharis[h] decessor noster in anteriore aedicto sic statuit[58], ut post anni spatium cuius pars neglexerit amittat causam[i] suam[i]: ideoque nobis congruum paruit[k], ut ipse[l] qui sine wadia et fideiussore* repetere querit, post anni spacium facundiam non habeat repetendi.

* *hoc debitum* secundum quosdam. 7.8 *et in marg.* 5.

Glossae: Si quis] Actio conducti. 4.5.7.8. — *pro causa]* id est lite diffinienda. 4. — *liberatus]* scilicet ab illa lite. 4. — *proclamando aut compell.]* Hic videtur lis contestata duobus modis. 4. — *ideoque]* Argumentum a generali. 5.7.8. — *repetere querit]* scilicet hoc debitum secundum vl., set secundum a. de omnibus 4.

Petre[m] comes, te appellat Martinus, quod ipse dedit tibi 100 *solidos per diffinire unam suam intentionem, et non diffinisti.*

Petre, te appellat Martinus, quod ipse dedit patri tuo 100 *solidos per[n] diffinire unam suam intentionem, et non diffinivit. — De torto. — Si dixerit: „pater meus diffinivit", probet. Si dixerit: „tu non appellasti patrem meum", probet ipse qui appellat, quod appellavit patrem suum aut sibi mandavit. Si dixerit: „unus annus est transitus, quod pater meus mortuus est", aut probet aut faciat iusticiam.*

96. (97.) Si quis alium pulsaverit de servo suo aut aldione[a], quod furtum aut homicidium aut aliquod malum fecisset, si vivente ipso servo aut aldione[b] eum pulsavit aut[c] compellationem fecit, faciat ei iustitiam, quandocumque pulsatus fuerit. Nam si, dum ipse servus advixerit, dominum eius non pulsaverit, nisi post mortem servi aut aldionis[d] ipsius quesiverit a[e] domino[e] eius, ut ei iusticiam faciat, decrevimus, ut nullam facundiam habeat[f] requirendi[f], si vivente servo aut aldione[b] non[g] pulsavit dominum eius[g]; quia iniustum nobis apparet, ut, postquam servum aut aldionem ipsum inquirere non potest, ut ei aliquam iusticiam faciat.

Glossae: Si quis] Accio noxalis. 5.7.8. — *inquirere non pot.]* scilicet nisi sciens fuit ante mortem, quia potuit inquirere eum secundum vl. 4.

Petre[h], te appellat Martinus, quod habet certam suspectionem, quod Marcoardus tuus servus tulit sibi furto tantas res quae valuerunt solidos 6 *et unum denarium, aut occidit Marcum suum patrem, aut fecit unam plagam sibi. — Si dixerit: „de torto*

i) liberte *cod.* k) componere *cod.* l) compositurus *cod.*

Cap. 94. *e codd.* 1.3—5.7.8. *abest a cod.* 6. a) *sic* 1.3.5; veste religionis 4.7.8. b) eam secundum consuetudinem terrae istius 7.8. c) *sic* 4; offerendam 1.5; afferenda 7.8. d) in 7.8. e) duxerit 4.7.8. f) causa fuerit 7.8. g) *deest* 7.8. h) Hec autem *rell. om.* 4.7.8. i) presenti pagina edicti 1.

Cap. 95. *e codd.* 1.3—8; *in cod.* 3. *hoc loco omittuntur cap.* 95.96, *transposita post cap.* 114. *Sed in marg. hoc loco haec reperitur glossa:* Hic debet esse duo capitula Si quis pro causa sua aliquo et Si quis alii pulsaverit de servo aut aldi. a) loci (loco 7.8.) preposito 1.7.8. b) liberatum 5.7.8. c) requisierit 1. d) vivente patre 6; vivente patre eum 1. e) ad filios 7.8. f) et *add.* 1. g) dando 4.7. h) rex *add.* 4.6—8. i) suam causam 1.5.6. k) comparuit 5; apparuit 7.8. l) ille 4.6—8. m) *e codd.* 7.8.10. n) pro 7.

Cap. 96. *e codd.* 1.3—8. a) aldio suo 5.6. b) aldio 5.6. c) et 1.4. d) aldii 5.6. e) ad dominum 7.8. f) requirendi habeat 1.5.6. g) dom. ei. non puls. 1.5.6. h) *e codd.* 7.8.10.

54) Karol. M. 84. 55) Roth. 188. 56) Roth. 194. 57) Roth. 366. 58) Roth. 362.

me appellat", si est de furto, defendat se per bellum[59]*, si voluerit appellator; de ceteris vero causis per sacramenta. Et si dixerit appellatus: „non tibi respondeo, quia non appellasti me tamdiu quod ipse vixerit", probet appellator, quod sic fecit aut compellationes fecit per homines. Si non potuerit, exdicat se appellatus, et si non potuerit exdicere, componat sicut lex est.*

Expositio: Appellatus aliquis de servo inquirendo[i] data wadia, si servum, antequam inquiri possit, mori contigerit, non inde respondere cogendus est, quia lex ista, de servo mortuo iustitiam facere iubens, de a domino inquisito debet intelligi. — §. 2. Quod in hac lege habetur: „quia iniustum nobis apparet, ut, postquam servum aut aldionem inquirere non potest", et cetera, de servo tantum aut aldione mortuo dictum esse apparet[k], [quia[l], si de aliis servis qui inquiri non possunt dictum esset], iam hec iniquitas inde procederet: quod leges retropositae[60], que dominos medietatem dampni a servis fugientibus in fuga commissi pro ipsis servis conponere iubent, rupte essent, quandoquidem a dominis servi inquiri non possunt.

97.(98.) Si servus cuiuscumque ancillam alterius tulerit*, et dominus ancillae eam libertaverit et[a] amund fecerit[b], aut si eam vendiderit, et qui eam emit doloso[c] animo[c] libertaverit, et servus ipse in servitio permanserit, amittat ipsam libertatem suam et sit ancilla regis; et ipse qui eam libertavit componat in curte regis aliam talem aut precium quantum ipsa valuerit, pro eo quod colludium fecit. Servus vero ipse sit in potestate domini sui, et ancillam ipsam faciat dominus servi suam cum precio aut qualiter regi[d] optinere[d] potuerit.

* *cum voluntate domini sui et illius ancillae* per kapitulum Karoli (128.) „Ut coniugia servorum". 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: Si servus] Vacua per usum. 7.8. — *dolose libertaverit]* ut esset divortium, nam libertavit sub ea conditione. 4.5.8. — *pro eo quod colludium fecit]* quia per hoc colludium volebat dividere[e] coniugium, quod inter servos et liberos non erat, secundum[f] quosdam[f]. 5.7.8.

Petre[g]*, te appellat Martinus, quod unus suus servus habebat Mariam tuam ancillam ad mulierem, et tu libertasti eam, vel tu vendidisti eam propter fraudem, quod voluisti illud separare coniugium. — Et si appellatus se exdicere ausus non fuerit, sit illa ancilla regis, et componat aliam talem in cortem regis aut precium quod valuerit, ideo quia colludium fecit.*

Petre, te appellat Martinus, quod Marcoardus tuus servus habebat ancillam Pauli ad uxorem, et tu comparasti eam et libertasti pro fraude, quod voluisti separare illud coniugium. — Approbet appellator; si non potuerit, exdicat se appellatus vel emendet sicut lex est.

98.(99.) De puero intra[a] aetatem[a] decrevit[61] clementia nostra cum nostris iudicibus vel reliquis Longobardis, ut, sicut in[b] alio homine[b] de rebus suis dum intra etatem est donare non potest, ita nec regi donare possit, antequam ad legitimam perveniat aetatem: quia[c] de causa ista multae contentiones fuerunt[d].

Petre[e]*, te appellat Martinus, quod pars publica unde tu es advocatus tenet sibi malo ordine terram in tali loco. — Propria est de parte publica. — Quid pertinet parti publicae? — Ecce cartam, quam ad partem publicam fecisti. — Ipsa carta contra legem est, quia ego eram infra aetatem. — Approbet appellator sic esse, et si non potuerit, componat duplum.*

99.(100.) Nulli sit licentia, quamlibet[a] mulierem, mundium eius habenti[a] in potestate, post mortem mariti sui ante anni spacium* velare[b] aut monachico habitu induere. Et si ipsa sua voluntate ante anni spacium* hoc facere disposuerit, veniat ad palacium regis et dicat clementiae eius voluntatem suam et, interrogata vel inquisita diligenter a rege, per[c] eius permissum[d] accipiat religionis velamen. Si vero ante anni spacium sine permisso regis hoc facere presumpserit, componat regi widrigild suum, mundium vero mulieris vel res eius propriae sint in potestate palacii. Quia[e] qui hoc ante anni spacium facere querit, pro lucro pecuniae vel[f] seculi huius cupiditate hoc facere querit, nam non ob[g] amorem[g] Dei aut animam eius salvandam: quia post mortem viri[h] sui, dum dolor recens est, in qualem partem voluerit, animum eius inclinare potest. Nam cum in se revertitur[i] et carnis delectatio ei obvenerit, quod peius est, in adulterium cadit, nec monacha esse[k] invenitur[k] nec laica esse potest. Et si alter quicumque[l] homo, in cuius mundium non est, hoc facere presumpserit, componat widrigild suum in sacro palatio, et ipsa cum rebus suis sit in potestate mundoaldi sui.

* *id est* 30 *dies* per kapitulum Lotharii (70.) „De feminis". 7.8.

Glossae: Nulli sit] Obiit per kapitulum Karoli (123.) De feminis. 4.7.8. — Obiit per kapitulum Pipini *(Ludovic.* 53.*)* Ut omnis ordo secundum quosdam. 4.

100.(101.) Si qua mulier[a] religionis velamen induta fuerat, observatis[b] omnibus[b] qualiter in superiori capitulo affixa sunt, in[c] monasterium intrare voluerit, si filios aut filias habuerit in quorum mundio esse inveniatur, cum tercia porcione

i) in requirendi *c.* k) affirmet *c.* l) quia.....dictum esset *coniectura supplevi.*

Cap. 97. *e codd.* 1.3—8. a) eam *add.* 7.8. b) a se *add.* 1. c) *sic* 4.5; dolose 1.6—8; eam *add.* 1.4; et *add.* 5. d) a rege obt. 6; obt. a rege 7.8. e) videre 7.8. f) *desunt* 5. g) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 98. *e codd.* 1.3—8. a) qui i. aet. est 4—6. b) alii homini 1.5.7.8. c) Ideo hoc statuimus quia 1. d) audivimus 1. e) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 99. *e codd.* 1.3.4.7.8. *abest a codd.* 5.6. a) cuiuslibet mulieris mundium habens 4. b) eam vellare 7.8. c) et per 4.7.8. d) missum 1.7.8. e) quia *om.* 4. f) pro *add.* 7.8. g) propter timorem 1.3. h) mariti 4.7.8. i) reversa fuerit 1.7.8. k) postea invenitur esse 7.8. l) *deest* 7.8.

Cap. 100. *e codd.* 1.3—5.7.8, *abest a cod.* 6. a) quae *add.* 1.7.8. b) observata omnia 1.4. c) et in 1; qui in 4.

59) Otto I. 6. 60) Roth. 256. 61) Liutp. 19.

de propriis rebus suis intret in monasterium[d], et post obitum eius remaneat in ipso monasterio, ubi ipsa intraverit. Si[e] vero filios aut filias non habuerit, cum medietate de rebus suis in[f] monasterium intrare possit[f], si voluerit, et post eius decessum maneat ipsa medietas in potestate monasterii. Nam si in domo permanserit, potestatem habeat de rebus suis iudicare pro anima sua, cui[g] voluerit, terciam porcionem: duae vero porciones ex[h] rebus eius[h] sint in potestate ipsius ad quem mundium eius[i] pertinet*.

* *Si mulier mundoaldum habens mortua fuerit, precipimus, ut mundoaldus mundoaldae succedat.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossa: Si qua] Obiit per kapitulum Lodoici (53) Omnis ordo. 4.5.7.8.

101.(102.) Si quis Longobardus habuerit filium masculinum legitimum unum et filiam legitimam unam aut plures, et antequam eas[a] ad maritum tradat ad mortem venerit, potestatem habeat[b] ad filias[c] suas[c] per cartulam donacionis, si voluerit, usque[d] ad[d] quartam porcionem de rebus suis iudicare: et si iudicaverit, stabile permaneat. Si vero duos filios legitimos habuerit et filiam unam aut plures, septimam porcionem eis[e] de rebus suis iudicet, si voluerit. Si vero amplius filii fuerint, per hanc rationem computetur. Si vero pater vivente se eas ad maritum dederit, ordinet eas iuxta legem qualiter voluerit.

Glossae: per cartulam donacionis] donationis causa mortis. 4.5.7.8. — *iuxta legem qualiter voluerit]* id est ut det eis de sua substantia quantum voluerit, tantum ut non exheredet filios. 4.5.7.8.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est de muliere mea. — Quid sibi pertinet? — Ecce cartula, quam pater tuus et suus fecit sibi de quarta parte suae substantiae, quando venit ad mortem. — Si carta manifestat plus de quarta porcione, hoc quod plus est reddat.

102.(103.) Nulli sit licentia, coniugi suae de rebus suis amplius[a] dare[a,*] per qualecumque ingenium, nisi quod ei in die votorum in metfio[b] et morgincap dederit secundum anterioris edicti paginam[62]: et quod superdederit non sit stabile**.

* *ad proprium* per intellectum legis Astulfi (5.) „Si quis". 7.8 *et in marg.* 4. ** *nisi decedens uxori suae usumfructum de rebus suis iudicare voluerit secundum legem* per legem Astulfi (5.) „Si quis Longobardus". 7—9 *et in marg.* 4.

Maria[c], insimul cum Petro tuo tutore, te appellat Iohannes, quod tu ei tenes terram in tali loco malo ordine. — Ecce cartulam, quomodo talis homo mihi dedit. — Quid pertinuit ei? — Per cartulam, quam vir meus fecit sibi. — Ipsa contra legem est, quia ipse eam fecit eo colludio, ut daret tibi plus quarta. — Non. — Aprobet vel idoneet.

103.(104.) Si servus cuiuscumque habens legitimam uxorem et aliam ancillam super eam duxerit, componat dominus servi[a], sicut in edicto[63] de adulterio continet[b], ei cuius ancillam postea tulit. Ancilla vero ipsa pro illicita presumptione accipiat talem disciplinam a domino suo in presentia de[c] domino[c] servi, ut alia ancilla hoc facere non presumat.

Petre[d], te appellat Iohannes, quod Marcoardus tuus servus habeat legitimam uxorem, Mariam ancillam Martini, et duxit Susannam suam ancillam super eam in casam suam[e]. — Non est verum. — Approbet aut se idoneet.

104.(105.) De his qui de illicito matrimonio ante tempus* nati sunt vel nascuntur, et quibus[a] legitimi fratres sui voluntarie partem dederunt, ita statuimus, ut, si eis fratres sui legitimi[b] voluntarie partem dederunt, in ipsa[c] debeant permanere, et eos[d] exheredare[d] minime debeant. Nam pater non possit illos illicitos, neque per thinx vel per qualecumque colludium, heredes instituere. Hoc autem ideo statuere previdimus, ut omnis homo qui vult accipiat uxorem legitimam, nam non illicitas contrahat nuptias. Si autem fratres non sunt et parentes propinqui fuerint, qui[e] potuerunt ad hereditatem legitime venire[e] et usque modo tacuerunt, taceant et[f] inantea. Et nullam habeant contra eos qui possederint per 30 annos facundiam loquendi, dicendo quod exheredes[g] esse debeant: nisi qui per 30 annos possederunt possideant et inantea.

* *id est ante hanc legem.* 7.8 *et in marg.* 4.5.

Glossa: De his] Vacua, quia preteriit. 5.7.8.

Petre[h], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per successionem mei patris et tui. — Vel ita: Petre, te appellat Martinus, quod terra quae in tali loco est sua est, et tu sibi eam detines. — Quid tibi pertinet? — Per successionem patris mei. — Vere ei successisti, sed mecum debes ei succedere. — Non debes tu eum succedere, quia tu es natus de illicito matrimonio. — Non sum. — Probet ipse qui appellat, quod sit natus de illicito matrimonio, aut ipse iuret usu et exemplo legis[i] Rotharis[i,64], ut filius legitimus sit. Si dixerit:

d) ubi ipsa intrare voluerit *add.* 1. e) *novae legis initium in cod.* 3. f) intret in mon. 1.5. g) aut qualiter *add.* 1; aut quomodo *add.* 7.8. h) ex rebus e. *om.* 4.5; ex r. suis 7.8. i) de ea 1; de ipsa 4; *deest* 7.8.

Cap. 101. *e codd.* 1.3—8. a) *deest* 7.8. b) pater *add.* 5.6. c) filiam suam 7.8. d) *desunt* 6. e) *sic* 1.4 *et in marg.* 5; eorum 7.8; *deest* 5.6. f) *e codd.* 7.8.10.

Cap. 102. *e codd.* 3—9. a) dare amplius 5.6.9. b) *sic* 4; mephio, methio, mechio *rell.* c) *e codd.* 7.9.10, *abest a cod.* 8.

Cap. 103. *e codd.* 3—9. a) 20 solidos *add.* 7—9. b) continetur 6.9. c) domini 5.6. d) *e codd.* 7.10, *abest a* 8.9. e) tui et *add.* 7; tui *add.* 10.

Cap. 104. *e codd.* 3—9. a) eis 5.6. b) *deest* 6—8. c) eadem sorte 7—9. d) exhereditari, *om.* eos, 7—9. e) qui legitime pot. a. h. venire 5.6.9. f) et *om.* 5.7.8. g) *sic* 4.9; non heredes 6; heredes 5.7.8. h) *e codd.* 7.8.10, *absunt form. a cod.* 9. i) l. ro. *codd.*

62) Liutp. 7. 63) Roth. 194. 64) Rotharis legem 164 formulae auctor spectare videtur: „ille cui crimen mittitur (quod de adulterio natus sit) prebeat sacramentum quod filius legitimus sit".

„tu dedisti michi ipsam terram voluntarie in parte“, aut probet per scriptum aut per testes, aut perdat. Si ostenderit cartam, quod[k] *pater illicitus fecisset in aliam personam, et ostenderit cartam, quam ipsa persona fecisset sibi, tunc legitimus frater probet, quod pater suus propter hoc fecit ipsam cartam, quia voluit, quod ille illicitus haberet ipsam cartam*[l].

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Possessam habeo per 30 annos. — Hoc non potest dici contra fratres[65].

Expositio: Quod in hac lege: „ante tempus“ scriptum, antequam lex ista fieret, oportet intelligi. — §. 2. Lex ista, dicens: „de inlicito matrimonio“, connubia omnia, que divina et humana lex prohibet, tetigit, legibusque superius de illicito matrimonio loquentibus[66] concordat. — §. 3. Si legitimi fratres non legitimis[m] voluntarie partes dederint, quandoquidem a patris potestate iuxta Novellarum leges de illicito matrimonio leges[67] soluti sunt, non necesse est in hoc eius assensum requirere. — §. 4. Ex hac littera huius legis que est: „sin autem fratres non sunt et parentes propinqui fuerint“ duplex colligitur intellectus, scilicet, quod iniuste possessio non valeat adversus fratres legitimos, valeat adversus alios parentes.

105. (106.) Si quis aldiam alienam aut suam ad uxorem tollere voluerit, faciat eam widerbora, sicut aedictum[68] continet de ancilla. Nam qui sine ipsa ordinatione eam quasi uxorem habuerit, filii qui ex ea nati fuerint non sint legitimi, sed naturales*.

* *nec illiciti.* 7. 9.

Petre[a], *te appellat Martinus*[b], *quod tu ei malo ordine tenes terram in tali loco positam. — Illa terra mea propria est per successionem Pauli mei patris. — Non debes ei succedere, quia habuit te ex A.*[c] *sua aldia*[c]. *— Vere, sed fecit eam widerbora, sicut est edictum, et tulit ad uxorem. — Approbet*[d] *ita aut perdat*[e].

106. (107.) Si plures homines cartam convenientiae inter se fecerint et penam posuerint, et postea unus duo aut[a] tres[a] vel amplius se de ipsa convenientia subtrahere voluerint et[b] penam ruperint, unusquisque componat per caput ipsam penam quam posuerunt in integrum. Quia omnes unanimiter consenserunt et nullus eis imperavit talem causam facere, ideo per caput componant qui ruperint ipsam penam[c], sicut per caput voluntarie consenserunt*.

* *aut heredes eorum.* 7. 9.

Glossa: cartam convenientiae] Litteris obligatio. 4. 7.

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu fecisti cartam convenientiae cum illo insimul de elevatione unius castri, aut ire in talem locum secum, vel de alia re, et misisti penam solidorum* 100, *et te subtraxisti vel penam rupisti. — Approbet, et si non, exdicat se appellatus, et si non fuerit ausus exdicere, emendet poenam quam inter se posuerint*[e].

Expositio: Si quis a convenientia per cartam a se factam se subtraxerit, heres eius pena compositionis non[f] tenetur astrictus, precepto in quadam lege Institutionum[g] que est: „Hoc[69] loco ammonendi sumus“, quod maleficiorum litigium, nisi lis contestata fuerit, adversus heredes non transeat. Si vero de contractu litigabitur, sive lis contestata fuerit sive non, heredi et in heredem competit. Lis namque tunc contestata esse videtur, cum iudex virorum adversariorum partes ceperit examinare, dicente Codicis tertii libri capitulo: „Res enim in iudicium deducta non videtur, si[h] tantum postulatio simplex celebrata sit vel actionis species ante iudicium reo cognita. Inter litem enim contestatam et actionem editam permultum interest. Lis enim tunc contestata videtur, cum iudex per narrationem negotii causam audire ceperit“[70].

107. (108.) Si quis fideiussorem aut debitorem suum pigneraverit, et ipsum pignus recolligere neglexerit[a] et id per 12 dies dimiserit[b], tunc ille qui ipsum pignus apud[c] se[c] habet, si servus aut ancilla est, custodiat eum, ut ei fugam non faciat*, et faciat eum sibi operas facere sicut suum proprium servum aut ancillam*1. Et insuper habeat licenciam repignerare usque in secundam vicem*2, ut sint ipsa pignera in triplum quantum ipsum[d] debitum[d] est*3. Et si per 30 dies pignera ipsa debitor[e] aut fideiussor recolligere neglexerit, si in Neustria aut in Austria fuerit, amittat ipsa pignera et non habeat facundiam requirendi*4. Si vero in Tuscie partibus fuerit, habeat spacium in[f] dies 60: nam si super 60 dies fuerint, similiter amittat pignera sua. Et insuper potestatem habeat qui pigneravit, causam suam[g] per legem agere et procurare.

* *quia*[h] *interim nequeunt libertari et videtur*[h], *quia, si fugit, aut servum debet reddere vel eius precium restituere* per[i] intellectum[i]. 7—9 *et in marg.* 4. 5. *1 *Nam si servus aut ancilla perierit aut fugerit ante duodecim dies, nichil fieri debet: sed de operis infra* 12 *dies respondeat* secundum[k] quosdam[k]. 7—9 *et in marg.* 4.

*2 *similiter per duodenas noctes.* 7—9 *et in marg.* 4.

*3 *ita ut unumquodque istorum trium pignerum non sit maius quam debitum est; et si aliquod istorum pignerum sit maioris precii quam debitum est, tunc pignerator reddat istud in*

k) *corrige* quam. l) terram *fortasse corrigendum.* m) legimus *cod.*

Cap. 105. *e codd.* 3—9. a) *e codd.* 7. 9. 10, *abest a cod.* 8. b) I. 7. c) sua ancilla aldia 9. d) Approbet *rell. om.* 7. e) amittat 9.

Cap. 106. *e codd.* 3—9. a) *desunt* 5. 9. b) aut 7. 9. c) quam posuerunt *add.* 7—9. d) *e codd.* 7. 8. 10, *abest a cod.* 9. e) aut heredes eorum *add.* 10 *et rec. man.* 7. f) non *om. c.* g) constitutionum *cod.* h) sed *cod.*

Cap. 107. *e codd.* 3—9. a) neglexerint 4. 7. 8. b) dimiserint 5—8. c) *desunt* 6—9. d) debitum ipsum 5. 6; ipsum *om.* 9. e) aut debitor 5. 6. f) per 6—9. g) ipsam 4. 5; inantea *add.* 7—9. h) quia . . . . . videtur *om.* 5. 8. i) *desunt* 4. 5. 9. k) secundum vl. 4; *desunt* 9.

65) Cfr. expos. §. 4. ad hoc capitulum, Liutp. 69 et formulam tertiam ad illam legem. 66) Roth. 185; Liutp. 12. 31—33. 67) Iulian. Nov. 32, 2. 68) Roth. 222. 69) §. 1. Inst. perpet. et tempor. act. (IV, 12.) 70) L. unica C. litis contest. (III, 9.)

actogild[l]. 7—9 *et in marg.* 4. 5. *[4] *ita ut unaqueque pignera sint transacta ad*[m] *dies* 30[n] *numerandos ab*[o] *illa die, qua*[p] *unaqueque pignera abstracta sint*[o·p]. 7. 8 *et in marg.* 4. 5.

Glossae: Si quis] Hec lex de prestito loquitur secundum vl. 4. — *fideiussorem]* scilicet amonitum tercio secundum a.; secundum vl. non 4. — *fideiussorem aut debitorem]* Hic est videndum, ut indiscrete[q] pigneremus fideiussorem aut debitorem aut utrumque, conservatis superioribus[71] preceptis pignerandi. 4. 5. 7. 8. — *si servus aut ancilla]* Haec lex de omni pignere tenenda est, quamvis hic legitur[r].... 5. 7. 8. — *quantum ipsum deb. est]* scilicet quia iniuste plus tollit secundum a.; secundum vl. non. 4. — *per 30 dies]* scilicet postquam sapuit, se esse pignoratum secundum vl. 4. — *et insuper potestatem habeat]* nisi subdescendit homo de lege sua[72]. 4. 5. 7. 8. — *sub fine capituli]* Hic videtur, quod appellator debet agere, et quod creditor post terciam pignorationem et pignorum transactionem potest debitum petere; per hanc legem secundum vl. 4.

Petre[s] *te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum malo ordine in uno suo servo ministeriali. — Propter hoc te pigneravi, quia tu es michi debitor* 100 *solidorum. — Tunc ipse qui pigneravit probet, quod ipse sit*[t] *debitor dare ei solidos* 100, *et si non potuerit, ipse*[t] *qui pigneratus est iuret, et ipse emendet pignus sibi nonum. Si*[u] *dixerit: „propter hoc te pignoravi, quia tu dedisti michi vadiam de dare solidos* 50 *in Kalendis Maiis, et non dedisti". — „Non dedi tibi unquam ipsam vadiam" — probet ipse qui pignoravit*[u]. *Si dixerit: „propter hoc te pigneravi, quia tu fuisti meus fideiussor de uno vadio quod michi dedit Marcoardus". — „Non fui tuus fideiussor" — probet ipse qui pigneravit, et si non potuerit, iuret quod non fuit fideiussor suus.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum in unum suum servum ministerialem 50 *solidorum. — Propter hoc te pigneravi, quod tu debes michi dare* 14[v] *solidos. — Statim reddat pignus sibi nonum.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum malo ordine in unam suam ancillam ministerialem. — Propter hoc te pigneravi, quod tu debes michi dare 50 *solidos. — Tene tuos denarios, et redde michi meam ancillam. — Denarios accipio, sed ancillam non reddam, quia fugit. — Non debet esse aliud, nisi ancillam aut precium reddat. Si dixerit: „propter hoc pigneravi, quia debes michi dare* 50 *solidos", — „Petre, te appellat Martinus, quod fecisti facere operas Mariam suam ancillam infra* 12 *noctes".*

Petre, te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum malo ordine in unum suum servum bubulcum. — Propter hoc te pigneravi, quia tu es michi debitor 100 *solidorum. — Non debuisti me pignerare, quod alia vice pignerasti me in unum servum bubulcum propter ipsum debitum. — Tu misisti neglegentiam recolligere primum pignus per* 12 *noctes. — Tunc probet ipse, quod misit neglegentiam, et si probare non potuerit, ipse alter iuret quod non misit neglegentiam, et ipse qui pigneravit emendet pignus sibi nonum.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum in unum suum servum ministerialem. — Propter hoc te pigneravi, quod tu debes michi dare solidos 50. *— Accipe tuos denarios et redde michi meum servum. — Denarios accipiam, sed servum non reddam, quia transacti sunt* 60 *dies aut* 30. *— Non sunt transacti* 30 *dies. — Aut probet ipse qui pigneravit, quod sint transacti* 30 *dies, aut reddat pignus. Si dixerit ipse qui pigneratus est, quod non misit neglegentiam recolligere pignus, probet ipse qui pigneravit, quod ipse misit neglegentiam; et si non potuerit, iuret ipse qui fuit pigneratus, quod non misit neglegentiam. Similiter fiat de* 60 *diebus.*

Glossa: ad form. quartam] Secundum quosdam fit haec[w] probatio alterata[w]. 7. 8.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu eum in Rufino ministeriali servo suo malo ordine pignerasti. — Pigneravi, set non malo ordine, quia tu michi 50 solidorum fideiussor fuisti, aut aliter michi 50 solidos debes. — Si enim appellator se non fideiussorem, aut debitorem 50 solidorum non esse iuravit, pignerator pignus sibi nonum redditurus est.

§. 2. Si pignerator, appellatus pignorasse, ultra quam fieret debitum pignoraverit, sibi nonum est cogendus componere. Si vero servum[x] [in quo pignoraverit][x] intra 12 noctes operas fecisse appellatus fuerit, aut emendet aut se inde purificet; transactis 12 noctibus nichil de operis emendabitur, si recollegendi eum fuit debitor neglegens. Si vero appellatus, servum in quo pignoraverit fugisse, responderit, quia in lege habetur: „custodiat eum, ut ei fugam non faciat", dicitur a quibusdam, ut eum querat, et, si invenerit, reddat, si autem inventus non fuerit, det pro eo quanti fuerit pretii. — §. 3. Lex haec dicens: „Si quis fideiussorem aut debitorem pigneraverit" nostro commendat intellectui, creditorem quemlibet seu debitorem aut fideiussorem pignerare posse; unde a lege Romana dissidet, que, dum debitor quod solvere possit habeat, fideiussorem pignerari posse prohibet[73]. Secundum Ugonem tamen[y] non[y] dici posse, quod hec lex a Romana dissidet: secundum enim eum, nisi debitore in solutione deficiente, fideiussorem pignorari non iubet; quod non laudatur. — §. 4. Quamquam lex habeat „aut ancilla", est intelligenda tamen de omni pignore dicere, quia, si de solo servo aut ancilla intelligeretur, similiter Pipini capitulum, quod est „Quicumque[74] post missam sancti Iohannis", posset de solo Franco intelligi. Sicut enim ista de omni pignore incipit, sic illa de omni homine generale habet principium. Potest et aliter intelligi de omni locuta esse pignore, quandoquidem in secunda pignoratione nulla ponitur pignoris differentia. Nam si in secunda pignoratione solummodo de servo aut ancilla intelligen-

l) secundum quosdam *add.* 4; secundum a. *add.* 5. m) per 4. n) vel 40 (*corr.* 60.) *add.* 5. o) ab astractione 5. p) quo tolluntur debitori aut fideiussori secundum vl. 4. q) sine differentia 4. r) *scilicet* servus aut ancilla, *quibus verbis glossa adscripta est.* s) *e codd.* 7. 8. 10, *absunt formulae a cod.* 9. t) sit.....ipse *om.* 7. u) Si dixerit .....qui pignor. *om.* 7. 8. v) XX. 10. w) hoc placitum alteratum, *corrigendum esse coniicio, et verba* Secundum quosdam *rell. referenda esse censeo ad placiti formam paullo ante positam et vere mutatam* (alteratam) P. te app. M., quod fecisti facere operas *rell.* x) servus operas *c.* y) tantum, *om.* non, *cod.*

71) Roth. 245—252. 72) Cfr. Liutp. 90. 73) Cfr. Iul. novell. 3, 1. 74) Pipin. 41. Cfr. expos. §. 2. ibid.

dum esset, tunc nullus nisi in servo aut ancilla alium repignorare posset, cum alibi nusquam detur repignorandi licentia, quod esset iniquum; ambobus[z] igitur remotis de omni pignore loquitur. Cui sententiae sic opponitur: si hec lex, ut affirmat, de omni pignore loquitur, tunc lex statim sequens, quia similiter de omni pignore fatur, superflua iudicabitur. Quod non sequitur, quia sequens lex idem specialiter[a] dixit quam superposita, et aliud addit, veluti de pignoribus domitis a debitore vel a fideiussore concessis. — §. 5. Ubi haec lex dicit: „et faciat eum sibi operas facere sicut proprium servum", subaudiendum est post predictas 12 dies; et quod diximus de primo pignore, idem intelligendum est de secundo et tertio, scilicet ut, postquam pignus per 12 dies custodierit, faciat eum sibi operas facere sicut suum proprium esset. — §. 6. Item ubi legitur: „et insuper habeat licentiam repignorare usque in secundam vicem", subaudiendum est „post predictos 12 dies", quod est dicere[b], ut tunc tantum habeat licentiam repignorandi, postquam primum pignus per 12 dies custodierit, antea vero non, et, in secundo pignore per 12 dies custodito, repignerandi tertium licentiam habeat, prius vero non. — §. 7. In eo quod in hac lege legitur: „repignerare usque in secundam vicem, ut sint[c] ipsa pignora in triplum", ipsis[d] exprimitur verbis, pignorationem ipsam posse fieri tertio; „repignorare enim usque ad secundam vicem" primam pignorationem iam esse factam insinuat; „re"[e] namque cum verbis compositum pro „iterum" sepenumero ponitur; „repignorare ergo usque ad secundam vicem" tertio pignorare significat, dicens vero: „ut sint ipsa pignora in triplum", duo evidenter insinuat, scilicet ut ter pignoretur, et unumquodque pignus equale[f] sit debito[f]. Sed secundum Ugonem dicitur hec lex non ideo dixisse „repignorare usque in secundam vicem", ut aliquis post primam pignorationem bis pignorare debeat, sed ut semel tantum post primam pignorare possit, et ita pignorabitur usque in secundam vicem tantum; et ipsa dua pignora sint talia que sint in triplum; quod non est laudandum. — §. 8. Unumquodque pignerum a pignorationis die tricesimo trasactari credendum est, si debitor recolligendi fuerit negligens; cavendum est tamen, ne a pignorationis die conputetur neglegentia, ubi debitor aut pignorationem esse factam nesciret aut infirmitate vel alio impedimento recolligere prohibetur, sed a notitie vel possibilitatis die ubi hec evenerit conputanda est. — §. 9. Si servus qui in pignore habetur, antequam[g] tricesimus dies pignerationis abiit[h], ab eo fugerit et recuperatus fuerit, dicebant antiqui[i], illos dies quibus in fuga permansit, intra 30 dies quibus lex eum trasactari iubet, non debere computari, putantes illos dies quibus pignus iubetur trasactari tales esse, quibus pignus reddi possit[k], si dominus haberet eum animum redimendi; sed his diebus, quibus in fuga permansit, pignus non posse reddi: quare secundum eos intra prescriptos 30 dies non[l] sunt computandi. Secundum Ugonem tamen sunt computandi, si claruerit, dominum servum redimere neglexisse dum in fuga erat; sed si claruerit, dominum servum redimere non neglexisse, dum in fuga erat, intra prescriptos 30 dies illi quibus in fuga permansit non sunt computandi. — §. 10. Si fideiussor, quod a[m] debitore creditori debetur[n], solverit, proindeque ipsum debitorem pigneraverit, quandoquidem non creditori debitum solverit, non[o] creditori sed fideiussori[p] debitor erit ulterius, iuxta hanc legem pignus trasactari credendum est. — §. 11. Si quis servum in quo pignoratus est, ne transactetur, infra 30 dies liberaverit aut vendiderit seu aliter alienaverit, libertatem aut alienationem non mansuram fecisse credendum est, quia iubente hac lege, ut eo sicut proprio suo utatur, et transactis 30 diebus pigneratoris sit proprius, evidenter patet, dominum alienandi iterum non habere licentiam. Quae[q] si daretur domino, posset dici, aliquem res suas sub banno positas alienandi habere licentiam[q]: quia, sicut in hac lege transactis 30 diebus pignus pigneratoris esse precipitur, sic in Lodoyci capitulo „Si[75] cuiuscumque hominis proprietas" res sub banno posite transacto anno in publicum devenire iubentur. — §. 12. Negante[r] debitore, debet mutuum dedisse probare creditor; quod solutum[s] esse[s], negante creditore, debitor[t] probabit[t] similiter, dicente Codicis libri capitulo „Ut[76] creditor, qui pecuniam petit numeratam, implere cogitur, ita rursum debitor, qui solutam affirmat, eius rei probationem prestare debet".

108. (109.) Si quis permissum habuerit debitorem[a] aut fideiussorem suum[a], ut eum[b] per boves aut caballos domitos pignerare possit[c], et pigneraverit et intra 12 noctes pignera sua debitor[d] aut fideiussor[d] recolligere neglexerit, potestatem habeat ea minare sicut sua propria et gubernare: et si mortua fuerint, non requirantur. Nam si pulsatus fuerit, quod iniquo animo plus quam sua animalia minasset, satisfaciat ei solus ad evangelia. Si vero per 30 dies ista parte Alpis aut per 60 dies illa parte Alpis dilataverit et non recollexerit[e], sicut superius[f] de servo aut de[g] ancilla statuimus ita[h] et de caballo aut bove, auro vel argento, vestimento et aeramento, ferramento aut animalibus minutis, vel quodlibet pignus fuerit, esse censemus*.

* *Similiter intelligi potest de grege equarum aut porcorum*[77], *quia*[i] *refragari potest suae prerogativae quisque*[i]. 7—9 *et in marg.* 4.

Glossae: Si quis permissum] Hic subdescendit homo

z) ambo gibus *c.* a) spāl̴ *cod.* b) dies *c.* c) sicut *cod.* d) vero *add. cod.* e) rei *cod.* f) equalem sit debitum *cod.* g) tamquam *cod.* h) absit *cod.* i) ã. *cod.* k) *deest in cod.* l) non *om. cod.* m) a *om. cod.* n) debitum *cod.* o) quandoquid non *cod.* p) non *add. cod.* q) *ita huius loci corrupti verba, sensu non dubio respecto, restitui; cod. ita:* quae si dari creditur domino posset tradere aliquis res suas sub anno pos. al. dicere habere lic. r) negare *c.* s) solumi' *c.* t) debitore probavit *c.*

Cap. 108. *e codd.* 3—9. a) a debitore aut fideiussore suo 7—9. b) *deest* 5. c) ipse creditor *add.* 7—9. d) deb. a fid. *om.* 7—9. e) recolligerit 7—9. f) supra 5.6. g) de *om.* 5.7—9. h) ita et si caballus aut bos *rell.* 7—9. i) si descenderit aliquis de lege sua 4.

75) Ludov. P. 16. 76) L. 1. C. probat. (IV, 19.) 77) Roth. 249.

de lege sua[78]. 4.5.7.8. — *per boves aut caballos]* et ita de aliis intelligendum est. 5. — *et pigneraverit]* conservatis superius preceptis[79] pignerandi. 4.5.7.8. — *suae prerogativae quisque]* et grex vocatur usu a tribus inantea secundum[k] quosdam[k, 80] *add.* 7.9.

Petre[l], *te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum malo ordine in unum suum caballum domitum, qui valebat solidos* 50. — *De torto.* — *Si dixerit: „propter hoc te pigneravi, quod tu debes michi dare solidos* 100. — *Tamen non debuisti me pignerare in caballo domito. — Debui, quia tu michi concessisti", probet ipse qui pigneravit, quod ipse concessit sibi; si non potuerit, iuret ipse, quod non concessit. — Si dixerit: „Imperator michi commendavit", aut probet aut reddat pignus sibi nonum.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum in uno suo bove domito, qui valebat solidos 10. — *Tene tuum bovem et da michi debitum. — Ego te appellavi, quod tu fecisti eum facere operas infra* 12 *noctes.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum in uno suo caballo domito, qui valebat solidos 100. — *Propter hoc te pigneravi quod tu debes michi dare solidos* 100. — *Tene tuos denarios, et redde michi meum caballum*[m]. — *Non reddam, quia transacti sunt* 30 *dies*[n].

Expositio: Rotharis lex quae est „Si[77] quis caballum domitum" a lege ista partim rumpitur, in qua domitorum equorum pignerator, nulla posita differentia, utrum sibi concessum sit necne, reddere sibi nonum precipitur. Sed ita salvatur: Rotharis lex intelligenda est de non concessis tantum locuta esse. — §. 2. In eo quod hec lex appellatum, nulla posita differentia, utrum causa sit 20 solidorum necne, solum iurare precipit, Rotharis legem quae est „Si qualiscumque causa"[81] partim rumpit.

109. (110.) Si quis servum alienum[a] aut[b] ancillam loco pigneris tenuerit, et furtum aut homicidium vel quodlibet malum fecerit, non reputetur[c] proprio[d] domino[d] nisi ei qui eum tenuit[e]; quia, postquam eum pro debito suo comprehendit, sic custodire debuit[f], ut aliquod malum facere non possit*. Si vero ancilla fuerit, et cum ea ipse qui pigneravit aut servus eius adulteraverit ante prefinitum constitutum, quod supra posuimus de 30 vel 60 diebus, componat adulterium ipsum domino[g] eius, cuius fuerit ancilla. Post constitutum vero 30 vel 60 dierum spatium sit in potestate eius qui pigneravit, si ipse cuius fuerit recolligere neglexerit**.

* *si debitor eos liberare in predictis temporibus neglexerit, nisi eo dolo fecerit; si vero liberaverit, dominus proprius pro his respondeat.* 7.8 *et in marg.* 4.5. ** *scilicet infra* 30 *vel* 60 *dies.* 7.8 *et in marg.* 4.

Expositio: In eo quod lex ista servi pigneratorem dampnum, quod ab eodem servo in eius potestate factum fuit, emendare precipit, rumpitur a Caroli capitulis[82] „Nemini liceat" „Iubemus", in quibus servi dominus emendare iubetur. Sed si dominus eum per 30 aut 60 dies recolligere neglexerit, creditor factus dominus non solum dampnum quod in sua fecerat potestate, verum etiam illud quod antea fecerat emendaturus est, quod ex Institutionum lege quae est „Ex maleficiis servorum" potest intelligi, in qua legitur: „Nam si servus tuus noxam commiserit et is in alterius potestate esse ceperit, cum ipso incipit esse actio"[83]. Erraret namque, si quis legem istam affirmaret, dicens supradicta capitula non eam rumpere, dicendo, dominum dampnum a servo factum emendare debere, quia capitula hec iubendo pignoratorem emendare non prohibent. Sed veracius contendere posset, ea capitula non ad dampnum aliud respexisse, nisi ad ipsum quod a domino iuxta anteriores leges emendandum erat, quia[h] dominus non melius solveretur si finem de acciperet, quia solvitur lege hac dicente: „non requiratur proprio domino"[h]. Si quis vero ab his capitulis hanc legem aliter salvare voluerit, legem Rotharis que est „Nulli[84] liceat pro quolibet debito" respiciens in glossis aliter salvare potest. — §. 2. Rotharis lex quae est „Nulli[84] liceat pro quolibet debito", in eo quod malum a pignoratore post transactos 20 dies commissum in dampnum debitoris, non in dampnum pignoratoris reputari iubet, ab hac lege partim rumpitur, in qua, nulla posita differentia utrum illud malum sit commissum post transactos 20 dies aut non, malum a pignoratore commissum in dampnum pignoratoris non debitoris reputari iubetur. Sed ita salvari potest, scilicet quod hec lex secundum predicte Rotharis legis determinationes locuta esse intelligenda est. — §. 3. Hec lex dicens: „componat adulterium ipsum proprio domino cuius fuerit ancilla" Rotharis legem que est „Si[85] quis cum ancilla gentili" respexisse intelligenda est.

110. (111.) Si quis servum aut aldionem[a] alterius per colludium comprehendere presumpserit dicendo, quod super furtum suum comprehendisset aut tacite in curte sua noctis tempore invenisset[b], et colludium ipsum[c] apparuerit et certa fuerit[d] veritas approbata[d], componat ipse qui eum comprehendere per tale ingenium presumpserit ei cuius fuerit servus* aut[e] aldius, quantum ipse componere debuit, si absque colludio aut fraude eum comprehendisset: id est furtum ipsum quod quere-

k) *desunt* 9. l) *e codd.* 7.8.10. m) *in cod.* 7.10 *adduntur haec:* denarios actipiam, sed caballum non reddam, quia mortuus est. — Hoc te appello, quod tu irato animo duxisti eum plus quam tuum animal. — Tum satisfaciat, ut hic dicit. Et si dixerit. n) aut 60, et habuisti neglegentiam in ipsis dispignorandi. — unquam (*lege:* inquam) non sunt transacti. Sed approbet. Et si dicit: non habui neglegenciam dispignerandi. — habuisti. — non. — approbet aut se idoneet *add.* 10.

Cap. 109. *e codd.* 3—9. a) *deest* 5.6. b) vel 7—9. c) culpa *add.* 6—9. d) ad proprium dominum 7—9. e) tenet 4.5. f) debeat 5.9; debet 4. g) proprio domino 7—9. h) *hic locus corruptus quomodo sanari possit, nescio.*

Cap. 110. *e codd.* 3—9. a) aldium 5.6. b) eum inv. 7—9. c) *deest* 6—9. d) veritas fuerit probata 5.6. e) vel 7—9.

78) Cfr. Liutp. 90. 79) Cfr. Roth. 245 sqq. 80) Cfr. glossas ad Roth. 249. 81) Roth. 359. 82) Karol. M. 26.70. 83) §. 5. Inst. noxal. action. (IV, 8.) 84) Roth. 252. expos. §. 3. 85) Roth. 192.

bat in actogild, et pro illicita presumptione solidos 40; et si furtum non repecierit[f], nisi de tacito in curte sua comprehensum dixerit, componat solidos 40[86], si ipsum colludium apparuerit.

* *aut ancilla.* 7—9 *et in marg.* 4.5.

Glossae: et pro illicita presumptione] Obiit secundum quosdam[g] per legem istius *(Liutp.* 130.*)* Si quis commendaverit et per kapitulum Karoli (84.) Si quis latro. 4—8.

Petre[h], te appellat Martinus, quod tu prehendisti Donatum suum servum per colludium dicendo, quod tu prehendisses eum super tuum furtum quod valebat solidos 100, *aut tacite invenisses noctis tempore in corte tua. — De[i] torto[i].*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu suum servum aut aldium suum per colludium comprehendisti, et dixisti eum super furtum 100 solidorum aut in curte tempore noctis comprehendisse.

§. 2. Dicitur a quibusdam, quod lex ista, in eo quod eum qui alterius servum per colludium comprehenderit preter[k] furtum sibi nonum 40 solidos, sicut ante[87] dominus iusserat dare, dare precipit, rupta sit a Caroli capitulo quod est „De latronibus ita precipimus"[88]. Sed deviant[l]; quia illud capitulum, de solo latrone loquens, nichil de eo qui per colludium comprehenditur locutum est. — §. 3. Lex ista, servum et aldium nominans, intelligi voluit, superiores leges[89], quarum mentionem facit que de solo servo locute sunt, servum etiam posuisse pro aldio.

111. (112.) De puella unde iam antea[90] diximus, ut[a] in duodecimo anno[a] legitima sit ad maritandum, sic modo statuimus, ut non intrante ipso 12. anno, sed expleto sit[b] legitima ad maritandum. Ideo nunc hoc diximus, quia multas intentiones de causa ista cognovimus, et apparet[c] nobis, quod inmatura causa sit ante expletos 12 annos.

Expositio: Lex hec dicens: „unde iam antea diximus", retropositam Liuprandi legem, que est „Si[90] quis puellam intra 12" respexisse intelligenda est.

112. (113.) Si quis Longobardus voluerit filiis suis sibi bene servientibus aliquid largiri[a], habeat[b] licentiam in[c] hoc modo, ut, si fuerint duo filii, terciam partem substantiae suae possit meliorare eum qui ei bene et secundum Deum obediens fuerit et[d] servierit; et si tres fuerint, habeat licentiam quartam partem[e] meliorare quem voluerit; et si fuerint quattuor filii, tribuat quintam partem; et[f] si fuerint quinque, tribuat sextam partem[f]; et[g] si fuerint sex, septimam partem[g]; et si amplius fuerint, per hunc numerum percurrat[h], ut semper qui pater est vigorem habeat, qualiter ei filii sui recte, ut[i] diximus[i], obediant et deserviant; et si toti ei bene servierint, habeant equaliter[k] substantiam[l] patris. Quod si forsitan quiscumque secundam aut terciam mulierem duxerit et habuerit filios et[m] de anteriore coniuge et de sequente, non habeat potestatem illos posteriores, quorum mater vivit, meliorare, dum ipsa advixerit, ne dicat aliquis, quod per ipsam mulierem talis suasio facta fuisset: defuncta autem muliere pater licentiam habeat facere sicut supra legitur. Quia credimus secundum Deum esse, ut, dum servos qui bene serviunt melioratos videmus et remuneratos a dominis suis quam[n] illos qui recte non serviunt, quanto magis debet fieri recta causa, ut homo filium suum meliorare et[o] remunerari[o] possit, qui ei melius servierit.

Glossae: tertiam partem substantiae suae] scilicet ab eo qui male servit. 4.5.7.8. — *qui ei melius servierit]* Hoc ad male facientis comparacionem, non ad bene; quia melius servit qui bene servit, quam qui male. 4.5.7.8.

Petre[p], te appellat Martinus tuus frater, quod tu tenes sibi malo ordine medietatem de pecia una de terra quae iacet in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Ego melius servivi ad patrem meum, et ipsam terram donavit michi, et ecce carta. — Aut probet, quod melius servisset, aut det partem suo fratri qui appellat. — Vel: pater noster non potuit tibi dare ipsam terram, quia tua mater erat viva. — Probet.

Expositio: Lex hec dicens: „si fuerint duo filii, tertiam partem substantie sue possit meliorare eum qui ei bene servierit et secundum Deum obediens fuerit", dat intelligi, patrem duas partes substantie eis debere. Usu et exemplo istorum duorum dicitur: si quis est patri unicus filius, quod a rerum suarum medietate pater eum exheredare non possit; ideoque, si ipse unicus filius uxorem duxerit, usu habetur, quod rerum suarum medietatem per se aut suppositam personam pater ei concedit. Eodemque modo si plures fuerint, unicuique pars, que iuxta huius legis intellectum a patre debetur, usu conceditur. — §. 2. In eo quod lex ista: „filios ex priori aut sequenti coniuge habuerit", intelligi datur, legis huius preceptum non de naturalibus sed de legitimis esse filiis.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes frater tuus, quod tu ei omnium rerum quondam[q] patris vestri communis tertie portionis medietatem malo ordine detines.

113. (114.) Si puella sine voluntate parentum absconse ad maritum ambulaverit, et ei meta nec promissa nec data fuerit, et contigerit, ut maritus ipse antea moriatur quam mundium de ea faciat, contenta sit ipsa mulier nec possit postea metam querere ab heredibus eius qui defunctus est, pro

f) quesierit 7.8. g) a. 4. h) *e codd.* 7.8.10, *abest form. a cod.* 9. i) *desunt* 7. k) *sic codd. Pal.* 772 *et Vat.* 3845; propter *cod. Br.* l) *sic codd. Pal. et Vat.*; devariant *Br.*

Cap. 111. *e codd.* 3—9. a) ut non ante 12 annos 6—9. b) sic sit 6. c) apparuit 6.9; apparuerit 7.8.

Cap. 112. *e codd.* 3—9. a) porrigere 7—9. b) debeat habere 4.7—9. c) in *om.* 5.8. d) et ei 7—9. e) precii *add.* 7.8. f) Et si.....VI. partem *om.* 4.5.9. g) Et si.....septimam partem *om.* 4.5. h) currat 7—9. i) *desunt* 6—9. k) equalem 9; aequalitatem 5. l) substantiae 5. m) et *om.* 4.6—9. n) plus quam 6; magis quam 7—9. o) *desunt* 7—9. p) *e codd.* 7.8.10, *abest form. a* 9. q) qui da *c.*

Cap. 113. *e codd.* 3—9.

86) Roth. 33. 87) Roth. 254. 88) Karol. M. 44. 89) Roth. 33. 254. 90) Liutp. 12.

eo quod neglegenter sine voluntate parentum suorum ad[a] maritum[a] ambulavit, nec fuit qui iusticiam eius exquireret.

Glossae: et ei meta] Hic pro quarta et metphium ponitur secundum vl., secundum a. aliter est. 4. — *nec fuit qui iusticiam]* Hic videri potest, quod iusticia est, ut mulier Longobarda habeat metam et ei semper detur, si mundiatur[b]. 4.5.7.8.

Expositio: Lex hec, dicens: „Si puella sine voluntate parentum ad maritum ambulaverit et ei meta nec data nec promissa“ et cetera, dat intelligendum, puellam metam posse requirere, si cum voluntate parentum fuisset et promissa esset.

114.(115.) Si quis possederit qualemcumque rem mobilem aut immobilem per cartam falsam, et approbatum[a] fuerit, quod per ipsum munimen falsum rem ipsam possideat, non eum defendat possessio sua, hoc est 30 annorum, nec excludat illum cuius res legibus fuit, sed amittat ipsam[b] rem[b], quam per cartam falsam possederat[c]: sic[d], ut diximus, si probatum fuerit, et ille ipsam rem recipiat, cui antea per legem pertinere debuerat.

Glossae: non eum defendat] Obiit per legem Astulfi (9.) Si quis Longobardus per 30 annos. 4.5.7.8. — *nec excludat illum]* Obiit, nam secundum hunc videndum est, si bonum initium habuerit tenens, secundum Astulfum[e] non. 4.5.7.8.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu tenes terram sibi malo ordine in tali loco. — Mea propria est terra quam dicis. — Quid tibi pertinet? — Ecce carta quam tu michi fecisti. — Falsa est illa carta. — Vis ei adardire? — Volo. — Vadiate pugnam. — Et si non voluerit pugnam facere appellator, tunc appellatus idoneet cartam per sacramentum. Et si dixerit appellatus, postquam bellum factum est, quod possederit terram illam per 30 annos, non audiatur. — Secundum quosdam ita agitur; aliter vero ita:

Petre[g], te appellat Martinus, quod terra quae in tali loco est sit sua et tu sibi eam detines. — Non tibi[h], respondeo, quia eam possedi per 30 annos. — Vere possedisti, sed per cartulam falsam, quam dixisti patrem meum fecisse tibi. — Non est verum. — Ita approbabo. — Vel ita: vere possedisti, sed malo ordine et malo titulo. — Non malo ordine, quia patruelis tuus michi eam vendidit per cartam. — Illa carta falsa est.

Expositio: Hic videtur, quia possessio nil valet, falso titulo ostenso prius. Sed melius est, de possessione loqui sine falsa cartula. Sunt tamen qui dicunt, possessionem sine titulo valere, si probatum vel testibus, vel alia cartula, vel certis indiciis, vel deficiente reo ad iuramentum dandum.

115.(116.) Si quis commutaverit terram arvam aut pratum vel silvam et inibi laboraverit et edificium fecerit aut clausuram aut vineas posuerit, et postea surrexerit tercius[a] homo qui ipsum locum suum faciat et[b] eum ille qui dedit non potuerit[b] defendere, recipiat res suas quas dedit, et insuper[c] ille[c] qui dedit et minime defendere potuerit ipsum dannum ei restituat, quantum appreciatum fuerit, quod inibi[d] postea laboravit et edificavit: sed de comparatione ita statuimus sicut et de commutatione. Hoc autem de his causis dicimus[e], unde cartulam commutationis aut venditionis homines inter se non faciunt; nam unde cartulam faciunt et ostenduntur[f], sic debeat esse sicut in[g] ipsa cartula[g] legitur.

Glossae: Si quis] Actio ut ex vendito. 4.5.7.8. — *suum faciat]* Hic est actio in rem. 4. — *quantum adpr. fuerit]* quanti interest. 4. — *inibi laboravit]* „prescriptis[91*] verbis que de extimato proponitur“. 4. — *Nam unde kartulam]* Actio ex prescriptis verbis, stricto iure. 4.

Petre[h], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi terram malo ordine in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Donatus commutavit mecum. — Da wadiam de auctore. — Si auctor venerit[i] et[i] negaverit, ipse qui fuit appellatus probet. Si dixerit: ego tecum commutavi. — Quid tibi pertinebat? — Per successionem mei patris? et quid ego? quid meus pater et quid iste? per 30 annos habemus possessam. — Si dixerit: „non possum defendere“, restituat ei dannum[k]. Similiter fiat de comparatione. — Et hoc[l] placitum[l] secundum quosdam; sed ita:

Petre, te appellat Martinus, quod terra quae in tali loco est, quam tu tenes, sua est. — Non debes mecum placitare quia auctorem habeo. — Eamus igitur ad auctorem.

Expositio: Lex ista inter terram et arvum talem voluit intelligi differentiam, ut terra sit quae habitatur, arvum quod excolitur intelligatur. — §. 2. Quia quamquam id quod in hac lege scriptum est: „sic debeat esse sicut in ipsis cartulis legitur“ ad solas commutationis et venditionis cartulas referendum sit, de omnibus tamen cartulis idem oportet intelligi, alii vero dicunt, de solis cartis commutationis et venditionis intelligendum est.

116.(117.) Si[a] infans ante 10 et 8 annos, quos nos[b] instituimus[91] ut sit legitima aetas, sponsalia

a) *desunt* 7—9. b) secundum vl. *add.* 4.

Cap. 114. *e codd.* 3—9. a) probatum 6—9. b) rem ipsam 5.6. c) possidere videtur 7—9. d) sic tamen 7—9. e) ā *codd.* f) *e codd.* 7.8.10. g) *e codd.* 7—10. h) ei 7.9.10.

Cap. 115. *e codd.* 3—9. a) certus 6.9. b) et ille qui dedit non (minime 6) potuerit eum 5.6. c) ille insuper 7—9. d) ibi 5.6. e) diximus 7—9. f) ostendunt 7—9. g) ipsis cartulis 4.6. h) *e codd.* 7—10. i) *desunt* 8.10. k) et res quas recepit *add.* 7.8. l) haec placita 7—9.

Cap. 116. *e codd.* 3—9. a) *in cod.* 3. *huic legi praemittitur prologus hic:* Incipit (*corr.* Explicit) de anno XVII. Incipit de anno XVIIII. Supersticiose et vana contencionis adsidue nostram impulsare videntur clemenciam. Et dum ad regecandas intencionem vel obiposcionis improvorem nostrorum intendere animum videtur quicquit nobis cum nostris iudicibus vel reliquis langobardis recta comparuer̄ sicut etiam vicibus a nobis alia statuta sunt ita et nunc in presente XVIIII. anno regni nostri kalendarum matris indicione quartadecima decidere et confirmare in huius edicti pagina previdemus ut si amodo de eis capitulis que supter adnexe sunt aliqua intencione excreaverit sicut statuimus ita finiatur atque determinentur. — De aetate infantium et licencia eorum. b) *deest* 7—9.

91) Liutp. 19. 91*) §. 28. Inst. action. (IV, 6.).

facere voluerit aut sibi mulierem copulaverit, habeat potestatem * et metam facere et morgincap dare iuxta edicti tenorem[92] et obligationem facere et fideiussorem ponere et cartulam, si voluerit, pro causa ista scribere. Et qui fideiussor extiterit, aut scriba qui pro causa ista cartulam scripserit, nullam exinde habeat dannietatem. Quia nos ideo usque ad illam aetatem perduximus causam de infantibus[91], ut ipsi res suas non debeant naufragare aut disperdere[c]; nam pro ista[d] coniunctione quam Deus precepit[e] absolvimus, ut fiat[f.**].

* *post* 14 *annos* per kapitulum Karoli (140.) „Illud preterea". 7.8 *et in marg.* 4.5. ** *ita ut coniugium non sit ante* 12 *annos* per kapitulum Karoli (140.) „Illud preterea". 7–9 *et in marg.* 4.

Glossae: nullam hab. exinde dann.] id est ut fideiussor possit agere adversus infantem actione mandati[93]. 7.8. Pro ista causa potest fideiussor agere adversus infantes actione mandati, alias adversus grandes; pro aliis contractibus tenetur fideiussor infantis sine restauratione dampni pignoris, quia infans nequit se obligari secundum vl. 4.

Expositio: Quod lex ista dicit: „ante 18 annos" iuxta Caroli capitulum quod est „Illud[94] preterea" peractis 14 annis debet intelligi, si mulierem copulaverit. — §. 2. Quod in hac lege habetur: „qui fideiussor extiterit nullam exinde habeat dampnietatem" non ita intelligendum est, ut pro infante compositionem non persolvat; sed si persolverit, ab eo tantundem exigat. Quod declarat: si pro infante aliter fuerit fideiussor, quam lex precipiat, dampnum inde passurus est, id est penam inde debet persolvere, ab infante nichil exacturus.

117. (118.) Recolimus enim, quod statuimus[95] cum nostris iudicibus, ut, qui hominem liberum occidere presumpserit, omnem substantiam suam amittat. Modo vero, dum repeterent singuli homines quos[a] forte aliqua duritia detinebat[a], quod parens[b] eorum[c] qui in lectulo suo mortuus[d] fuerat[d] per venenum occisus[e] sit[e], et dum per pugnam ipsam causam, sicut antiqua fuerat consuetudo, querere disponebant, gravis causa nobis esse comparuit, ut sub uno scuto per pugnam omnem substantiam suam homo amitteret. Ideoque statuere previdimus, ut, si amodo talis causa emerserit, ut[f] ille qui[f] mortem parentis sui per[g] pugnam querere voluerit[g], quod eum per venenum[h] occidisset, observato[i] eo quod[i] in anteriore aedicto[96] affiximus, ut[k] per evangelia affirmet, quod asto animo causam ipsam non querat, nisi quod ei certa suspectio sit: postea potestatem habeat querere per pugnam, sicut antiqua fuit consuetudo. Et si ei ferita venerit cui crimen ipsum[l] mittitur, aut* ad camphionem ipsius quem conductum habuerit[m], non amittat omnem substantiam suam, sed componat eum secundum qualitatem personae, sicut antea fuit lex componendi[97]. Quia incerti sumus de iudicio Dei et multos audivimus per pugnam sine iustitia causam suam perdere[n], sed propter consuetudinem gentis nostrae Longobardorum legem ipsam vetare non possumus.

* *aliquando.* 7.8.

Glossae: Recolimus enim] Obiit per kapitulum secundi Heinrici (2.) Decet imperialem. 4–8. — *aut ad camphionem]* Obiit per kapitulum Ottonis (I. 8.) Nullum laicorum. 4–8. — *antea fuit lex comp.]* in legibus usitatis non scriptis. 4.

Petre[o], te appellat Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu occidisti per venenum Donatum suum patrem. — De torto. — Vis ei adardire? — Volo. — Vadiate pugnam. — Si aliter fuerit manifestatum, perdat omnem substantiam suam[98].

Expositio: Lex ista superiorem legem quae est „Si[95] liber homo se defendendo" commemorat. — §. 2. Persone qualitas[p], que[p] in hac lege discernitur, non solum in homicidio[q] a[q] defendente sed[r] etiam a volente[r] commisso[95], tam in femina quam in masculo, perspici debet[99].

118. (119.) Si quis filiam suam aut sororem alii sponsare voluerit, habeat potestatem cui voluerit, libero tamen homini, sicut anterius continet edictum[1]. Nam postquam eam sponsaverit, non habeat potestatem alteri homini eam ad maritum dandi ante biennii tempus. Et si dare cuilibet presumpserit aut ipsa sponsalia irruperit[a], componat sponso ipsius, sicut inter se poenam firmaverint, qualiter in anterioris edicti continetur[b] pagina[2], et insuper in palatio widrigild suum; et ille qui eam tollere presumpserit, componat similiter in palatio[c] widrigild suum*. Si vero sine voluntate patris aut fratris eam tollere presumpserit quae iam alteri est desponsata, componat sponso eius duplam metam, sicut edictum anterius continet[3], et in palatio regis componat widrigild suum. Pater vero aut[d] frater qui in[e] tali causa[e] non consenserint sint soluti[f.**]. Puella vero ipsa[g] quae sua voluntate hoc facere presumpserit, si aliqua ei[h] porcio ex parentum successione debetur[i], amittat ipsam porcionem suam et nuda et vacua de rebus parentum suorum vadat, et ipsi succedant qui per legem succedere possint: nec possit ei pater aut frater per quodlibet ingenium aliquid dare aut hereditatem relinquere. Quia excrevit vicium hoc in gente

c) dispergere 7–9. d) ipsa 7–9. e) precipit 7–9. f) faciat 4.7–9.

Cap. 117. *e codd.* 3–9. a) quibus forte aliquam duriciam detinebant 6. b) parentes 4–6. c) eius 4.6; illorum 7.9. d) mortui fuerant 5. e) *sic* 4: occisi essent 5; occidissent 6; occisus esset 7–9. f) quod quis ille 5; et aliqui 6. g) querere et per pugnam probare potuerit 7–9. h) reus *add.* 4.7.8. i) observatis eis quae 5. k) ut *om.* 7–9. l) *deest* 7–9. m) habuit 7–9. n) perdidisse 7–9. o) *e codd.* 7.8.10. p) qualitatis quo *c.* q) homicidia *c.* r) se enim a nolente *c.*

Cap. 118. *e codd.* 3–9. a) rumpere voluerit 5. b) legitur 4. c) regis *add.* 6. d) et 5.7–9. e) tali cause 4.5. f) absoluti 6. g) *deest* 7–9. h) ei *om.* 4.7.8. i) ei *add.* 7.8.

92) Liutp. 7. 93) Conf. glossas ad Liutp. 38. 94) Karol. M. 140. 95) Liutp. 20. 96) Liutp. 70. 97) Roth. 141. 388. 98) Cfr. gloss. ad Roth. 141. 99) Expos. §. 5. ad Roth. 141. 1) Roth. 178. 2) Roth. 192. 3) Roth. 190.

nostra pro[k] cupiditate[k] pecuniae, et ideo[l] resecare volumus, ut inimiciciae cessent et faidam non habeant***. Si autem, quod absit, post sponsalia facta talis[m] inter parentes ipsius excreverit inimicitia[m], qualicumque causa interveniente, ut homicidium de parentibus ipsorum proveniat[n], unde duriciam inter se teneant: si dare aut tollere noluerint, componat pars[o] quae neglexerit, sicut inter se statutum habuerint, et sint absoluti. Quia non est bonum, ut ibi[p] quispiam debeat dare filiam suam aut sororem vel parentem suam, ubi vera inimicicia homicidii[q] esse probatur.

* *sponso*[4] *duplam metam.* 7.8 *et in marg.* 4.
** *a datura feminae.* 7—9 *et in marg.* 4.
*** *similiter de vidua.* 7.8 *et in marg.* 4.

Glossae: filiam suam aut sororem] tantum puellam secundum quosdam. 5.7.8. — *componat sponso ipsius]* Obiit per kapitulum Lodoyci (14.) Si quis sponsam. 4—8. — *et sint absoluti]* scilicet[r] a datura[r] feminae secundum vl. 4.7.8. — scilicet a pena 4. — *Quia non est]* Hic[5] videtur, quod pater est compellendus dare sponso filiam vel mundoaldus mundoaldam, etsi voluerit solvere penam. Similiter de sponso, ut accipiat sponsam, nisi talis inimicicia inter illos creverit, ut hic legitur. 4.

Petre[s], te appellat Martinus, quod ipse sponsavit Albergam tuam filiam puellam, et tu dedisti eam alteri ad coniugium ante duos annos. — Non sponsasti meam filiam. — Tunc ipse qui appellat probet. Si dixerit: „sponsavisti tu meam filiam, sed non erat puella", tunc ipse qui appellat probet, quod erat puella; et si non potuerit, iuret ipse qui appellatus est, quia non erat puella.

Petre, te appellat Martinus, quod tu rapuisti Albergam suam sponsam.

Alberga cum Dominico tuo tutore[t], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Mea propria est per successionem mei patris. — Non debes tu eum succedere, quia tu fuisti sponsata ad Marcoardum et vivente patre tuo sine sua voluntate ambulasti ad Petrum ad maritum. — Aut probet aut taceat.

Expositio: Lex ista dicens: „potestatem habeat cui voluerit, libero tamen homini, sicut anterius edictum continet", Rotharis leges que sunt „Si quis sponsaverit puellam liberam"[6] „Si quis filiam suam aut quamlibet parentem"[7] affirmat. In hoc quoque quod dicit: „libero tamen homini" datur intelligi, coniugium inter servum et liberam non posse legitimum fieri. — §. 2. Lex hec dicens: „nam postquam eam sponsavit, non habeat potestatem alteri homini eam ad maritum dandi ante biennii tempus" Rotharis legem, que est „Si quis sponsaverit puellam liberam"[6], partim corrumpit, ut retro dictum est; sed ita salvatur, ut retro dictum est[8]. — §. 3. Lex ista in eo quod dicit: „componat sponso qualiter in anterioris edicti pagina continetur" id est duplam metam, eiusdem Rotharis legem que est „Si pater filiam suam aut frater sororem suam"[4], in eo quod dicit: „componat sponso qui eam sponsatam habuerit similiter penam ut supra in duplum metam, que dicta fuit in die sponsaliorum" confirmat. — §. 4. Hec lex, quoque dicens: „si vero sine voluntate patris aut fratris eam tollere presumpserit, que[u] iam alteri est desponsata, componat sponso eius duplam metam sicut anterius edictum continet", Rotharis legem, que est „Si quis puellam aut viduam"[9], in eo quod dicit: „sponso autem, cui sponsata fuit, omnia, que in meta data fuerit, quando eam sponsavit, in duplum ei componatur" corroborat. — §. 5. Legem istam de alia filia vel sorore nisi de puella dixisse, neminem existimare oportet: quia in hac lege habetur: „puella vero ipsa", et predicta Rotharis lex que est „Si pater filiam suam aut frater sororem suam"[4], in quam hec lex respicit, non de alia nisi de puella locuta est. Potest tamen contendi, legem hanc de omni filia vel sorore legitima dixisse, eo quod quasi generaliter in principio locuta est dicens: „Si quis filiam aut sororem suam", sicut quarundam legum mos est, ut cum de pluribus rebus initium habeant et unum tantum[v] constituant; quemadmodum habetur in Caroli capitulo, quod est „Si quis latro de uno furto"[10], in quo legitur: „constituimus ut dominus servi illius", et in supraposita Liuprandi lege que est „Si quis fream alienam"[11], in qua legitur: „nam si forte ille homo liber est", que lex nulli dubium est de libero vel servo habere initium. — §. 6. Si quis hanc legem de sola puella esse locutam contendere voluit, dicens: si de vidua intelligi voluisset, eodem modo vidue, quo puelle successionem auferret, responderi ei potest, quamquam nominatim puelle penam inferret, voluit tamen de vidua idem intelligi, sicut in Rotharis lege que est „Si quis caballum alienum"[12], que, quamquam[w] de solo caballo finem habeat, de omni tamen peculio intelligi voluit. — Sed quicumque huius sententiam de omni filia vel sorore legitima intelligunt, verba hec: „componat sponso, qualiter in anterioris edicti continetur pagina" ad quandam Liuprandi legem superius positam, que est „Quicumque homo sub regni nostri dicione"[13], iuxta quam vidua a sponso subrepta et alii data iudicabitur — nam ibi wadia in presentia trium data omnibus adimpleri iubetur — et ad predictam Rotharis legem que est „Si pater filiam suam"[4] referunt, in qua de puella iudicatur. Lex enim ipsa, dicens: „anterioris edicti pagina", singularem numerum pro plurali, id est „anterioris edicti" pro „anteriorum edictorum", posuit, veluti Astulfus „anterioris edicti" pro „anteriorum edictorum" posuit in initio legis que est „Anterioris edicti leguntur capitula"[14], respiciens ad quandam Liuprandi legem que est „Si quis servum suum vel ancillam circa altare"[15]. — §. 7. Quod in hac lege habetur: „sint absoluti", ita intelligendum est, ut parens[x] tradere vel sponsus accipere invitus non cogatur, quod in sequentibus patet, in quibus dicitur: „quia non est bonum,

k) per cupiditatem 7—9. l) eum *add.* 4. m) tales inter parentes excreverint inimiciciae 7—9. n) perveniat 5.6.9. o) parti *add.* 4.7—9. p) illuc 5; *deest* 4.6. q) et homicidium 7—9. r) s. a. d., *om.* fem. s. v., 7.8. s) *e codd.* 7.8.10. t) P. *add.* 7.8. u) que *om. cod.* v) tamen *cod.* w) quadam *cod.* x) partes *cod.*

4) Roth. 192. 5) Cfr. gloss. ad legem Ast. 7. 6) Roth. 178. 7) Roth. 182. 8) Cfr. expos. §. 11. ad Roth. 178. 9) Roth. 190. 10) Karol. M. 84. 11) Liutp. 93. 12) Roth. 343. 13) Liutp. 15. 14) Astulf. 2. 15) Liutp. 23.

ut ibi quispiam debeat dare filiam aut sororem, ubi veram inimicitiam homicidii esse probatur". — §. 8. Paulo superius[16] puellam pro sola virgine legum ac iudicii morem observantes posuimus; sed
5 actorum[17] ac divine pagine veritatem sectantes puellam non pro sola virgine, sed pro iuvencula positam esse contendimus.

§. 9. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Mariam filiam tuam puellam, quam sibi despon-
10 sasti, ante biennium alii in coniugio tradidisti.

§. 10. Maria, hoc te appellat Iohannes, et[y] tuum tutorem Andream[z], quod tu ei terram in tali loco malo ordine detines. — Respondet: terra illa, de qua me appellas, per successionem ex parte
15 patris aut mei fratris mea propria est. — Respondet: per successionem ex patris vel fratris tui parte tua esse non potest, quod tu ab eo desponsata Dominico ad alium absque eiusdem patris aut fratris tui voluntate fugisti. — Quod si actor[a] pro-
20 bare nequiverit, puelle tutor aut se inde purificet aut terram ammittat.

119. (120.) Continet autem anterius edictum[18] de frea sua, qui eam male tractaverit, ut amittat mundium ipsius, et non dicit qualis sit ipsa mala
25 tractatio: proinde previdimus[a] dicere, qualis sit[b] ipsa. Mala tractatio est[b], si eam fame necaverit[c], aut vestimentum[d] aut calciamentum[e] secundum qualitatem pecuniae non dederit, aut ad[f] servum vel aldionem[f] alterius[g] eam uxorem dare presumpse-
30 rit, aut eam[h] turpiter[i] battiderit[i] — excepto si infans fuerit, pro honesta disciplina ostendenda, muliebri[k] opera aut vicium[l] malum[l] emendando sicut de propria filia sua —, aut[m] si eam ad indecibilem operam coactam minaverit, aut si eam adulteraverit.
35 Omnia qui[n] haec[n] facere presumpserit, malam[o] tractationem[o] esse dicimus. Et[p] insuper addimus[p], ut nec ad liberum hominem eam[q] ad maritum[q] absque eius voluntate dare presumat: quia peius[r] tractata[s] esse non potest, quam[t] si illum maritum[u]
40 tollat, quem ipsa non[v] vult[v]. Ideo statuimus propter[w] plagas aut feritas si fecerit vel de[x] adulterio[x], componat eidem feminae sicut edictum continet et mundium eius amittat.

Glossae: frea] id est mundoalda. 3. — *si eam fame]*
45 Hic videtur, quod mundoalda debet stare cum suis rebus cum mundoaldo suo et gubernari et pasci et vestiri. 4. — *excepto si infans fuerit]* a 12 annis usque ad 18 annos secundum quosdam. 4. 7. 8. — *propter plagas aut feritas]* id est 900 solidos, ut legitur in Rothare (26.) Si quis
50 mulieri libere. 4. 7. 8. — *vel adulterium]* id est 100 solidos, ut legitur Rotharis (189.) Si puella aut mulier, scilicet datis regi medietatibus. 4. 7. 8.

Petre[y], te appellat Maria cum Dominico suo tutore, quod ipsa erat tua mundoalda, et necasti eam per famem, aut turpiter battisti vel plagasti eam. — Secundum quosdam haec fit appellatio[19].

Expositio: Rotharis legem que est „Si quis filiam suam aut quamlibet parentem"[18], in qua habetur: „et si ipse eam male habuerit aut tractaverit", lex ista dicens: „Continet autem" reducit memorie. — Quamquam lex ista dicat: „excepto si infans fuerit", quandoquidem predicta lex Rotharis, in quam respexit, dicat: „et si talis fuerit mulier, quae maritum non velit aut non possit habere", de sola illa vidua hec loqui putanda est, que virum aut nolit aut habere non possit. Non[z] mirandum est, si 12 annorum mulier, que scilicet vidua esse potest[20], hac in lege dicta est infans: cum masculos usque ad decem et octo annos infantes legibus usitatum sit[21] infantes appellare, quamquam non proprie ultra septem annos dicatur infantia[22]. — §. 2. Quod in hac lege scriptum est: „componat eidem feminae sicut edictum continet", dum de mundoalda in hoc edicto nichil continetur, oportet intelligi, ut mundoaldus eam compositionem femine pro iniuria vel de adulterio persolvat, quam ab alio eidem femine iniuriam vel adulterium faciente ipse exigeret.

120. (121.) Si quis amodo inventus fuerit cum uxore aliena turpiter conversari, id est si manum in sinum aut ad pectus eius[a] miserit vel ad alium locum unde turpe[b] esse potest cum consensu ipsius mulieris, et probatum fuerit, componat qui hoc malum perpetravit widrigild suum ad maritum ipsius mulieris. Si autem causa probata non fuerit, nisi tantummodo quispiam de suspecto alium de uxore sua compellaverit, habeat licentiam ipse qui compellat aut ad[c] pugnam aut ad[c] sacramentum ipsum hominem querere, qualiter voluerit. Si vero ipsa[d] mulier in hac illicita causa consentiens fuerit, potestatem habeat maritus eius in eam vindictam dare, sive in disciplina sive in venditione ubi voluerit: verumtamen non occidatur, nec ei sematio corporis fiat. Si quidem forsitan talis fuerit ipse liber homo, ut non habeat unde compositionem faciat[e.]*, tunc publicus debet[f] eum dare in manum mariti eius, et ipse in eum faciat vindictam in disciplina et[g] venditione, nam non in occisione aut semacione**. Si autem aldius vel servus alienus hoc malum in libera muliere facere presumpserit, tunc patronus eius[h] componat ad maritum ipsius mulieris solidos 60, et ipsam personam det ei in manus***. Si vero servus aut aldius alienus per volun-

y) Iohannes *add. c.* z) andreas *cod.* a) auctor *c.*

Cap. 119. *e codd.* 3—9. a) providimus 9. b) qualis sit illa mala tractatio id est 5; qualis sit id est 6. c) ne-
55 gaverit 5. d) vestimenta 7—9. e) ei *add.* 6—9. f) servo vel aldio 5. 6. g) *deest* 7—9. h) *deest* 7—9. i) battere turpiter presumpserit 7—9. k) et mul. 7—9. l) malo vicio 5. 7—9. m) et 7—9. n) haec qui 6; vel aliquid *add.* 7—9. o) *sic* 5. 6 *et corr.* 4; male tractatum *prim. man.* 4; male tractare 7—9. p) Insuper addamus 7—9. q) eam ad mar. *om.* 7—9; ad mar. *om.* 6. r) amplius 9; amplius male 7. 8. s) tractatio 5. 6. t) *deest* 5. u) virum 5. 9. v) noluerit 6—9. w) ut propter 5. x) adulterium 7—9. y) *e codd.* 7—10.
60 z) eum *cod.*

Cap. 120. *e codd.* 3—9. a) *deest* 6—9. b) turpis 7—9. c) per 6—9. d) *deest* 7—9. e) facere possit 7—9. f) debeat 5. 6. g) vel 5—7; et in 4. h) *deest* 4. 7—9.

16) supra §. 5. 17) Acta conciliorum. 18) Roth. 182. 19) Secundum enim alios reclamatio fit ex hac lege.
65 Cfr. gloss. ad Liutp. 129. 20) Cfr. Liutp. 12. 21) Cfr. Liutp. 19. 116. 22) in lege scilicet Romana.

tatem domini sui hoc malum fecerit quod suprascriptum est, et probatum fuerit, quod ipse dominus eius[i] consensisset, componat sicut supra widrigild suum: sic tamen ut ipse servus in ipsa compositione tradatur. Et si probata causa non fuerit de domini eius voluntate, tunc ipse dominus servi aut aldionis purificet se[k] per sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis, quod[l] in ipso malo consentiens non fuisset, et sit absolutus, et tantum fiat, sicut supra premisimus[m] vel[m] statuimus de servo aut aldione.

* *remanentibus saltim* 20 *solidis aut plus* per[n] legem istius inantea (*Liutp.* 151.) „Si quiscumque homo qui est pauper aut naufragus". 7—9 *et in marg.* 4.

** *Si vero fecerit ut contemptor legis, vadat in presentia regis* per kapitulum Karoli (91.) „De his qui legem". *Nam si subter* 20 *solidos remanserit, non absolute dabitur, sed serviet ad terminum* per legem istius (*Liutp.* 151.) „Si liber homo" secundum quosdam. 7—9 *et in marg.* 4.

*** *mariti eius, et ipse in eum faciat vindictam in disciplina et venditione, nam non in occisione aut semalione.* 7—9 *et in marg.* 4. *Similia in marg.* 5.

Petre[o], te appellat Martinus, quod ipse invenit te turpiter conversare cum Alberga sua uxore.

Petre, te appellat Martinus, quod habet[p] suspectionem, quod tu conversasti turpiter cum Alberga sua uxore. — De torto. — Vis ei adardire? — Volo. — Vadiate pugnam.

Petre, te appellat Martinus, quod Donatus tuus servus per tuam voluntatem conversavit turpiter cum Alberga sua uxore. — Aut non fecit, vel fecit, sed non cum mea voluntate.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu cum uxore sua turpiter conversari, id est manum in sinum aut pectus eius mittendo, inventus fuisti.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu cum muliere sua turpiter conversatus es, velut ut ipse suspicatur.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod Andreas servus tuus aut aldius cum Ingeza uxore eiusdem, id est te volente, turpiter conversatus est.

§. 4. Non putandum est, ut in pugna de qua lex ista loquitur, de astu sacramentum oportet fieri, quia superior lex, que de astu sacramentum fieri precipit[23], non in aliis pugnis sacramentum de astu fieri iubet, nisi illis tantum, que retro fiebant usu vel lege. — §. 5. In eo quod lex ista in venditione vindictam in femina dari precipit, a Lotharii capitulo quod est „Nulli[24] liceat, excepta causa fornicationis" rumpitur. — §. 6. Liber homo cum uxore alterius conversatus, si, quod pro compositione persolvat, caruerit, si 20 solidorum pretium aut plus defuerit, iuxta sequentem Liuprandi legem que est „Si quis homo qui est pauper aut naufragus"[25] perpetuo est emancipandus servitio, si vero minus inde defuerit, non perpetuo, sed ad terminum iuxta predictam legem sequentem servitio est tradendus. — §. 7. Lex ista dicens: „tunc patronus componat ad maritum ipsius mulieris solidos 60 et ipsam personam det ei in manus" Caroli capitulo affirmatur quod est „Nemini liceat servum suum"[26].

121. (122.) Si quis miser et[a] insipiens homo presumpserit sponsare mulierem habentem virum, sive ipse vir eius egrotus sit sive sanus, sicut et[b] modo nobis talis causa annnunciata est, et probatum fuerit, componat ipse qui hoc fecerit widrigild suum ad maritum ipsius[c], et ipsa suscipiat[d] in se[d] talem condempnationem, qualem superius[27] diximus de illa muliere, quae se turpiter adtractari permittit.

Petre[e], te appellat Martinus, quod spopondisti Mariam suam mulierem. — Approbet, si potuerit; si non, appellatus exdicat se, aut componat widrigild suum ad maritum mulieris.

Expositio: In eo quod hec lex vindictam in mulieris venditione dari precipit, ubi dicit: „et ipsa in se suscipiat talem condempnationem, qualiter superius diximus" a Lotharii capitulo quod est „Nulli[24] liceat excepta causa fornicationis" rumpitur. — §. 2. Lex ista dicens „presumpserit" aperte designat, eum de quo loquitur scienter sponsare alterius coniugem.

122. (123.) Si quis furore accepto battiderit hominem liberum aut mulierem liberam aut puellam, quae in scandalum ubi viri litigant venerit[a], et per ipsas feritas ponderosus vel ponderosa[b] effecti fuerint, sicut et modo factum audivimus, componat medietatem precii ipsius[c] masculi, tamquam si eum occidisset, et de femina simili modo medietatem precii, tamquam si fratrem eius occidisset, excepto plagas[d] aut feritas, si[d] fecerit, componat sicut in anteriore edicto legitur.

Petre[e], te appellat Martinus, quod ipse currebat in scandalum, aut Maria' sua mundoalda simpliciter, et tu fecisti sibi plagas aut feritas sibi aut illi, et per illas plagas vel feritas fuit ponderosus vel ponderosa. — Approbet secundum quosdam; si non, idoneet se reus, vel componat medietatem pretii quantum appreciabitur masculus.

Expositio: Lex ista, in eo quod dicit: „et de femina simili modo medietatem precii, tamquam si fratrem eius occidisset", Rotharis legem quae est „Si[28] quis mulieri liberae aut puellae in via se anteposuerit" corrumpit. — §. 2. Non est intelligendum, a Liuprandi lege quae est „Relatum[29] est nobis", in hoc quod dicit: „siquidem in scandalum simpliciter", legem istam esse ruptam, quia illa non ad hanc sed ad Rotharis legem quae est „Si[30] mulier libera in scandalum" respexerit, que lex, sci-

i) *deest* 5.7. k) se *om.* 4.6—8. l) ut 5.6. m) *desunt* 5.6. n) per legem *rell. e solo cod.* 4, *in quo glossa* Nam si subter *rell. paullisper mutata huic glossae subiungitur.* o) *e codd.* 7—10. p) certam *add.* 7.
Cap. 121. *e codd.* 3—9. a) aut 7—9. b) et *om.* 4. c) eius 6. d) in se suscipiat 7.8. e) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 122. *e codd.* 3—9. a) cucurrerit 5.6. b) ponderosae 7—9. c) *deest* 7—9. d) si pl. a. f. 7—9. e) *e codd.* 7—10.

23) Liutp. 70. 24) Loth. 95. 25) Liutp. 151. 26) Karol. M. 26. 27) Liutp. 120. 28) Roth. 26. 29) Liutp. 140. 30) Roth. 379.

licet „Si mulier libera in scandalum", non est intelligenda locuta esse de tali plaga aut ferita, unde femina ponderosa fiat.

123. (124.) Si quis aldium vel aldiam, servum aut ancillam battiderit, et per ipsam battituram ponderosi[a] facti fuerint, medietatem precii componat domino vel patrono eorum, tamquam si eum[b] occidisset, excepto plagas aut feritas componat[c] sicut in anteriore aedicto[31] legitur.

Petre[d], te appellat Martinus, quod tu baptisti Marcoardum suum aldium, aut Mariam suam aldiam, aut Marcoardum suum servum, aut Mariam suam ancillam, et per illam baptituram fuit ponderosus vel ponderosa. — Approbet secundum quosdam, si potuerit; si non, purificet se appellatus, aut componat domino vel patrono medietatem precii, tanquam si eum occidisset, expto composiciones plagarum aut feritarum.

124. (125.) Si quis malitiose[a] et[b] per superbiam[b], sicut et modo factum esse cognovimus, mulierem aut puellam liberam sedentem ad necessitatem corporis sui, vel in alio loco ubi ipsa femina pro sua necessitate nuda esse videtur, pungere vel percutere presumpserit, componat ad mundoaldum eius solidos 80; et si aldius aut servus fuerit qui hoc facere presumpserit, componat dominus[c] eius solidos 60, et ipsam personam[d], qui[e] hoc malum fecerit, tradere debeat[f] in manus de mundoaldo eiusdem feminae.

Petre[g], te appellat Martinus, quod Maria sua mundoalda stabat per[h] suam necessitatem, aut erat nuda in aliquo loco, et tu per superbiam et per malum percussisti eam aut pupugisti, aut Marcoardus tuus servus, aut Marcus tuus aldius fecit. — Probet si potest; si non, idoneet se appellatus, aut emendet sicut lex est.

125. (126.) Si aldius cuiuscumque aldiam alterius tulerit ad uxorem et filios de ea procreaverit et mundium ex ea non fecerit, sint filii eius aldiones cuius et mater fuerit. Nam postquam[a] mundium fecerit et[b] filii nati fuerint, sicut anterius edictum[32] continet, patrem sequantur et talem legem habeant cum patrono suo, qualem et pater eorum habuit.

Petre[c], hoc te appellat Martinus, quod tu tenes sibi Marcoardum suum aldium. — Meus proprius est. — Quomodo est tuus proprius? — Unus meus aldius apprehendit Mariam tuam aldiam et fecit mundium de ea, et post ex ea fuit natus ille. — Approbet appellatus sic esse, aut perdat.

Expositio: Ab hac lege Rotharis lex quae est „Si aldius aldiam aut libertam"[32] partim firmatur, partim rumpitur; quia, si aldius aldiam sub mundio duxerit, ex eis procreati patrem secuntur; si vero absque mundio convenerit, qui ex eis procreati fuerint, non patrem sed matrem sunt secuturi.

126. (127.) Si Romanus homo mulierem Longobardam tulerit et mundium ex ea fecerit, et post eius decessum ad alium ambulaverit[a] maritum[a] sine voluntate heredum mariti[b] prioris[b], faida et anagrip non requiratur, quia, postquam Romano[c] marito[c] se copulavit, et ipse ex ea mundium fecit[d], Romana effecta est, et filii qui de eo matrimonio nascuntur secundum legem patris Romani sint et lege patris[e] vivant. Ideo faidam et anagrip minime componere debet qui eam postea tulit, sicut nec de alia Romana.

Glossa: et ipse ex ea mundium] Hic videtur, quod, si non esset mundiata, et ipsa et filii Longobardi essent, et[f] ut filii lege matris viverent et matrem sequerentur secundum quosdam, secundum vl. aliter est. 4.5.7.8.

Petre[g], te appellat Maria cum Dominico suo tutore, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Mea propria est per cartulam venditionis, quam tu michi fecisti cum marito tuo, qui est mortuus, et ecce cartula. — Ipsa cartula non michi nocet, quia ego eram Longobarda[h]; non potui facere sine parentibus. — Maritus tuus fuit Romanus et fecit mundium de te. — Aut probet ipse qui habet cartulam, quod maritus fecit mundium, aut fiat vacua.

Petre[i], te appellat Martinus, quod tu tulisti ad coniugium Mariam suam mundoaldam sine sua voluntate.

Expositio: Lex ista in eo quod dicit: „Si Romanus homo" et cetera dat intelligi, si ipse qui mortuus fuerat Longobardus esset et ipsa sine voluntate heredum ipsius ad alium maritum ivisset, quod fayda et anagrip — subaudis de vidua — ab heredibus prioris mariti posset requiri. Iuxta quem intellectum patet, Rotharem legem que est „Si puella libera aut vidua sine voluntate parentum"[33] tam pro mundoaldo extraneo quam parente posuisse, cum aliam legem non habeamus, iuxta quam fayda et anagrip de vidua posset requiri ab heredibus prioris mariti, nisi iuxta predictam legem Rotharis. — §. 2. In eo quod hec lex dicit, quod fayda et anagrip non potest requiri ab heredibus prioris mariti, si eam ipse mundiavit, dicebant antiqui, quod fayda et anagrip posset requiri ab heredibus prioris mariti, si eam non mundiasset. Sed male dicebant: quia, sive Romanus sub mundio ducat Longobardam sive non, licet eo defuncto ipsa ad alium maritum absque heredum defuncti voluntate ierit, heredes tamen ipsi de fayda seu anagrip non sunt acturi: quia, si sub mundio ducta fuerit, ab ea lege agere prohibentur, si vero absque mundio, quia eius a defuncto non devenerat mundium, inde agere nequeunt. — §. 3. Si Romanus aliquis Longobardam sub mundio duxerit, et venditionis,

Cap. 123. *e codd.* 3—9. a) vel ponderosae *add.* 7—9. b) eos 4.5. c) sic comp. 4. d) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 124. *e codd.* 3—9. a) dolose 9. b) et superbe 4; per *om.* 7. c) domino 7. d) eius *add.* 6—8; ei *add.* 9. e) quae 5.6. f) debet 7—9. g) *e codd.* 7.8.10. h) super 8.
Cap. 125. *e codd.* 3—9. a) si postq. 5. b) et si 8. c) *e codd.* 7.8.10.
Cap. 126. *e codd.* 3—9. a) maritum ambulaverit 5.6.9. b) prioris mariti 5.6. c) marito Romano 5.6.9. d) fecerit 7—9. e) sui *add.* 5.6. f) et ut *rell. om.* 5.7.8. g) *e codd.* 7—10. h) Longobardam 7—9. i) *e codd.* 7.8.10; *abest a cod.* 9.

31) Roth. 76—127. 32) Roth. 218. 33) Roth. 188.

donationis, commutationis, libertatis cum ea ducta cartulam fecerit, quandoquidem Romana facta est, nec a parentibus nec a comite interroganda est. — §. 4. Si quis Salichus Longobardam mulierem sub mundio duxerit et ipse cum ea venditionis, donationis, commutationis, libertatis cartulam fecerit: queritur, utrum ipsa sit interroganda a parentibus seu a comite? Iudices antiqui dicentes, eam, usu et exemplo huius legis Salicham factam, non esse a parentibus seu a comite interrogandam, affirmant hoc. Sed male affirmabant, cum specialiter habeamus de unaquaque Longobarda, quod a parentibus seu a comite sit interroganda, et nullam habeamus legem, que Longobardam Salicho viro copulatam precipit esse Salicham. Et cum iuxta quoque Pipini capitulum quod est „Placuit nobis inserere"[34] et cetera habeamus, quod nulla consuetudo legi superponatur, concludendum est igitur, ut a parentibus interrogetur. — §. 5. Longobarda femina a Romano sub mundio ducta eo defuncto ad pristinam redire non potest, quia Lotharii capitulum quod est „Ut mulieris Romane"[35] non alias nisi Longobardi viri uxores ad legem pristinam redire permittat.

127. (128.) In[a] anteriori edicto nostro capitula[a. 36] affiximus, ut, si ad wadiam[b] suam solvendam[b] quispiam liber homo tres fideiussores habuerit liberos homines, et ipse qui wadiam suscepit reddere neglexerit, sic componat sicut ille qui non habuerit fideiussores paratos. Modo vero, dum pravos homines cognovissemus tales[c] fideiussores velle[d] statuere, qui nichil habuerint nisi solummodo personam suam, ut per eos iustitiam suam creditor ipse[e] minime invenire possit*, statuimus[f], ut tales esse debeant fideiussores ipsi**, ut, si amplius non habuerint, quomodo eos pignorare possit[g], quam ipsa obligatio sit, vel tantum habeant quantum, ut diximus, ipsa obligatio est, unde fideiussores intervenire debent. Nam si minus habuerint, non sit culpabilis ille qui eos recipere noluerit, nec ipse qui dare debet possit se excusare a culpa, dicendo, quod fideiussores paratos habuisset. Quia impossibile est, ut talem fideiussorem homo recipiat, qui non habeat, si amplius non, vel tantum quantum ipsum debitum fuerit, quod tollere loco pigneris possit. Et si de presenti habuerit, unde[h] dare[h] tales fideiussores qui recipiendi sunt, ecce bene; si autem non habuerit ipsa hora, sit spacium de ipsa wadia per[i] tres dies sine culpa: et postea debeat dare tales fideiussores, qui habeant unde persolvant quod debitor dare debet. Si vero amplius dilataverit ad fideiussores dandos, componat sicut antea statuimus***.

* *quamvis*[37] *essent concives vel a conliberto conlaudati, tamen*[k] ... 7—9 *et in marg.* 4. ** *id*[37] *est concives vel illi quos conlibertus commendat, vel alii, si acceptor vult.* 7—9 *et in marg.* 4. *** *usque*[38] *ad solidos* 36. 7—9 *et in marg.* 4.

Glossa: componat sicut antea statuimus] si quis dederit alii vadia. Ro.[38] 4. 5. 7. 8.

Petre[l], *te appellat Martinus, quod ipse dedit tibi vadia dare solidos* 100 *in Kalendas Augusti et vult suscipere per fideiussores.*

Expositio: Lex hec dicens: „anterioris edicti nostro capitulo affiximus" superiorem Liuprandi legem quae est „Si[37] quis alii wadiam dederit et noluerit eam per fidemiussorem" et cetera reducit memorie. — §. 2. Hec lex quoque dicens: „sic componat, sicut ille qui fideiussores non habuerit paratos" superiorem Liuprandi legem quae est „Si[39] quis alii wadiam dederit" commemorat. — §. 3. Fideiussorem, qualiter hac et predicta Liuprandi lege quae est „Si[37] quis alii wadiam dederit" precipitur, esse oportet.

128. (129.) Adveniente vanissima et superstitiosa vel cupida suasione et perversione apparuit modo in his temporibus — quae illicita nobis vel cunctis nostris iudicibus coniunctio esse comparuit — quoniam adultae et iam maturae aetatis feminae copulabant sibi pueros parvulos[a] et[b] intra aetatem legitimam et dicebant, quod vir eius legitimus[c] esse deberet, dum adhuc se[d] cum ipsa[d] minime miscere valeret. Nunc itaque statuere previdimus, ut nulla amodo femina hoc facere presumat, nisi pater aut avus pueri cum legitimis parentibus puellae hoc facere previderint. Nam si puer post mortem patris aut avi sui intra aetatem remanserit, et ei se qualiscumque femina, antequam puer 13.* annum compleat, copulare[e] presumpserit, dicendo, quod legitimus maritus eius esse debeat, irrita sit ipsa coniunctio et separentur ab invicem. Femina vero ipsa revertatur vacua cum opprobrio suo et non habeat potestatem alii viro se copulare, dum ipse puerulus ad[f] etatem suprascriptam[g] pervenerit. Si quidem ipsa[h] impleta aetate puer ipse sibi eam uxorem habere voluerit, habeat licentiam; et si eam noluerit, tollat sibi uxorem aliam, qualem voluerit aut potuerit. Illa vero, si ad alium maritum ambulaverit, et ipse puerulus eam habere noluerit, non ei possit vir suus, qui eam tulerit, pleniter mefium dare sicut ad aliam puellam, sed tantummodo[i] medietatem sicut ad viduam mulierem. Qui vero puerum ipsum suaserit, sive parentes eius sint**, sive extraneus homo, componat solidos 100, medietatem regi et medietatem ad ipsum puerulum.

* *I.*[40] 7—9. ** *sive parentes eius non sint.* 7. 8.

Glossae: nisi pater aut avus] Obiit per kapitulum Karoli (140.) Illud praeterea. 4—8. Hic videri potest, quod ne puer ante pubertatis annum in lege Romana constitutum (cfr. expos. §. 2. ad Roth. 204.) uxorem ducat, constituitur.

Cap. 127. *e codd.* 3—9. a) *sic* 6: In anteriori edicti nostri pagina 5; In anteriore nostro edicto 4; In anterioris aedicti nostro capitulo 7—9. b) vadia sua solvenda 7—9. c) qui tales 7—9. d) vellent 7—9. e) *deest* 4. 6. f) hoc capite *add.* 7. 8. g) aliquis *add.* 4. 7—9. h) *desunt* 7—9. i) per *om.* 7—9. k) tamen *om.* 4. l) *e codd.* 7—10.

Cap. 128. *e codd.* 3—9. a) *deest* 6—9. b) et *om.* 5—9. c) *deest* 7—9. d) secum, *om.* ipsa, 7—9. e) se sibi copulare 7. 8. f) in 7—9. g) istam 6—9. h) *deest* 6—9. i) tantum 6—9.

34) Pipin. 33. 35) Loth. 14. 36) Liutp. 35. 37. 37) Liutp. 37. 38) Roth. 360. 39) Liutp. 35. 40) Glossator igitur verba „XIII annum" mutavit in „XIII I annum" secundum Karoli cap. 140, in quo,

iussum parentis precedat. 4.5.7.8. — *sicut ad viduam]* per usum enim non datur ita mephium ad viduam sicut ad puellam. 4.5.7.8.

Petre[k], *te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod Dominicus qui est in tua tutela habet ad coniugium unam feminam adultam.*

Petre, te appellat Martinus, quod, quando ipse erat infra etatem, sociavit sibi unam feminam, et fuit separatus, et tu accepisti eam ad coniugium, antequam veniret in tercium decimum annum. — Si dixerit: „de torto me appellas", exdicat; sin autem, dividatur ab ea, et sustineat poenam adulterii si parentes adversum eum egerint.

Petre, te appellat Martinus, quod tu adortatus es eum, quando erat infra aetatem, quod acciperet unam feminam adultam ad coniugium, et accepit.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, partis publice advocatus, quod Andreas sub tua tutela 14 annorum minor feminam adultam coniugem habeat.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod Mariam infra aetatem[l] sibi iunctam, antequam ipse ad tredecim annos veniret, in coniugium duxisti. — Non.

§. 3. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu eum infra etatem, quod acciperet adultam feminam in coniugium, exhortatus es.

§. 4. Item, quamquam huius legis medium et finis puellam nominet, quia tamen in principio adulte et mature etatis feminam habeat, de cunctis feminis eam esse locutam, non est dubium. — §. 5. Quia lex ista 13 annorum puero uxorem ducendi licentiam prebuit, ideo femine adulte et ab eius coniunctione separate idem spatium expectandi concessit. Sed quia hodie iuxta Caroli capitulum quod est „Illud preterea"[41] puer ante 14 annos uxorem prohibetur ducere, dicebant antiqui, feminam adultam et ab eius coniunctione separatam predictum spatium expectandi puerum sibi ab hac lege concessum expectare non oportere; quia, licet ipsa tantum expectaret, tamen puer eam accipere non posset. Sed secundum Wilihelmum et omnes bene sentientes male dicebant, quia, licet ante quartum decimum annum puero in coniugem ducere non permittitur, intelligendum est tamen, idem spatium, scilicet quartum decimum annum, expectandi finem esse concessum. — §. 6. Ideo, quod hec lex patrem aut avum pueri cum puelle parentibus, ut eam puer in coniugium ducat, previdere[m] permittat, de Caroli capitulo quod est „Illud preterea"[41] rumpitur, in quo 14 annorum minori uxorem ducere non permittitur.

129. (130.) Si[a] quis dixerit coniugi suae malam licentiam dando: „vade et concumbe cum tali homine", aut si dixerit ad[b] hominem[b]: „veni et fac cum muliere mea carnis commixtionem", et tale malum factum fuerit et causa probata[c], quod per ipsum maritum[d] factum sit, ita statuimus, ut illa mulier quae hoc malum fecerit et consenserit moriatur secundum anterius edictum[42]: quia[e] nec talem causam facere nec celare debuit[e]. Quia, si vir eius cum ancilla sua aut cum alia femina adulterium[f] fecisset[f], mulier ipsa ad palacium aut ad iudicem habuit proclamare, ideo hoc tacere nequaquam debuit, quando ei primum fuerat dictum. Propterea, ut diximus, moriatur secundum anterioris aedicti paginam. Ille autem vir eius, qui ei tam malam licentiam dedit aut alteri homini dixit et auctoritatem tribuit in mulierem suam tale malum perpetrandi, componat ad parentes ipsius mulieris suae tanquam si[g] in scandalum[h] occisa fuisset[43], quia et ipsa ex peccatis in scandalum currere visa est, quando ad hoc malum perpetrandum accessit, quia in maius scandalum currere non potuit, quando se ad mortem traxit. Ideo, ut prediximus, componat vir eius sicut supra statuimus, et res eiusdem mulieris, si filios habuerit, ipsi habeant, et si filios non habuerit, revertantur ad parentes ipsius mulieris: eo quod credimus, quod tale malum ideo quaerat miser homo facere, ut ipsam mulierem perdat et res eius habeat. Ille autem homo qui cum ipsa muliere aliena adulteravit, quamquam cum viri eius consilio[i], fiat traditus in manibus[k] de[l] parentibus[l] ipsius mulieris, nam non in manus[m] viri sui, qui tale malum consensit aut consilium illicitum dedit[n]. Item de causa ista quam supra premisimus, si consilium et licentia data fuerit ad mulierem, et ipsa non consenserit et manifestaverit ipsam causam, et ipsa opera mala non fuerit facta, tunc ipse vir eius qui ei talem licentiam et[o] consilium dedit[o] componat sicut antea in edicto affiximus[44], quomodo qui alii malum consilium dat[p], id est solidos 50; quia adhuc maior malicia est, quando homo[q] ad mulierem suam illicitum consilium tribuit, quam si ad alterum hominem malum consilium dedisset.

Glossae: ad iudicem habuit proclamare] tantum enim castigatur a publico. 4.5.7.8. — *In codd.* 4.5.7 *huic capiti adscripta sunt haec:*

Querelarum

aliae dirimuntur reclamatione	aliae appellacione
Ut si quis imposuerit mortem domini in servum, aldium, libertum[45].	ut ceterae
Ut si qua imposuerit adulterium marito[46].	
Ut[r] si mundoalda male tractatione mundoaldum accusaverit[47].	
Ut si quis detentus in servitute reclamaverit in libertatem[48].	

Donne[s] *comes, hoc dicit Martinus, quod, postquam sociavit sibi ad coniugium Albergam quae est in presentia vestra, quod ipsa se adulteravit. —*

k) *e codd.* 7.8.10; *absunt form. a cod.* 9. l) *deest in cod.* m) pervenire *cod.*

Cap. 129. *e codd.* 3—9. a) Explicit de an. XVIIII. Incipit de an. XX. primo *capiti inscribitur in cod.* 3. b) alicui homini 6; homini 5. c) fuerit *add.* 5; est *add.* 7—9. d) eius *add.* 4.7—9. e) quia talem c. nec cel. nec fac. deb. 7—9. f) adulteratus esset 5; adulterasset 4. g) ea *add.* 7—9. h) scandalo 7—9. i) fecisset *add.* 4.6. k) manus 5.6. l) parentum 6. m) manum 7—9. n) tribuit 6—9. o) dedit et consil. 7—9. p) dedit 6—9. q) *deest* 7—9. r) Ut si...accus. *om.* 4.7. s) *e codd.* 7—10; *in cod. autem* 9 *desunt formulae prima et ultima.*

41) Karol. M. 140. 42) Roth. 211. 43) Roth. 379. 44) Liutp. 71. 45) Roth. 13. Cfr. gloss. ibid. 46) Liutp. 129. 47) Liutp. 119. Cfr. form. isti legi adscripta sub fine. 48) Grim. 1.

Dicis tu ita? — Sic dico. — Et tu, femina, quid dicis? — Non sum sua mulier. — Tunc maritus probet, quod est sua mulier. Si dixerit: „ego feci per suam licentiam", moriatur.

Petre, te appellat Martinus, quod tu dedisti licentiam ad Mariam suam filiam et tuam uxorem, quod ipsa adulteraret, et se adulteravit.

Petre, te appellat Martinus[t], *quod tu tenes ei malo ordine unam peciam de terra, quae iacet in tali loco, quae fuit Albergae suae consobrinae et tuae uxoris, cui dedisti licentiam, ut cum alio homine commisceret.*

Petre, te appellat Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu adulterasti Mariam suam uxorem. — Ego adulteravi per tuam licentiam. — Aut probet, aut fiat traditus in sua manu.

Petre, te appellat Martinus, quod tu dedisti licentiam ad Mariam suam filiam et tuam uxorem, quod se adulteraret, et non fecit.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Albizze[u] filie sue uxori tue adulterandi licentiam consensisti.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Albizzam[u] filiam suam et Petri uxorem, ipso Petro permittente, polluisti.

§. 3. Lex ista dicens: „moriatur secundum anterius edictum" Rotharis legem que est „Si[49] quis cum uxore alium fornicantem" memorie reduxit. — §. 4. Lex hec dicens: „tamquam si eum occidisset" Rotharis legem que est „Si quis mulier libera in scandalum cucurrerit" recordatur. — §. 5. Lex ista dicens: „componat sicut ante in edicto affiximus" superiorem Liuprandi legem que est „Si[50] quis liber homo ad alium liberum hominem" respexisse dicitur.

130. (131.) Si quis commendaverit[a] res suas[a] in cuiuscumque casa de conliberto suo libero homine, et contigerit, ut adveniens fur res[b] ipsas[b] furatus fuerit, et ipse in cuius casa res ipsae fuerint reddiderit[c], aut si non reddiderit, tamen reddere debet: et[d] nos ita statuimus et diffinimus, ut, qui res alienas commendatas susceperit et eas perdiderit, ut[e] restituat res ipsas, cuius[f] fuerint; et postea si[g] ipsum furtum inventum[h] fuerit, ei componat ipse fur[i] de cuius casa ipsas res rapuerit aut furatus fuerit. Quia ideo hoc prospeximus, quoniam, si[k] illi ipsum furtum componit[k] cuius res[l] fuerint, postea ille cuius casam rupit querat ei rupturam casae suae, et non possumus in una causa duas calumpnias imponere[m]. Ideoque sic nobis iustum visum[n] fuit, ut ille qui res suas commendavit recipiat eas ab ipso de cuius casa perierint, et ipse de cuius casa ipsum[o] furtum[o] exivit quaerat ab ipso fure compositionem et tollat sicut lex est. Et ipse fur, quamvis[p] malefactor sit, non habeat de una causa duas calumnias*.

* *nisi aliquid futurum a nostris successoribus precipiatur imponi.* 7—9 *et in marg.* 4.

Glossae: et non possumus in una causa duas calumpnias imponere] id est duas duorum actiones, factas in una causa a duobus dominis et diversis, nunc ab uno nunc ab altero, quia ab uno fieri possunt. 4. 5. 7. 8. — Asini dicunt duas calumpnias id est duas composiciones. 4. 7. 8. — secundum quosdam duas compositiones. 5. — *non habeat de una causa duas calumpnias]* quia malefactor sepe ab uno patitur in una causa duas calumpnias. 4. 5. 7. 8.

Petre[q], *te appellat Martinus, quod ipse deposuit tibi tanta sua mobilia, quae valebant solidos* 20.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu tulisti sibi ad furtum tanta mobilia quae valebant solidos 20.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu ei rem mobilem sibi depositam 20 solidos valentem, iuxta quod ipse suspicatur, furatus es.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tibi rem mobilem 20 solidos valentem deposuit.

§. 3. Si Romanus Longobardo vel Longobardus Romano seu alterius nationis homini aliquid mobile deposuerit, iuxta hanc legem inde nichil fiet, quia lex ista depositorem et eum cui deposuit — depositi susceptorem a fure compositionem iubens exigere — depositorem et eum cui deposuit Longobardos insinuat esse, quandoquidem omnes compositionum exactores iuxta legem[r] Longobardorum[r] Longobardos esse[s] putandum est. — §. 4. Si res deposite non furto aut schacho sed alio modo sublate fuerint, iuxta hanc legem nichil inde fiet. Sed iuxta Institutionum legem que est: „Re contrahitur obligatio", si depositi susceptor dolum in depositi perditione commiserit, depositum restituet; si vero non suo dolo perierit depositum, nichil inde est redditurus[51]. — §. 5. Lex ista una in re duas calumpnias inferri prohibens leges superiores uni rei duas calumpnias iungi precipientes corrumpit et a plerisque sequentibus una de re duas compositiones fieri precipientibus rumpitur.

131. (132.) Si quis fraudulenter tulerit ancillam alienam et dixerit, quod eam servus aut aldius ipsius tulisset ad uxorem, et postea veritas clarefacta fuerit, quod non eam ipse servus aut aldius tulisset, tunc primum[a] omnium[a] reddat ipsum mancipium[b] cuius fuit, et sit eius ancilla cuius antea fuerat: et ille qui hanc fraudem facere[c] presumpserit[c], det insuper aliam talem ancillam aut aldiam eidem homini, cui fraudem fecit, et reddat

t) M. 8. 10; I. 7. 9. u) *sic plenis litteris cod.*

Cap. 130. *e codd.* 3—9. a) res suas commendaverit 6. 9. b) ipsas res 5. 6. 9. c) ecce bene *add.* 7—9; *cfr. Liutp.* 127. d) Quia et 7—9. e) ut *om.* 6. f) cui 7—9. g) si *om.* 6. h) si inventum 6. i) sicut est lex ei *add.* 7—9. k) si ille ipsum furtum componat ei 7—9. l) ipsae *add.* 5. m) imputare 4. 5. n) *deest* 5. 6. o) ipse fur 7—9. p) licet 4. q) *e codd.* 7—10. r) leg. Long. *om. cod.*; *cfr. expos.* §. 2. *ad Liutp.* 35. s) esse *om. cod.*

Cap. 131. *e codd.* 3—9. a) primo, *om.* omnium, 6—9. b) ei *add.* 6—9. c) fecit 5.

49) Roth. 211. 50) Liutp. 71. 51) §. 3. Inst. quibus modis re contrah. (III, 14.)

operas de ipsa ancilla quam fraudulenter tulit, quamdiu eam apud se habuit*.

* *Intellectu*[d] *huius legis datur in duplum omne quod aufertur fraude.* 7—9 *et in marg.* 4.

5 *Glossa: Si quis]* Ex voluntate huius legis colligebatur, quod serva coniunx mariti servi dominum sequatur[e]. 4.5.7.8.

Petre[f], *te appellat Martinus, quod tu tulisti Mariam suam ancillam aut aldiam per fraudem, di-* 10 *cendo quod Marcoardus tuus aldius aut servus tulisset eam ad uxorem, et perdidit tantam operam quae valuit* 5 *solidos. — Approbet secundum quosdam appellator, si potest; si non, idoneet se appellatus. Si vero non potuerit, reddat ipsam et* 15 *componat aliam talem simul cum operis quamdiu apud se habuit.*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu ei Albergam[g] aldiam aut ancillam suam dicens, Andream aldium aut servum tuum eam ha- 20 bere in coniugem, fraudulenter subripuisti.

§. 2. In eo quod hic lex ista, legitimum inter servum et ancillam alienam posse fieri coniugium, notificat, nulla interposita differentia, utrum ancille domini consensu fiat vel non, a Caroli capi- 25 tulo quod est „Ut coniugia servorum non dirimantur“[52] rumpitur, in quo inter servum et ancillam coniugium prohibetur esse legitimum, nisi cum consensu utrorumque dominorum fuerit factum.

132. (133.) Si liber homo in casam alterius 30 introierit ad residendum et ei censum reddendum et postea aliquid emerit de illis rebus, quas secum adduxit quando in ipsam casam introivit, aut forsitan habuerit res de muliere sua et[a] exinde emerit, et si[b] probatum fuerit, tunc ipsum negocium 35 dimittat in ipsa casa et recipiat precium suum. Et ipsa probatio in hoc ordine debeat fieri, ut, quando de rebus mulieris suae aliquid comparaverit, adducat[c] homines qui sciant, quod ipsum precium de rebus mulieris suae sit, ut causa ipsa non veniat[d] 40 ad periurium, sed quando voluerit iurare[e], quod de rebus mulieris suae ipsa comparatio facta fuisset, et illi testes firmiter sciant et iurent: „quia interfuimus, quando ipsa comparatio de rebus ipsius mulieris facta est“. Et sic postea recipiat precium 45 suum et ipsum negocium remaneat in ipsa casa. Nam si de illo labore comparaverit, quod postea laboravit aut fecit, postquam in ipsam casam ad censum reddendum introivit, in ipso cespite dimittat ubi laboravit. Hoc autem ideo nunc affiximus, 50 quia tantummodo causa[f] ista in hoc modo semper, et antecessorum nostrorum in tempore et nostro, per quawarfeda[g] sic iudicata[h] est, nam in edicto scripta non fuit.

Glossa: Si liber] Vacua[i] per usum. 4.7.8.

133. (134.) Si homines in uno vico habitantes aliquam intentionem inter se habuerint de terra[a] aut vinea, prato aut silva vel de alia re, et collegerit se una pars* cum virtute et dixerint: „eamus[b] et expellamus eos de ipso loco per virtutem foras“, et ambulaverint, et scandalum ibi commissum fuerit, et plagae aut feritae factae vel homo occisus fuerit, ita decernimus, ut plagas et feritas vel[c] hominem mortuum[d] componat secundum anterius aedictum, quod gloriosus Rothari rex[53] vel nos[54] instituimus: pro autem[e] illicita[e] presumptione de ipsa collectione componat solidos 20** ad illam partem quae in campo aut in vitibus[f] vel in prato aut in silva suum laborem faciebat. Hoc autem ideo statuimus, ut nullus presumat malas causas in qualicumque loco excitare aut facere, et non potuimus causam istam assimilare, neque ad arscild[g] neque ad consilium rusticanorum neque ad rusticanorum seditionem, et plus congruum nobis paruit esse de consilio malo id est de consilio mortis[55]. Quia, quando se colligunt et super alios vadunt pro peccatis, ad ipsum vadunt, ut malum faciant et, si casus evenerit, ut hominem occidant et plagas aut feritas faciant: ideo, ut diximus, assimilavimus causam istam ad consilium mortis, quod sunt, sicut supra premisimus[h], solidi 20.

* *firmata non per obligationem aut per sacramentum sive per dexteram* per kapitulum *(Loth.* 67.*)* „De conspiratione“. 7—9 *et in marg.* 4.

** *sicut de consilio mortis*[55]. 7—9.

Glossae: et collegerit se una pars] a. per capitulare[56]. 5. — *neque ad arscild]* id est introitus in vicum cum manu armata aut cum exercitu. 4.5.7.8. id est manu armata. 3. Si[57] quis pro iniuria sua vindicanda. 5—8. — *neque ad consilium rusticanorum]* Rotharis (279.) Si servi. 5.7.8. — *neque ad rustican. seditionem]* Si pro quacumque causa *(Roth.* 280.*)*. 5.7.8.

Petre[i], *te appellat Martinus, quod ipse habitabat tecum in uno vico et habebat intentionem tecum de uno prato, et adunasti te cum virtute et expulisti eum per virtutem foras de ipso prato.*

Expositio: Si adunatio de qua lex ista loquitur dextra aut sacramento aut obligatione fuerit, non iuxta hanc legem sed iuxta capitulare[56] aliquod inde fiet. — §. 2. Lex ista dicens: „secundum anterius edictum“ Rotharis[53] leges de plagarum compositione loquentes et superiorem legem Liuprandi[54] atque leges Rotharis de compositione homicidii loquentes reducit memorie. — §. 3. Lex ista dicens: „et non potuimus causam istam assimilare ad arscild“ Rotharis leges[58] que sunt „Si servi per consilium manu armata“ „Si pro quacumque causa homines“ respexisse dicitur. Arascild assodois[k] villanorum esse dicitur. — §. 4. Lex hec dicens: „ideo assimilavimus causam istam ad con-

55 d) intellectum 7—9. e) secundum vl. *add.* 4. f) *e codd.* 7.8.10. g) *sic plenis litteris cod.*

Cap. 132. *e codd.* 3.4.7—9; *abest a codd.* 5.6. a) sic *add.* 7—9. b) sic 7—9. c) ducat 7—9. d) perveniat 7—9. e) iuret 7—9. f) casa 4.7—9. g) *sic* 3; katarfeda 4; cadarfedam 7—9. h) iudicatum 7—9. i) ⊖ 4.

Cap. 133. *e codd.* 3—9. a) campo 5. b) quia eam. 4. c) et 6—9. d) *deest* 4.7—9. e) illicita autem 4.6.9. 60 f) vinea 4.5. g) heriscild 5; rascild 7—9. h) diximus 6—9. i) *e codd.* 7—10. k) assaltus *corrigendum esse suspicor, quod verbum invenitur expos.* §. 7. *ad Roth.* 143.

52) Karol. M. 128. 53) Roth. 43 sqq. Roth. 388. 54) Liutp. 20.61. 55) Roth. 10.11. 56) Loth. 4.67. 57) Roth. 19. 58) Roth. 279.280.

silium mortis“ Rotharis legem que est „Si quis liber homo in morte alterius“ [59] memorasse dicitur.

134. (135.) Annunciatum est[a] nobis[a], quod aliquis perversus homo, dum se quaedam femina in fluvio lavaret, pannos eius quos ibi habuit totos tulisset, et ipsa remansit nuda, et qui ibant aut transibant per locum illum pro peccatis videbant turpitudinem eius: ipsa[b] autem in ipso fluvio semper stare non poterat, reverti autem ad casam suam nuda erubescebat. Proinde statuimus, ut, qui talem illicitam presumptionem fecerit, componat eidem feminae, cui talem turpitudinem fecit, ipse[c] widrigild suum. Ideo hoc dicimus, quia, si invenisset eum frater[d] aut vir aut propinqui parentes eiusdem feminae, scandalum cum[e] eo statim[e] committerent[f] et, qui superare potuisset, unus alterum interficere[g] habuit[g]. Propterea melius est, ut se vivo componat widrigild suum, quam de mortuo crescat faida inter parentes et compositio maior[h].

Petre[i], te appellat Martinus, quod Maria sua mundoalda se lavabat in fluvio, et tu tulisti sibi totos pannos suos quos ibi habebat.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Marie, que sub eius mundio, in Ticino fluvio[k] lavanti[k] vestes omnes quas ibi habebat surripuisti.

§. 2. Lex ista, in eo quod dicit: „componat eidem femine, cui talem turpitudinem fecit, ipse vir widrigild suum“, Rotharis legem quae est „Si [60] quis mulieri libere aut puelle“ rumpit.

135. (136.) Item annunciatum est nobis, quod quidam homo habebat puteum in curte sua et secundum consuetudinem furcam et tolenum ad auriendum aquam: veniens autem alter homo stetit sub ipso toleno. Cum autem venisset quidam ad auriendam aquam de ipso puteo et incaute ipsum tolenum dimisisset, venit super eum qui sub ipso stabat et mortuus est. Dum[a] autem[b] requisitio eiusdem mortui facta[c] fuerit[c], quis eum deberet[d] componere, et nobis relatum fuisset, ita nobis et nostris iudicibus rectum paruit esse, ut ipse homo qui ibi mortuus est, quia non fuit animal[e.*], sed sensum racionabilem habuit, sicut homo debet habere, prospicere debuit, in quali loco se poneret ad standum aut quale pondus super se videbat[f], ideo reputet sibi duas partes precii de compositione sua, et terciam partem, quantum ipse secundum edicti tenorem appreciatus fuerit, componat ille qui ipsam aquam incaute auriebat, et det eam filiis aut propinquis parentibus vel[g] qui ei heredes existunt, et sit causa finita absque omni faida vel dolo, quod[h] nolendo factum est. Ille autem cuius puteus fuit nullam habeat calumpniam: quia, si ei calumpniam ingerimus, nullus postea permitteret de puteo suo aquam levare[i], et quia omnes homines puteos habere non possunt, reliqui qui pauperes sunt siti[k] morerentur, et[l] etiam iterantes necessitatem[m] paterentur**.

* *irracionale.* 7—9. ** *qui stans nec cecus nec puer intelligendus est*[n]. 9 *et in marg.* 4.

Glossae: quale pondus] Similiter de aliis ponderibus, ubi casus evenerit secundum vl. 4. — *auriebat]* id est trahebat. Similiter de aliis casibus secundum vl. 4.

Petre[o], te appellat Martinus, quod pater suus stabat sub toleno de puteo Dominici, et tu venisti trahere aquam de ipso puteo, et incaute dimisisti tolenum, et venit super patrem suum, et mortuus fuit per ipsum tolenum.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu de Petri puteo aquam auriens stillionem incaute dimisisti, sub quo lapso Andreas pater eius oppressus mortuus est. — Hoc stillione oppressus, si[p] coecus aut puer fuerit, stilliones[q] widrigild compositurus est.

136. (137.) Item perlatum est nobis, quod quidam homo prestitisset iumentum suum alteri homini ad vecturam et pullulus[a] indomitus secutus fuisset ipsam[b] matrem suam. Dum autem per viam ambularet ille qui eam[c] ad suam[d] vecturam[d] acceperat, contigit, ut infantes in quodam vico stantes ipse pullulus de calce percussisset et[e] unus ex ipsis[e] mortuus est. Dum autem parentes eius requirerent mortem ipsius infantuli et nobis retulissent, ita prospeximus cum nostris iudicibus, ut duas partes precii, qualiter ipse infans valuerit, componat ille cuius pullulus fuit, et terciam componat ille cui ipsum[f] iumentum prestitum fuerit. Nam nos scimus, quia in anteriore edicto [61] legitur: „si caballus cum calce dannum fecerit, dominus eius restituat[g] ipsum dannum“; sed quia iste[h] caballus prestitus fuit, et ipse[i] qui eum suscepit in prestitum racionalis[k] homo fuit et potuit dicere, si neglectum non habuisset, ad ipsos infantes, ut se custodirent, ut hoc malum non perveniret, ideoque pro[l] ipsa neglegentia[l] eius[m] diximus ut terciam partem precii componat.

Glossa: ut duas partes] Hec lex vacuat legem Rotharis (327.) Si quis caballum in prestitum vel conductum habuit. 4.

Petre[n], te appellat Martinus, quod tu habebas ad conducturam iumentum Dominici, et pullulus indomitus fuit secutus matrem suam, et ipse pullulus occidit cum calce unum suum filium qui stabat in vico[o] tali.

Cap. 134. *e codd.* 3—9. a) quidem nobis est 4. b) olla 6. c) *deest* 4.6; vir *add.* 5.7—9. d) eius frater 7—9. e) cum eo st. *om.* 4. f) committere habuit 4. g) interficeret 5.6. h) fiat *add.* 6—9. i) *e codd.* 7—10. k) felebanti *cod.*

Cap. 135. *e codd.* 3—9; *in cod.* 3 *invenitur post caput* 114. a) Cum 5. b) *deest* 7—9. c) fieret 5. d) debet 7—9. e) irracionale *add.* 5.6. f) erat 5. g) vel *om.* 7—9; eis *add.* 5.6. h) eo quod 6. i) levari 7—9. k) *deest* 4. l) seu 7—9; *deest* 6. m) aquae nec. saepe 7—9. n) secundum vl. *add.* 4. o) *e codd.* 7.8.10. p) si *om. cod.* q) stillionem dimittens *corr.?*

Cap. 136. *e codd.* 3—9. a) pullus 5; polenus 4.6, *item in sequentibus.* b) *deest* 5.9. c) eum 7—9. d) *sic* 6; suam *om.* 4.5; conducendum 7—9. e) unum ex ipsis et 4.5. f) *deest* 5.7. g) componat 5. h) ipse 6—9. i) ille 6—9. k) racionabilis 7—9. l) per istam neglegentiam 7—9. m) *deest* 6—9. n) *e codd.* 7—10. o) loco 9.

59) Roth. 10. 60) Roth. 26. 61) Roth. 326.

Petre, te appellat Martinus, quod unus tuus caballus occidit cum calce unum suum filium.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod indomitus pullus, sequens matrem tibi prestitam, filium eius, te neglegente dicere, ut caveret sibi, calcibus percussit, et mortuus est.

137.(138.) Hec autem rei veritas pervenit ad nos, quod quidam homo diabolo instigante dixisset ad servum alienum: „veni et occide dominum tuum, et ego tibi habeo facere bonitatem quam volueris". Ille autem puer suasus[a] ab ipso intravit in causam[b] ipsam malam[b], et isdem qui eum suaserat[c] in tanta malitia perductus est, ut etiam presentaliter diceret eidem puero: „feri ipsum dominum tuum", et ipse ei pro peccatis feritam fecit; et iterum dixit: „feri eum adhuc, nam si non ferieris eum, ego te ferire habeo". Ipse autem puer conversus fecit eidem domino suo alteram feritam, et mortuus est. Dum autem requisitio de morte eius[d] et de compositione fieret, volebat aliquis dicere, quod tantum deberet[e] componere is qui ipsum puerum suasit et in sua presentia ipsum hominem ferire[f] dixit, quantum edictum anterius[62] continet de consilio mortis. Sed nobis et nostris iudicibus hoc nullo modo placuit, quoniam consilium mortis in occulto fit[g] concinnatum, et aliquociens perficitur, aliquociens non perficitur: nam[h] hoc homicidium presentaliter[h] factum est, et nos non dicimus esse consilium, quando homo alteri homini verbo tenus et presentaliter ostendit et dicit: „feri hominem istum". Ideoque qui tale malum commiserit, et[i] probatum fuerit, non componat consilium mortis, sed componat, sicut nos nostro tempore in edicto affiximus, ut[k] perdat omnem substantiam suam, et medietatem accipiant exinde heredes defuncti et medietatem curtis[l] regia[l], excepto illam compositionem antiquam heredes[m] ipsius qui occisus est[m] inantea tollant, sicut in edicto nostro[n] tempore, ut[o] diximus[o], est adfixum[63].

Glossa: perdat omnem subst.] Hic videtur, quod ille, qui precipit alicui malum facere cum vi, et factum fuerit, emendet secundum vl.; secundum a. aliter est. 4.

Petre[p], te appellat Martinus, quod tu dixisti ad Albertum qui fuit servus de suo patre, quod eum occideret[q], et in tua praesentia fecisti occidere.

Petre, te appellat Martinus, quod tu fecisti in tua presentia occidere Dominicum suum patrem.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Andree patris tui servo, ut eundem patrem eius occideret, dixisti, et in tua presentia eum fecisti occidere.

§. 2. Lex ista de[r] servo, ut dominum suum interficiat[s], dicens habet initium, in hoc finem statuit, si liber liberum aliquem alium in sui presentia ferire[t] fecerit[64]. — §. 3. Lex hec dicens: „quantum anterius edictum continet de consilio mortis" Rotharis legem que est „Si[62] liber homo in morte alterius consiliatus fuerit" commemorat[u].

138.(139.) Si[a] aldius cuiuscumque aldiam alienam tulerit[b] aut servus ancillam, et, antequam de ipso coniugio aliquam convenientiam domini eorum inter se faciant, contigerit, ut quispiam miser homo cum[c] ipsa aldia aut ancilla quae est uxor alterius fornicatus fuerit, ita previdimus, ut[d] de[e] ipsa culpa[e] debeat subiacere ille qui hoc malum perpetravit ei cuius uxorem adulteravit[d]: nam dominus eiusdem mulieris tantum mundium de ea suscipiat, si aldia fuerit, sicut lex est[f]; et si fuerit ancilla, accipiat exinde precium aut vicariam, sicut convenerit[g]. Hoc autem ideo prospeximus de uxore de servo vel aldione, quia, si de libero homine quispiam miser homo mulierem adulterat, ad maritum eius componit, ut[h] etiam non habeat eam mundiatam, nam non ad parentes.

Glossae: Si aldius] Obiit per kapitulum *(Karol. 128.)* Ut coniugia servorum. 4.5.7.8. — *nam dominus eiusdem mulieris]* Datur intelligi quod ipsa debet mori. 5.7.8. — *Hoc autem]* Bonum[i]. 4.7.8. — *ad maritum eius componit]* id est poenam sustineant aut mortis aut venditionis ad velle mariti[65]. 5.7.8. scil. hoc adulterium. 4. — *nam non ad parentes]* Per hanc legem videtur, quod, si alia iniuria fit mulieri non mundiatae, mundoaldo debet componi, excepto adulterio componatur marito sicut hic legitur secundum vl. 4.

Expositio: Lex ista, dicens: „antequam de ipso coniugio aliquam convenientiam domini eorum inter se faciant", et „dominus eiusdem mulieris tantum mundium de ea suscipiat", et adulterum ei cuius uxorem violaverit subiciens, absque dominorum voluntate[k] fieri potuisse coniugium, evidenter insinuat. Unde a Caroli capitulo rumpitur quod est „Ut coniugia servorum non dirimantur"[66], in quo servorum coniugium non absque dominorum voluntate posse fieri indicatur. Et si coniugium absque dominorum voluntate non potest esse legitimum, tunc hodie ipse adulter non inde morietur, et dominus ancille non exinde pretium aut vicariam habuerit; quia lex non alia de causa hoc fieri iussit, nisi quia coniugium absque voluntate dominorum factum voluit esse legitimum. — §. 2. Lex ista dicens: „si aldia fuerit, sicut lex est", superiorem Liuprandi legem, que est „Si quis servum suum aut ancillam suam liberum vel liberam"[67] commemorasse dicitur.

139.(140.) Si quis homo liber habuerit ser-

Cap. 137. *e codd.* 3—9. a) conversus et suasus 7—9. b) ipsam causam mali 7—9. c) suasit 6—9. d) eiusdem 6—9. e) debet 7—9. f) feriri 7—9. g) sit 5.6. h) nam sic hom. fecit, cum presentaliter hoc 7—9. i) sic *add.* 5.6. k) hoc est ut 6.8. l) cortis regis 7—9. m) heredes mortui 6. n) in nostro 5.7—9. o) *desunt* 4.5. p) *e codd.* 7—10. q) occidisset 7.8.10. r) si *c.* s) interficiens *c.* t) perfinire *c.* u) comm. *om. c.*

Cap. 138. *e codd.* 3—9. a) Explicit de anno XXI. Incipit de anno XX. secundo. *suprascr. in cod.* 3. b) in uxorem *add.* 5.6.9. c) *deest* 5. d) ut eidem cuius uxorem adulteraverit de ipsa culpa debeat subiacere ille qui hoc malum perpetraverit 6. e) eidem culpae 5. f) LX solidos *add.* 5. g) venerit 7.8. h) *sic* 4.6; vel. 5; quantum 9; quamvis 7.8. i) secundum vl. *add.* 4. k) fuisset *add. c.*

Cap. 139. *e codd.* 3—9.

62) Roth. 10. 63) Liutp. 20. 64) Speciale habet initium et finem generalem. Cfr. expos. §. 12 ad Liutp. 69. 65) Cfr. Liutp. 120. 66) Karol. M. 128. 67) Liutp. 10.

vum vel ancillam aldium vel aldiam coniugatos et instigante inimico humani generis cum ipsa ancilla quae servum eius maritum habet aut cum aldia quae cum aldione eius copulata est adulterium perpetraverit, ita statuimus, ut perdat ipsum servum aut aldionem cuius uxorem adulteravit et ipsam mulierem insimul[a], et[b] vadant liberi et absoluti fulfreales, tanquam si thingati fuissent[c], ubi[d] voluerint: quia non est placitum Deo, ut quislibet homo cum uxore aliena debeat fornicari. Tamen de ipsa libertate ita dicimus, quia non possunt sic sine vera absolutione veri liberi esse, nisi, sicut edictum continet, aut per thinx aut circa altare, sicut nos instituimus[68], ideoque veniant ad palacium ad nos aut qui pro tempore princeps terrae istius fuerit: eos[e] absolvat et faciat eis preceptum suum, et sint postea certissimi liberi et absoluti.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu es suus servus et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Liber sum per praeceptum imperatoris. — Quid pertinuisti ad imperatorem? — Ego habebam unam tuam ancillam ad coniugium et eram tuus servus, et tu adulterasti eam.

Expositio: Lex hec, dicens: „tamquam si thingati fuissent", Rotharis legem que est „Si[69] quis servum suum proprium aut ancillam" respexisse dicitur[g]. — §. 2. Hec lex retro positam Liuprandi legem que est „De[70] homine libero qui uxorem de servo" dicitur rumpere; sed qualiter illa ab hac salvetur, retro[71] dictum est.

140. (141.) Relatum est nobis, quod aliqui homines perfidi et in malitia astuti, dum per se non presumpsissent manu forti aut violento ordine intrare in vicum aut in casas alienas, timentes illam compositionem quae in antiquo aedicto[72] posita est, fecerunt colligere mulieres suas, quascumque habuerint liberas et ancillas, et miserunt eas super homines qui minorem[a] habebant virtutem[a] et ipsae, apprehendentes homines[b] de ipso loco[b], plagas[c] fecerunt et reliqua mala violento ordine plus crudeliter quam viri exercuerunt. Dum autem hoc ad nos pervenisset, et ipsi homines pro sua violentia, qui minus poterant, interpellabant, ita prospeximus in hoc edicto affigere, ut, si amodo mulieres hoc facere in qualicumque loco presumpserint, primum omnium[d] decernimus, ut, si aliquam iniuriam aut opprobrium aut plagas aut feritas aut mortem ibi[e] acceperint, nichil ad ipsas mulieres aut ad viros vel ad mundoaldos earum componant[f] illi[f] qui se deffendendo eis aliquam fecerint lesionem aut internectionem[g]; insuper et publicus, qui[h] est in loco ubi factum fuerit[h], comprehendat ipsas mulieres et faciat eas decalvari et frustari per vicos vicinantes[i] ipsius loci, ut ceterae[k] mulieres talem maliciam facere non presumant. Et si in ipsa causa feritas aut plagas fecerint[l] ipse mulieres cuicumque homini[m], mariti* earum[n] componant ipsas plagas aut feritas quas ipsae fecerint secundum edicti tenorem. Hoc autem ideo prospeximus tam de disciplina quam de compositione, quia non potuimus collectionem mulierum ad arscild[o, 73] consimilare, neque ad seditionem rusticanorum[74], quia istas[p] causas[p] viri faciunt, nam non mulieres: ideoque sic de ipsis mulieribus fiat, sicut supra statuimus. Siquidem simpliciter in scandalum qualiscumque mulier cucurrerit et mortem aut plagas vel feritas ibi susceperit[q], sic ei fiat iusticia sicut decessor noster Rothar rex instituit[75] et iudicavit.

* *id[76] est mares earum.* 7—9.

Glossae: manu forti] id est cum exercitu per legem Rotharis (19.) Si quis pro iniuria sua vindicanda secundum vl. 4. — *violento ordine]* id est cum vi per legem Rotharis (275.) Si quis in curte aliena. 4. — *fecerunt colligere]* Hic videri potest quod antiquitus non emendabatur malum quod feminae faciebant. 4. — *primum omnium ita dec.]* Nota. Hic videtur, quod, si femina cum armis cucurrerit ubi viri litigant vel certant, si aliquod malum illi factum fuerit vel mortem ibi acceperit, ut non illi componatur secundum vl. 4. — *aut opprobrium]* Hic videtur, quod solo aliquo verbo obprobrioso feminae dicto fit iniuria ut legitur in Rothare (26.). 4.

Petre[r], te appellat Martinus, quod tu fecisti adunare tuas feminas liberas et ancillas quas potuisti habere, et misisti eas super se in vicum talem, et occiderunt sibi unum suum servum.

Petre, te appellat Martinus, quod tu occidisti Mariam suam mundoaldam. — Non occidi, quod per legem emendare debeam.

Petre, te appellat Martinus, quod Alberga sua mundoalda currebat simpliciter in scandalum, et tu eam occidisti.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu ancillas tuas et liberas congregasti et super eum in tali loco misisti, que ei plagam unam in capite fecerunt.

§. 2. Lex ista dicens: „timentes illam compositionem que in antiquo edicto posita est" memorie reducit Rotharis leges[72] que sunt „Si quis pro iniuria sua vindicanda" „Si quis in curte aliena". — §. 3. Quod in hac lege habetur: „mariti earum", non solum viros, verum etiam dominos et mundoaldos significare credendum est. — §. 4. Lex ista dicens: „siquidem simpliciter in scandalum qualiscumque mulier cucurrerit", intellegi dedit, nichil debere componi, si ad malum faciendum incurrerit, et Rotharis legem quae est „Si[75] mulier libera in scandalum" partim rumpit partimque affirmat. — §. 5. Dicens lex ista: „secundum edicti tenorem" aperte declarat, Rotharis leges de feritis et plagis loquentes tam de masculis quam de feminis esse intelligendas.

a) simul 5. 6. b) ut 7—9. c) fuerint 7—9. d) quomodo 9; quo 4. 7. 8. e) ipse eos 5. 6; ut eos 7—9. f) *e codd.* 7—10. g) quia lex *add. c.*

Cap. 140. *e codd* 3—9. a) minores h. virtutes 7—9. b) de i. l. homines 7—9. c) eis *add.* 6—9. d) ita *add.* 4. 7—9. e) illae *add.* 7—9. f) componat ille 5. 7—9. g) interemtionem 6. 9. h) qui in loco prefuerit 4. 7—9. i) vicinas 7—9. k) de cetero 4. l) *deest* 5. 6. m) fecerint *add.* 5. 6. n) *deest* 7—9. o) heriscild 5. p) istam causam 6—9. q) acceperit 6—9. r) *e codd.* 7—10.

68) Liutp. 9. 69) Roth. 224. 70) Liutp. 65. 71) Expos. §. 1 ad Liutp. 65. 72) Roth. 19. 277. 73) Roth. 19. 74) Roth. 280. 75) Roth. 379. 76) Cfr. expos. §. 3.

141. (142.) Si quis homo sciens aldium aut aldiam suam servum vel ancillam in casa cuiuscumque esse, aut copulatos aut aliter, et non eum requisierit, aut per iudicem aut per publicum, et non eum retulerit[a], et dimiserit eum apud alterum hominem diucius permanere, non requirat operas[b] eorum, quia sciendo neglexit requirere servum aut ancillam aldium aut[c] aldiam suam. Nam si requisierit dominus eorum, et ille qui eos habuit neglexerit reddere aut antesteterit, reddat operas eorum sicut lex est[77].

Petre[d], *te appellat Martinus, quod tu habuisti Marcoardum suum servum aut Mariam suam ancillam aut Marcoardum suum aldium aut Albergam suam aldiam* 20 *noctes in casa tua, et perdiderit tantas operas quae valuerunt* 10 *solidos. — Si dixerit appellatus: „non tibi respondeo, quia tu scivisti, quod ipse erat in casa mea et tu habuisti neglegentiam requirendi", ita probet. Sin vero, iuret actor, quod non habuit neglegentiam vel taceat. Si vero appellatus negaverit, exdicat se. Si dixerit appellator: „requisivi tibi, sed habuisti neglegentiam reddere", approbet; si non, idoneet se appellatus vel emendet operas.*

Expositio: Rotharis leges[77] quae sunt „Si mancipium alienum" „Si quis mancipium alienum sciens" partim a lege ista rumpuntur, partim affirmantur, ut retro[77*] dictum est.

142. (143.) Si[a] cuiuscunque servus aut ancilla aldius vel aldia in ecclesia Dei confugium fecerit, et dominus vel patronus eorum aut per se aut per missos suos exinde violenter traxerit, componat widrigild[b] suum in suprascripta basilica[b,*]. Et[c] si servus vel aldius** sine voluntate domini sui hoc malum fecerit***, det ipsum servum vel aldium pro ipso malo in manum de custode ipsius basilicae[d], et ipse dominus vel patronus satisfaciat, quod per ipsius voluntatem hoc factum non fuisset, et ipse non componat widrigild suum.

* *Si est in proprietate alicuius: si dominus quidem vel patronus, tantum widrigild; si vero per suum missum liberum aut alienum servum, dominus widrigild, missus vero* 40 *solidos; si vero per suum missum servum vel aldium, dominus widrigild tantum;* haec per legem Rotharis (35.) „Si quis in ecclesia". *Si vero de ecclesia de episcopatu vel abaciae: dominus, si per se fecerit, vel patronus,* 600 *solidos componat; si vero per missum liberum, liber componat* 600 *solidos, mittens*[e] *nonnichil*[e]*; si vero per servum missum vel aldium, dominus vel patronus* 600 *solidos componat* per kapitulum Karoli (101.) „Si quis in emunitate". 7—9. ** *illius domini.* 7—9. *** *id est si eos de propria aecclesia Longobardi per vim traxerit, dominus utrorumque.* .... 7—9.

Petre[f], *te appellat Martinus, quod Marcoardus tuus servus fugit in aecclesia sanctae Mariae, unde ipse est advocatus, et traxisti eum per virtutem foras de ipsa aecclesia.*

Expositio: Rotharis lex „Si quis scandalum in ecclesia perpetraverit"[78] partim ab hac lege rumpitur, quia, si quis scandalum de quo lex loquitur in ecclesia fecerit, non 40 solidos sed widrigild compositurus est. Sed ita salvatur: non intelligendum est Rotharis legem locutam esse de scandalo in servo vel ancilla seu aldio vel aldia sua commisso. — Que utraque lex a Caroli capitulo „Si quis in emunitate"[79] partim rumpitur partimque affirmatur, quia, si quis in episcopii vel ecclesia abbatie scandalum fecerit, nichil iuxta has leges, sed iuxta predictum capitulum 600 solidos compositurus est. Sed ita secundum Ugonem salvatur: non est intelligendum, hanc atque predictam Rotharis legem de scandalo in emunitate facto esse locutas; vel aliter: scilicet quod non est intelligendum, trahere servum vel ancillam vel aldiam suam de ecclesia esse dampnum.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu Andream servum tuum de proprietatis sue ecclesia, ad quam fugit, abstraxisti.

§. 3. Si quis servum suum de ecclesia alterius proprietatis per alienum servum aut per liberum abstrahere fecerit, iuxta hanc legem widrigild compositurus est. Ille vero qui abstraxerit iuxta Rotharis predictam legem solidos 40 componat. Si autem de episcopii vel abbatie ecclesia abstrahere fecerit, nichil compositurο qui abstraxerit, solidos 600 solidos componat. — §. 4. Quod in hac lege habetur: „sine voluntate domini sui" non alterius domini, sed ipsius cuius fugitivus erat, intelligendum est.

143. (144.) Si quis timoris Dei inmemor pro cupiditate terrena propter[a] qualemcumque rem[a] sciens se periuraverit, et postea sic inventum et[b] probatum fuerit, quod periurasset, tunc amittat ipsam rem unde periuravit, et habeat eam ipse cui contra rationem iuravit. Et[c] insuper, quia in se ipso et quod plus est in Deo peccavit et negavit fidem suam et periuravit domino[d] Deo suo[d] et sibimet ipsi non pepercit, componat medietatem widrigild sui ei[e] cui periuravit*.

* *et manum perdat* per kapitulum Pipini (43.) „Si quis periurium". 7—9 *et simil. in marg.* 3—6.

Expositio: In eo quod lex ista propter[f] periurium widrigild medietatem componere iubet, a Pipini capitulo quod est „Si[80] quis periurium fecerit" rupta est, in quo qui periurium fecit manum iubetur ammittere.

144. (145.) Recolimus enim, qualiter iam[a] antea[a,81] statuimus[b], ut, si quis decedens reliquerit

Cap. 141. *e codd.* 3—9. a) recollegerit 6—9. b) opera 6—9. c) vel 7—9. d) *e codd.* 7—10.
Cap. 142. *e codd.* 3—9. a) Incipit de anno vigisimo tertio *suprascriptum in codd.* 3. 4. b) in suprascriptam basilicam widrigild suum 7—9. c) Et *om.* 7—9. d) ecclesiae 6—9. e) mittens nonnichil *om.* 9, *corrige:* mittens nichil; *cfr. expos.* §. 3. f) *e codd.* 7. 8. 10.
Cap. 143. *e codd.* 3—9. a) pro qualicumque re 6—9; vel propter 5. b) aut 6—9. c) Et *om.* 5. d) dominum deum suum 5; in domino d. s. 6—9. e) ei *om.* 6—9. f) propter *om. c.*
Cap. 144. *e codd.* 3—9. a) inantea 7. 8. b) constituimus 8.

77) Roth. 275. 276. 77*) Exp. §. 1 ad Roth. 275. 78) Roth. 35. 79) Karol. M. 101. 80) Pip. 43. 81) Liutp. 4.

filiam unam aut plures et sorores in capillo similiter unam aut plures, ut pariter atque aequaliter sorores et filiae ei succedere debeant: et, si[82] soror in capillo decederit[c], soror quae remanserit similiter sorori suae succedat. Modo vero, quia intentio exorta est inter fratres et sorores de nepte quae in capillo mortua fuerit, altercationem ponentes, quis ei succedere deberet, statuimus, ut barbas[d] eius in cuius mundio fuit ipse ei[e] succedat in eius porcione. Nam amite[f] ipsius de eius porcione nichil percipiant, nisi tantum habeant quantum, si viva fuisset, ipsa neptis earum.

Expositio: Lex ista superiores leges „Si quis Longobardus filias et sorores in capillo“[83] „Si sorores in casa patris“[82] reducit memorie. Legis huius sententia usque ad: „Modo vero“ predictarum legum est commemoratio, ideoque ad: „et si soror“ „recolimus“ hoc verbum subaudiendum est. Quia, si aliter intelligeretur, sorores que fratri successerant invicem intelligerentur succedere[84].

145. (146.) Si quis invenerit liberam puellam aut mulierem per campum suum seminatum ambulantem et viam indicantem, pigneret[a] eam, et parentes[b] aut mundoaldus eius[c] componat pro ipsa solidos 6, sicut lex est. Nam si ipsam comprehendere presumpserit et[d] ad casam suam ligatam aut submanicatam duxerit, componat solidos 100, medietatem regi et medietatem cuius causa est, sic tamen, ut compositio illa de 6 solidis in ipsa compositione computetur. Et si pulsatus fuerit ille in cuius mundio fuerit mulier aut puella, quod asto aut iniquo animo feminam ipsam ambulare per laborem alterius fecisset, ut ei componeret, tunc prebeat sacramentum, quod, cupiditatem habendo de composicione ipsa, asto animo per laborem ipsius ipsa[e] femina non ambulasset[e], nec dannum asto[f] faciendo. Et si iuraverit, tunc[g] ipse qui eam comprehendere presumpserit componat solidos 100, ut supra, et si iurare non presumpserit, parentes aut mundoaldus ipsius feminae, ut supra dictum est, componant solidos 6 pro via indicata, sicut[h] supra diximus[h], et ille qui[i] comprehendit sit solutus[k].

Petre[l], te appellat Martinus, quod ipse invenit Mariam tuam mundoaldam ambulare per campum suum seminatum et facientem[m] viam.

Petre, te appellat Martinus, quod tu invenisti Mariam suam mundoaldam ambulantem per campum tuum seminatum et indicantem viam, et tu minasti eam ad casam tuam ligatam[n].

Expositio: In eo quod hec lex dicit: „pigneret eam et parentes eius aut mundoaldus componat pro ipsa solidos 6“, dicebant antiqui, solidos 6 pro[o] ipsa non esse componendos, nisi pignerata esset. Sed male dicebant, quia hec lex ista non pro ipso pignere 6 solidos componi iussit, imo quia ipsa per campum seminatum viam indicans ire presumpsit. — §. 2. Quod in hac lege habetur: „sicut lex est“, non ad aliam legem sed ad istam relatum est. — §. 3. Quod vero: „quod astu animi per laborem ipsius ipsa femina non ambulasset“, intelligendum est, mundoaldum solum hoc debere iurare, quia Rotharis superior lex[85], cum 12 sacramentalibus appellatum iurare precipiens, de eo loquitur qui compositionem daturus est, si non ausus fuerit iurare; in hac vero, si iuraverit, compositionem accipiet, non ausus iurare, de compositione tantum tacitus. — §. 4. Rotharis lex quae est „Si[86] quis mulieri libere“ partim ab hac lege rumpitur, quia pro hac iniuria 900 solidi componendi non sunt.

146. (147.) Si cuiuscumque servus aut aldius ancilla vel aldia in furto comprehensi fuerint, et dominus eorum[a] neglexerit eos liberare et usque ad dies 30 eos dimiserit, sint fegangi, et habeat eos sibi in transacto cui furtum fecit; et postea[b] ipsum furtum componat[c] sicut lex est et edictum continet*.

* *exepto si furtum fecit, unde mortis incurrat periculum; nam pro culpa aut oculum aut nasum perdat aut moriatur* per kapitulum *(Karol. M.* 84.) „Si quis latro“. 7—9 *et in marg.* 4.

Glossa: Si cuiuscumque] Obiit per kapitulum Karoli (26.) Nemini liceat secundum[d] quosdam[d]. 4—8.

Petre[e], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi Marcoardum suum servum aut Marcoardum suum aldium. — Ille servus quem tu dicis, aut aldius, meus est. — Quid tibi pertinet? — Ego comprehendi eum super tantas meas res, quas michi furtive tollebat, quae valebant solidos 10. — Si negaverit, quod non furatus est, sit bellum. Si dixerit: „vere tulit, et redde michi servum meum“, si appellatus dixerit: „recolligo res meas, sed non reddam tibi servum tuum aut aldium tuum, quia 30 dies transierunt, et tu habuisti neglegentiam recolligere“, approbet; si non potuerit, idoneet se appellator, quod non habuit neglegentiam. Si autem non potuerit se idoniare, res emendet sicut lex est et servum perdat.

Expositio: Si quis alterius servum in furto comprehenderit, quem dominus usque ad tricesimum diem recolligere neglexerit, si hoc tertium furtum fuerit, furtum non componetur, nec transactus habebitur, quia iuxta Caroli capitulum, quod est „Si[87] quis latro de uno furto“ iudicabitur. Sed si fuerit secundum vel primum furtum, iuxta hanc legem componetur et Tuscus vel Femus transactus habebitur. — §. 2. Secundum quosdam, ponentes „i.“[88] pro „id est“, littera huius legis quae est: „et habeat eos sibi in transacto cui furtum fecerit“ est

c) decesserit 5.6 *et corr.* 4. d) *sic* 3; barba 4; barbanus *rell.* e) ei *om.* 6—9. f) ametanes 5.
Cap. 145. *e codd.* 3—9. a) et pigneraverit 6. b) eius *add.* 7—9. c) *deest* 7—9. d) eam *add.* 7—9. e) ipsam feminam ambulare non fecisset 5. f) animo *add.* 6—9. g) *deest* 7—9. h) sicut s. dix. *om.* 5.6. i) eam *add.* 5.6. k) absolutus 6—9. l) *e codd.* 7—10. m) indicantem, al. facientem 10. n) *in cod.* 9 *adduntur haec:* Non. — Vel: „feci; et tu fecisti eam ire astu animi per laborem meum“. — Iuret, ut lex est, vel perdat compositionem. o) pro *om. c.*
Cap. 146. *e codd.* 3—9. a) *deest* 7—9. b) post 7—9. c) dominus *add.* 7.8. d) *desunt* 4.6.8. e) *e codd.* 7.8.10.

82) Liutp. 14. 83) Liutp. 4. 84) Cfr. expos. §. 5. ad Liutp. 14. 85) Roth. 359. 86) Roth. 26.
87) Karol. M. 84. 88) ultimam scilicet litteram verbi „fegangi“.

expositura „fegangi“ [88*]; secundum vero alios ita exponitur, scilicet ut dicamus: sint fegangi, id est 40[f] solidorum culpabiles. Et secundum ultimam expositionem „fegangi“, quod inferius habetur: „componat dominus sicut lex est et edictum continet“, ad sibi nonum tantum referendum est“ [89].

147.(148.) Si quis sua auctoritate terram alienam sine publico[a] wifaverit, dicendo quod sua debeat esse, et postea non potuerit probare, quod sua sit, componat solidos 6, quomodo[90] qui palum in terra aliena figit*.

* *et insuper* 60 *solidos* per kapitulum Pipini (23.) „Ut nullus“. 7—9 *et simil. in marg.* 4.

Petre[b], *te appellat Martinus, quod tu wifasti unam suam terram, dicendo quod tua esset, sine comendato publico. — De torto. — Si*[c] *vero dixerit: „wifavi, sed mea est“, approbet suam esse; et si non probaverit, emendet sicut lex est*[c].

148.(149.) Item de infantibus, qui intra aetatem sunt et necessitatem maiorem habent et fame moriuntur, comparuit nobis, ut[a], dum tempus famis fuerit, licentiam[b] habeant cum misso principis aut cum[c] iudice[d] suo[d] de terra aut de rebus suis vendere, qualiter vivere possint: in tantum ut se de ipsa[e] fame liberare possint, ut non moriantur. Equidem et[f] hoc ipsum[f] iudex de ipso loco debeat[g] previdere, si certe pro ipsa necessitate famis sit[h], et sic in eius presentia fiat, ut Deum habeat propicium, et si aliter fecerit, Deum habeat iudicem. Et in cartula indicet, quia[i] pro famis necessitate ista vendicio facta est; et qui actum commissum habuerit non presumat de ipsis infantibus emere. Et dum tempus famis exierit, tunc ipsi infantes secundum anterius edictum[91] distribuant res aut substantiam suam, nam non aliter; quia istam licentiam pro sola[k] necessitate dedimus, nam non, quod absit, anterius aedictum corrumpendo.

Glossae: Item de infantibus] In hac lege videtur et in „Hoc prospeximus“ *(Liutp.* 19.*)* quod infans non potest cum decreto alienare, nisi ut in his legitur. 4. 5. 7. 8. — *et qui actum commissum]* id est qui est tutor[l]; alii qui missus est. 5. 7. 8; id est provisionem de terra infantis secundum quosdam. 4. — *In codd.* 5. 7. 8 *haec in margine adscribuntur:*

In minorum aetate

alii pro necessitate alienant sub decreto	alii pro nec. alienant absque decreto
ut pro debito paterno[91].	dum moriuntur, pro anima[91].
ut pro fame[92].	dum morgincap porrigunt[93].

Petre[m], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Ecce cartula quam michi fecisti. — Si cartula manifestat necessitatem famis et omnia sicut ista lex dicit, aut dicat falsam aut det poenam de carta. Si cartula manifestat, quod*[n] *tutor comparasset de infante*[n], *fiat taliata.*

Expositio: Quod dictum est: „item“, intelligendum est, iam sepe de infantibus dictum esse; „maiorem“ vero ad hoc retulit, qui afamis necessitas maior est quam patris debitum[91]. — §. 2. Quod in hac lege habetur: „iudex de ipso loco debet providere“, ad principis missum vel iudicem referendum est. — §. 3. Licet quidam errantes[94] contendunt, hanc venditionem coram principis misso sive iudice esse non posse, eo quod infra scriptum est: „et iudex de ipso loco debeat previdere“, tamen male videntur contendere; quia legum mos est, de pluribus habere initium et in uno diffinire, et illud quod relinquit velut illud quod rememorat velle intellegi. — §. 4. Et quod scriptum est: „qui actum commissum habet“ alii ad iudicem cui venditionis providentia commissa est, alii ad infantis tutorem, cui[o] eius actus committitur, referendum autumant. Sicut enim, si infans pro famis necessitate vendiderit, sic pro patris debito[95] tutor emere prohibetur.

149.(150.) Si quis fossatum in via fecerit et ipsum locum suum probare non potuerit, componat solidos *VI et ipsum fossatum restauret, et[a] dannum si in vites[b] aut in arbores[b] per ipsum fossatum cavandum fecerit[a], componat sicut anterius aedictum[96] continet.

* *LX*[97]. 7—9.

Expositio: Preter sex solidos, qui ab hac lege precipiuntur, 60 solidos pro invasione componet scilicet eo quod in via fossatum fecerit. — §. 2. Rotharis leges[98] quae sunt „Si quis vitem de una fossa“ et „Si quis roborem“ ab ista roborantur lege dicente: „componat sicut edictum anterius continet“. — §. 3. In eo quod hec lex dampnum in vitibus aut in arboribus per ipsum fossatum cavandum factum, nulla posita differentia, utrum dampnum illud volendo aut nolendo factum sit, conponi iubet, notari potest, dampnum, quocumque modo sit factum, esse componendum.

150.(151.) Si quis porcos in silvam alienam[a]

f) *cod. noster* undecim, *sed librarius in codice quem describebat* XI *pro* XL *legisse videtur; non enim dubito, quin haec verbi „fegangi“ expositio ad Grim. legem* 9. *referenda sit, ubi legitur:* nam 40 solidi unde in hoc edicto legitur pro culpa, quod est fegangi.

Cap. 147. *e codd.* 3—9. a) iussu *add.* 5. b) *e codd.* 7. 8. 10. c) Si dicit: vifavi sed mea est, probet; si non, emendet sicut lex est 10.

Cap. 148. *e codd.* 3—9. a) ut *om.* 7—9. b) ut lic. 7—9. c) cum *om.* 4. 7—9. d) iudicis sui 4. e) *deest* 6. f) et ipse 7—9. g) debet 7—9. h) fiat 4. 5. i) qualiter 6—9. k) famis *add.* 5. 6. l) quasi ad certam causam *add.* 7. m) *e codd.* 7—10. n) *sic* 10; quod missus vel tutor comparasset vel de infante 7—9; *in cod.* 8 *verbis* missus vel *suprascripta sunt:* secundum quosdam. *Cfr. expos.* §. 4. o) cuius *cod.*

Cap. 149. *e codd.* 3—9. a) et si ipsum fossatum cavando damnum in vites aut in arbores (vite aut in arbore 6) fecerit 5. 6. b) vitibus a. i. arboribus 7—9.

Cap. 150. *e codd.* 3—9. a) alterius 7. 8.

88*) Cfr. supra pag. 363. not. 56. 89) Cfr. Roth. 253. 90) Liutp. 46. 91) Liutp. 19. 92) Liutp. 148. 93) Liutp. 116. 94) Hic eosdem iureconsultos glossator spectasse videtur, qui supra in expositionis §. 5 ad Roth. 192 „erroneo“, in praefatione (supra pag. 291.) „berronici“ dicuntur. 95) Cfr. Liutp. 19. 96) Roth. 294. 300. 97) Pipin. 23; cfr. pag. 462. not. 40.

defensatam[b] miserit, sicut edictum anterius[1] habet, hoc[c] est usque ad 10 porcos, et occiderit porcum unum, sic sit sicut anterius edictum continet. Si quidem[d] tantum decem invenerit et plus occiderit quam edictum habet, componat eum in actogild sicut qui[e] malo ordine res alienas tollit. Nam si ille homo qui ipsos porcos habet amplius miserit asto animo suos aut alienos in defenso quam edictum habeat, et ille cuius silva est occiderit ex ipsis plus quam edictum continet, non requiratur. Et si ille qui porcos miserit iurare presumpserit, quod asto[f] non misisset, nisi[g] sine voluntate ipsius domini, reddat ille[g] qui occiderit[h] ipsos porcos ferquidos; et si de pastore suo similiter iuraverit, similiter reddantur: nam si de pastore de asto iurare non presumpserit, medietas[i] reddatur[i] et medietatem reputet sibi, quia servum habuit indisciplinatum.

Petre[k], *te appellat Martinus, quod tu invenisti* 10 *suos porcos in tua silva et occidisti meliorem qui valebat solidos* 10.

Petre[l], *te appellat Martinus, quod tu invenisti* 50 *suos porcos in tua silva et occidisti* 10[m] *qui valebant solidos* 100[m].

Expositio: Quicumque porcos mittet in silvam alterius, aut miserit tantum 10 aut minus aut plus. Si vero minus de decem miserit, et inventum fuerit, hac lege nichil inde iubente, iuxta aliam porcorum legem que est: „Si[1] porci in esca alterius paverint" credendum est exinde eundum, que dicit: „si inventi fuerint minus 10, non occidatur ex illis aliquis, sed qui eos invenit unum ex ipsis teneat et, dum componantur ei silique tres per porcos, eum salvum faciat". Dicit quoque: „si plus de decem aut tantum 10 inventi fuerint, occidatur unus mediocris, et non requiratur"; unde ab hac lege, in initio dicente: „sic sit sicut edictum anterius continet", affirmatur. Dicit etiam: „si minus fuerit de decem, qui occiderit aliquem illorum, reddat ferquidum id est similem", nulla posita differentia, utrum ille qui occidit eum exinde portavisset[n] vel non; unde ab hac lege partim rumpitur, in hoc quod hic legitur: „componat in octogild sicut ille qui res alienas malo ordine tollit". Si autem tantum 10 aut plus de decem inventi fuerint, et qui invenit plus de mediocre occiderit, lege porcorum predicta nichil inde dicente, huius legis sententia, quod inde fieri debeat, optime determinat. Nam si fuerint tantum 10, et qui invenerit plus occiderit quam edictum habet, id est plus de mediocri occiderit, non dubitandum est, quin hec lex, nulla posita differentia, utrum astu fuissent positi in silva vel non, in octogild componere iubeat, ubi dicit: „si quis tantum 10 invenerit" et cetera. Si vero fuerint plus de decem et ille cuius silva est occiderit ex ipsis plus quam edictum continet, id est plus occiderit de mediocri, si astu in silva fuerint missi, iuxta hanc legem nulla est exinde compositio; si vero non astu in silva fuerint missi, omnes quos ultra mediocrem occiderit, ferquidi sunt componendi. Mediocrem tamen qui occidit, iuxta aliam porcorum legem potestatem habet retinendi. Legitur tamen in sequentibus: nam si de pastore, id est de servo suo, non presumpserit de asto iurare dominus, ut, mediocre excepto, medietas de porcis omnibus reddatur domino. — §. 2. Notandum est, quod „plus" in hac lege non solum numero, sed etiam in quantitate significat: itaque si maiores tantum occiderit, „plus quam edictum habet", id est plus mediocre occidit. Et ita secundum Wilihelmum[o] ille porcus maior totaliter sibi nonus est componendus; imo illud tantum, quod ultra mediocrem valere appretiabitur. — §. 3. Lex ista dicens: „componat in octogild sicut ille qui malo ordine res alienas tollit" ad superpositam Liuprandi legem „Si[2] quis sine voluntate regis in qualicumque civitate" respexit. Unde secundum Wilihelmum et antiquorum auctoritatem dicentes, quod superposuimus generalem esse regulam, leges omnes superiores de rebus malo ordine aut furtim sublatis aliam quam sibi nonam compositionem dari precipientes rumpit. Sed[p] Ugoni asserit calliditas in hoc antiquorum vero valuit auctoritas[p]. Lex enim presens: „sicut qui malo ordine res alienas tollit", generalem esse regulam non constituens, leges superiores de rebus malo ordine aut furtim sublatis aliam quam sibi nonam compositionem dari precipientes non rumpit, non ad alias, nisi ad leges de rebus malo ordine aut furtim sublatis sibi nonam compositionem dari precipientes, respiciens. — §. 4. Lex presens tantum servum pastorem nominatim[q] assignavit: sed si[r] liber[s] pastor porcellos alienos in alterius silvam miserit, iuxta hanc legem dicentem[t]: „suos aut alienos" ipse appellare et compositionem[u] accipere potest, a domino porcorum, quod suo facto tantum dampnum habeat, iuxta Romanam legem appellandus[3]. — §. 5. Sacramentum quod ille, qui porcos in silvam sine voluntate domini ipsius silve miserit, facere precipitur, ab eo solo fieri intelligendum est; quia sacramentum quod superius[4] cum sacramentalibus fieri iubetur si appellatus facere non presumpserit, compositionem daturus est; hoc vero si iurare nequiverit, compositionem[u] non exiget[5]. — §. 6. Quod in hac lege habetur: „in defenso quam edictum habeat", ita est exponendum, ut dicamus: quam preceptum huius legis habeat, quod est dicere, si amplius quam super nominavi miserit, id est plus quam decem et cetera. — §. 7. Notandum est, quod secundum Ugonem dicitur hec lex loqui tam de porcis qui sunt minus 10, quam de tantum 10, et plus

b) defensam 5. c) id 6—9. d) quis 7—9. e) ille qui 4. 7—9. f) animo *add.* 6—9. g) *sic* 4. 6; nisi sine voluntate, domino ipsi reddat ille 7—9; nisi sine voluntate sua intrassent, reddat ille 5. h) occidit 7—9. i) medietatem reddat 6. k) *e codd.* 7. 8. 10. l) *e codd.* 7—10. m) III qui val. sol. unum 9. n) parato fuisset *cod.* o) Wlihelmum *cod.* — p) *verba corrupta ita fortasse emendanda sunt:* Sed Ugonis asserit calliditas: in hoc antiquorum non valuit auctoritas. *Cfr. expos.* §. 3 *ad Roth.* 14., *exp.* §. 2 *ad Roth.* 16., *exp. ad Roth.* 281. *not.* 24. q) nominatis *cod.* r) si *om. cod.* s) libere *cod.* t) dicentes *cod.* u) componerem *cod.*

1) Roth. 349. 2) Liutp. 34. 3) actione scilicet legis Aquiliae de damno iniuria dato. Cfr. §. 13 sqq. Inst. leg. Aquil. (IV, 3.) 4) Roth. 359. 5) Cfr. expos. §. 3 ad Liutp. 145.

de decem; quia iuxta hec, quod hec lex initio dicit: „usque ad decem porcos, et occiderit porcum unum, sic sit sicut edictum anterius continet", asserit, hanc legem precepisse, quicquid anterius edictum de tantum 10 et de minus 10 videtur dixisse, cum „usque ad 10" sepenumero ponitur pro 10 et pro minus 10.

151. (152.) Si quiscumque homo qui est pauper aut naufragus, qui vendidit aut dissipavit substantiam suam et non habet unde compositionem faciat, et fecerit furtum aut adulterium aut scandalum, aut plagas alii homini intulerit, et fuerit ipsa compositio valens[a] solidos 20[a] aut supra, dare debeat[b] eum[b] publicus in manum eius cui istas causas illicitas fecit, et ipse eum habeat pro servo. Si autem minus de 20 solidis fuerit ipsa composicio, sicut solet fieri usque ad 6 aut 12[c] solidos, tunc debeat eum publicus dare in manum eius cui talem culpam fecerit pro servo in eo ordine, ut serviat ei tantis[d] annis[d], ut ipsam culpam redimere possit, et vadat postea[e] ubi voluerit absolutus*.

* *excepto eo qui est in hoste* per kapitulum Karoli (31.) „Si[6] quis liber homo". *Pro debito quoque precipimus ut tradatur secundum asinos*[f] per kapitulum Lotharii (90.) „Si quis liber homo uxorem habens". 7—9 *et in marg.* 4.

Expositio: Lex ista superiores leges[7] quae sunt „Si quis falsum testimonium" „Si quis amodo inventus fuerit" partim rumpit, precipientes hominem in servitium trasactari (esse tradendum), nulla posita differentia, utrum 20 solidorum aut minus esset compositio; sed ita salvari possunt ut retro[8] dictum est. — §. 2. Lex ista noluit aliquem pro debito tradendum esse servitio: moderno tamen tempore sicut pro crimine ita pro debito, iuxta Lotharii capitulum quod est „Si[9] quis liber homo uxorem habens liberam propter aliquod crimen aut debitum" et iuxta alia quam plura capitula.

152. (153.) Si quis Longobardus uxorem habens filios aut filias procreaverit et postea, inspiratione Dei compulsus, clericus effectus fuerit*, tunc filii aut filiae, qui ante eius conversacionem nati fuerint, ipsa lege vivant, qua ille vivebat, quando eos genuit, et causam suam per ipsam[a] legem[a] finire debeant[b].

* *ea uxore mortua* per kapitulum Lotharii (95.) „Nulli". 7—9.

Glossa: ipsa lege vivant qua ille] Hic datur intelligi, quod filii Longobardi vivunt lege patris. 4. 5. 7. 8.

Expositio: Si Longobardus post clericatum ex eadem uxore filios procreaverit, quandoquidem illicite clericatum suscepit, Longobardorum legem debent vivere filii.

Christi[a] Iesu domini nostri[b] et salvatoris assidue nos convenit precepta complere, cuius providentia ad regiminis culmen pervenimus: ipsius auxiliante misericordia quae genti nobis commissae conveniunt, id est[c] catholice et Deo[d] dilecte[d] Longobardorum, statuenda previdimus. Quoniam gloriosissimus ac precelsus Rotharis[e] huius[f] Longobardorum gentis princeps, sibi Deo inspirante leges inseruit atque innovavit, ut omnes intentiones ac dissensiones malorum regali studio resecaret, et quidem[g] statuit, ut cuncti successores eius, quae sibi Deo inspirante aspera et dura cognoscerent, illa[h] ad molliciem et pietatis gratiam adducerent. Deinde successor eius Grimoaldus excellentissimus rex, dum studiose atque vigilanter singulorum consideraret[i] necessitates[k], quae[k] illi melius complacuerunt ad cultum salutis[l] augendo minuendoque[m] adiunxit. Post hunc vero gloriosissimus et orthodoxus fidei cultor atque huius gentis gubernator et noster per Dei[n] omnipotentiam[n] nutritor Liutprand[o], eximius et precelsus ac sapientissimus[p] princeps, persistens in Dei operibus et[q] cotidianis vigiliis, omni pudicicia[r] et sobrietate ornatus[s], sicut a Deo promeruit per ipsius inspirationem omnia decenter elicuit[t] et in edicti pagina cum suis Longobardis iudicibus confirmavit. Idcirco per redemptoris nostri providentiam ego divino auxilio[u] Rachis[v], precellentissimus et eximius princeps, anno regni mei secundo, die[w] Kalendarum Marciarum indictione 14, dum cum gentis nostrae id est Longobardorum iudicibus tam de Neustriae quam de Austriae vel de Tusciae finibus universa quae a[x] decessoribus[x] nostris statuta sunt sollicite considerassem, quaedam ibi iusta et quaedam purganda invenimus esse; quia, dum pravi homines ea quae ad Deum pertinent non considerant, magis huius seculi lucrum[y] quam animarum suarum remedium intendunt et per humana[z] studia[z] debiles vel egenos opprimere non desistunt. Quoniam peccatis facientibus multos homines negligentes[a] et humana cupiditate compulsos in periurium cadere cognovimus, eo quod gloriosus Rotharis rex in edicti pagina statuerat, inter creditorem et debitorem seu fideiussorem intentione

Cap. 151. *e codd.* 3—9. a) XX sol., *om.* valens, 5. 6. b) eum debet 7—9. c) ad XII *codd.* 7—9. d) per tot annos 5. e) *deest* 7—9. f) quosdam 4.

Cap. 152. *e codd.* 3–9. a) legem ipsam 5. 6. 9. b) Explicit edictus quod constituit gloriosissimus Luprandi rex *subscript. in cod.* 3; Expl. kap̄. domni Liutprandi regis *in cod.* 4; Explicit aedictum domni Liuprandi regis electissimi *in cod.* 5.

Prologus e codd. 4. 7—9; *abest a codd.* 3. 5. 6. a) INCIPIT PROLOGUS DOMNI RATCHIS REGIS *inscriptio in cod.* 4. RACHIS *in cod.* 7 *et in marg.* 8. Rachis rex incipit *in cod.* 9. b) *deest* 4. c) genti *add.* 7—9. d) dilecte Deo 7—9. e) rex *add.* 7—9. f) *deest* 7—9. g) equidem 7—9. h) *deest* 7—9. i) considerans 4. k) necessitatem, ea quae 7—9. l) emendavit et correxit et plura etiam necessaria *add.* 7—9. m) in unum 7—9. n) misericordiam dei omnipotentis 7—9. o) Liuprandus 7—9. p) sacratissimus 7—9. q) et *om.* 7—9. r) potentia 4. s) adornatus 7—9. t) exposuit 7—9. u) fretus *add.* 4. v) rex *add.* 7—9. w) secundo die 7—9. x) ab antecess. 7—9. y) *deest* 4. z) humanam adstutiam 7—9. a) neglegenter 7. 8.

6) Cfr. expos. §. 1 ad Karol. M. 30. 7) Liutp. 62. 120. 8) Expos. §. 3 ad Liutp. 62 et expos. §. 6 ad L. 120. 9) Loth. 90.

orta, quod[b] in eo tenore vadia[c] dedisset, et debitor statutae causae tenorem negaret, licentiam ei esse, aut per sacramentum aut per arma[d] ipsum tenorem negare: sed nobis et nostris iudicibus atque Longobardis adstantibus iustum comparuit, ut periurium fieret resecatum. Ita[e] sancimus:

Displicet[f] hic pravis[g] rex legis nectare Rachis.

1.[a] Si quis amodo in presentia regis vel iudicis seu liberorum hominum qualicumque modo wadiam[b] dederit, et postea negare voluerit ille qui wadiam dedit, quod in tali tenore wadiam non dedisset sicut ille[c] qui wadiam suscepit querit[d], si fuerint inter homines liberi, quorum fides ammittitur*, non habeat licentiam iurare, quod in tali tenore wadiam non dedisset, nisi, qualiter iudex qui iudicavit rememoraverit[e] vel homines qui interfuerunt quando ipsam wadiam dedit testificati fuerint, ita[f] compleat, et in eorum testimonio credatur. Quia si stantia, quam ante liberos homines[g] aliquis facit[h, 10], stare debet, quanto magis ea[i] causa, quae per wadiam firmatur[i] et homines liberi intersunt, negare nichilominus convenit? Si vero tales homines inter[k] non fuerint[k] quorum ammittitur[l] fides[l], quando ipsa wadia data fuerit, tunc exinde procedat iudicium, sicut ab ipso Rothari rege est[m] institutum[m, 11].

* *et ambae partes consenserint* per kapitulum Lodoyci „Si quis cum altero" (15.) inantea. 7—9 *et in marg.* 4.

Petre[n], te appellat Martinus, quod tu dedisti sibi vadia de dare sibi 100[o] *solidos in Kalendis Maiis*[o]. — *Non dedi ipsa vadia.* — *Tunc ipse qui appellat probet; si non potuerit, ipse[p] qui appellatus est iuret[p], quod in tali tenore vadia non dedit.*

Expositio: Lex ista dicens: „non habeat licentiam iurare quod in tali tenore wadiam non dedisset" Rotharis legem que est „Si[11] aliqua inter creditorem" partim rumpit; dicens vero: „sicut ab ipso Rothari rege est constitutum" eandem affirmat. In eo vero quod dicit, ut a partibus his qui interfuerint credatur, a Lodoyci capitulo „Si[12] quis cum altero" rumpitur, in quo, si ille contra quem testes ducuntur falsos esse suspicabitur, alios adversus eos inducere permittitur. Dicens vero, stantiam coram tribus liberis testibus factam stabilem fieri, superiori lege que est „Si[10] qualiscumque causa" concordat.

2. Reminiscimur enim, quia anterius edictum[13] continere dignoscitur de liberis feminis quae servis copulantur, ut, quandocumque[a] invente essent, in servitium reducerentur. Sed[b] quia Grimoaldus rex instituit[c, 14] de his qui per 30 annos in libertate vixerint, ut[d] in servitio[d] non replicarentur, tamen, quia curti[e] regiae[e] possessio non impedit, nisi per sexaginta annorum curricula, sicut dominus Liutprand[f] rex statuit[15], ideo diffinimus, si quae[g] feminae amodo inventae fuerint[g], quae sibi servos[h] copulaverint[h], et* per 60 annos[i] in libertate permanserint et ipsae et filii et filiae earum quique de ipsis procreati inventi fuerint, nullus[k] eos in servicium replicare presumat; sed in libertate sua permaneant, sicut per 60 annos permanserunt. Si autem amodo presumpserit cuiuscumque servus arimannam ducere uxorem, sic exinde detur iudicium, sicut in anteriore edicto[16] legitur.

* *facta compellatione parentibus ad vindictam tradita fuerit, et post parentes intra anni spacium in eam vindictam dare neglexerint, et post...* 7—9.

Glossae: Reminiscimur] Obiit. unus ramus veteris. 7.8. — *facta conpellatione]* Bonum tali ordine. 7.8. *Cfr. expos.*

Expositio: Libera servo coniuncta transacto anno iuxta superiorem legem que est „Si qua mulier libera aut puella servum tulerit"[13] ancilla efficiebatur palatii. Unde lex ista[l].... transacto anno servi domino ancilla efficitur, inde lex ista tamen manet in robore, si parentes de sibi ad vindictam tradita vindictam intra anni spatium dare neglexerint, ipsaque postea per 60 annos in libertate permanserit; deinceps vivat perpetuo libera.

3. Si quiscumque[a] Longobardus qualemcumque hominem servum aut aldium suum facere voluerit, et ipse ad palacium venerit proclamando et iussionem regis acceptam* ei[b] deportaverit[b], ut aut ipse iudicet[c] aut veniat in presentia regis vel iudicis[d] cum ipso ad iudicium habendum, et ipse neglexerit et furore accepto si eum battiderit*[1] aut, quod absit, occiderit, sicut nunc factum ex peccatis[e] esse[f] cognovimus*[2], componat widrigild suum in palatio. Et si ipse homo vivus fuerit, etiam[g] servus aut aldius sit, perdat eum cum rebus eius, et in libertate permaneat ipse vel[h] filii eius[i]; et si fuerit liber, widrigild suum componat regi, qui[k]

b) *deest* 4. c) wadiam non 4. d) pugnam 4; sacrata *add.* 7-9. e) nunc 9; tunc 7.8. f) *versus hexameter e codd.* 5.7—9; Dispicet 5. g) parvis 9.

Cap. 1. *e codd.* 3—9. a) Incip̄. legis quas addedit sanctissimus vir Ratchis rex *inscr. in cod.* 3. Incipit edictum domni rachis regis religiosissimi gentis longobardorum *inscriptio in cod.* 5. b) vadia 7—9, *item in sequentibus.* c) ipse 7—9. d) queritur 5. e) *sic* 4; se memor. 5—9. f) et ita 7—9. g) tres *add.* 6—9. h) fecerit 6—9. i) causam quam per vadia firmavit 7—9; ea *om.* 5.6. k) non interfuerint 5.6. l) fides admittitur 5.6. m) institutum est 5.6. n) *e codd.* 7—10. o) unum sol. III kalend. augusti 9. p) appellatus iuret 10.

Cap. 2. *e codd.* 3.4.7—9; *abest a codd.* 5.6; *cfr. glossas.* a) quandoque 7.8. b) et 7—9. c) *sic* 3.7; statuit *rell.* d) in servitio ut 7—9. e) corti regis 7—9. f) liuprandus 7—9. g) qua femina am. inventa fuerit 7—9. h) servum copulaverit 7—9. i) annorum curricula 7—9. k) ut nullus 7—9. l) *hoc loco in codice nostro nonnulla excidisse videntur sic forte supplenda:* ...rumpitur a Lotharii capitulo „Ut si cuiuscumque" (75.), in eo quod secundum hoc capitulum mulier ipsa...; *cfr. expos.* §. 3 *ad Liutp.* 24.

Cap. 3. *e codd.* 3—9. a) quis 7—9. b) eidem portaverit 4.6. c) aut dimittat sine querela *add.* 5. d) iudicum 7—9. e) peccato 7—9. f) *deest* 5.7—9. g) etiamsi 7—9. h) et 7—9. i) ipsius 7.8. k) si 7—9.

10) Liutp. 8, quod caput laudatur hoc loco in codd. 4—8. 11) Roth. 366. 12) Lud. P. 15. 13) Liutp. 24. 14) Grim. 2. 15) Liutp. 77. 16) Roth. 221.

eum battiderit, et ei[l] componat sicut ad liberum hominem. Nam si ipsum occiderit, per[m] hoc capitulum, sicut supra legitur, componat mortem ipsius, simul et widrigild suum regi pro presumptione*[3], si vero aldius fuerit aut servus, perdat filios eius et res ipsius, et componat widrigild suum in palatio regis.

* *sine litteris* per kapitulum Lodoici (22.) „Si quis litteras". 7—9 *et in marg.* 4. *[1] *componat widrigild suum, si liber vel etiam servus est pulsatus vel aldius, in palacio.* 7—9 *et sim. in marg.* 4. *[2] *perdat omnem substantiam suam, si liber est interfectus* per kapitulum Lotharii (92.) „De homicidio": *si vero servum aut aldium occiderit....* *[3] *perdat omnem substantiam suam.* 7—9.

Glossa: aut ipse iudicet] id est litem faciat finem faciendo. 4. — id est finem faciat. 7. 8.

Petre[n], te appellat Martinus, quod tu volebas eum facere tuum servum vel aldium, et ipse ivit ad regem reclamando, ut tu faceres finem ei, aut venires in presentiam regis aut iudicis cum ipso placitum habendo, et tu habuisti neglegentiam eundi et baptisti eum recepta ira. — Et ita approbet; si non, idoneet se appellatus. Si vero non potuerit, componat widrigild suum in palatio regis; et si servus est vel aldius, perdat eum cum rebus suis, et vadat liber cum filiis suis quo voluerit; et si liber est, suum widrigild in palatium regis componat qui eum battiderit, et sibi sicut ad liberum hominem.

Petre, te appellat Martinus, quod tu volebas Albertum suum patrem facere tuum servum vel aldium, et ille ivit ad regem reclamando, et ille preceptum regis commendatum[o] apportavit tibi, ut faceres ei finem vel venires in presentiam regis vel iudicis ad placitum secum habendum, et tu occidisti eum. — De torto me[p] appellas[p]. — Approbet[q] appellator, si potest; si non potuerit[q], purificet se appellatus, vel componat sicut lex est. Et[r] haec probationes[s] fiunt secundum quosdam[r].

Expositio: Quod in hac lege habetur: „aut ipse iudicet" ita oportet intellegi: aut[t] sibi non iniuriam faciat[t] aut in presentiam regis veniat. — §. 2. Quibusdam a Lodoyci capitulo quod est „Si[17] quis litteras nostras despexerit" videtur lex ista corrumpi, in hoc quod ibi litterarum dispector in presentia regis venire ibique congruam sue stultitie castigationem iubetur suscipere. Sed non est rupta, quia iuxta predictum capitulum in presentia regis debet ire, tamen iuxta hanc legem penam iudicabitur suscipere, cum nulla pena magis, quam que in hac lege hac de causa videtur esse congrua. Ab eodem tamen capitulo tantum huius legis vindicte addicitur, quia legationis dispector, si comitis minister, est privandus officio. — §. 3. Liuprandi lex quae est „Si[18] quis liber homo se defendendum" partim ab hac lege rupta, que solum widrigild componere iubet homicidam, nulla posita differentia, utrum an se defendendo aut super eum ambulando ipse sit homicida, a Lotharii capitulo quod est „De[19] homicidio", partim predictam huius legis iussionem corrumpente, est affirmata.

4. Omnibus enim pene notum est, quia usque nunc per pravam cupiditatem deducebantur[a] homines ad sacramentum[a] de cartulis venditionis quae factae erant, et[b] compellabantur[c], quod precium completum non haberent, qui ipsas cartulas habebant et res possidebant[b]: et ipsi emptores deducebant sacramentum, quod pretium completum haberent. Quod nobis et nostris iudicibus illicitum[d] esse comparuit, quia qui[e] pro opinione sua iurare nolebant, dabant pro sacramento suo aliquid et habebant dampnietatem sine causa: et naufragi homines propterea ipsam compellationem faciebant, ut aliquid eis[f] pro ipso sacramento tollere potuissent[g]. Ideo decernimus, ut, si quis cartulam venditionis alicui de aliqua[h] re[h] fecerit et a scriba publico scripta vel a testibus idoneis roborata fuerit, et tam ipse venditor quamque et testes in ipsa cartula subscripserint[i] aut manus posuerint et manifestaverint in ipsa cartula, quod precium inter eos statutum suscepisset: si pulsatus fuerit postea emptor, quod precium ipsum non complevisset, sacramentum exinde non procedat; nisi[k] forte, ipse si ei[k] per wadiam[l] obligavit[m], ipse[n] venditor[n] pigneret[o] fideiussorem suum.

Petre[p], te appellat Martinus, quod ipse vendidit tibi unam suam[q] casam, et conventasti sibi dare 100 solidos, et non dedisti nisi quinquaginta. — Non tibi respondeo, quia ecce carta, quae manifestat de completo precio. — Si carta non manifestat, quod venditor subscripsisset aut testes, iuret venditor qui habebat precii partem, completum non esse.

Expositio: Lex ista dicens, si venditionis carta a testibus et scriba roborata pretium completum esse manifestavit, venditorem de pretio agere non posse, a Codicis libri capitulo[20]..... dissidet. — §. 2. „Vel"[21] et „aut"[22], que in hac lege habentur, procul dubio pro „et" oportet intelligi.

5. Si quis iudex aut quicumque homo missum suum dirigere presumpserit Romam, Raven-

l) ad eum 7—9. m) et per 7—9. n) *e codd.* 7. 8. 10. o) commendamentum 8. 10. p) me app. *om.* 10. q) Probet appellator; si dixerit non posse probare 10. r) Et haec...quosdam *om.* 10. s) *sic* 7. 8; *coniicio tamen, scriptorem litteram* p. *falso esse interpretatum, et* placita *legendum esse. Cfr. form. ad Roth.* 164. 169. *Liutp.* 51. t) aut inde finem faciat *corrig.? Cfr. gloss. et form.*

Cap. 4. *e codd.* 3—9. a) deducebant homines sacr 4; ad *pr. man. om.* 5. b) et qui ipsas cartas habebant et res possidebant compellabantur quod precium completum non haberent 5. c) a venditoribus *add.* 7—9. d) durum 5. e) qui *om.* 7—9. f) eorum 4. g) possint 4. h) rebus 7—9. i) se subscrips. 5. 6. k) nisi forte ei ipse 6; nisi si ei 5. l) se *add.* 5; aliquem *add.* 7—9. m) inobligavit 7—9. n) *desunt* 5. o) comprehendat 6—9. p) *e codd.* 7—10. q) *deest* 7. 10.

Cap. 5. *e codd.* 3—5. 7—9, *abest a cod.* 6.

17) Ludov. P. 22. 18) Liutp. 20. 19) Loth. 92. 20) Cod. titulus: De non numerata pecunia (IV, 30.) spectari videtur. L. 14. C. h. t. 21) „a publico scripta vel a testibus idoneis roborata". 22) „in ipsa carta subscripserint aut manus posuerint".

nam, Spoletum, Beneventum, Franciam[a], Baioeriam, Alamanniam, Recias[b] aut in[c] Avariam[c] sine regis iussione, animae suae incurrat periculum et res eius infiscentur[d].

Glossa: Si quis] Vacua. 7.8.

6. Cognovimus enim, quod per singulas civitates mali homines zavas et adunaciones contra iudicem suum agendo[a] faciunt. Sed[b] ita[b] statuimus, ut si amodo quiscumque homo* adunationem cum quattuor vel quinque aut amplius hominibus fecerit, dicendo, quod voluntatem iudicis sui non faciat, quae[c.d] ille ei[d] recte dixerit, aut ad eius iudicium non vadat[c], confidens in alicuius patrocinio et alios circa se aggregare voluerit, ut ipsi similiter faciant, componat sicut anterius aedictum[23] de seditione contra iudicem suum[e] levata continere videtur**. Si vero de causa regis*** aliquid dicere voluerit, sit ei licentia veniendi ad palacium: et si, super quem dixerit, veritatem approbaverit, sit condempnatus[f] cui approbaverit et suscipiat sententiam secundum qualitatem causae, sicut anterius edictum continet[24]; et si veritatem approbare non potuerit, fiat ei datus in manus cum rebus suis et[g] faciat de eo quod voluerit. Violentiam[h] quidem si sustinuerit aliquis a[i] iudice suo aut ab alio homine, et iudex neglexerit iudicare aut[k] forsitan attenderit ad gasindium vel ad parentem[l] aut amicum[m] suum vel ad premium et legem non iudicaverit, tunc veniat ad palatium et reclamet suam violentiam. Et si probatum fuerit, non computetur in adunatione[n] ei qui proclamavit, sed ipse iudex componat widrigild suum, medietatem regi et medietatem cui iustitiam denegavit, et honorem suum amittat. Arimannus[o] quidem ille si mentitus fuerit et dolose hoc dixerit[p], et si antea venerit ad palacium quam ad iudicem[q] suum vadat ad iudicium[q], si habuerit unde[r] componeret[s], componat solidos 50[r], medietatem regi et medietatem iudici suo. Et si talis homo fuerit, qui non habeat unde componat, accipiat[t] disciplinam, ut ipse emendatus[u] fiat[u], et[v] alii[v] hoc facere non presumant[w].

* *privatus a dignitate* per[x] kapitulum Lotharii (55.), nam publicus non morietur, donec in presentiam regis veniat, si haec seditio per neglegentiam comitis fuerit. 7—9 *et in marg.* 4. ** *si haec non per obligationem fuerit, non per sacramentum neque per dextram* per kapitula Lotharii (5. 67.) „Volumus“ „De conspirationibus“. 7—9 *et in marg.* 4.
*** *quae est posita in initio nostri antecessoris Rotharis* secundum quosdam. 7—9 *et in marg.* 4.

Glossae: zawas] id est rixas. 3.4. id est firmamentum ad bellum. 5.7.8. — *sicut anterius aedictum]* aliter per capitulare. 5. — *dicere]* id est iudicem accusare secundum vl. 4. — *secundum qualit. causae]* id est ut moriatur aut qualiter regi placuerit per Rotharem (9.). 4. — *sicut anterius edictum]* ut legitur in Codice[25]: „Si quis crimen intenderit“. 5.7.8. — *et iudex neglexerit]* Nota quod sui negotii fit iudex. 4. Hic videri potest, quod iudex facere debet iustitiam de semet ipso. 5. — *ad gasindium]* id est qui sine benefitio servit. 4. — *Arimannus]* Omnis liber homo dicitur erimannus, qui manui id est potestati domini suppositus est secundum vl. 4.

Petre[y], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu fecisti adunationem cum quattuor hominibus contra tuum comitem dicendo, quod voluntatem eius non[z] faceres, quam tibi recte dicebat, et tu fuisti in capite.

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod Dominicus fecit adunationem contra suum comitem dicendo, quod voluntatem eius[z] non faceret, quae sibi recte dicebat, et tu fuisti cum ipso.

Petre comes, te appellat Martinus tuus erimannus, quod ipse reclamavit se ad te, quod tu faceres sibi iustitiam de Dominico, qui habebat occisum suum patrem, et tu adtendisti ad praemium et non fecisti sibi iustitiam.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes partis publice advocatus, quod tu adunationem cum quattuor aut pluribus hominibus fecisti dicens, te voluntatem tui iudicis non facturum de eo quod ille recte dixerit, aut ad eius iudicium non iturum, et huius caput fuisti.

§. 2. Dicens lex ista: „sicut in anteriori edicto contineri videtur“ superiorem legem que est „Si[23] quis sine voluntate regis“ reducit memorie. Que utraque rumpitur a Lotharii[26] capitulis que sunt „Volumus de obligationibus“ „De conspirationibus“, quia, si sacramento aut dextra aut obligatione hec adunatio fuerit, non hac lege finietur sed predictis capitulis; si vero neque sacramento neque dextra aut obligatione fuerit, et rei caput aliqua dignitate sublimatus est, non morietur, donec regis venerit in presentiam, Lotharii precipiente capitulo „Collecta[27] ad malum faciendum“. — §. 3. Hec lex dicens: „fiat ei datus in manus cum rebus suis“ Rotharis legem quae est „Si[24] quis qualemcumque“ partim rumpit, in qua dolosus accusator widrigild iubetur componere. — §. 4. Quod autem in hac lege habetur: „si vero de causa regis aliquis dicere voluerit“, dicebant quidam, universaliter de qualibet causa regis esse intelligendum, referendo quod inferius legitur: „sicut anterius edictum continet“ non ad solam edicti legem sed ad maiorem edicti partem. Sed male dicebant: non enim de alia causa intelligendum est esse locutum, nisi de his de quibus lex Rotharis quae est „Si[24] quis qualemcumque hominem ad regem accusaverit“ loquitur, ad quam „anterius edictum continet“ refertur, quia non su-

a) vel ad Fr. 7—9. b) Greciam 7—9. c) *sic* 4; Navariam 7—9; Frantiam 5. d) in fisco socientur 7.8.

Cap. 6. *e codd.* 3—9. a) agentes 5.6; *deest* 7—9. b) Ideo 7—9. c) aut ad eius iudicium non eat quod ille recte dixerit 7—9. d) *sic* 4; qui ei 5; quod ille 6. e) *deest* 6—9. f) ille *add.* 7—9. g) ipse *add.* 4.7—9. h) Sed violentiam 7—9. i) aut a 4. k) *deest* 4. l) parentes 6—9. m) ad am. 5. n) adunationes 7—9. o) erimannus 7.8. p) egerit 6. q) iudicis sui vadat iudicium 6. r) unde componat, solidos L. 7—9. s) componere possit 5.6. t) suscipiat 4. u) emendetur 6—9. v) et ut alius 7—9. w) presumat 7—9. x) per kap. *rell. om.* 4.9. y) *e codd.* 7—10; *in cod.* 9 *placitum primum tali modo coniungitur secundo:* P. te appellat M., qui est advocatus de parte publica, quod tu fecisti vel D. fecit adunationem cum quatuor hominibus contra tuum comitem dicendo quod voluntatem eius non faceres vel faceret quam tibi vel sibi recte dicebat, et tu fuisti cum ipso vel fuisti in capite. z) non faceres.....voluntatem eius *om.* 7.

23) Liutp. 34. 24) Roth. 9. 25) L. 3. C. legem Iul. maiest. (IX, 8.) 26) Loth. 5. 67. 27) Loth. 55.

perius de alia regia causa accusator nisi de **illis** dicitur esse culpabilis. Et etiamsi universaliter de qualibet causa regis loqueretur, ut ipsi dicebant, iam haec iniquitas inde procederet, quod, si quis quemlibet accusaret, quod regis[a] servum rusticanum in facie plagasset, et veritatem non[b] approbaret accusator, iuxta hanc legem cum omnibus rebus suis in manus accusati esset tradendus, cum, etiamsi accusator veritatem approbasset, appellatus tamen nisi solidos 2[28] iuxta hanc[29] legem que causam regis duplicare facit esset compositurus. — §. 5. „Qualitatem cause“ ideo hec lex posuit, quia accusatus ad regem quandoquidem incurrere debet anime periculum et omnes res suas ammittere, quandoquidem aut incurrere periculum anime aut solidos 900 debet componere, ut patet in legibus Rotharis in initio positis[30], quarum lex Rotharis quae est „Si[24] quis qualemcumque hominem“ diffinitio esse dicitur. — §. 6. Lex[31] hec dicens: „et si veritatem approbare non potuerit, fiat ei datus in manus“ et cetera predictam legem Rotharis quae est „Si[24] quis qualemcumque hominem“ partim rumpit, in qua, si approbare non potuerit, solum widrigild iubetur componere. — §. 7. Superiores leges Rotharis et Liuprandi[32] penam aliam, quam que in hac lege habetur, comitis perpetrande iustitie neglegentiae imponentes a lege ista corrupte sunt, scilicet, si comes ad amicum vel ad premium attenderit ut widrigild et dignitatem ammittat. Pipini capitulum quod est „De[33] universali quidem populo“, comitem, si ad gasindium vel ad parentem vel ad premium adtenderit, widrigild dare et ammittere dignitatem precipiens, legem istam corroborat.

7. Si quis causam alterius agere aut causare presumpserit in presentia regis aut iudicis, excepto si[a] rex aut iudex licentiam dederit[a] de vidua aut de orphano aut de tali homine qui causam suam agere non potest, componat widrigild suum, medietatem regi et medietatem illi[b] contra quem causaverit. Et si forte[c] aliquis per simplicitatem causam suam agere nescit, veniat ad palacium; et si rex aut iudex previderit, quod veritas sit, tunc ei dare debeat hominem qui causam ipsius agat. Nam[d] si[d] iudex hoc consenserit, exceptis his capitulis, et non emendaverit, et[e] ipse similiter componat widrigild[f] suum in palatio regis[f]. Si[g] enim[h] quiscumque[i] liber[k] homo[k] in servitio[l] de gasindio[l] regis aut de[m] eius fidelis introierit, et iudex, de[n] sub quem fuerit[n], dolose eum opprimere quesierit, pro eo quod ipse[o] in alterius servitio[p] introivit, et[q] per ipsum dolum illicite iudicaverit[q], aut forsitan ab[r] ipso iudice suo[r] iusticiam[s] invenire non potuerit, tunc componat iudex sicut supra legitur[t]. Et ille in cuius obsequio est habeat licentiam causam eius agere et usque ad legem perducere; sic tamen, ut antea vadat ad iudicium de iudice suo, ut ab ipso suscipiat iusticiam suam.

Glossa: Si quis causam] ♀ *(partim obiit)* per kapitulum Karoli (103.) Si quis in iuditio iniuste. 4.5.7.8.

Petre[u], te appellat Martinus, quod tu fecisti unam plagam in capsum[v] ad Marcoardum. — Da vadia de widrigildo, quia tu agis causam alterius. — Aut probet, quod sit sibi data actio, aut[w] componat widrigild. Si dixerit: „iste est simplex aut est orphanus aut vidua, et comes dedit michi licentiam“, aut probet, aut emendet widrigild.

Petre comes, te appellat Martinus, quod Dominicus egit alterius causam contra se in tua praesentia, et[x] tamen consensisti pro eo agere[x], et non erat vidua nec orphanus ipse, de cuius causa agebat nec talis qui bene non possit agere causam suam, et[y] non emendasti[y].

Petre comes, te appellat Martinus, quod propter[z] quod[a] ipse intravit in servitio de gasindio regis iudicasti ei illicite.

Expositio: Lex ista roboratur a Pipini capitulo quod est „Ut[34] vidue et orphani“, in quo orphani vel vidue tutor, si pro eis agere aut respondere noluerit, ut comes alium concedat, precipitur. — §. 2. Quod in hac lege habetur: „de tali homine“, ad utrumque sexum referendum est, veluti de surdo et muto, mente capto et virginibus et similibus. — §. 3. In eo quod lex ista dicit: „ille in cuius obsequio est, habeat licentiam causam ipsius agere“ ab Octonis capitulo „Laycorum[35] vero“ corrumpitur. Sed non est rupta, quia ita salvari potest: predictum Octonis capitulum intelligendum est de eo tantum advocato locutum esse, qui solis in ipsis pugnis, quas Octo fieri iubet, est habendus.

8. *Si quis inquirit secretum regis, ut ad dannum eius palam faciat id in extraneis provinciis, volumus ut tam inquisitor quam propalator animae suae incurrat periculum, et res eorum fisco socientur* per[a] sequentis rusticitatem. 7—9.

Relatum est nobis, quod sunt aliqui pravi homines qui submittunt in palacium nostrum secretum nostrum[b] discendo, ut aut per deliciosos aut per hostiarios[c] vel per[d] alios homines captiose aut absconse aliquid investigare possint, quicquid nos agimus; et ipsi qui rogantur, quicquid cognoscere possunt, eis mandant aut nunciant nostra[e] secreta[e],

a) ei *cod.* b) non *om. c.*

Cap. 7. *e codd.* 3—9. a) si lic. habuerit ab illis 5. b) *deest* 5. c) forsan 4; forsitan 5. d) Si vero 5.6; Nam et si 7—9. e) et *om.* 5—9. f) widrigild s. regi 5; in pal. r. w. suum 7—9. g) *incipit hic cap.* VIII *in cod.* 4. h) autem 4.7—9. i) qualiscumque 6—9. k) homo liber 7—9. l) servitium gasindii 5.6. m) *deest* 5; in 6—8. n) *sic* 4; sub cuius dictione ipse f. 5; sub cuius iudicio f. 6; sub cuius iudicii dicione f. 7—9. o) *deest* 7—9. p) obsequium 6—9. q) et legem p. i. d. non iud. 6—9. r) ad ipsum iud. suum 7—9. s) suam *add.* 5. t) lex est 5.6. u) *e codd.* 7—10. v) capite 9. w) ut 7—9. x) et tamen.....agere *om.* 10. y) *verba* et non emend. *in codd.* 7—9 *posita sunt ante:* et tamen consensisti *rell.* z) ideo quia 10.

Cap. 8. *e codd.* 3—9; *eiusdem capitis brevior forma a glossatore concepta in codd.* 7—9. a) per s. rust. *om.* 9. b) *deest* 7—9. c) austiarios 7—9. d) per *om.* 6—9. e) nostrum secretum 7—9.

28) Cfr. Roth. 104. 29) Roth. 370. 30) Roth. 1—8. 31) Idem glossator iam in §. 3 exposuit. 32) Roth. 150; Liutp. 25—27. 33) Pipin. 7. 34) Pipin. 5. 35) Otto I. 8.

et[f] adhuc in extraneas provincias mandatum faciunt[g]. Sed apparet nobis, ut[h] qui talem causam perpetrare presumpserit non est in fide sua rectus, sed in mala suspicione manere videtur: unde decernimus, ut qui in tali causa amodo detentus[i] fuerit, tam qui submittit quam qui submittitur, animae suae incurrat periculum, et res eius infiscentur, quia, sicut dicit scriptura[36], „secretum regis abscondere bonum est, opera autem[k] Dei revelare honorificum[k] est"[l].

Petre[m], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu fuisti summissus in palatio regis ad discendum secretum regis, et fecisti mandatum in extraneam provinciam.

Quoniam[a] prophetica nos vaticinatio ammonet dicens: „iuste iudicate, filii hominum" et alibi: „iusticiam dicite, qui habitatis terram, quia iustus dominus iusticiam diligit", illa nos sedule convenit sancire[b], ut gens[c] nobis commissa[d] in iudicio non[e] gravetur[f] et omnipotenti Deo, cuius opitulatione regnamus, in omnibus placere valeamus, decessorum nostrorum sequentes exempla, qui, redemptori omnium seculorum pleno pectore placere desiderando, pro sibi commissae gentis tuitione[g], ut recto moderamine regeretur[h], leges imposuerunt. Idcirco ego[i] Dei omnipotentis auxilio Astulfus[k] precellentissimus[l] catholicae gentis Longobardorum rex, precessorum nostrorum omnia instituta perpendens, quedam[m] ibi reperimus non adnexa, de quibus maximus error nostros iudices ad danda iudicia involvebat, anno felicissimo regni nostri in Dei nomine quinto[n] die Kalendarum Marciarum, indictione septima, convocatis ex diversis partibus regni nostri pertinentibus iudicibus communi consilio in edicti pagina affigi statuimus, quae praecellentiae[o] nostrae iuxta Deum iusta comparuerunt, quatenus et iustitia maneat, et nostrorum iudicum iudicio omnis obscuritas illuminetur.

Ius[p] gerit Astulfus[q] residens in margine cursus[r].

1.[a] Recolimus in anterioris[b] edicti pagina[37] esse insertum, ut[c], si frater decesserit absque filiis filiabus et sorores reliquerit, ipsae ei heredes succederent[d]; nam ametanes[e] suorum nepotum possessionem[f] nullo modo capere poterant, quia nichil de eisdem[g] ametanibus[h] ipsum[i] continet aedictum[i], nisi[k] aut sorores aut parentes propinqui succedebant[l], et, dum remanebant in capillo in casa inordinatae pacientes necessitatem[m], servis se copulabant. Ideo nobis[n] Deo inspirante statuere previdimus, ut, si quis Longobardus moriens sororem unam aut plures in capillo in casa reliquerit et filium unum aut plures, filii ipsius debeant perpensare, qualiter ametanes[e] eorum absque necessitate vivere possint secundum qualitatem substantiae suae[o], ut ametanes[e] eorum indigentiam non patiantur, neque de victu, neque de vestimento, sed nec de obsequio suo. Et si in sacro monasterio sub statuta regula vivere voluerint, ab ipsis suis[p] nepotibus ordinentur, ut illis previsum fuerit aut convenerit. Si autem predicti nepotes decesserint absque filiis filiabus aut intestati et sorores* reliquerint, ametanes[e] eorum quae in casa in capillo remanserint cum ipsis neptibus[q] suis in rebus nepotum et fratrum succedant aequaliter, quantecunque fuerint.

* *ex[38] parte patris.* 7—9.

Glossae: ipsum continet edictum] a Liuprando[39], propter „ipsum", secundum quosdam vanos[r]. 5.7.8. scilicet per omnem anticum aedictum[40]. 7.8. — *aut sorores]* scil. solae. 5.7.8. — *quantaecumque fuerint]* Nam amita aliter non succedit, nisi ut hic legitur secundum vl. 4.

Expositio: Lex ista dicens: „in anterioris edicti pagina" superiorem legem que est „Si[37] quis Longobardus sorores reliquerit" memorie reducit.

2. Anterioris[a] edicti leguntur capitula[a. 41], ut, si quis Longobardus pertinentem[b] suum[b] in quartam manum tradiderit et a se amund fecerit aut circa altare deducendum sacerdoti tradiderit, soluti[c] ab omni conditione servitutis[d] permaneant[e]. Sed[f] quoniam perversi homines benefactores suos accepta libertate postponebant, et ipsi eos postmodum retinere nequaquam valebant, multi homines, timentes, ne sui liberti eos postponerent, libertatem eis facere omittebant. Propterea statuimus*, ut, si quis Longobardus pertinentem[b] suum[b] thingare voluerit in quartam manum[g] et cartulam illi[h]

f) ut 7—9. g) fiat 7—9. h) ille *add.* 6—9. i) temptus 4.5. k) *deest* 7—9. l) Expl. legis *subscriptio in cod.* 3; Expl. Ratchis *in cod.* 4; Explicit edictum domni Rachis religiosissimi regis *in cod.* 5. m) *e codd.* 7—10.

Prologus e codd. 4.7—9., *abest a codd.* 3.5.6. a) INCIPIT PRAEFATIO AISTULF. *inscriptio in cod.* 4; Astulfus rex 7; Astulfus rex incipit 9; Astulphus *in marg.* 8. b) scire 7—9. c) gentes 7—9. d) commissae 7—9. e) *deest* 4. f) graventur 7—9. g) gubernatione 7—9. h) regerentur 7—9. i) *deest* 4. k) Aistulfus 4; Astulphus 7.8. l) precelsus 7—9. m) quoniam quedam 7.8. n) primo 7—9, *sed postpositum post* anno. o) excellentiae 7—9. p) *versum hexam. exhibent codd.* 5.7—9. q) astulphus 5.7.9. r) cursso *corr.* 9, cusus *Murat. coniecit.*

Cap. 1. *e codd.* 3—9. a) Incip̄ legis domnus Astulfus rex addidit *inscr. in cod.* 3; Incip̄ kap̄ domni aistulfi regis *in cod.* 4; Incipit edictum domni astulfi serenissimi et electi regis longobardorum *in cod.* 5. b) anteriore 4. c) ut *om.* 6—9. d) succedant 6—9. e) amitae 6—9. f) successionem 5.8. g) eis 7—9. h) amitis 6—9. i) in ipso continetur edicto 4.6. k) nam si 9; nam 7.8. l) succedant 5.6; succedere debent 7—9. m) necessitates 7—9. n) *deest* 7—9. o) *deest* 6—9. p) *deest* 7—9. q) nepotibus 9 *et pr. man.* 7.8. r) a. 5.

Cap. 2. *e codd.* 3—9. a) In anterioris edicti corpore legitur ita 5. b) pertinentes suos 7—9. c) solutus 5.6. d) *deest* 4.5. e) permaneat 5.6. f) Et 7—9. g) dando *add.* 4.7—9. h) illis 7.8.

36) Tobias 12, 8. 37) Liutp. 3. 38) Cfr. expos. §. 5 ad Liutpr. 3. 39) Sic Bagelardus quoque in expos. §. 1 ad Roth. 153. (pag. 320 lin. 40.) 40) Sic Bonifilius loco cit. 41) Roth. 224; Liutp. 9. 23.

fecerit et sibi reservaverit servicium ipsius[i] dum advixerit et decreverit, ut post obitum eius liber[k] sit[k], stabilis[l] debeat permanere secundum textum cartule quam ei[m] fecerit. Quia iniustum[n] nobis apparuit, ut homo benefactorem suum vivente eo dimittere[o] debeat. Nam qui in ecclesia liberum dimiserit per manus sacerdotis, sic maneat ei[p] libertas[p], sicut anterius edictum continet.

* *ut*[q] *voluntas et ordinatio adimpleatur defuncti*[42]. 7—9 *et in marg.* 4.

Expositio: Rotharis legem quae est „Si[43] quis servum suum proprium" et Liuprandi legem quae est „Si[44] quis servum aut ancillam" lex ista dicens: „Anterioris edicti legitur capitulis" commemorat.

3. Cognovimus[a] multociens, perfidos homines contra voluntatem defunctorum parentum suorum[b] agere, dum ipsi pro animabus suis per loca venerabilia res suas distribuebant et pertinentibus suis simplicem[c] libertatem cum rebus suis[d] quibuslibet donabant, et cum ipsis hominibus per astutiam agebant, et eos a suis cespitibus removentes in suum servicium replicabant, postmodum[e] libertatem simul et res amittebant. Ideo previdimus hanc resecare maliciam, ut voluntas et ordinatio adimpleatur defuncti, et ita sanctimus, ut, si quis Longobardus per cartulam in sanitatem[f] aut egritudinem[f] res suas ordinaverit, et dixerit eas habere loca venerabilia, et familias, per quas res ipsae excolantur, liberas esse dixerit, ut in[g] ipsis religiosis locis redditum faciant secundum ipsius statuta, reddant omni tempore iuxta domini sui preceptionem ipsi et filii filiorum[h] et sint liberi de suis personis, sicut dominus eorum instituerit[i], et ab eius heredibus non replicentur, nec a suis cespitibus removeantur, sed ab ipsis locis venerabilibus defensentur: excepto si sua voluntate voluerint exire, licentiam habeant in sua libertate exire et vivere ubi voluerint*. Nam si ad finem mortis properaverit, ita ut nec thingare hominem suum possit neque in manus sacerdotis tradere circa altare liberum[k] dimittendum propter subitaneam mortem, et instituerit, ut post eius obitum per manum sacerdotis, qualem designaverit, circa sacrum altare duci debeat, causa miserationis decrevimus, ut, sicut dominus eorum preceperit, ita impleatur[l], et sacerdos, quem designaverit, eum[m] absque cuiuscumque contradictione absolvat[n], et liber permaneat: quia maxima merces nobis esse videtur, ut de servitio servi ad libertatem deducantur[o], eo quod redemptor noster servus fieri dignatus est[45], ut nobis libertatem donaret. Si vero aliquid ei in ipso exitu suo donaverit aut donare preceperit, stabilis ei ipsa donatio permaneat, quia apostoli Pauli auctoritas[46] maxime ad domesticos fidei beneficium prebere iubet. Et pro launechild imputetur ei servitium suum, eo quod servus non habet unde[p] launechild ei[q] faciat.

* *ut voluntas et ordinacio defuncti adimpleatur.* 7—9 *et in marg.* 4.

Glossa: distribuebant] Nota: Hic videtur, quod homo potest totas res suas si vult pro anima sua distribuere absque voluntate heredum. 4.

Petre[r], *te appellat Martinus, quod tu es servus suus et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Liber sum: ecce carta libertatis, quam pater tuus michi dedit*[s]. *— Aut dicat falsam aut taceat.*

Petre, te appellat Martinus, quod pars monasterii sancti Petri, unde tu es advocatus, tenet sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra propria est de monasterio per cartam quam pater tuus fecit.

Petre, te appellat Martinus, quod tu es servus suus et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Liber sum per cartam, quam michi fecit Paulus presbiter. — Quid pertinuisti ad presbiterum? — Pater tuus liberum[t] *non potuit me dimittere propter subitaneam mortem et commendavit, quod presbiter Paulus*[u] *dimitteret me liberum.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi terram malo ordine in tali loco. — Dominus meus, quando venit ad mortem, donavit michi ipsam terram.

Expositio: Si presbiter, cui defunctus commisit, servum libertare[v] noluerit, usu et iustitia debet ab episcopo coerceri. „Redemptor enim noster servus fieri dignatus est id est obediens usque ad mortem"[45].

4. A nostris decessoribus iam antea[47] est institutum, ut Longobardus potestatem habeat, filium suum sibi bene servientem de[a] rebus suis meliorare[a]: de filiabus[b] non continebatur. Ideo statuimus, ut, si[c] duas filias habuerit et filium non reliquerit, potestas[d] ei sit[d], unam filiam suam, qualem voluerit, meliorare tercia parte rerum[e] suarum[e]; et[f] si tres fuerint, quarta[g], et si amplius fuerint, per hanc racionem computetur.

Glossae: filiam suam] scil. sibi bene servientem; vel male per huius legis intellectum „qualem voluerit" secundum vl. 4. — *meliorare]* scilicet male servientibus[48]. 7.8.

Maria[h] *cum Dominico tuo tutore, Alberga cum Stephano suo tutore te appellat, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco.*

Expositio: Liuprandi legem quae est „Si[47] quis Longobardus filiis suis" lex ista reducit memorie. — §. 2. Lex ista ideo in principio est locuta

i) ipsorum 7—9. k) liberi sint 7—9. l) stabile 7—9. m) eis 7—9. n) iustum 5. o) non *add.* 5. p) liber, *om.* ei, 5.6. q) *sic* 4; aut 7—9.

Cap. 3. *e codd.* 3—9. a) etenim *add.* 4. b) *deest* 7—9. c) simpliciter 7—9. d) *deest* 5.6. e) et postm. 7—9. f) sanitate a. egritudine 7—9. g) in *om.* 5—9. h) eorum 6; suorum *add.* 7—9; illorum *add. corr.* 4. i) instituit 7—9. k) ad lib. 4.7—9. l) adimpleatur 7.8. m) *deest* 7—9. n) eum abs. 7—9. o) ducantur 5.7.8. p) aliud *add.* 5. q) ei *om.* 4.6. r) *e codd.* 7—10. s) fecit 10. t) *deest* 10. u) I. 7.8. v) libertatem *cod.*

Cap. 4. *e codd.* 3-9. a) meliorare de rebus suis 5.6.9. b) autem *add.* 6. c) Longobardus *add.* 7—9. d) potestatem habeat ei esse 7—9. e) de rebus suis 7—9. f) et *om.* 7—9. g) parte *add.* 5.6. h) *e codd.* 7—10.

42) Cfr. Ast. 3. 43) Roth. 224. 44) Liutp. 9. 45) Epistola ad Philipp. 2, 7.8. 46) Epist. ad Galat. 6, 10. 47) Liutp. 112. 48) Cfr. gloss. ad Liutp. 112.

pluraliter, quia, licet tantum unus decessor hoc in lege instituit, plures tamen voluntate et vulgari locutione sine scriptis id antea instituerint. — §. 3. Rotharis legem que est „Si pater filiam suam“[49] partim lex ista corrumpit, quia ibi filia, quicquid ei ad virum eunti pater dederit, in commune precipitur mittere; hic vero, si due sunt, unam quamlibet voluerit meliorare patri conceditur. Sed ita salvatur, quia illud, unde predicta lex Rotharis loquitur, non erat ei datum a patre specialiter pro melioratione; sed unde hec lex loquitur, specialiter pro melioratione dabatur, ideoque non est ponendum in confusum id est in commune[50].

5. Si quis Longobardus decedens[a] uxori suae usumfructum de rebus suis iudicare voluerit[b] et filios vel filias ex ea reliquerit, non amplius ei pro[c] usufructu iudicare possit quam medietatem ex[d] sua substantia super illud quod ei in morgincap et meta secundum legem[51] datum fuerit. Et si filios aut filias ex[e] alia uxore reliquerit unum aut duos, possit uxori suae tertiam porcionem ad usumfructum relinquere; si[f] fuerint tres, quartam partem; si[g] amplius[g], per hunc numerum computetur: morgincap et metam, quod[h] ei legibus datum[i] est, habeat inantea. Si quidem nupserit postea aut mortua fuerit, ususfructus in integrum ad heredes revertatur. De meta vero et morgincap fiat secundum anterius edictum[52].

Glossae: Si quidem nupserit] Non enim dari potest nisi sub hac conditione, nam non datur quoad vixerit, nisi caste vivat mulier[k] secundum vl.[k] 4.5.7.8. — *In codd.* 5.7.8 *huic capiti adscripta inveniuntur talia:*

Ususfructus datur uxoribus a maritis
- de omnibus suis maritorum rebus, si volunt,
  - si maritus decedens filios vel filias non reliquerit ullas.
  - si maritus decedens alios liberos non reliquerit ullos; secundum quosdam.
- non de omnibus suis maritorum rebus, etiamsi volunt ipsi mariti,
  - ut de medietate rerum suarum, si filios habeat tantum de hac cui reliquit.
  - ut de tercia, si unum aut duos; de quarta, si tres; de quinta, si quattuor, et tam deinceps filios habuerit de alia uxore, etiamsi habuerit filios de hac.
  - ut de tercia, et ut dixi, etiamsi tantum habuerit filios de priore.

Ususfructus
- aliter datur Romanis
  - usque dum nupserint.
  - usque dum vivunt, si absque copula vixerint.
  - usque dum vivunt, etiamsi postea nupserint.
- aliter Longobardis mulieribus
  - usque dum vivunt, si absque copula vixerint.
  - usque dum nupserint.

Maria[1] *cum Dominico tuo tutore, te appellat Petrus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea est per usumfructum, et ecce cartula quam michi maritus meus fecit. — Si cartula manifestat sicut ista lex dicit, aut dicat falsam aut taceat.*

Martine, te appellat Petrus, quod tu tenes sibi terram malo ordine in tali loco. — Mea propria est per successionem Albergae meae mulieris. — Non debes tu eam succedere in ipsam terram, quia fuit suus ususfructus, et lex commendat, quod revertatur ad me.

Expositio: Si quis, secundam habens uxorem et ex utrisque filios, ei usumfructum concedere voluerit, non iuxta secunde sed secundum prioris filiorum numerum usumfructum oportet concedere. — §. 2. Quod in hac lege habetur: „de meta et morgincaph fiat secundum anterius edictum“ ita oportet intelligi, ut non ad prioris viri heredes sicut ususfructus redeat, sed ille, qui eam mundio suam fecerat, succedat[m], ut in posteriori Liutprandi lege habetur: „Si[53] sorores in casa patris remanserint“, ad quam hec lex dicens: „fiat secundum anterius edictum“ respexit; ibi enim legitur: „ille ei[n] succedat, qui eam per mundium suam fecit“. Respexit quoque legem Rotharis que est „Si[52] pater filiam suam aut quamlibet parentem“, quia ibi legitur: „et si noluerit accipere, habeat ipsa mulier morgincaph et quae a parentibus adduxit id est faderphium“, atque primam Liutprandi legem, iuxta quam tam primi viri, quam secundi, quam tertii filii non solum in metam atque quartam, sed in omnem eius substantiam matri, si vidua moritur, equaliter omnes sunt successuri. Sed si moritur vivente tertio marito iuxta Henrici capitulum quod est „Quicumque[54] ex quacumque natione“ soli tertii viri filii ex utrisque nati non solum in metam et quartam, sed in eius omnem substantiam hodie sunt successuri. — §. 3. Legem istam memorie reducit Widonis capitulum quod est „Volumus[55] preterea“.

6. Pervenit ad nos, quod, dum quidam homines ad suscipiendam sponsam cuiusdam sponsi cum paranimpha et troctingis ambularent, perversi homines aquam sordidam et stercora super ipsam iactassent. Sed quia cognovimus malum[a] hoc per singula loca fieri, previdimus, ne pro hac causa scandala vel homicidia surgant, ut, si quiscumque[b] liber homo talem rem facere temptaverit[c], componat solidos 900, medietatem regi et medietatem ad[d] mundoaldum[d] eius. Nam si homines pertinen-

Cap. 5. *e codd.* 3—9. a) voluerit *add.* 5.6.9. b) *deest* 5.6.9. c) de 7—9. d) de 5.6.9. e) de 6—9. f) et si 6—9. g) si autem amplius fuerint 4; si vero plures fuerint 5; et si plures 6. h) quae 5.7—9. i) data 5.7—9. k) mulier s. vl. *om.* 5.7.8. l) *e codd.* 7—10. m) siant *cod.* n) enim *cod.*

Cap. 6. *e codd.* 3—9. a) malum *post* loca *transferunt* 7.8. b) quis 4.6. c) presumpserit 9. d) mundualdo 4.5.7.

49) Roth. 199. 50) Similiter expos. §. 2 ad legem cit. 51) Liutp. 7. 52) Roth. 182. 53) Liutp. 14. 54) Heinric. I. 1. 55) Wido 7.

tes hoc[e] fecerint sine voluntate domini sui[e], et si dominus eorum per sacramentum se[f] purificare ausus fuerit, quod cum eius voluntate nec[g] consilio vel consensu factum non fuisset, servi ipsius tradantur in manus mundoaldi[h] eius, et ipse faciat de eis quod ei placuerit; amplius[i] patronus calumpniam non habeat[k]. Et si iurare non presumpserit, componat sicut supra legitur solidos[l] 900[l].

Glossae: paranimpha] baiulans mulier. 4. — *troctingis]* mimis. 4. — *homines pertinentes]* id est servi. 4.

Petre[m], hoc te appellat Martinus, quod Maria sua mundoalda ibat, ut esset paranimpha cum ioculatoribus de sponsa Pauli, et tu vel servi tui proiecisti aquam sordidam et stercora super ipsam. — De torto. — Approbet appellator, si potuerit; si non[n], exdicat se appellatus, vel emendet sicut lex est.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu aquam sordidam et stercora in Albergam, que sub eius mundio, paranimpham ad Petri uxorem suscipiendam euntem iactasti.

§. 2. Grimoaldi legem que est „Si[56] servus talem culpam" partim lex ista corrumpit, quia, si domini voluntate servus iniuriam istam fecerit, non eum dominus ad occidendum tradet, sed dabit 900 solidos, unde Rotharis legem que est „Si[57] quis mulieri libere" affirmat.

7. Si quis Longobardus cum pontificibus abbatibus vel custodibus ecclesiarum seu senodochiorum prepositis de quibuscumque rebus convenientiam fecerit*, et penam inter[a] se[a] pars[b] parti[b] obligaverit[c] et heredes vel successores suos[d] colligaverint[e], et idonei homines interfuerint, non possit[f] postea ab eorum successoribus removeri**, sicut nec removetur ab eodem Longobardo, excepto si poenam obligatam componere voluerint[g]. Si vero commutationem fecerint de casis terris vel familiis, et[h] fuerit[i] inter missus regis vel pontificis seu iudicis aut tales homines tres quorum fides ammittitur, et res meliorata eis apparuerit tunc, quando ipsa commutatio facta fuerit, quod pars loci religiosi suscipiat nullo tempore[k] postea ab eorum successoribus removeatur, sed semper commutatio ipsa[l] firma permaneat, et, si removere voluerit, penam inter se colligatam[m] componat[n].

* *non ut alienetur res aecclesiae, nisi secundum legem Romanam.* 7—9 *et in marg.* 4. ** *nisi sit contra legem Romanorum* secundum[o] a.[o] 7—9 *et in marg.* 4.

Glossae: Si quis] Vacua per *(Ludov. P.* 53.*)* Omnis ordo. 5.6.8. per kapitulum Lotharii (21.) De precariis quoque. 5.7.8. — *et heredes vel succ. suos coll.]* Nota: Hic videtur quod homines possunt suos obligare heredes et filios, et quod episcopi vel abbates suos successores, si res facte ab eis racionabiliter sunt per kapitulum Lotharii (21.) De precariis quoque. 4. — *excepto si poenam oblig.]* Hic videtur, quodsi aliquis vult solvere poenam, ut sit solutus, excepto de propinqua alii desponsata per legem Rotharis (178.) et per legem Liuprandi (118.) Si quis filiam aut quamlibet parentem. 4. — *componere voluerint]* scil. successores. 5. — *Si vero commut.]* Bona usu. 5. — *missus regis]* scil. quando ecclesia est regalis. 4. — *vel pontificis]* scilicet quando est episcopatus. 4. — *vel iudicis]* scil. quando est ecclesia propria iudicis. 4.

Petre[p], te appellat Martinus, quod tu tenes terram malo ordine in tali loco ad partem episcopii sancti Syri, unde ipse est advocatus. — Ipsa terra michi concessa est per libellum. — Falsus est ipse libellus. — Si dixerit advocatus: „tu subtraxisti te de adimplere sicut legitur in libello", aut probet aut det penam. Si dixerit: „mea propria est per commutationem", tunc advocatus probet, quod ecclesia accepit peioratam rem, aut dicat cartam falsam.

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes Papiensis episcopus et Andreas eiusdem episcopi advocatus, quod tu adversus episcopi ipsius partem terram tali in loco malo ordine detines.

§. 2. Quamquam in libello scriptum sit: „et post penam solutam hoc libellum in suo maneat robore", lege autem ista datur intelligi: si episcopi vel abbatis successor libelli penam solvere voluerit, res a precessore libello concessas recuperare potest. Sed hodie absque solutione[q] pene[q] iuxta Lotharii capitulum „De[58] precariis quoque" res a precessore concessas libello vel alio modo recuperare potest ita, si inrationabiliter veluti absque proficuo ecclesie concesse fuerint. — §. 3. Lex ista, commutationes coram misso regis vel pontificis seu iudicis aut coram hominibus, quorum ammittatur fides, a Longobardis cum pontificibus abbatibus vel custodibus ecclesiarum seu senodochiorum prepositis factas valere precipiens, Novellarum leges[59] corrumpit, quae ecclesiam, nisi cum aliis[r] ecclesiis aut cum rege, commutationes facere prohibent, nulla differentia posita, utrum sit cum proficuo ecclesiae vel non. Moderno tempore lex ista inde corrumpitur et predicte Novellarum leges inde affirmantur. Quia ab omni ecclesiarum ordine hodie iuxta capitulare[60] lege Romana vivitur et in Caroli capitulo quod est „Sicut[61] consuetudo nostrorum est, Romanus vel Longobardus" et cetera unusquisque tam Romanus quam Longobardus iuxta suam legem scriptionem facere precipitur, tunc omnis ordo ecclesiarum, cum ad legem Romanam vivat, iuxta predictas Novellarum leges scriptum commutationis facere compellitur; et si iuxta Novellarum leges predictas commutationis scriptum facere compellitur, tunc cum Longobardis commutationem facere non permittitur. Quamvis[s] commutationes a Longobardis cum ordine ecclesiarum factas non[t] valere superius ostendissem, contendi tamen potest iuxta intellectum Lotharii capituli quod est „Ubicumque[62] commutationes tam tempore nostro quam genitoris nostri", commutationes a[u] Longobardis

e) sine vol. dom. s. hoc fecerint 5.6.9. f) se *om.* 7—9. g) et 7—9; nec cons. *om.* 6. h) ad mundoald 4. i) et amplius 5.7—9. k) paciatur 6—9. l) *desunt* 6. m) *e codd.* 7—10. n) potuerit *add.* 10.

Cap. 7. *e codd.* 3—9. a) *desunt* 5. b) ambae partes 4; *desunt* 6. c) obligaverint 4.6. d) *deest* 4.6. e) collegaverit 7—9. f) possint 4.9. g) voluerit 4.7.9. h) et si 6—9. i) fuerint 7—9. k) in temp. 7—9. l) *deest* 7—9. m) obligatam 4.5. n) pars ipsa quae removere voluerit *add. sec. man.* 4 o) secundum a. *om.* 7—9. p) *e codd.* 7—10. q) solutiones pena *cod.* r) illis *codex.* s) quā *cod.* t) non *om. cod.* u) a *om. cod.*

56) Grim. 3. 57) Roth. 26. 58) Loth. 21. 59) Iul. nov. 48, 2. et 7, 1, 2. 60) Ludov. P. 53. 61) Karol. M. 143. 62) Loth. 52.

cum ordine ecclesiarum predicto ordine factas stabiles debere permanere, quia predictum Lotharii capitulum, dicens: „Ubicumque commutationes, tam in tempore nostro quamque genitoris nostri non legitimae et inrationabiles atque inutiles ecclesie Dei factae sunt, dissolvantur, et recipiat unusquisque quod dedit“, dat intelligi, commutationes a Longobardis cum ordine ecclesiarum factas stabiles permanere debere, si rationabiliter atque legitime, id est cum proficuo ecclesiae, sint facte. Sed si quis dixerit, iuxta predictum Lotharii capitulum predictas commutationes, id est a Longobardis cum ordine ecclesiarum factas, stabiles non debere permanere, eo quod inrationabiliter et non legitime id est contra legem facte erant: potest etiam iuxta Widonis capitulum quod est „Concedimus[63] etiam ut sicut mulieres“ quislibet dictas[v] eas confirmare, in eo quod ibi legitur: „ut, sicut mulieres cum viris suis venundare et donare res suas possunt, ita et commutare valeant“, nulla posita differentia, utrum ipse commutationes cum ordine ecclesiarum a Longobardis sint vel non. Item, si quis dixerit, predictum Widonis capitulum non aliam commutationem fieri posse precipere, nisi quae superioribus legibus, scilicet inter laycos, fieri permissa est, non intelligit: cum Theodoricus rex, cartarum compositor[64], in commutationis carta cum ecclesia[65], a Longobardo facta Longobardorum cum ecclesia, testatur, iuxta predictum Widonis capitulum, quod est „Concedimus etiam“, commutationem facere posse, quod non faceret, nisi predictum Widonis capitulum ipsam commutationem fieri posse precepisset. — §. 4. Quod in hac lege habetur: „si interfuerit missus regis vel pontificis seu iudicis“, tali ratione distinguitur, ut regis missus intersit, si monasterium regis investiture sit subiectum; pontificis vero, si idem aut... [w] sibi subiectum monasterium commutaverit; iudicis id est comitis, si eius investiture subicitur monasterium.

8. Relatum est nobis, quod usque nunc talis[a] fuisset[a] consuetudo, ut monasteria vel loca[b] venerabilia, quae in defensione sacri palacii esse noscuntur, compositionem duplam[c] exigebant[d] ab omnibus qui in ipsa[e] venerabilia loca[e] componere debebant, sicut curtis regia exigere videtur[f]. Nunc autem statuimus, ut monasteria basilicae vel senodochia quae ad[g] palacii defensionem[g] esse videntur, si[h] compositionem exigere debuerint, non exigant[h] sicut de causa regis duplum, nisi[i] sicut alia venerabilia[k] loca exigunt quae ad palacium non pertinent.

Expositio: Quod[l] in hac lege scriptum est „usque nunc“, contendunt quidam, omnes regias causas, quae superius in edicto componi iubebantur, hac lege duplicandas esse. Sed usque ad tempus quo lex ista reperta est, referri oportet. Et quia lex[m] ista testatur, monasteria sicut regiam curiam compositionem exigere et monasteria integram compositionem exigunt, conantur quidam asserere, superiorem legem que est „Omnes[66] vero regales causae“ de compositionum integritate non de medietate esse locutam[67].

9. Si quis Longobardus qualemcumque rem possederit[a], et custodes locorum venerabilium de ipsis rebus eum molestaverint, et ipse possessionem suam de 30 annis consignaverit, et eius claruerit possessio, possideat et inantea. Similiter et venerabilia loca faciant de rebus quas[b] ipsa[c] possident*, si a Longobardis fuerint pulsata. Quia anterius edictum[68] continet de quinque annorum possessione, ut, qui possederit per quinque annos in facie eius qui pulsaverit, ipse[d] secundum legem defendat[e], et loca venerabilia inter se de rebus quibuslibet 40 annorum possessione excluduntur: ideo iustum diximus, ut, qui per 30 annos possederit, possideat et inantea.

* *si decennium inter presentes immobilia, vicennium inter absentes possederint, si triennium mobilia, vel*[f] *triginta annis* per legem Romanam[69]. 7—9 *et sim. in marg.* 4.

Petre[g], *te appellat Martinus, quod tu tenes terram malo ordine in tali loco ad partem monasterii sancti Petri*[h], *unde ipse est advocatus. — Possessam habeo per* 30 *annos.*

Petre, te appellat Martinus, quod pars monasterii sancti Petri[h], *unde tu es advocatus, tenet sibi malo ordine terram in tali loco.*

Petre, te appellat Martinus, quod pars monasterii sancti Petri, unde tu[i] *es*[i] *advocatus, tenet terram malo ordine ad partem monasterii sancti Pauli*[k], *unde ipse est advocatus.*

Expositio: Martine[l], Ticinensis episcope, hoc te et[m] Lanfrancum[n], Ticinensis episcopi advocatum, appellat Petrus[o], Terdonensis episcopus, et Dominicus[n], eiusdem episcopi advocatus, quod pars Ticinensis episcopi absam[p] curtem omnesque eius

v) *ita codicis lectio* discras *restituenda videtur.* w) episcopus *add.? Cfr. glossas cod. Londin.* (4.)

Cap. 8. *e codd.* 3—9. a) fuisset talis 6.9; esset talis 5. b) reliqua *add.* 4. c) duplicem 6. d) exigissent 5. e) ipsis venerabilibus locis 6—9. f) videbatur 7—9. g) sub p. defensione 6—9. h) non sic comp. exigere debeant 7—9. i) sed 6—9. k) *deest* 4.5. l) *haec expositio bis in cod. Branc. invenitur, ad hanc scilicet legem et ad Rachis cap.* 8. m) licet *cod.*

Cap. 9. *e codd.* 3—9. a) per XXX annos *add.* 5.6. b) quae 7—9. c) *deest* 5. d) se *add.* 7 *et corr.* 5. e) se def. 4; def. se 9. f) vel trig. annis, *quae desunt in cod.* 4, *serius addita videntur.* g) *e codd.* 7—10. h) Silvestri 7. i) ipse est 10. k) Petri 7.8. l) M. *cod.* m) et *om. cod.* n) *sic plenis litteris cod.* o) P. *cod.* p) absu *cod., correxi auctoritate documenti die* 9. *mensis Maii a.* 902 *facti, in quo legitur:* quatinus cuidam fideli nostro.. quandam curticellam absam in Cusiningo ubi aspiciunt mansa duo vestita et quinque absa concederemus... ad praefixam curticellam absam (*Historiae patriae mon. Taurin. Chart. I. pag.* 103.).

63) Wido 8. 64) Glossator Theodoricum regem sicuti legis Salicae (cfr. expos. §. 2. ad Liutp. 87; expos. §. 2 ad Karol. M. 70.) ita etiam cartularii et quasi omnium ad leges pertinentium auctorem habuisse videtur, ductus, ni fallor, prologo Baiwariorum legi vulgo praefixo. 65) Cfr. infra in cartulario commutationis cartam. 66) Roth. 370. 67) Cfr. commentarii ad Rotharis legem citatam paragraphum secundam. 68) Roth. 228. 69) princ. Inst. usucap. (II, 6.)

pertinentias contra Terdonensis episcopi partem malo ordine detinet. — Hec accio tamen non hinc, sed Romanorum lege diffinienda est.

§. 2. Lex ista possessionem[q] 30 annorum adversus loca venerabilia Longobardum dicere iubens et[r] excluso[r], Romanam legem corrumpit, quae ut in Novellis legitur[70] nullum nisi 40 annorum possessionem adversus loca venerabilia dicere permittens, loca venerabilia inter presentes personas 10 annorum, inter absentes vero 20 annorum possessionem adversus Longobardum atque Romanum nominare precepit. Unde non solum lex ista, sed etiam Romana a Pipini capitulo „De diversis generationibus hominum"[71] partim corrumpitur partimque affirmatur. Predictum enim Pipini capitulum, dicens: „unusquisque homo secundum suam legem se ipsum defendat", Longobardum 30 annorum possessionem adversus loca venerabilia dicere, ut hec lex precipit, confirmat, unde legem Romanam, que nullum nisi 40 annorum possessionem adversus loca venerabilia dicere permittit, partim ruptam esse insinuat. Dicens quoque: „unusquisque homo secundum suam legem se ipsum defendat" legem hanc, que 30 annorum possessionem adversus Longobardum venerabilia loca dicere iubet, partim ruptam esse notificat, legique Romane concordat, cum hodie venerabilia loca omnia iuxta capitulare[72] legem Romanam vivant, et cum possessionem, quam supra diximus, adversus Longobardum atque Romanum dicere debeant. — §. 3. Arbitrantur quidam, quinque annorum possessionem valere, eo quod eius in hac lege fit mentio. Sed non intelligere videntur, quia, dum lex ista 30 annorum possessionem valere confirmat, quinque annorum possessionem nichil valere notificat[73], veluti Octonis capitulum „De[74] furto aut scacho", si ultra 7 solidos furtum fuerit, pugnam inde precipiens fieri, si minus fuerit, pugnam inde non futuram insinuat. — §. 4. Lex ista, in eo quod inferius loca venerabilia possessionem 30 annorum inter se dicere videtur precepisse, a Pipini capitulo „De[71] diversis generationibus hominum" rumpitur, in quo, „ut unusquisque defendatur lege sua", precipitur. Ideoque, cum iuxta Lodoyci capitulum quod est „Ut[72] omnis ordo ecclesiarum" omnia loca venerabilia lege Romana vivant, non iuxta hanc legem possessionem 30 annorum, sed iuxta Novellarum legem que hoc precepit[70] 40 annorum possessionem inter se dixerint.

10. Si quis Longobardus causam habuerit cum locis venerabilibus, quae ad[a] defensionem[a] palacii[b] esse noscuntur, si fuerit causa[c] unde sacramentum debeat procedere, si iudex abbatem custodem vel prepositum pulsaverit, ipse[d] ei satisfaciat[d]. Si autem abbas custos aut prepositus iudicem pulsaverit et sacramentum dare[e] debuerat[e], ipse iudex iterum sacramentum ei deducat. Si vero alter Longobardus habuerit causam cum abbatibus, unde[f] sacramentum deductum[g] fieri[g] debeat, anteponatur abbas ipse solus: nam alios[h] quales elegerit, quanti secundum legem iurare debuerint, sacramentum deducant; ita tamen, ut ipse abbas talis sit, qui per regulam secundum Deum vivat et[i] subiectos monachos usque quinquaginta[k] et amplius habeat[l], qui cum eo regulariter vivant. Si quidem cum alio custode vel preposito de locis venerabilibus causam habuerit, ipse[m] custos[m] vel prepositus[n] sacramentum deducant.

Glossa: Si quis] Obiit per kapitulum secundi Heinrici (1.) In legibus cautum. 4.5.7.8.

Expositio: Hec lex vacuatur a capitulo secundi Henrici „In[75] legibus cautum est" — ibi enim iubetur, ut nullus ordo clericalis iuret — concordatque legi Romane[76] dicenti, canones patrum vim legum[o] habere oportet. Canones autem sacramenta clericis interdicunt.

11. Si quis cum curte regis causam habuerit et evenerit[a], ut pars curtis regis sacramentum deducere debeat, si maior causa fuerit, per sacramentum abscarione[b] cum actoribus finiatur; si vero minor fuerit causa*, actor de loco cum actoribus secundum qualitatem causae sacramentum persolvat.

* *id[77] est infra 20 solidos.* 7—9.

Glossa: abscarione] id est canavario[78]. 7.8. i. e. custodiam cesaris. 5.

Expositio: Hec lex facta est ideo, ne aliquis existimet, regis defensiones non debere fieri per capitulum Rotharis „Si[77] qualiscumque causa inter homines liberos", vel ob aliud, id est ad excipiendam regis personam a sacramento.

12. Et hoc diffinimus, ut, postquam iussio regis fuerit[a] in exercitum ambulandi, et constitutum positum[b] ad[c] motionem faciendam[c], nullus presumat fideiussorem aut debitorem[d] pro quacumque causa pignerare, si[e] de una iudiciaria[f] fuerint, ad dies duodecim, antequam exeant ad exercitandum[g]; sed[h] sit quietus 12[i] dies antea[i] et 12 dies[k]

q) pensionem *cod.* r) *locus corruptus videtur: forte* eo excluso (*scil.* venerabili loco) *legendum est.*
Cap. 10. *e codd.* 3—5. 7—9; *abest a cod.* 6. a) *sic* 5; in defensione 4; sub defensione 7—9. b) sacri pal. 7—9. c) illa causa 7—9. d) ipsi ei satisfaciant 7—9. e) dandum fuerit 5. f) similiter *add.* 7—9. g) deduci 7—9. h) alii 7—9. i) sibi *add.* 7—9. k) LX. 5.7—9. l) *deest prim. man.* 4. m) ipsi custodes 4.9. n) prepositi 4. o) legum *om. c.*
Cap. 11. *e codd.* 3.5—9; *in cod.* 4 *hodie desunt capp.* 11—13, *folio codicis uno deperdito.* a) venerit 7—9. b) scarionum 6; houescarion, *corr.* abscarionum, 5.
Cap. 12. *e codd.* 3.5—9. a) facta fuerit 6—8. b) *deest* 6. c) *sic* 7.9; administratio facta 5; ad monitionem faciendam 6.8, *quae fortasse recte ponenda videntur respicienti ea quae apud rerum Italicarum scriptores non raro inveniuntur:* decrevit facere monitionem *vel similiter (cfr. Chronicon Salernit. c.* 5.40.44.81. *Script. III. p.* 473.490.492.508.*)*. d) suum *add.* 5.6. e) Et si 7—9. f) ambo *add.* 5. g) exercitum 7—9. h) sed *om.* 5.7—9. i) 12 d. a. *om.* 5.7—9. k) dies *om.* 6—9.

70) Iul. nov. 119, 6. 71) Pipin. 27. 72) Ludov. P. 53. 73) Quinque annorum possessionem quadam ratione valere, supra noster exposuit ad legem Roth. 228. §. 2. 74) Otto I. 6. 75) Heinr. II. 1. 76) Iul. nov. 119, 1. 77) Roth. 359. 78) *Canavajo* italice, qui cellerarius in medio aevo dicitur.

postea quam de exercitu fuerit reversus. Si autem de aliis iudiciariis fuerit, similiter[l] sit[m] spacium[m] dies 20[n]. Nam si quis intra ista spacia pigneraverit, componat pignera ipsa sicut qui contra rationem pignus[o] abstulit[o].

Glossa: Et hoc] Vacua per usum. 7.8.

Petre[p], *te appellat Martinus, quod tu pignerasti eum in tanta sua mobilia, quae valebant solidos* 100, *infra* 12 *dies, postquam fuit reversus de exercitu*[q].

Expositio[r]: Quod in hac lege scriptum est: „componat sicut qui contra rationem pignus abstulit", intelligendum est secundum Wilihelmum sibi nonum, sicut qui res alienas malo ordine abstulit[79]; vel, ut alii dicunt, intelligendum est sibi duplum, sicut in Liuprandi lege que est „Quicumque[80] homo sub regni nostri dicione", ubi dicit: „nam qui sine hac manifestatione pignorare presumpserit, iubemus, ut in duplum pignus restituat".

13. Si quiscumque homo pro bonitate sua introierit in servicium de[a] iudice aut de alio homine[a] et deservierit[b] ei vel ad[c] filios aut nepotes[c] eius, et claruerit veritas, quod parentes eius omnes[d] liberi fuissent, et postea eum in servitio detinere voluerit dicendo, quod per 30 annos ei[e] vel ad parentes eius[e] servisset, non possit eum per istam[f] possessionem tenere. Quia impossibile est et contra Dei preceptum, dum omnes eius parentes liberi sint, ut ipse solus qui voluntarie deservivit[g] in servicio deteneatur pro sola possessione. Nam si pro furto aut pro[h] alia malitia, sicut edictum continet, ad serviendum in manum datus fuerit, et probatum fuerit, deserviat inantea[i]. Si vero eius parentes pertinentes fuerint, et ipse solus ad libertatem tendere voluerit, si ipse libertatem suam idoniare* per cartam aut per homines liberos vel per possessionem iuxta legem non potuerit, deserviat et[k] inantea[l].

* *sine appellatione*[81] per intellectum. 8.9 *et in marg.* 5.

Petre[m], *te appellat Martinus, quod tu es suus servus et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Liber sum nascendo, et quid tibi pertinet ad requirendum? — Ipse servivit michi per* 30 *annos. — Hoc non potes dicere. — Sed si dixerit: „per malitiam fuit traditus michi ad serviendum", aut probet aut taceat.*

Glossa: Hoc placitum secundum asinos. 8.

Expositio: In eo quod lex ista eum, qui de servitute tendere voluerit, libertatem suam idoniare precipit, in servitute mansisse insinuat. Unde evidenter patet, quicumque in servitute manens ad libertatem venire desiderat, ut[n] libertatem suam approbet absque appellationis necessitate, aut in servitute permaneat. Unde ab eo differt, qui in [libertate[o] remanserit; qui, si poterit et vult], libertatem suam probare oportet. Si vero nec potest nec vult, servitutem approbet appellator; qui si nequeunt approbare servitutem, libertatem suam appellatus sacramento idoneet[p]. Notandum est: „si poterit et vult, libertatem suam probare oportet", ideo dictum est, quia in Codice legitur: „Liber se contendendo nec probando, non ammittat libertatem"[82]. — §. 2. Si quis in libertate manens servitutis appellatus fuerit, undecumque sit appellator, ubi appellatus habitat, ibi finienda est accio. Si vero in servitute manens aut in servitutem fugiens se liberum dixerit, ibi finienda est accio, ubi qui se dominum dixerit habitat, testantibus Codicis tertii libri capitulis[83], quorum hoc est unum quod est „Si in possessione libertatis constituta est — cum in status questione etiam actor rei forum sequi debeat — ibi causam liberalem agi oportet, ubi consistit que ancilla dicitur, licet senatoria dignitate actor decoretur". Aliud: „Si ex positione servitutis libertatem quis proclamat, ibi agi oportet status causam, ubi domicilium constitutum habet qui se dominum dicit, non est ambigui iuris". — §. 3. Lex hec libertatem per possessionem idoniari precipiens a Lodoyci capitulo partim rumpitur, quod est „Placuit[84] nobis de illis hominibus qui se liberos", in hoc quod ibi legitur: „ut per hanc possessionem liberi non sint". Rumpitur quoque supradicto modo a Lotharii capitulo quod est „Ut[85] per 30 annos servus liber fieri non possit", ut quidam dicunt.

Anno feliciter undecimo regnante domno nostro Karolo gloriosissimo rege in mense Martio factum[a] capitulare[b], qualiter congregatis[c] in unum sinodali concilio episcopis[d] abbatibus virisque[e] illustribus[d] una cum piissimo domno nostro[f] secundum voluntatem[g] Dei[g] pro causis oportunis consenserunt decretum[h].

Quae[i] *gens multa petit Karolus sua iussa peregit*[k].

1. De metropolitanis[a]: ut eorum suffraganei episcopi eis secundum canones subiecti sunt[b], et

l) *deest* 5. m) spatium sit 5.6. n) XXIIII. 7—9, *prim. man.* 6 *et sec. man.* 5. o) pignerat 5. p) *e codd.* 7—10. q) hoste 9. r) *in ultimo codicis Branc. folio haec alia huius capituli expositio invenitur:* Et hoc definimus] In hac lege privilegium datur exercitalibus. — contra rationem] id est in actigild, velud qui res alienas malo ordine tollit.

Cap. 13. *e codd.* 3.5—9. a) iudicis aut alicuius hominis 5. b) servierit 5.7—9. c) filiis vel nepotibus 5. d) hominis 9; *deest* 7.8. e) ad par. eius vel ei 7—9. f) ipsam 6—9. g) *quae post verbum* deservivit *sequuntur alia sed eiusdem aetatis manu scripta sunt* 8. h) *deest* 5.6.8. i) sicut lex est 5. k) et *om.* 7—9. l) Explicit edictum domni astulfi regis deo gratias amen. Wedele. *subscriptio in cod.* 5. *De* Wedele *cfr. praefationem a me scriptam.* m) *e codd.* 8—10, *abest a cod.* 7. n) ad *add. cod.* o) *verba uncis inclusa coniectura supplevi.* p) idoneo *cod.*

Prologus e codd. 3—9. Incipit kapitulare domni Karoli regis *inscriptio in cod.* 7; Carolus Magnus cum pontifice romano et sinodali concilio *in cod.* 9. a) facto 3.6; est *add.* 7—9. b) kapitulare 7—9. c) congregati 7—9. d) episcopi abbates virique illustres 7—9. e) nobilis *add.* 3. f) Karolo *add.* 9. g) dei vol. 7.8. h) decreto id est statutos leges 3. i) *versum hexametrum exhibent codd.* 7—9 *et rec. man.* 4.5. k) Rex bonus, orbis honor *add.* 7—9.

Cap. 1. *e codd.* 3—9. a) episcopis *add.* 7—9. b) sint 9 *et corr.* 4.

79) Liutp. 150; cfr. Liutp. 39. 40. 80) Liutpr. 15. 81) Cfr. gloss. ad Roth. 13. 82) L. 13. C. ingenuis manum. (VII, 14.) 83) L. 3.4. C. ubi causa status (III, 22.) 84) Ludovic. P. 55. 85) Loth. 100.

ea quae erga ministeria[c] illorum emendanda cognoscunt libenti animo emendent atque corrigant.

Glossae: Vacuum per kapitulum *(Lud. P.* 53.) Omnis ordo secundum a. 4. — *metropolit.]* ampolis enim grece, latine civitas dicitur. 3.

Expositio: „Metron" mensura grece, „polim" civitas dicitur: inde metropolitani a mensura civitatum dicuntur. Singulis enim provinciis preminent, quorum auctoritati et doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nichil reliquos episcopos agere licet; sollicitudo enim totius provincie ipsis subiecta est. Qui ideo eorum suffraganei dicuntur, quia, ab eis consecrati eisque subiecti, in omnibus ecclesiastice norme usibus suffragari debent.

2. De episcopatibus: ubi presenter[a] episcopi ordinati non sunt[b], sine[b] tarditate ordinentur.

3.* De monasteriis quae regularia[a] fuerunt, ut[b] secundum regulam vivant; necnon et monasteria puellarum ordinem sanctum[c] custodiant, et unaquaeque abbatissa in suo monasterio sine intermissione resedeat.

* *Ut monasteria omnia secundum regulam vivant* per kapitulum Pipini (3.) „Ut monasteria". 7—9.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „que regularia fuerunt", et subsequens Caroli capitulum quod est „Volumus[86] atque iubemus" et cetera, dicens: „ut canonici secundum canones, regulares secundum regulam vivant", dant intelligi, quaedam monasteria regularia non fuisse: unde rumpuntur partim capitulo Pipini quod est „Monasteria[87] virorum ac puellarum", in quo cuncta monasteria regularia esse precipitur.

4. Ut episcopi de presbiteris et clericis[a] infra illorum parochiam et[b] de suo[c] ministerio potestatem habeant secundum canones facere.

Glossa: Ut episcopi] Iste tangit capitulum Pipini (2.) Ut pontificis ordinent et disponant. 3.

Expositio: Quod in hoc capitulo habetur: „secundum canones facere", ita oportet intelligi, ut episcopi presbyteros et clericos iuxta quod canones precipiunt tractent, scilicet ab illicitis refrenando et eos de ministerio eorum discutiendo et aliis pluribus modis, quibus eos ab episcopo tractari canones precipiunt.

5. Ut episcopi de incestuosis hominibus emendandi licentiam habeant, seu et de viduis infra suam[a] parochiam potestatem habeant ad[b] corrigendum[b]. Et si de ipsis incestuosis aliquis post iudicium episcopi in ipso incestu se iterum miserit, si alodium[c] habuerit, ipsum fisco[d] regis recipiatur[e].

Glossae: Ut episcopi] Obiit per kapitulum Lotharii (15.) Placuit nobis 4.5.7. — Iste capitulum tangit cap. Pipini (8.) Ut unusquisque iudex per civitatem faciat iurare ad Dei iudicia et alio cap. Lotharii (15.) Placuit nobis de episcopis, ut si pro quibuslibet culpis atque criminibus. 3. — *Et si de ipsis]* Isto cap. de predio vacuum est iuxta cap. Lautharii (15.) Placuit nobis de episcopis, ut si pro quibuslibet. 3.

Expositio: Quod hic de incestuosis scriptum est, intelligi debet de omnibus coitu illicito fedatis. — §. 2. Arbitrantur quidam, capitulum hoc ruptum esse a Lotharii capitulo quod est „Placuit nobis ut si pro quibuslibet"[88], in hoc quod hic qui incestum[f] post episcopi iudicium commiserit, predium iubetur ammittere; ibi vero iterans[g] bannum persolvere, ab episcopo excommunicari, a comite vinclis constringi precipitur. Sed hoc pene est exageratio, non ruptura capituli; quia, qui excommunicari dignus est, ante fuit dignus predium ammittere.

6. Ut nulli liceat alterius clericum recipere aut ordinare in aliquo gradu sine dimissoria[a] episcopi sui de cuius parochia est.

Glossa: sine dimissoria] est sine parabola et sine largitate. 3.

Expositio: Huic capitulo quoddam subsequens Caroli concordat quod est „Ut[89] nemo alterius clericum" et Pipini quoddam aliud „De[90] presbiteris qui de aliis provinciis", quia in Pipini capitulo presbiter, in Caroli clericus absque dimissorio sui episcopi prohibentur recipi.

7. De[a] decimis[a]: ut unusquisque homo suam decimam donet, atque per iussionem episcopi sui[b] dispensetur.

Glossa: Vacua huc usque *(Karol. M. c.* 1—7.) per kapitulum Lodoici (53.) Ut omnis ordo. 5.7.8.

8. Ut homicidae aut[a] ceteri rei qui legibus mori debent, si ad aecclesiam confugerint, non excusentur[b], neque eis ibidem victus detur[c].

Expositio: Huic capitulo concordat quoddam sequens Caroli quod est „Si[91] ad ecclesiam Dei confugium fecerit", in hoc quod ibi legitur: „ut nullus eum per vim abstrahere presumat".

9. Ut latrones de infra emunitate illos iudices et advocati ad comitum placita, quando eis adnunciatum[a]

c) ministerium 4.7—9.
Cap. 2. *e codd.* 3—9. a) presens 3; presentes 4. b) sint ut sine 9.
Cap. 3. *e codd.* 3—9. a) regulares 3. b) ut *om.* 4.7.8 c) suum 4.7.8.
Cap. 4. *e codd.* 3—9. a) *sic* 3.4; ecclesiis 5.6; diaconibus 7—9. b) vel 7.8. c) suorum 3.4.
Cap. 5. *e codd.* 3—9. a) illorum 3. b) corrigendi 5.6. c) praedium 3.5.6.9. d) fiscus 4.5. e) recipiat 4. f) ē *add. cod.* g) ut trans *cod.*
Cap. 6. *e codd.* 3—9. a) dimissorio 5—8.
Cap. 7. *e codd.* 3—9. a) De dec. *om.* 5—9. b) *deest* 4.
Cap. 8. *e codd.* 3—9. a) et 7—9. b) *sic* 3.4; excucientur 5.6; excuciantur 7—9. c) Nemo eos ad excusationem in ecclesiam introire permittat. Et si absque voluntate pastoris ibidem introierit, tunc ipse cuius ecclesia est nullum victum ei donet nec alii dare permittat *add.* 4. *sed in margine al. man* Ap̄. *Cfr. Leges I. pag.* 37. *cap.* 8 *sub fine.*
Cap. 9. *e codd.* 3—9. a) adnunciaverint 3.

86) Karol. M. 57. 87) Pipin. 3. 88) Loth. 15. 89) Karol. M. 62. 90) Pipin. 14. 91) Karol. M. 102.

fuerit[a], praesentent*. Et si dixerint, quod illos[b] latrones presentare non potuissent, iurare debent, quod nec[c] illum[d] presentare[c] potuissent, postquam eis denuntiatum fuerit, nec pro ulla iustitia dilatanda illi[e] latroni[e] fugere[f] consentissent[g], nec pro causa dilatacionis de sua[h] potestate vel de[i] suo[i] ministerio ipsum latronem iactassent; et hoc iurent, ut per suam[k] voluntatem, si possint[l], ipsum latronem presentare debeant ad iustitiam faciendam. Et qui hoc non fecerit[m], beneficium et honorem perdat[n]. Similiter[o] et vassus noster, si hoc non adimpleverit[o], beneficium et honorem perdat[p]; et qui beneficium non habuerit, bannum nostrum[q] solvat.

* *Si vero latrones foris furtum committentes fugerint infra emunitatem, futura iudicentur sententia* per kapitulum istius *(Karol. M.* 101.*)* „Si quis in emunitate". 7—9.

Glossae: iudices et advocati] Iudices dicuntur sub quibus ipsa ecclesia est, advocati sunt ad agendum et respondendum pro ecclesia. 6. — *beneficium]* id est pheodum. 4. — *Similiter et vassus noster]* scilicet ipse[r] iudex et advocatus[r]. 4—8.

Petre[s], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod comes tuus mandavit tibi, quod tu praesentares ad suum placitum unum latronem de infra emunitatem sancti Syri, unde tu es advocatus, et non praesentasti.

Expositio: Hoc capitulum, in hoc quod dicit: „et qui hoc non fecerit, beneficium et honorem perdat", a quodam Caroli capitulo partim rumpitur quod est „Si[92] quis in emunitate", quia, si quis furtum extra emunitatem fecerit et infra emunitatem fugerit, qui eum presentare noluerit non iuxta hoc capitulum, sed iuxta predictum compositionem facturus est. Sed non rumpitur, quia secundum quosdam hoc capitulum de illis tantum loquitur latronibus, qui intra emunitatem habitant atque furtum faciunt; illi vero, unde subsequens loquitur capitulum, extra emunitatem habitant et extra emunitatem furtum faciunt et intra emunitatem fugiunt.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, partis publice advocatus, quod tu furem, qui intra emunitatem ecclesie, cuius tu es iudex aut advocatus, fugit, comiti mandanti ut eum sibi presentares non presentasti.

§. 3. Iudices et advocatos qui in hoc edicto scripti sunt hoc modo discretio segregat: iudices intelliguntur sub quorum regimine ipsa est emunitas, advocati vero qui agere et respondere de ipsa immunitate electi sunt.

10. De eo qui periurium fecerit*: nullam redemptionem habeat, nisi manum perdat.

* *se sciente* per kapitulum Pipini (43.) „Si quis periurium". 7—9 *et in marg.* 4. 5.

Expositio: Hoc periurium, unde manus sine 5 redemptione ammitti precipitur, a sciente factum esse putandum est: alioquin rumperetur ab inferiori capitulo „De[93] periuriis ut caveantur", in quo, ubi dicit: „manum perdat aut redimat", scientem se periurare manum debere perdere, nescientem manum 10 posse redimere intelligendum est.

11. De truste facienda: nemo presumat, ad nos venienti* mansionem vetare; et quae ei[a] necessaria sunt sicut vicino suo vendat[b].

* *iberno tempore* ut[c] legitur inantea *(Pipin.* 15.*)*. 7—9 15 *et in marg.* 5.

Glossae: truste] adunantes de servicio regis. 3. — id est de hoste faciendo vel servitio regis. 4. — id est hoste. 5.7.8.

Expositio: Quidam „truste" pro conspira- 20 tione positum volunt intelligi, alii vero regale servitium esse, quod melius est, asserunt. — §. 2. Pipini[94] capitulum quod est „De episcopis abbatibus" partim istud affirmat partimque rumpit, in quo, dum[d] hospitium in hieme vetari prohibetur[e], 25 in estate vero vetari posse intelligitur.

12. De cerariis et tabulariis atque cartulariis, sicut a longo tempore fuit, observetur[a].

Expositio: Quod in hoc capitulo obscure dictum est, capitulum Pipini dilucide aperit quod 30 est „Sicut consuetudo fuit, sigilla et epistolas prehendere", scilicet ut secundum antiquam consuetudinem in viis et portis sigillorum portatores quo[b] oĩ anno ea potenĩ observetur[b].

13. De sacramentis per[a] gildonea invicem con- 35 iurantibus[b]: ut nemo facere presumat. Alio vero modo de illorum elemosinis aut de incendio aut de naufragio, quamvis convenientiam faciant, nemo in hoc iurare presumat.

Glossae: gildonea] id est adunacione. 3.7; id est 40 rixa. 4; id est conspiratione *item* 4. — *convenientiam]* scilicet, ut inter se adiuvent. 4.

Expositio: Huic concordant Lotharii capitula[95] que sunt „Volumus de obligationibus" „Collecta ad malum" „De conspirationibus", quia in 45 hoc conspiratio prohibetur[c], in illis pena iniungitur[c].

14. De iterantibus, qui ad palatium aut alicubi[a] pergunt: ut eos cum collecta nemo ausus sit

b) ipsos 7—9. c) ipsos latrones presentare non 7—9. d) illos 5.6. e) *sic* 3; illis latronibus 4; illos latrones 7—9; illis 5.6. f) non 3. g) consenserint 5.6; consentirent 7.8. h) *sic* 4; suorum 3.5.6; illorum 7—9. i) de suo 50 *om.* 4—6. k) suorum 7—9. l) potuerint 7—9. m) fecerint 4.7—9. n) perdant 4.7—9. o) *sic* 3.4; Sim. et si vassus n. h. n. a. 5.6; Sim. si vassi nostri sunt, si hoc non adimpleverint 7—9. p) perdant 7—9. q) *deest* 4. r) ipsi iudices et advocati 7.8. s) *e codd.* 7—10.

Cap. 10. *e codd.* 3—9.

Cap. 11. *e codd.* 3—9. a) *deest* 6—9. b) ei vendat 6—9. c) ut l. i. *om.* 7—9. d) dõ *cod.* e) prohibent *c.* 55

Cap. 12. *e codd.* 3—9. a) ita obs. 7—9. b) *verba corrupta ita fortasse intelligenda sunt:* ut sigillorum portatores observentur, quo ea sigilla portent.

Cap. 13. *e codd.* 3—9. a) pro 4.6—9. b) coniurantium 4.7—9. c) prohibeamur nullus pena iniungit *cod.*

Cap. 14. *e codd.* 3—9. a) aliquo 7—9.

92) Karol. M. 101. 93) Karol. M. 21. 94) Pipin. 15. 95) Loth. 4. 55. 67. 60

adsallire. Et nemo herbam alterius tempore defensionis tollere presumat, nisi in hostem pergendo aut missus noster sit; et qui aliter facere praesumpserit, emendet.

5 Expositio: Rotharis duabus legibus[1] quae sunt „Si quis ex adversariis manu armata super quemcumque hominem ad regem venientem“ „Nulli sit licentia iterantibus herbam negare“ presens concordat capitulum. — §. 2. Quod in hoc capitulo 10 habetur: „et qui aliter presumpserit facere“, ita oportet intelligi: scilicet ut si quis homini iteranti ad palatium aut aliquo herbam tollere presumpserit, si Longobardus fuerit, secundum legem Longobardam, si Romanus, secundum legem Romanam 15 emendet[2].

15. De toloneis, quae iam antea forbannita fuerunt[a]: nemo tollat, nisi ubi antiquo tempore fuit[b] consuetudo[b].

Glossa: De toloneis] Capitulum Lodoici (23.) tangit 20 isto „De toloneos et consuetudinibus ut ubi tempore avi nostri Pipini consuetudo fuerit toloneum dare“. Vade inantea istius Caroli (53.) „Ut nullus cogatur ad ponte ire a fluvium transmeare propter tolonei causa“. 3; *similiter* 6.

25 Expositio: Capitulum hoc tholoneum prohibens tolli, nisi ubi antiquo tempore fuerit consuetudo, a Lodoici capitulo quod est „De[3] iniustis tholoneis et consuetudinibus“, dicente: „nam ubi noviter inceptum est ulterius non agatur“, et ab 30 aliis quam pluribus corroboratur.

16. Ut nemo presumat hominem aliquem vendere aut comparare[a], nisi in presentia comitum aut missorum illorum*.

* *aut episcopi aut archidiaconi vel centenarii* 35 *aut vicedomini aut iudicis aut ante bene nota testimonia; et foras marcham nemo mancipium vendat* per kapitulum istius *(Kar. M. 72.)* „De mancipiis“. 7—9.

Expositio: Capitulum hoc, prohibens homi-40 nem vendi nisi in presentia comitum aut missorum illorum, a Caroli capitulo quod est „De[4] mancipiis que venduntur“ rumpitur, in quo coram bene notis testimoniis emi posse precipitur.

17. De bruneis: ut nullus foras[a] nostrum 45 regnum vendere presumat.

18. Si comes in suo ministerio iustitias non fecerit, missus noster de hac causa somniare faciat, usque dum iusticiae ibidem factae fuerint. Et si vassus noster iustitiam non fecerit, tunc comes et missus[a] ad[b] ipsius casam[b] sedeant, et de suo vivant, quousque iustitiam faciat.

Glossae: Si comes] Ic capitulum declarat in Pipino (7.) „De universali quidem populo qui ubicumque“, et in Lothario *(Lud. P. 49.)* „Ut in illius comitis ministerio“ qui bene iusticias factas habet“. 3. — *somniare[5]]* id est coram mittere. 4. — *Et si vassus]* Obiit per kapitulum Lodoyci (16.) Si proprietas. 4—8.

Expositio: Capitulum hoc, regium missum in vassi casam iustitiam non facientis residere et de suo vivere precipiens, a Lodoici affirmatur capitulis[6] quae sunt „Ut in illius comitis“ „Ut ubicumque missi nostri“.

19. Si quis pro faida pretium recipere noluerit[a], tunc ad nos sit transmissus, et nos eum dirigamus, ubi dampnum minime facere possit. Simili[b] modo et qui pro faida precium solvere noluerit nec iustitiam inde facere, tunc ad nos sit transmissus: in[c] tali loco eum mittere volumus, ut pro eo[d] maius damnum non accrescat[e].

Expositio: Capitulum hoc, quemlibet pretium nolentem pro faida sua recipere ad regem transmitti precipiens, a Lodoyci capitulo quod est „Si[7] quis aliqua necessitate cogente homicidium commiserit“ et cetera, dicente: „comes faciat illum qui ei contumax fuerit ad nostram presentiam venire“, et ab Lodoyci capitulo quod est „De[8] nova moneta et falsa dicimus“, dicente: „et de faidis purgandis“, corroboratur.

20. De armis infra patriam non portandis, id est scutis et lanceis et loricis. Si faidosus quis fuerit, discuciatur[a] tunc is qui ex duobus contrarius sit ut pacificati fiant, et distringantur ad pacem etiamsi noluerint[a, b]; et si aliter pacificare[c] noluerint[d], adducantur in nostram presentiam. Et si aliquis post pacificationem alterum occiderit, componat illum* et manum quam periuravit perdat et insuper bannum dominicum solvat.

* *si se defendendo fecerit; si vero aliter, omnem substantiam suam amittat* per kapitulum Lotharii (92.) „De homicidio“. 7 *et* 9.

Glossae: Require in Pipino (40.) „Ut nullus a mallum vel a placitum infra patria arma portet“, et in capitulo *(Liutp. 20.)* „Si homo liber se defendendum hominem liberum occiderit“ ic declarat composicione, et alia *(Roth. 143.)* „Si homo occisus fuerit liber aut servus et pro omicidio composicio facta fuerit et pro amputandam“. 3. Concordat kapitulum Heinrici (I. 3.) „Qui vero“ *vel similiter* 4—8.

Expositio: Capitulum istud, dicens: „et insuper bannum dominicum persolvat“, noluit homicidam omnes res suas perdere. Itaque partim rumpit Liuprandi legem quae est „Si[9] quis liber homo“,

50 *Cap.* 15. *e codd.* 3—9. a) fuerint 7—9. b) cons. f. 5—9.
Cap. 16. *e codd.* 3 5—9; *in cod.* 4 *huius capitis loco Kar. M.* 72 *legitur.* a) emere 6.
Cap. 17. *e codd.* 3—9. a) extra 7—9.
Cap. 18. *e codd.* 3-9. a) noster *add.* 7—9. b) in ipsa casa 7—9.
Cap. 19. *e codd.* 3—9. a) non vult 5. b) *hic alius capitis initium distinguit* 4. c) et in 7—9. d) eodem 4.
55 e) crescat 7—9.
Cap. 20. *e codd.* 3—9. a) *sic* 3. 4; discuciatur. Tunc ex his duobus contrariis sit, ut pacificati *rell.* 5; discuciatur. Tunc his qui ex duobus contrarius sit, ut pacificatus fiat et distringatur ad pacem etiamsi noluerit 6—9. b) redeant *add.* 4. c) se pacif. 5—8; pacif. se 9. d) nolunt 7—9.

1) Roth. 18. 358. 2) Cfr. Karol. M. 143. 3) Lud. P. 23. 4) Karol. M. 72. 5) Francogall. *soigner.*
60 6) Lud. P. 48. 50. 7) Lud. P. 18. 8) Lud. P. 38. 9) Liutp. 20.

iubentem[e] homicidam super alium ambulando omnes res suas perdere; sed Lotharii capitulum quod est „De homicidio unde lex“ et cetera inde hoc rumpit capitulum Rotharisque[f] legem corroboravit. In hoc quod istud manum ammittere precipit[g].....

21. De periuriis: ut caveantur, et non ammittantur testes ad iuramentum antequam discutiantur; et si aliter discuti non possunt, separentur ab invicem et singulariter inquirantur. Et non soli[a] accusatori liceat testes eligere absente[b] suo causatore[c]. Et omnino nullus nisi ieiunus ad iuramentum[d] vel ad testimonium ammittatur. Et ille qui ad testimonium adducitur si refutatus[e] fuerit[e], dicat ille qui eum[f] refutat et probet quare illum[g] recipere nollet. Et ut[h] de ipso pago non de altero testes eligantur, nisi forte extra comitatum longius sit causa inquirenda. Et si quis convictus fuerit de[i] periurio, perdat manum* aut redimat**.

* *si se sciente fecerit.* 7—9 *et in marg.*5.

** *id est widrigild tribuat si*[k] *nesciens fecerit.* 7—9 *et in marg.*5.

Expositio: Capitulum istud, dicens: „ut non admittantur testes ad iuramentum antequam discutiantur“, Liuprandi legem quae est „Si[10] qualiscumque causa inter conlibertos“ partim rumpit, in qua testes prius iurare post vero testimonium dicere precipiuntur. — §. 2. Inferiora Caroli capitula[11] quae sunt „Ut testes ad testimonium“, „Volumus etiam atque iubemus“ huic concordant capitulo, in quibus eodem modo legitur, ut testes ad testimonium separentur et nonnisi ieiuni ad sacramentum vel testimonium admittantur. — §. 3. Capitulum id, in eo quod iuxta hunc edicti intellectum quod est: „et non solum accusatori liceat testes eligere, absente suo causatore“ (id est reo), accusatorem probare precipit, concordat Codicis secundi libri capitulo: „Qui accusare volunt, probationes debent habere, cum neque iuris neque equitatis[l] ratio[l] permittat, ut alienorum instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat. Actore enim non probante, qui convenitur, etsi nichil prestitit, optineat“[12]. — §. 4. Capitulum hoc in eo, quod nisi soli[m] eligere testes videtur concedere, a Lodoyci capitulo partim rumpitur, quod est „Si[13] quis cum altero“, in quo non solum accusatori, sed[n] et[n] reo permittitur testes eligere[o] ac contra proponere. — §. 5. VI.[p]: huic capitulo dicenti: „de periurio manum perdat aut redimat“ Pipini capitulum concordat quod est „Si[14] quis periurium fecerit“, in quo similiter qui periurium fecerit manum iubetur perdere.

22. De advocatis vicedominis vicariis et centenariis pravis: ut tollantur, et tales eligantur, qui[a] sciant et velint iuste[b] causas discernere et determinare[c]. Et si comes pravus inventus fuerit, nobis nuncietur.

Domne[d] *comes, hoc dicit Rainaldus*[e] *episcopus, quod vult eligere Dominicum*[f]*, ut fiat suus advocatus, et de episcopatu quod habeat de hac hora inantea licentiam et potestatem de rebus aecclesiae appellationes faciendi et recipiendi et res aecclesiae per pugnam requirendi et*[g] *excutiendi*[g]*, et quod fecerit per se vel cum episcopo de rebus aecclesiae permaneat*[h] *stabile*[h]. — *Dicis ita, episcope?* — *Dico.* — *Domne comes, precipite fieri noticiam.*

Expositio: Hoc capitulum a duobus capitulis Caroli[15] quae sunt „Volumus ut advocati“ et cetera, „Ut iudices advocati centenarii“ et a quodam Lodoyci capitulo quod est „Omnibus[16] igitur episcopis“, in quibus advocatos[i] centenarios vicedominos non pravos esse eligendos precipitur, corroboratur[k].

23. De aribanno[a] volumus, ut missi nostri hoc anno fideliter exactare[b] debeant[b] absque ullius personae gratia blanditia seu terrore secundum iussionem nostram: id est de[c] homine habente libras sex in auro argento bruneis eramento[d] pannis[e] caballis bubus vaccis vel[f] alio peccuilio, ut[g] uxores vel infantes non[h] fiant dispoliati[i] pro hac re de eorum vestimentis, recipiant[k] legitimum aribannum[a] id est libras tres. Qui vero[l] non habuerit amplius in suprascripto pretio valente nisi libras 3, solidi 30 ab eo[m] exigantur, id est libra una[n] et dimidia. Qui autem non habuerit amplius nisi libras duas, solidi 10. Si vero unam libram[o] habuerit[p], solidi 5, ita ut iterum se valeat preparare ad Dei servicium[q] et nostram utilitatem. Et nostri missi caveant et diligenter inquirant, ne per aliquod malum ingenium subtrahant nostram iusticiam, alteri tradendo aut commendando[r].

Glossae: De aribanno] Vacuum, quia preteriit. 4.8. — Secundum quosdam asinos per kapitulum (34.) istius Quicumque, et per kapitulum (79.) eius Si quis liber homo. 5.7.8. — *hoc anno]* aŦ: haec amodo. 4.

Expositio: Capitulum hoc, in hoc quod nisi ab homine 6 libras habente in auro et argento

e) inbittem *cod.* f) Liuprandique *corrigendum videtur, nisi forte aliquot verba hic exciderunt ad Roth. legem* 143 *spectantia.* g) *supplenda videntur:* affirmatur a Pipini capitulo (43.) Si quis periurium, *vel* a capitulo Einrici (I. 3.) Qui vero infra trewam, *vel similia.*

Cap. 21. *e codd.* 3—9. a) solum 3. b) abscente 4.7—9. c) accusatore *prim. man.* 4. d) sacramentum 5.6. e) refutatur 5. f) eum *om.* 5.6. g) eum 7—9. h) ut *om.* 4. i) de *om.* 5.6. k) si n. f. *om.* 5.7. l) etatis, *om.* ratio, *cod.* m) accusatori *addendum videtur.* n) id est *cod.* o) testes *add. cod.* p) Walcausus? Wilihelmus?

Cap. 22. *e codd* 3—9. a) quales 7—9. b) *sic* 3.6; iustas 4.5; iustitiae 7—9. c) terminare 5.6. d) *e codd.* 7—10; *in cod. autem* 10 *alia manu formula suppletur. Eandem electionis formam expositionum auctor adscripsit Loth. c.* 9. e) *sic* 8.9; ille 7; diseus 10. f) d. 7—9; a. 10. g) *desunt* 7.8. h) stabile et firmum perm. 10. i) esse *add. c.* k) *deest in cod.*

Cap. 23. *e codd.* 3—9. a) heribanno 9; eribanno 6—8. b) exquirant 4. c) ut de 5.6. d) eramentis 5.6. e) *deest* 9; integris *add.* 5.6. f) et 4; aut 7—9. g) et 3; ita 6; ita ut 7—9. h) ne 7—9. i) expoliati 7—9. k) sed rec. 6—9; accipiant 5. l) autem 5.6. m) ab eo *om.* 7—9. n) *deest* 4. o) *deest* 4. p) *deest* 7—9. q) et nostrum *add.* 5.6. r) res suas *add.* 6.9; alteri t. a. c. *om.* 4.

10) Liutp. 8. 11) Kar. M. 50.66. 12) L. 4. C. edendo (II, 1.) 13) Ludov. P. 15. 14) Pipin. 43. 15) Karol. M. 64.55. 16) Lud. P. 56.

bruneis et cetera plenum eribannum id est 60 solidos non permittit exigi, nulla posita differentia, utrum ideo exigatur, quia in[r] hoste[r] bannitus venire contempserit, vel non, a Caroli capitulo rumpitur quod est „Quicumque[17] liber homo in hoste bannitus venire contempserat", in[s] quo[s], si 60 solidos, unde eribannum plenum persolvat, non habet, servitio tradi precipitur. Salvatur vero sic: non est putandum, capitulum istud alia de offensione compositionem[t] exigendam esse precipere, nisi in regiam expeditionem[18] rennuerit, quod capitulum istud declaravit dicens ita: „ut iterum se preparare valeat ad nostram utilitatem". Quodsi universaliter istud capitulum de omni offensione eribannum precipiat, ut[u] quibusdam est placitum[v], rumperetur tamen a quodam inferiori capitulo Caroli quod est „Si[19] quis liber homo contempta iussione nostra ceteris in exercitum", in quo, ut „qui pacem ecclesiarum Dei et orphanorum ac pupillorum et minus potentum rumpit" pena 60 solidorum mulctetur[w], constitutum est.

24. Optimus quisque[a] in pago vel in civitate in testimonium adsumatur, ut is contra quem testimoniare debet nullum crimen possit indicere[b,*].

* *Ut testis quislibet recipiendus sit, nisi crimen ei oppositum fuerit et probatum* per kapitulum Lotharii (78.) „Si quis aliquem de aliquo". 7—9.

Glossa: Aspice in Loduico (15.) Si quis cum altero de qualibet causa, alia (36.) Volumus autem de is libertatibus et rebus. 3.

Expositio: Quamvis testis ab adversariis non dicatur optimus, iuxta tamen Lotharii capitulum quod est „Si[20] quis aliquem de aliquo mallaverit negotio" recipiendus est, nisi crimen ei oppositum fuerit et probatum, quod videri potest in hoc quod ibi legitur: „Crimina vero si super eum", id est super appellatorem vel super testem contra eum adductum, „inponere voluerit pro dilatanda iustitia, probare cogatur".

25. Ut nec colonus nec fiscalinus possit alicubi foras mistio[a] traditiones[b] facere.

Glossae: Colonus est qui terram colit; fiscalinus est qui de persona sua fiscum dat. 4.— *foras mistio]* id est nisi in mistione. 3. id est progeniem. 4.

Expositio: Notandum est, per colonum tam[c] servos privatorum quam ecclesiarum intelligi oportet; fiscalini regales servi dicuntur.

26. Nemini liceat dimittere[a] servum suum propter dannum ab illo cuilibet illatum, sed iuxta qualitatem danni dominus[b] pro illo respondeat, vel eum in compositionem aut ad poenam petitori offerat. Si autem servus perpetrato[c] scelere fugerit, ita ut a domino penitus inveniri non possit, sacramento se[d] dominus eius[d] excusare studeat, quod hoc[e] sue[f] voluntatis nec[g] consentiens[f,h] fuisset, quod servus eius tale facinus commisisset[i].

Petre[k], *te appellat Martinus, quod Dominicus tuus servus fecit iniuriam ad Mariam suam mundoaldam. — De torto me appellas. — Si dixerit: „liber est aut est*[l] *servus de Marcoardo*[l]*" — „hoc te appellat Martinus, quod tu dimisisti eum per ipsum malum".*

Petre, te appellat Martinus, quod Dominicus tuus servus fecit sibi unam plagam in capsum. — Non tibi respondeo, quia Paulus[m] *vendidit michi per ipsum malum. — Aut probet aut respondeat. Si dixerit, quod servus est fugitivus, vadat eum quaerere.*

Expositio: Capitulum hoc dicens: „sed iuxta qualitatem dampni dominus pro illo respondeat" rumpit Rotharis leges quae sunt „Nulli[21] liceat casam ordinatam", „Si quis mancipium fugax in casa sua", „Si mancipium alienum refugium", atque Liuprandi legem que est „Si[22] quis servum vel ancillam loco pignoris" partim rumpit. Sed qualiter rumpantur et qualiter salventur, retro[23] dictum est. — §. 2. Quod dominus pro servo fuga lapso in hoc iubetur iurare capitulo, quod sue voluntatis nec consensus fuisset, quod servus eius tale facinus commisisset, dicebant antiqui iudices, hoc capitulum Grimoaldi legem que est „Si[24] servus talem culpam fecerit", in hoc quod dominus pro servo fuga lapso iurare iubetur, quod non potuisset ipsum servum invenire, partim rumpere. Secundum enim eos dominus ab hoc capitulo sacramentum predicte Grimoaldi[n] legis[o] prohibetur facere, cogendus, ut hoc capitulum precipit, iurare. Sed male dicebant; quia, licet hoc capitulum predictum sacramentum fieri iubebat, tamen sacramentum quod predicta Grimoaldi lex facere iubet non vetat, quare dominus utrumque faceret. — §. 3. Lex Grimoaldi que est „Si[24] servus talem culpam fecerit" in partem rumpitur secundum Walcausam ab hoc capitulo, quia ibi legitur, ut dominus pro servo componat solidos 20 et solidos 60, si fuga lapsus est; et in hoc capitulo declaratur, quod nichil componere debet, si fuerit ausus facere sacramentum, quod sue voluntatis nec consentiens fuisset, quod servus eius tale facinus commisisset. Quod a Wilihelmo non laudatur; quia, si quicumque huius capituli sacramentum facere auderet et[p] nichil pro servo fuga lapso iuxta hoc capitulum componere deberet, iam omnes leges

r) iniuste *cod.* s) *desunt in cod.* t) componere *cod.* u) a *cod.* v) placidum *cod.* w) mulcte *cod.*
Cap. 24. *e codd.* 3—9. a) homo *add.* 7—9. b) ei inicere 7—9.
Cap. 25. *e codd.* 3—9. a) *sic* 3; mistos *rell.* b) *sic* 3. 4; traditionem *rell.* c) cum *cod.*
Cap. 26. *e codd.* 3—9. a) dimittere *post* illatum *ponit* 3. b) eius *add.* 5. 6. 9. c) pro perp. 5. 6. 9. d) dominus eius se 7—9. e) *hoc loco is qui capitulare Langobardicum composuit falsa lectione usus esse videtur:* nec suae voluntatis *recte in Karoli capitulari legitur.* f) sua voluntas nec consensus 5. g) non 7. 8. h) conscientiȩ 9. i) et sit absolutus *add.* 8. 9 *et corr.* 4. k) *e codd.* 7—10. l) servus est dicat M. 8. m) Petrus 9; P. 7. 8. 10. n) Liuprandi *cod.* o) lege dominus *codex.* p) et *om. c.*

17) Karol. M. 34. 18) Discerni videtur inter regiam et hostilem expeditionem: hoc capitulum de regia expeditione (Hoffahrt?) agere dicitur, cap. 34 de hostili. 19) Karol. M. 79. 20) Loth. 78. 21) Roth. 252. 274. 275. 22) Liutp. 109. 23) Expos. §. 3 ad Roth. 252; expos. §. 1 ad Liutp. 109. 24) Grim. 3.

compositionem[q] pro servo fuga lapso fieri iubentes ab hoc capitulo partim rupte essent, veluti Rotharis lex que est „Si[25] servus dum in fuga est furtum fecerit“ et quam plures alie, que pro servo compositionem[q] fieri iubent, nulla differentia interposita, utrum sit in fuga vel non. Querenti, quid proficui sit domino sacramentum facere, quod in hoc precipitur capitulo, cum dominus secundum Wilihelmum non compositione solvitur huius capituli sacramento, dicatur: sacramentum in tantum prodesse, quod, licet servus alicuius hominem liberum super eum ambulando comprobetur occidisse, tamen, si huius sacramentum capituli dominus ausus facere fuerit, non iudicabitur res suas perdere, veluti legitur in Liuprandi lege quae est „Si[26] servus cum voluntate domini sui“, et etiam, si dominus huius capituli sacramentum ausus fuerit facere, licet servus suus super sponsam alicuius cum paranimpha et trotingis ambulantem aquam sordidam et stercora comprobetur iactare, tamen non iudicabitur 900 solidos debere pro servo componere, ut in Liuprandi lege quae est „Pervenit[27] ad nos, quod dum quidam homines“ et cetera legitur. — §. 4. Quod in hac lege habetur: „sed iuxta qualitatem dampni dominus pro illo respondeat“, ideo dictum putatur, ut dominus componat pro servo iuxta hoc quod leges compositionem fieri notificant, veluti, si servus alicuius liberum intra capsum plagaverit, dominus pro eo 20 solidos componat[28], et in ceteris similiter; „vel eum in compositionem offerat“, sicut legitur in Liuprandi lege quae est „Si[29] quis ammodo inventus fuerit“ et cetera, in qua dicitur, si servus cum potestate domini sui cum uxore aliena turpiter conversatus fuerit, dominus pro eo widrigild componat, et ipse servus ad occidendum tradatur pro quanto appretiatus fuerit, atque sicut in Rotharis lege legitur quae est „Si[30] servus aut ancilla venenum alicui dederit“; „ad penam offeratur“, ut in Grimoaldi lege legitur quae est „Si[31] servus talem culpam fecerit“, in qua servus ad mortem tradi iubetur. Vel aliter: nemini liceat servum propter dampnum et cetera, ac si diceret, non liceat domino propter[r] susceptum iudicium servum dimittere, sed dominus „vel[32] extimationem pro eo sufferat vel noxe dedat eum“; hoc quidem, si civiliter conventus fuerit dominus, si vero criminaliter agendum fuerit, ipse servus convenietur suo nomine, sed[s] liceat[s] domino defendere eum, si vult. — §. 5. Capitulum hoc a Caroli capitulo quod est „Iubemus[33] enim ut propter ullam districtionem“ corroboratur, dicente: „et ipsi domini, sicut lex iubet, rationem pro servis reddant“.

§. 6. Petre, appellat te Martinus, quod Dominicus tuus servus fecit iniuriam ad Mariam suam mundoaldam. — Respondet: de torto me appellas. — Si dixerit: „liber est aut servus est de Marcoardo“ — „hoc te appellat Martinus, quod tu dimisisti eum per ipsum malum“.

§. 7. Petre, te appellat Martinus, quod tuus servus Dominicus fecit sibi unam plagam in capsum. — Non tibi respondeo, quia Paulus vendidit per ipsum malum. — Aut probet aut respondeat. Si dixerit quod servus est fugitivus, vadat eum[t] quaerere[t].

27. Si quis* ad mallum legibus mannitus** fuerit et non venerit, si eum sumnis non detinuerit, 15 solidis culpabilis iudicetur; si ad secundam et terciam[a], similiter[b]; si autem ad quartam[a] venire contempserit, possessio eius in bannum mittatur, donec veniat et de re qua interpellatus fuerat iusticiam faciat. Si autem infra annum non venerit, de rebus eius quae in banno[c] missae sunt rex interrogetur, et quicquid exinde[d] iudicaverit fiat. Prima mannitio[e] super[f] noctes 7, secunda super noctes 14, tertia super noctes 21, quarta super noctes 42. Similiter de beneficio hominis, si forte res proprias non habuerit, mittatur in bannum, usque dum rex interrogetur***.

* *Salichus.* 7—9. ** *de ingenuitate aut de hereditate tantum* per kapitulum istius (77.) „De mannire“. 7—9. *** *Beneficium quidem contradicatur ei, donec ipse venerit et iusticiam fecerit aut missus eius aliquando* per kapitulum Pipini (7.) „De universali“. 7—9 *et simil. in marg.* 4.

Glossae: Si quis ad mallum] Hoc capitulum Salichum est. 4. — *sumnis]* id est impedimentum aquae. 4.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „Si quis ad mallum legibus mannitus fuerit et non venerit, si eum summus, id est impedimentum, non detinuerit, 15 solidos sit culpabilis“, legis Sallice primam legem corroborat, que eiusdem[g], ubi eandem sententiam denotat. — §. 2. Capitulum istud, quemlibet pro qualibet causa manniri posse insinuans, a subsequenti capitulo quod est „De[34] mannire vero“ partim rumpitur, in quo quilibet, nisi de ingenuitate et hereditate, manniri posse prohibetur. — §. 3. Lodoyci capitulum quod est „Si[35] quis de statu suo id est de libertate“ et cetera, dicens: „iuxta legis constitutionem manniatur“, hoc capitulum corroborat. — §. 4. Eo quod in hoc capitulo rex de rebus quae in bannum misse fuerint, quid exinde iudicaverit, interrogari precipitur, si ille cui res fuerint infra annum iustitiam facere non venerit, dicebant antiqui iudices, hoc capitulum a Lodoyci capitulo quod est „Si[36] cuiuscumque hominis proprietas ob crimen“, ruptum esse partim, quia secundum eos quid de rebus illis fieri debeat, ut hoc precipit capitulum, rex non interrogandus erat, immo iuxta predictum Lodoyci capitulum, si ille re cognita iustitiam facere venire distulerit annoque ac die res illas in eo banno esse permiserit, non ulterius eas adquirere maluerit, quia eas fiscus habuerit. Sed

q) componere *c.* r) pre *cod.* s) scī. *cod.* t) conquireret *c.*

Cap. 27. *e codd.* 3—9. a) terciam vel quartam 4. b) *deest* 3. c) bannum 6—9. d) inde 3. 4. e) admonitio 5. f) sit super 9; non sit super 7. 8. g) regis est (*scil.* Karoli) *addendum?*

25) Roth. 256. 26) Liutp. 21. 27) Ast. 6. 28) Ex lege Roth. 59. 29) Liutp. 120. 30) Roth. 142. 31) Grim. 3. 32) princ. Inst. nox. actt. (IV, 8.) 33) Karol. M. 70. 34) Karol. M. 77. 35) Lud. P. 17. 36) Lud. P. 16.

male dicebant, quia predictum Lodoyci capitulum non alias res transacto anno ac die fisco sociari iubet, nisi res in bannum ob crimen missas: res vero ille, que iuxta hoc capitulum in bannum mittuntur, non ob crimen mittuntur, immo quia ad quartam mannitionem iustitiam facere venire contempsit, que mannitio non hodie potest fieri de crimine, ut superius[37] ostendi iuxta Caroli capitulum quod est „De[34] mannire vero", in quo quilibet, nonnisi de ingenuitate et de hereditate, manniri prohibetur. Ideoque quid de rebus iuxta hoc capitulum in bannum missis post transactum annum fieri debeat, regem interrogandum esse, ut hic precipitur, intelligi oportet, nec iuxta capitulum predictum quod est „Si[36] cuiuscumque hominis proprietas" res unde hoc loquitur capitulum fisco sociabuntur. — §. 5. Capitulum hoc, in eo quod precipit beneficium in bannum mitti, secundum quosdam a Pipini capitulo partim dicitur rumpi quod est „De[38] universali quidem populo", in hoc quod ibi legitur: „et iudex, id est comes, contradicat illi beneficium suum, quia iustitiam facere non vult". Sed non rumpitur, cum melius non possit contradici, quam si bannum posuerit. — §. 6. Notandum est quoque, quod hoc capitulum tantum est Salichum, quod videri potest iuxta eiusdem capituli initium.

28. Ut sacramenta quae ad palatium fuerint adramita[a] in palatio perficiantur: et si sacramentales homines[b] cum ipso[c] venire noluerint, iussione dominica aut indiculo aut sigillo ad palatium venire cogantur.

Glossae: Ut sacramenta] Non est r.[d] 5.7.8. — *ad pal.]* id est contra. 5.7. — *adramita]* id est promissa. 4. — *indiculo]* id est brevi. 4. — *venire cogantur]* Per hoc capitulum videtur, quod sacramentales legitimi inviti cogantur iurare, etiamsi nolunt, secundum vl. 4. — Similiter de ceteris. 7.9.

Expositio: Secundum quosdam de his tantum sacramentis, que ad manum regis principaliter pertinent, veluti si quis iuratus esset, regium servum non plagasse, hoc capitulum locutum esse putandum est; vel, ut alii dicunt, de his tantum loquitur sequens[e] capitulum, que, licet ad manum regis non pertineant, aramiuntur[f] sponte fieri ad palatium.

29. Si quis super missum dominicum cum collecta et armis venerit ac[a] missaticum illi iniunctum[b] contradixerit aut contradicere voluerit, et[c] hoc ei adprobatum fuerit, quod se sciens[d] contra missum dominicum ad resistendum venisset, de vita componat*; et si negaverit, cum 12 iuratoribus[e] suis[e] se idoniare studeat[f], et pro eo quod cum collecta contra missum dominicum armatus venit ad resistendum bannum dominicum componat. Simili modo domnus imperator de suis vassis iudicavit. Et si servus hoc fecerit, disciplinae corporali subiaceat.

* *et res eius ad publicum deveniant* per kapitulum istius (45.) „De illis". 7—9 *et in marg.* 5.6.

Glossae: Si quis] Non est r.[g] 4.5.8. — *si negaverit]* scilicet quod nesciebat, missum dominicum esse. 4. — *vassis iudic.]* scientes ut moriantur, aut se defendant nescientes. 4. — *hoc fecerit]* scil. nesciens. 4. — *subiaceat]* et si sciens, moriatur. 4.

Petre[h], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu venisti cum collecta[i] et armis te sciente super missum imperatoris et contradixisti missaticum illi, quod erat sibi commendatum.

30.* Si quis** domum alienam cuilibet[a] fregerit, quicquid exinde per vim abstulerit aut[b] rapuerit vel furatus[c] fuerit[c], totum[d] secundum[e] legem illi[e] cui[f] domus fuerit fracta et expoliata in triplo componat et insuper bannum dominicum[g] solvat. Si vero servus hoc[h] fecerit[h] sententiam superiorem accipiat et insuper secundum suam legem compositionem faciat.

* *Kapitula de exercitalibus usque „Quicumque"*[39]. 7—9. ** *in expeditione.* 7—9.

Glossa: Haec quattuor capitula (30—33.) non debent in aliis iudicari nisi qui in hoste hoc malum agunt secundum vl. 4.

Expositio: Hec capitula usque ad „Quicumque[39] liber homo in hoste bannitus" ad hominem in hoste positum facta esse putandum est. Et supra hoc capitulum prooemium[i], quod hoc declarabat, antiquissima capitularia habuisse, apud Wilihelmum non dubium. Et si aliter intelligeretur, iam hoc capitulum Liuprandi legem que est „Si[40] quis sine voluntate regis in qualicumque" rumperet, quia ibi res de casa per vim ablate in octogild, hic vero in triplum tantum componi iubentur; eodem quoque ordine, quia plures Rotharis leges[41], veluti „Si quis liber homo furtum fecerit" „Si servus furtum fecerit" „Si quis per proditorem" et fere omnes leges, que res malo ordine sublatas in octogild iubent componi, rumperet. Sed subsequens capitulum quod est „Sic[k. 42] quoque: quaelibet[k] persona", dicens: „aut presentaliter emendet aut sacramentum reddat solus" Rotharis leges[43] que sunt „Si qualiscumque causa" et cetera „Si quis alii pro qualicumque causa wadiam et fidemiussorem de sacramento dederit" rumperet, quia ibi cum duodecim iurare et usque ad duodecim noctes ad ipsum sacramentum dandum spacium dare, hic vero solus iurare aut presentialiter emendare precipitur. — §. 2. Quod in hoc capitulo habetur: „totum illi secundum legem cui domus fuerit fracta"

Cap. 28. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4.6; adrhamita 9; aramita 3.5; arramita 7.8. b) *deest* 5.6.9. c) *deest* 5.6.9. d) romanum. e) sequentis *cod.* f) arguuntur *cod.*

Cap. 29. *e codd.* 3—9. a) et 4. b) iunctum 7—9. c) si *add.* 7—9. d) sciente 4.5. e) suis iuratoribus 7—9. f) faciat 4.8. g) romanum. h) *e codd.* 7—10. i) manus *add.* 7.

Cap. 30. *e codd.* 3—9. a) cuiuslibet 7—9. b) id est 7—9; aut rap. *om.* 4. c) furaverit 3. d) *deest* 4. e) illi sec. legem 7—9; secundum legem eo m̊ tamen illi 3.5; secundum legem et ewam illi *Ansegis.* f) cuius 7—9. g) *sic* 4; nostrum 3.5.7: *deest* 6.8.9. h) fuerit, *om.* hoc, 4.7—9. i) praemium *c.* k) si quoque quialibet *c.*

37) Expos. §. 2 ad hoc cap. 38) Pip. 7. 39) Karol. M. 34. 40) Liutp. 34. 41) Roth. 253—255. 42) Karol. M. 33. 43) Roth. 359. 362.

ad hanc legem id est ad hoc capitulum tantum referendum est. — §. 3. Capitulum hoc dicens: „sententiam superiorem accipiat“ suprapositum capitulum[44] respexit in hoc quod dicit: „et si servus hoc fecerit, discipline corporali subiaceat“. — §. 4. Item quod hic scriptum est: „secundum suam legem compositionem faciat“, in hoc eodem capitulo ubi dicit: „in triplo componat“ referendum est.

31. Si quis liber homo* aliquid tale dannum cuilibet fecerit pro quo plenam compositionem facere non valeat, semet ipsum[a] in[b] wadia dare pro servo[b] studeat, usque dum plenam compositionem adimpleat.

* *in eadem*[c. 45]. 7—9.

Glossa: Si quis] Recordare kapitula Lotharii (1. 90.) Si liber homo se ipsum, Si liber uxorem habens liberam. 4.

32. Si quis* messes[a] aut anonas[a] in hoste super bannum dominicum rapuerit aut furatus[b] fuerit[b] vel paverit aut cum[c] caballis vastaverit, extimato[d] damno[d] secundum legem in triplum componat. Et si liber homo hoc fecerit, bannum[e] dominicum pro hac re componere cogatur: servus[f] vero[f] secundum suam[g] legem tripla[h] compositione[h] dannum in loco restituat et pro banno[i] disciplinae corporali subiaceat.

* *in eadem*[45]. 7—9.

Expositio: Quod in hac lege habetur: „dampno estimato secundum[k] legem[k] in triplum componat“ ad hanc legem id est ad hoc capitulum tantum referatur.

33. Sic[a] quoque[b. c]: qualibet[b] persona* de hoc quod interpellata fuerit praesentaliter[d] aut[d] emendet aut[e] sacramentum reddat solus[f], quod nec ipse[g] fecisset nec qui fecisset sciat. Accusator[h] vero prius[h] iuret, quod non eum[i] se[k] sciendo[l] iniuste[k] interpellavit[m].

* *in eadem*[n. 45]. 7—9.

Glossae: Accusator vero prius] Per hoc exemplum accusator iuret antea, et per usum tractum a Romanis legibus[46]. 4. 5. 7. 8. — „Interpellator“[47] vadit ad commune. 5. 7. 8.

Expositio: Usu et exemplo huius capituli dici potest, interpellatorem pro qualibet causa, unde alium appellat et bellum non fit[48], iuraturum esse quod eum non iniuste se sciente interpellavit, quod etiam lex Romana[46] fieri iubet.

34. (35.)[49] Quicumque[a] liber homo in hostem bannitus fuerit et venire contempserit, plenum eribannum[b] id est 60 solidos solvat[c]; quod[d] si non habuerit unde illam summam[e] persolvat[e], semet ipsum per[f] wadimonium in[g] servitio[g] principi[h] tradat, donec per tempora ipse bannus ab eo fiat persolutus: et tunc iterum ad statum suae libertatis revertatur. Et si ille homo qui propter eribannum[i] in servitium se tradidit[k] in illo servitio defunctus fuerit, heredes eius hereditatem quae ad eos pertinet non perdant nec libertatem, nec de ipso eribanno[i] obnoxii fiant.

Expositio: Hoc capitulum suprapositum Caroli capitulum quod est „De[50] heribanno“ rumpit, ut supra diximus[51] et salvatur hic eodem modo. — §. 2. Capitulum hoc, eum qui in exercitum venire contempsit plenum heribannum id est 60 solidos componere iubens, Rotharis legem quae est „Si[52] quis in exercitum ambulare contempsit aut in sculcam“ partim rumpit, in qua qui in exercitum venire contempserit 20 solidos iubetur componere; sed non est rupta, immo addicio. — §. 3. Capitulum hoc dicens: „quod si non habuerit unde illam solvat summam, semed ipsum per wadimonium in servitio principi tradat“, et postea dicens: „et si ille homo qui propter heribannum in servitio se tradit mortuus fuerit, heredes illius hereditatem que ad illos pertinet non perdant“, declarat, bannum nonnisi de mobilibus esse solvendum, quia, si de inmobilibus deberet solvi, tunc hic de quo hoc loquitur capitulum potius de hereditate solvisset quam se in servitium principis tradidisset. Unde hoc capitulum a sequenti Caroli capitulo quod est „Si[53] quis liber homo, contempta iussione nostra“ partim rumpitur, in quo qui in exercitum venire contempsit plenum heribannum id est 60 solidos solvere iubetur, nulla posita differentia, utrum de mobilibus an de immobilibus solvi debeat. Sed,

Cap. 31. *e codd.* 3—9. a) ei *add.* 4. b) *sic* 4; in wadiam pro servum dare 3; wadiam dare 5. 6; invadiare ei 7—9. c) expeditione *add.* 9.

Cap. 32. *e codd.* 3—9. a) messem aut annonam 7—9. b) furaverit 3. c) *deest* 7—9. d) extimatum damnum 7—9. e) insuper bannum 4. f) Si servus fuerit 4; si vero servus hoc fecerit 7—9. g) suam *om.* 5. 6. h) sub tripla compositione 6. 9; in triplo componat et 4. i) damno 3. k) *desunt in cod.*

Cap. 33. *e codd.* 3—9. a) Si 3—5. b) qualibet quoque 4. c) *subintellige:* placuit *vel* convenit. d) aut pres. 7—9. e) statim *add.* 5. 6. f) sola 4. 5. g) ipsa 8. 9; *deest* 4. h) Interpellator autem primum 7 9. i) *deest* 4. k) iniuste se sciendo 7—9. l) sciente 4. m) et si iurare non presumpserit ipsum sacramentum *add.* 3; et si i. n. pr. 15 solidos componat *add.* 5. n) expeditione *add.* 9.

Cap. 34. *e codd.* 3—9. a) enim *add.* 3. 5. b) *sic* 5; eritbannum 3; aribannum 4; heribannum *rell.*; secundum legem Francorum *add.* 4. 7. 8; componat sec. l. Fr. *add.* 9. c) secundum legem Francorum componat 5. d) et 4. e) summam solvat 3; solvat summam 7—9. f) in 3. 5. g) pro servo 3. 5. h) principis 4. i) heribann. 6—9. k) tradit 7—9.

44) Karol. M. 29. 45) Cfr. glossam textui capitis 30 insertam. 46) L. 2. Cod. iureiur. propter calumn. (II, 59.) 47) Haec ita intelligenda esse censeo: buius capituli pars suprema („Interpellator autem primum“ in codd. 7—9.) non ad exercitales tantum spectat (cfr. cap. 31.), sed ius commune continet. 48) Nam si per pugnam actor probare vult, iam e Liutprandi lege 70 sacramentum de astu praestare debet. 49) Numeri uncis inclusi Muratorianae editionis sunt reliquarumque editionum anteriorum. 50) Karol. M. 23. 51) Expos. ad cap. cit. 52) Roth. 21. 53) Karol. M. 79.

ut quidam dicunt, non rumpitur, quia illud capitulum non intelligendum est bannum solvere precepisse nisi legaliter, id est huius capituli determinatione, scilicet de mobilibus.

5 35. (36.) Ut nullus homo in placito centenarii neque ad mortem neque ad libertatem suam amittendam aut res reddendas vel mancipia iudicetur: sed ea[a] omnia[a] in praesentia comitis[b] vel missorum nostrorum iudicentur[c] *.

10 * *Ut omnis controversia coram eo finiatur preter reditionem*[d] *terrae et mancipiorum* per kapitulum istius (93.) „Omnis controversia". 7—9.

Expositio: Capitulum hoc, quemlibet hominem ad mortem iudicari aut libertatem suam 15 perdere coram centenario prohibens, a sequenti Caroli capitulo, quod est „Ut[54] omnis controversia diffiniri posset" partim rumpitur, in quo[e] quamlibet[e] causam coram centenario diffiniri posse precipitur, preter redemptionem terre et mancipiorum. 20 Sed secundum Wilihelmum non rumpitur, quia predictum capitulum quod est „Omnis[54] controversia" minores[f] causas, scilicet redemptionem terrae et mancipiorum, coram centenario diffiniri posse prohibens, se ipsum declarat, maiores causas, scilicet 25 ad mortem iudicari aut ad servitium convinci, coram centenario nolle diffiniri posse.

36. (38.) Omnia sacramenta in aecclesia aut super reliquias iurentur: et quae in aecclesia iuranda sunt, vel[a] cum septem[b] electis aut si[c] duo-30 decim[c] esse debent, quales potuerit[d] legibus invenire[e]. Et sic iurent[f]: „si illum Deus adiuvet et[g] sancti quorum istae[h] reliquiae[h] sunt, ut veritatem dicat"[i] *.

* *Haec sacramenta sint de minoribus placitis* per 35 kapitulum Lodoici (19.) „Ibi sacramenta" 7—9 *et in marg.* 5.

Glossa: Omnia sacr.] Hoc capitulum Roboarium[k] est. 4—8.

37. (39.) Ut infantes sine[a] rationabili aetate[a] 40 non cogantur iurare, sicut Gundebada lege viventes faciunt.

Expositio: Rationabilis etas Longobardi est, habere 18 annos ut in edicto legitur[55]; Romani vero atque Sallici est, 25 annos habere.

45 38. (39.) Ut qui semel periuratus fuerit nec testis sit post haec nec ad sacramentum accedat nec in sua causa vel alterius iurator existat*.

* *nisi accipiat penitentiam* per kapitulum istius *(Pip.* 45.*)* „Ut de eo qui periurium". 7—9.

Glossa: iurator existat] nisi penitentiam egerit secundum quod in canones legitur. 4.

Expositio: Postquam aliquis penitentiam de periurio aut alio crimine accepit, agere atque sacramentum facere potest, quia iuxta sequens Caroli capitulum quod est „Ut[56] qui se periuraverit" „postquam penitentiam acceperit inculpabilis esse videtur".

39. (40.) Ut[a] infantilis aetatis puellae[a] non vellentur[b], antequam illae eligere sciant quid[c] velint, salva canonica auctoritate*.

* *id est ante* 25 *annos, excepto metu mortis aut raptus*[d] ut[e] legitur in canonibus[57]. 7 — 9 *et in marg.* 4. 5.

Expositio: Hic legitur: „salva canonica auctoritate", id est ut non fiat monacha ante vicesimum quintum annum excepto metu mortis aut raptus.

40. (41.) Ut nec uxor a viro dimissa alium accipiat virum vivente viro suo, nec vir uxorem[a] aliam accipiat vivente uxore priore.

Expositio: Capitulum hoc a Lotharii capitulo quod est „Nulli[58] liceat excepta causa fornicationis" partim rumpitur, quia, si vir uxorem causa fornicationis legaliter dimiserit, iuxta predicti Lotharii capituli intellectum aliam uxorem potest ducere.

41. (42.) Ut iudices ieiuni causas audiant et discernant.

42. (43.) Ut episcopi abbates et comites et potentiores quique, si causam inter se habuerint ac se[a] pacificare[a] noluerint, ad nostram iubeantur venire praesentiam, neque illorum contentio alicubi iudicetur, nec propter hoc pauperum et minus potentium iusticiae remaneant. Neque[b] ullus comes palatii nostri potentiores[c] causas sine nostra iussione finire praesumat, sed tantum pauperum[d] et minus potentium[e] iusticias[f] faciendas sciat sibi esse vacandum.

Expositio: Hoc capitulum, causam episcoporum atque abbatum, quas[g] si[g] inter se habent, si se pacificare[h] noluerint[h], nisi in presentia regis

Cap. 35. *e codd.* 3—9. a) *desunt* 7—9. b) comitum 5—8. c) iudicetur 7—9. d) *sic* 8; redemptionem 7. 9, *cfr. K. M.* 93. e) quolibet *cod.* f) nunc res *c.*

Cap. 36. *e codd.* 3—9. a) *deest* 5. 6. b) sex 4. c) cum XII 6; sibi XII 7—9. d) potuerint 3. 5. 9. e) inveniri 5. 7. 9. f) iuret 3. 4. g) illi *add.* 7—9. h) reliquiae istae 7—9. i) dicant 3. 5. k) *sic* 4. 6; 50 rubuar. 7. 8; ribuar. 5.

Cap. 37. *e codd.* 3—9. a) qui sine rationabilitate sunt 7—9.

Cap. 38. *e codd.* 3—9; *in codd.* 3. 7—9 *anteriori uno tenore subiungitur.*

Cap. 39. *e codd.* 3—9. a) Ut infantulae puerilis aetatis 7—9. b) velentur 8. 9. c) quae 7—9. d) nisi consensu parentis *add.* 9 *et al. man.* 8. e) ut *rell. solus* 5 *habet.*

55 *Cap.* 40. *e codd.* 3—9. a) *deest* 5.

Cap. 41. *e codd.* 3—9.

Cap. 42. *e codd.* 3—9. a) pacif. se 7—9. b) *novum incipit cap. in codd.* 7—9. c) potentiorum 7—9. d) pauperibus 5. e) potentibus 5. f) ad iustic. 7—9. g) quasi *cod.* h) pacificauerint *c.*

54) Karol. M. 93. 55) Liutp. 19. 56) Pipin. 45; cfr. expos. §. 2 ad Grim. 7. 57) Concil. Afric. 60 can. 93. 58) Loth. 95.

tantum, alicubi diffiniri prohibens, a Lodoyci capitulo quod est „Si[59] quis cum altero" partim rumpitur, quia illic precipitur, ut negotium ex utraque parte ecclesiasticum coram comite finiatur. Sed Ugo dicit, quia illud capitulum, quod est „Si[59] quis cum altero" intelligendum tantum locutum esse de minorum ecclesiarum, quae[i] sint sub[k] abbate seu episcopis ecclesiae, negotio[l]. — §. 2. Rumpitur quoque partim a Lotharii capitulo quod est „Volumus[60] ut episcopi, abbates, abbatisse", in hoc quod ibi legitur: „plenam faciant iustitiam ante comitem suum". Sed ita salvatur secundum Wilihelmum, ut intelligatur predictum Lotharii capitulum, episcopos, abbates, abbatissas tunc tantum coram comite iustitias facere, quando cum minus potentibus debent agere. — §. 3. Rumpitur ab alio Lotharii capitulo quod est „Ut[61] omnis episcopus, abbas et comes"; corrumpitur in hoc quod dicit: „nullam excusationem habeant, quin ad placita missorum nostrorum veniant". Sed ita salvari potest, ut supra[62] ab alio Lotharii capitulo salvatur. — §. 4. Iuxta hoc quod hic legitur: „sed tantum pauperum et minus potentum ad iustitiam faciendam sciet sibi esse vacandum", notandum est, comitem palatii potestatem habere placitandi universos pauperes et minus potentes.

43. (48.) Ut, quandocunque testes ad rem quamlibet discuciendam quaerendi atque eligendi sunt, a[a] misso nostro et comite[a] in quorum[b] ministerio de re qualicunque agendum est tales eligantur, quales optimi[c] in ipso pago inveniri possunt. Et non liceat litigatoribus per praemia falsos testes adducere[d], sicut hactenus fieri solebat.

Glossae: comite in quorum] Obiit per kapitulum istius (93.) Omnis controversia. 5. 7. 8. — *quales optimi]* Obiit per kapitulum Pipini (21.) Placuit nobis, secundum quosdam. 4. 5. 7. 8.

Expositio: Ut quandocumque testes ad rem quamlibet discutiendam: sicut legitur totum in capitulario[62*].

44. De latronibus ita praecipimus observandum, ut[a] pro prima culpa non moriatur, sed oculum perdat; de secunda vero[b] culpa[b] nasus ipsius[c] capelletur[d]; de tertia vero culpa[e], si se non emendaverit, moriatur[f].

Glossae: De latronibus] non est r.[g] 5. 7. 8. — scilicet non habentibus 80 solidos aut 40 per legem Rotharis (253.) secundum vl. 4. — si non habent 80 *solidos*. 5.

Expositio: Hoc capitulum in parte rumpit leges Rotharis[63] que sunt „Si quis liber homo furtum fecerit", „Si servus furtum"; sed qualiter rumpatur, retro dictum est[64]. — §. 2. Secundum quosdam iudices dicitur[h], latronem solidos 80 habentem mori non debere, nec oculum aut nasum perdere: sed quia hanc sententiam retro[65] declaravimus, ad aliam transeamus. — §. 3. Hoc capitulum a quibusdam Caroli capitulis[66] que sunt „De vindicta in iudicio facta in latronibus", „Si quis latro de uno furto comprobatus fuerit" affirmatur, iuxta que capitula videri potest sine dubio, quod hoc capitulum est generale et ad omnes latrones pertinet[65].

45.[a] De illis hominibus qui propter eorum culpas[b] ad mortem iudicati fuerint, et postea eis fuerit vita concessa, si ipsi iustitiam ab aliis requisierint[c] aut alii ab eis iustitiam quaerere voluerint[c]*, aequaliter[d] inter illos iudicium[e] terminetur. Primum[f] omnium de illis causis pro quibus iudicatus[g] fuerit[g] ad mortem nullam[h] potest[h] facere repetitionem, quia omnes res suae secundum iudicium Francorum in publico fuerunt[i] revocatae**. Et si aliquid postmodum[k], postquam ei vita concessa est, cum iustitia adquirere potuerit in sua libertate, teneat[l] et defendat[l] secundum[m] legem[m]. Sed in testimonium non suscipiatur[n] nec inter scabinos ad legem iudicandam locum teneat[o]. Et si ad[p] sacramentum ei[q] aliquid[q] iudicatum fuerit quod iurare debeat[r], si aliquis ipsum sacramentum falsum dicere voluerit, cum armis contendant[s].

* *de aliquibus commissis ante iudicium mortis.* 7—9 *et in marg.* 4. ** *nisi in ecclesia homicidium fecerit aliquis liber* per kapitulum Lodoyci (6.) „Si quis ex levi causa". 7. 9 *et in marg.* 4.

Glossae: aequaliter inter illos iud. term.] id est ut nec illi aliis, nec alii illis iustitiam faciant. 4. — id est ut non faciant iustitiam nec recipiant. 5. 7. 8. — id est ut alter alteri iustitiam non faciat. 6. — *secundum iudicium Franc.]* Ob hoc multi dicunt, hoc caput esse Salichum; set non est, quia commune est Longobardorum et Francorum. 4. — *Sed in testim. non]* Obiit per kapitulum Pipini (21.) Placuit nobis ut nullus comes, secundum quosdam. 4. 5. 7. 8.

Petre[t], te appellat Martinus, quod tu fecisti sibi unam plagam in capite. — Non tibi respondeo, quia tu fuisti iudicatus post ad mortem. — Aut probet aut respondeat. Si dixerit: „iudicatus fui ad mortem, sed michi fuit vita concessa, et tu post fecisti illud malum", probet aut taceat.

Petre, te appellat Martinus, quod tu occidisti

i) quia *c.* k) ab *c.* l) locutum esse *add. c.*

Cap. 43. *e codd.* 3—9. a) missi nostri et comites 4. 5. b) cuius 5. c) meliores 7—9. d) adhibere 5—9.

Cap. 44. *e codd.* 3—9. a) quis *add.* 7—9. b) *desunt* 7—9. c) latronis *add.* 5. d) abscidatur 4; alii capuletur *in marg.* 4. e) *deest* 7—9. f) *in cod.* 5 *huic capiti adiunguntur quaedam verba e Kar. c.* 84 *desumpta hoc quidem modo:* Et ex his duobus furtis unde oculum et nasum perdere debet, constituimus ut dominus servi illius secundum ipsius legem cui furta facta fuerint, solvere debeat; de tertio vero furto unde mori debet, mors illius furta illa excludat. g) romanum. h) dicunt *c.*

Cap. 45. *e codd.* 3—9. a) *codd.* 3. 4 *hanc servaverunt inscriptionem:* Kapitula quae domnus imperator Aquis palatio constituit. b) culpam 5—9. c) quaerere voluerint aut alii ab eis 7—9. d) equale iudicium 5. 6; qualiter *corr.* 7 *et in marg.* 8, *quod recte.* e) sententia 7—9; *hic deest* 5. 6. f) ut primum 7—9; *novae legis initium in cod.* 4. g) iudicati fuerint 5—9. h) nullus possit 7—9; nullam possit 5. i) sunt 7—9. k) *deest* 7—9. l) teneant et defendant 5. 7—9. m) *desunt* 7. 8. n) recipiantur 5; suscipiantur 6—9. o) teneant 6—9. p) ad *om.* 7—9. q) aliquid ei 4; eis aliq. 7—9; eis *om.* 5. r) debeant 5. 8. 9. s) contendat 5. 6. t) *e codd.* 7—10.

59) Ludov. P. 15. 60) Loth. 7. 61) Loth. 86. 62) Expos. §. 2. 62*) Lud. P. c. 15 spectatum esse coniicio. 63) Roth. 253. 254. 64) Expos. §. 1 ad Roth. 253. 65) Expos. §. 3 ibidem. 66) Karol. M. 83. 84.

Dominicum suum servum ministerialem. — Non tibi respondeo, quia ego sum post iudicatus ad mortem. — Probet. Si dixerit qui appellat: „tibi fuit vita concessa, et post illud malum michi fecisti", probet. Si dixerit qui appellatus est: „fuit michi vita concessa, sed si tu dicis, quod ego fecissem tibi ipsum malum, postquam fuit michi vita concessa, de torto me[u] *appellas*[u]*",....*

Petre, te appellat Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu fuisti fur de tanto suo mobili quod valebat solidos 100. *— Non tibi respondeo, quia per ipsa mobilia fui iudicatus ad mortem.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu fecisti iniuriam ad Mariam suam mundoaldam. — De torto. — Si voluerit[v] *dicere*[v]*, quod falsum sit sacramentum quod debet iurare, faciat*[w] *pugnam cum armis*[w].

Expositio: Petre, hoc te appellat Iohannes, quod tu fecisti plagam in capite. — Non tibi respondeo, quia tu fuisti iudicatus ad mortem. — Aut probet aut respondeat. Si dixerit alius[x]: „licet probatum sit, quod ego fui iudicatus ad mortem, tamen respondere michi debes, quia vita fuit michi concessa", aut probet aut taceat. — Ad quod alius respondeat: „quamvis probavisses, vitam tibi fuisse concessam, tamen non tibi inde debeo respondere, quia ego non feci tibi plagam illam, postquam tibi vita fuit concessa, sed ante". — Aut probet aut respondeat. Sed secundum quosdam non debet ipse probare, se antea fecisse plagam quam vita sit sibi concessa, immo alius debet ei dicere: „non est verum, quod tu antea fecisses plagam michi quam vita fuisset michi concessa, sed postea"; et ita probet, si potuerit, illum sibi postea fecisse; et si probare nequiverit, alius se defendat.

§. 2. Petre, hoc te appellat Iohannes, quod tu sibi fecisses plagam in capso. — Non tibi respondeo, quia ego fui iudicatus ad mortem. — Aut probet aut respondeat: „quamvis probasses, te ad mortem iudicatum fuisse, tamen respondere debes, quia vita fuit tibi concessa". — Aut probet aut taceat. Ad hoc dicat alius: „quamvis probavisses, vitam michi fuisse concessam, tamen tibi respondere non debeo, quia ego tibi non feci plagam illam, postquam vita fuit michi concessa, sed ante". — Aut probet aut respondeat. — Sed secundum quosdam non debet probare se ante fecisse, quam vita fuit sibi concessa, immo alius debet dicere ei: „non est verum, quod tu antea fecisses michi plagam illam, quam vita fuit tibi concessa, sed postea fecisti". — Et ita probet. Si vero probare nequiverit, alius se defendat, si potuerit, vel emendet.

§. 3. Petre, hoc te appellat Iohannes, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu fuisti fur de tanto suo mobili, quod valebat solidos 100. — Non tibi respondeo, quia per ipsa mobilia fui iudicatus ad mortem. — Aut probet aut respondeat.

§. 4. Petre, hoc te appellat Iohannes, quod tu fecisti iniuriam ad Mariam suam mundoaldam. — De torto me appellas. — Si voluerit dicere, quod falsum sit sacramentum, quod ipse debet iurare, faciat pugnam armis. Sed si convictus fuerit, quia patet, illud sacramentum quod facere debeat falsum esse, emendet iniuriam ut lex precipit, et pro periurio perdat manum. Si autem vicerit, nichil emendabit; quia victo bello patet, sacramentum quod debebat facere, bonum esse[y].

§. 5. Notandum est quoque, quod due priores[67] appellationes hoc ordine fuerunt secundum Walcausam:

Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu fecisti unam plagam in capite. — Non tibi respondeo, tu fuisti postea iudicatus ad mortem. — Aut probet aut respondeat. Si dixerit: „iudicatus fui ad mortem, sed michi fuit vita concessa, et tu postea fecisti illud malum", aut probet aut taceat.

§. 6. Petre[z], hoc te appellat Martinus[a], quod tu occidisti Dominicum suum servum ministerialem. — Non tibi respondeo, quia ego sum iudicatus ad mortem postea. — Probet. Si dixerit qui appellat: „tibi fuit vita concessa et post illud malum michi fecisti", probet. Si dixerit qui appellatus est: „fuit michi vita concessa, sed si tu dicis, quod ego fecissem tibi ipsum malum, postquam fuit michi vita concessa, de torto me appellas"[b]...

§. 7. „Equale iudicium inter illos terminetur": hoc edictum est ambiguum. Quidam dicunt: „ut[c] ipsi faciant iustitiam alteri et alii eis"; alii autem e contrario: „ut nec ipsi alteri, nec alter illis iustitiam faceret (subaudis: de causis perpetratis) antequam ad mortem fuissent iudicati". Dicebant enim priores, iudicium de non esse esse non posse, et ita posteriorem sententiam depravabant. Sed male dicunt, quia iudicium ita potest esse de absolutione, quemadmodum de observatione, ut in Institutis[68] legitur. Inferiorum autem sententiam nos confirmamus, quia in sequenti[69] ita consideretur, ubi legitur: „Si aliquis adversus eum (subaudis: cui vita erat concessa) aliquid malum fecerit, licentiam habeat suam iustitiam requirendi". Quod autem subdit: „et de preteritis maneat, sicut superius iudicatum est", aspexit in superiori capitulo, quod nec ipsi iustitiam alteri, nec alter eis faciat de causis perpetratis, antequam ad mortem iudicati fuissent. — §. 8. Eo quod hic legitur: „quia omnes res sue secundum iudicium Francorum in publico sunt revocate", asseritur res quorumlibet ad mortem retropositis legibus dampnatorum ad partem publicam iuxta hoc capitulum deventuras, nulla interposita differentia, utrum in ipsis legibus hos ad mortem dampnantibus, quid fieri debeat de eorum rebus, sit diffinitum vel non. Quod ab aliis sic dicentibus depravatur: capitulum hoc, dicens: „in publico sunt revocate", declarat, se non alio-

u) me app. *om.* 7. 9. 10; *celerum huius appellationis finis in codd. omnibus omittitur, ita fere, ut opinor, supplendus:* probet se antea fecisse ipsum malum; *cfr. expos. §.* 1. v) dixerit vel dicere voluerit 10. w) cum armis contendant 10. x) alicuius *cod.* y) *iam sequuntur in cod. Branc. placitorum formae duo, quae ad caput* 46 *secundum codices* 7—10 *ablegavi. Tota autem hac expositione capiti* 45 *adscripta vere capita* 45 *et* 46 *exponuntur (cfr. expos. §.* 7. 14. 15*), quae in compluribus etiam Lombardae codicibus uno tenore coniuncta inveniuntur.* z) Petrus *c.* a) Ᵽ *cod.* b) *cfr. supra not.* u. c) nec ut *cod.*

67) id est prima et secunda in expos. §. 1.2 positae; cfr. appellationes e codd. 7—10 ad hoc caput supra exhibitae. 68) Inst. de action. (IV, 6.)? 69) Karol. M. 46.

rum res ad partem publicam advocasse, nisi illorum, que retropositis legibus in publico specialiter sunt advocate. Et aliter depravatur: quia, si iudices, id est ipsi Franci, iudicarent, res alias in publicum ire nisi illas tantum quae retropositis legibus specialiter ad partem publicam iubentur venire, male iudicarent, quia non secundum legem iudicarent, cum omnis iudex secundum legem iudicare debeat. Contra hoc adversarius: licet hoc capitulum dicat: „sunt revocate"[d], tamen intelligendum est, Karolum huius capituli compositorem, gerentem Francorum mortem[e], res quorumlibet dampnatorum ad mortem ad partem publicam iuxta hoc capitulum advocasse, quia „revocate" non hic est positum pro „iterum vocate", immo pro „advocate", veluti legitur in Rotharis lege que est „Si[70] fuerint filii legitimi et filii naturales" ubi dicit: „facultas vero illius mortui tota ad legitimos fratres revertatur", in quo „re" nullam habet significationem. Iuxta quoque Lotharii capitulum quod est „Si[71] quis ex levi causa" intelligendum est, Carolum res quorumlibet ad mortem dampnatorum iuxta hoc capitulum ad partem publicam advocasse, quia predictum Lotharii capitulum dicens: „hereditas tamen liberi hominis" huc respiciens hoc plane ostendit, quia sic[f] dicit[f]: quamvis hereditates omnium hominum aliorum ad mortem iudicatorum vadunt ad fiscum, tamen istorum non ibunt. Et secundum hanc sententiam hoc capitulum rumpit Novellas in quod ibi legitur: „bona[72] dampnatorum capitali crimine non ad lucrum presidis sed ad parentes pertineant". Sed posses dicere adversus predictum Lotharii capitulum quod est „Si[71] quis ex levi causa", non ad hoc capitulum respexisse sed ad Liuprandi legem quae est „Nam[73] qui super alium ambulaverit", que homicidam super alium ambulantem omnem substantiam suam iubet perdere et fiscum defunctique heredis eam habere. Cui obiectioni sic obviari potest: non ad illam legem Liuprandi respexit, quia rupta erat a quam pluribus capitulis, veluti a Lodoyci capitulo quod est „Quicumque[74] hominem ex levi causa aut sine causa", et a quodam Caroli capitulo quod est „De[75] armis infra patriam portandis". Sed mos est Longobardorum legum, respicere ad fractas leges veluti „De[76] homicidio unde lex pro simplicitate" et ad Liuprandi legem que est „Nam[73] qui super alium ambulaverit" prospicit, quae, ut supra diximus, fracta erat. Etiamsi crederetur predictum capitulum[71] ad hoc respexisse, non ideo tamen confirmandum esset, res hominum ad mortem dampnatorum iuxta hoc capitulum ad partem publicam fore deventuras, veluti res fornicatoris cum uxore alterius a viro reperti; quia, licet propter suam culpam iuxta Rotharis legem quae est „Si[77] quis cum uxore sua alium fornicantem invenerit" absque alio intervallo ad mortem sit iudicatus, eius tamen res iuxta hoc capitulum non devenirent ad partem publicam, quia iuxta hoc capitulum nullius res ad partem publicam sunt deventure, nisi illius tantum qui iudicio scabinorum ad mortem dampnatus fuerit, quod potest videri per hoc quod dicit: „si alicui post iudicium scabinorum fuerit vita concessa"; sed predictus adulter absque aliquo iudicio a Rotharis lege iubetur a viro interfici, quare, quia in iudicio scabinorum non est comdempnandus, res eius iuxta hoc capitulum non devenient ad partem publicam. — §. 9. Sunt qui aiunt, capitulum istud esse Salichum, eo quod dicit: „Francorum": sed male dicunt, quia Carolus fuit rex Francorum et Longobardorum et ideo dixit: „secundum iudicium Francorum", quia magis diligebat illos. — §. 10. Si fur tertium fecerit furtum et pro eo dampnatus fuerit ad mortem, et, furto ma[illegible]ente apud eum, vita ei concessa est, queritur, utrum debeat reddere vel non. Dicitur a quibusdam, reddi non debere, quia dicit capitulum: „de illis rebus pro quibus fuerit iudicatus ad mortem nullam potest facere repetitionem", sed iuxta Lodoyci capitulum quod est „Primum[78] omnium, sicut iam aliis missis fuerit iniunctum, iustitiam faciat de rebus et libertatibus iniuste ablatis" litigari potest, quod debet reddi, quia ibi legitur: „ut res iniuste ablate statim restituantur". Sed non est ita, quia capitulum illud non loquitur de rebus furto aut scacho abstractis, quod satis videri potest ubi dicit: „ut[79] per optimos inquiratur", quia furtum vel scachum non debet inquiri per optimos, sed reddi. Contra hoc sic dici potest: predictum Lodoyci capitulum non loquitur de rebus furto ablatis, et licet hoc capitulum dixisset: „de illis rebus pro quibus fuerit iudicatus ad mortem nullam potest facere repetitionem", tamen intelligendum est, illud furtum debere reddi, quia ipse, in hoc quod requirit rem suam quam ipse furatus fuerat, non facit repetitionem de rebus pro quibus fur iudicatus ad mortem fuerat, quia ipse fur non fuerat iudicatus ad mortem pro re ipsa furata, imo pro presumptione et pena furti, unde iste valebat[g]; et in Institutis[80] legitur: quando de furto agitur, de sola pena agitur, et in Capitulari quoque legitur: „mors[81] illius furta illa excludat", id est penam furti, scilicet sibi nonum, excludat, non persecutionem rei. — §. 11. Si uxor de adulterio convincta fuerit, secundum legem[77] debet mori et res eius secundum quosdam ad partem publicam venire debebant, quia propter suam culpam ad mortem iudicata fuerit. Sed male dicebant: quia talis erat cuius res ad publicum deveniebant, quae in potestate regis erat occidendi vel dimittendi; sed de ista potestatem non habebat, sed vir. — §. 12. Si quis homo ad mortem iudicatus fuerit et, antequam vita ei concessa sit, alio iverit et liberam uxorem acceperit et morgicap ei fecerit vel aliquid adquisierit et donationem venditionemque fecerit, queritur quid inde fieri debeat? Ad publicum pertinent, quia servus est, et quod servus sit, iuxta hoc capitulum videri potest, quia in hoc quod dicit: „et si aliquid, postquam ei vita concessa est, cum iustitia adquirere potuerit in sua libertate, teneat et defendat" de-

d) advocate *c.* e) morem *corr.?* f) si diceretur *c.* g) nonalebat *cod.; valebat repetere intelligendum videtur.*

70) Roth. 162. 71) Loth. 58. 72) Iulian. nov. 21, 10. 73) Liutp. 20. 74) Lud. P. 6. 75) Karol. M. 20. 76) Loth. 92. 77) Roth. 212. 78) Lud. P. 35. 79) Lud. P. 36. 80) §. 19. Inst. oblig. quae ex delicto (IV, 1.). 81) Karol. M. 84.

clarat, eum servum esse, si vita concessa non fuerit; et in Institutis[82] legitur: inter liberam et servum nullum coniugium fieri potest. Et si vendiderit aut donaverit, nichil valuerit, quia in Institutis[83] legitur: quidquid per servum adquiritur, id domino adquiritur, et si ea quod adquisivit domini sunt, igitur vendere aut alienare non potest sine iussione domini. — §. 13. Si quis ad mortem iudicatus fuerit, et postea vita erat sibi concessa, si[h] ipse[h] aliquod malum fecerit et appellatus inde fuerit, si negaverit, quod non fecisset, debet iurare cum suis parentibus, si Longobardus est? Non, quia, postquam fuerit servus, non redibit ad gradum cognationis, sicut in Institutis[84] legitur, ubi dicit: „quod[i] ius[i] cognationis perit, et quidem, si manusmissus fuerit, non recipit cognationem". — §. 14. Dubitatur adhuc, si aliquis per sententiam iudicis ad mortem iudicatus fuerit, et, dum ad occidendum ducatur, aliquis eum in capite plagaverit, et postea vita fuerit concessa, si plage compositionem querere poterit? Non, quia, licet hoc capitulum[85] dicat: „habeat licentiam suam iusticiam requirendi de causis perpetratis quia ad mortem iudicatus fuerit", tamen nullam exinde compositionem valet requirere, quia illud dictum esse post concessam vitam oportet intellegi. — §. 15. Si quis rem invasit, antequam ad mortem iudicatus fuisset, nec fruges quas habuit, nec compositionem propter invasionem terre solvere debet, si ei vita concessa est; quod videri potest iuxta hoc quod hic legitur: „equale inter eos iudicium terminetur"[86]. Sed si, postquam ad mortem iudicatus fuerit, et vita fuerit concessa, rem aliquam invasit, sive rem illam invadat quam ante mortis dampnationem invaserat seu aliam, et appellatus fuit, quod rem illam malo ordine possedisset, non poterit prohibere, quin respondeat et fruges, quas habuit postquam vita ei concessa est, reddere debeat. Quod videri potest iuxta hoc quod dicit[85]: „et si aliquis adversus eum aliquod malum fecerit, secundum equitatis ordinem licentiam habeat suam iustitiam requirendi".

46. Si alicui post iudicium scabinorum fuerit vita concessa et ipse postmodum aliqua[a] mala[a] perpetraverit et iustitiam reddere noluerit, dicendo quod mortuus sit et ideo iusticiam reddere non debeat, statutum est ut superius[b] iudicium[b] sustineat quod antea sustinere debuit. Et si aliquis adversus eum aliquid malum[c] fecerit, secundum aequitatis ordinem licentiam habeat suam iusticiam requirendi de[d] causis[d] perpetratis, postquam ad mortem iudicatus est. De[e] praeteritis maneat sicut superius[87] diiudicatum fuerit.

Glossae: superius iudicium] id est mortem secundum vl.; id est ut emendet secundum a. 4. — *de praeteritis]* id est causis finitis ante iudicium mortis, ut non respondeat. 4.

Petre[f], te appellat Martinus, quod tu occidisti patrem suum. — Non tibi respondeo quia ego sum mortuus.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Imperator michi fecit per preceptum[g]. — Et quid pertinuit ad imperatorem? — Ego fui iudicatus ad mortem, et totae meae res venerunt ad publicum. — Potes tu probare, quod tu, postquam imperator tibi dedit, quod imperator infra hoc quod tu fuisti iudicatus ad mortem, et quod tu, antequam tu fuisses iudicatus ad mortem, et quod pater tuus per 30 annos possessam habeatis?

Expositio[h]: Petre, hoc te appellat Iohannes, quod tu occidisti patrem suum. — Non tibi respondeo, quia ego sum mortuus. — Aut moriatur aut iustitiam faciat.

§. 2. Hec appellatio que sequitur non ex hoc colligitur capitulo sed hic fuit solo usu:

Petre, hoc te appellat Iohannes, quod tu tenes sibi malo ordine terram quae est in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Imperator michi fecit per preceptum. — Et quid pertinuit ad imperatorem? — Ego fui iudicatus ad mortem, et totae[i] meae res venerunt ad publicum. — Potes tu probare, quod tu, postquam imperator tibi dedit, quod imperator infra hoc quod tu fuisti iudicatus ad mortem, et quod tu, antea quam tu fuisses iudicatus ad mortem, et quod pater tuus per 30 annos possessam habebatis?

47. De latrone forbannito: si liber homo[a] susceperit, 15 solidos componat, et[b] si servus, 120 ictus[c] percussionibus vapulet*.

* *nisi ei hospicium dederit* per kapitulum Pipini (41.) „Quicumque post missam". 7.8 *et sim. in marg.* 4.

Glossa: forbannito] scil. qui mori debet pro tertio furto sec. vl. 4.

Expositio: Capitulum hoc, eum qui latronem forbannitum susceperit 15 solidos componere iubens, a capitulo Pipini quod est „Quicumque[88] post missam sancti Iohannis" partim rumpitur, in quo qui ei hospitium dederit latroni fieri similis precipitur. — §. 2. Forbannitus latro dicitur qui in foro est bannitus.

48. Ut comes qui latronem in forbanno miserit vicinis suis, aliis[a] comitibus, notum faciat, eundem latronem a se esse forbannitum, ut illi eum non recipiant.

Glossae: in forbannum] id[89] est in medio banno. 4. — *forbannitum]* id est in banno missum. 4.

h) sub se *c.* i) queritur quod ius *cod.; verba corrupta videntur.* k) penitentiam *c.*

Cap. 46. *e codd.* 3—9. a) aliquid malum 7—9. b) al. superiorem iusticiam 4 *in marg.* c) mali 5.6. d) De causis vero 3.4. e) et de 4. f) *e codd.* 7—10. g) de ea *add.* 10. h) *cfr. supra not.* y *ad Karol. M.* 45. i) ante *cod.*

Cap. 47. *e codd.* 3—8; *abest a cod.* 9. a) eum *add.* 4. b) et *om.* 6. c) ictuum 7.8; ictibus percussionis 6.

Cap. 48. *e codd.* 3—9. a) et aliis 5—9 *et sec. man.* 3.

82) Serviles cognationes nuptiis impedimento esse, §. 10. Inst. nuptiis (I, 10.) constituitur; verba quae sequuntur eodem modo inveniuntur expos. §. 1. Roth. 214. 83) Cfr. §. 3. Inst. per quas person. (II, 9.) 84) §. 6. Inst. cap. demin. (I, 16.) 85) Karol. M. 46. 86) Cfr. supra expos. §. 8. 87) Kar. M. 45. 88) Pipin. 41. 89) Cfr. Leg. I. p. 155. not. f: „De meziban id est de latrone forbannito".

49. Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum vel ad mallum venire cogatur, exceptis scabinis et vassis comitum, nisi qui causam suam aut[a] quaerere debet aut respondere.

Glossa: Ut nullus] Obiit per kapitulum Lodoici (39.) De placitis quidem. 4 *et sim.* 3.

50. Ut testes ad testimonium dicendum praemio[a] non conducantur, et[b] nullus testimonium dicat aut sacramentum iuret nisi ieiunus. Et ut testes, priusquam iurent, separatim discutiantur, quid dicere velint de illa[c] re unde testimonium reddere debent.

Expositio: Capitulum hoc, prohibens testes premio conduci, a Pipini capitulo quod est „Placuit[90] nobis, ut nullus comes" partim rumpitur, in quo testis premio conduci permittitur; quod videri potest in hoc quod ibi legitur: „sed permittant ei habere sua testimonia, qui ea potest acquirere — subaudis: pretio — aut rogare" — scilicet gratis. Sed ita salvatur, scilicet ut dicamus, conquirere per comitem, sed non pretio. — §. 2. Capitulum hoc Liuprandi legem partim rumpit quod est „Si[91] qualiscumque causa inter conlibertos", quia illic legitur, ut testes iurent[d], priusquam[d] testimonium dicant, hic vero: „ut testes, priusquam iurent, testimonium dicant". — §. 3. Capitulum hoc, dicens: „nullus testimonium dicat aut sacramentum nisi ieiunus", et: „ut testes, priusquam iurent, separatim discutiantur", suprapositum Caroli capitulum quod est „De[92] periuriis ut caveantur" idem asserens corroborat.

51. Ut nullus quislibet missus noster neque comes neque iudex aut scabinus cuiuslibet iustitiam dilatare praesumat, si statim adimplere potuerit secundum rectitudinem; neque praemia[a] pro[b] hoc a quolibet homine per aliquod[c] ingenium accipere presumat.

Expositio: Ad[d] hoc ut[d] dilatetur iustitia, capitulum hoc pretium prohibens recipi, a Lodoyci capitulo quod est „Ut[93] comites et vicarii et centenarii" corroboratur, dicente: „ut propter iustitiam pervertendam nullus munera accipiat".

52. Ut mercatum in nullo loco habeatur, nisi ubi antiquitus fuit et legitime[a] esse debet.

53. Ut nullus cogatur ad pontem ire ad fluvium transiendum[a] propter tolonei causam, quando ille in alio loco compendiosius illud flumen transire potest. Similiter et in plano campo, ubi pons nec transiectus non[b] est, ibi omnino[c], ut toloneum non exigatur, praecipimus.

54. Ut presbiter qui sanctum chrisma donaverit ad iudicium subvertendum, postquam de gradu suo expulsus fuerit, manum amittat.

55. Ut iudices advocati prepositi[a] centenarii scabini[a] quales meliores inveniri possint[b] et Deum timentes constituantur ad sua ministeria exercenda[c].

Expositio: Capitulum hoc suprapositum Caroli capitulum quod est „De[94] advocatis vicedominis vicariis", ut retro dictum est, corroborat. — §. 2 Capitulum hoc, iudices advocatos centenarios scabinos quales meliores inveniri possunt et Deum timentes iubens constitui, a subsequenti Caroli capitulo quod est „Hoc[95] quoque iubemus", dicente: „ut iudices supranominati", et a Lodoyci capitulo quod est „Omnibus[96] igitur episcopis abbatibus cunctoque clero" corroboratur, dicente: „vicedominos prepositos advocatos sive defensores habere bonos non malos" et cetera.

56. Ut nemo propter cupiditatem pecuniae aut propter avaritiam suam prius[a] det[b] precium[c] et[d] futuram coemptionem[e] sibi praeparet[f], ut duplum[g] vel triplum recipiat, sed tunc tantum[h] quando[h] fructus presens[i] est[i] illum comparet.

57. Volumus atque monemus[a], ut episcopi suum in omnibus iuxta vires peragere studeant ministerium in parochiis eorum, et ut praedicationem et confirmationem ibidem expleant. Et ut de monasteriis quae infra parochiam[b] eorum[b] sunt vigilanter curent, ut canonici secundum canones et regulares secundum regulam vivant: et ubi aliter quam ordo poposcit invenerint, emendare studeant, et, si emendare nequiverint, nobis nuntietur.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „ut canonici secundum canones et regulares secundum regulam vivant", dat intelligi, quedam monasteria non regularia esse: unde a Pipini capitulo[97] partim rumpitur, in quo cuncta monasteria regularia esse debere precipitur.

58. Ut comites pleniter iustitiam diligant et iuxta vires expleant, et iustitiae sanctae Dei ecclesiae vigilanti cura instent[a] et orphanorum viduarum pauperum et omnium qui in eorum ministerio commanent: de[b] quacumque causa ad eos venerit

Cap. 49. *e codd.* 3—9. a) aut *om.* 7—9.

Cap. 50. *e codd.* 3—9; *in codd.* 7—9 *hoc caput antecedenti adnexum est.* a) propter praemio 3; propter premia 5. 6; al. propter premium *in marg.* 4. b) ut *add.* 3; testis *add.* 7—9. c) ipsa 7—9. d) priusquam iurent *cod.; cfr. exp.* §. 3 *ad Liutp.* 8.

Cap. 51. *e codd.* 3—9. a) premium 3. 7—9. b) propter 3; per 5. 6. 9. c) malum *add.* 7—9 *corr.* 4. d) Ut ad hoc *cod.*

Cap. 52. *e codd.* 3—9. a) legitimum 7—9.

Cap. 53. *e codd.* 3—9. a) transeundum 7—9. b) non *om.* 5. 6. c) omnimodis 4.

Cap. 54. *e codd.* 3—9.

Cap. 55. *e codd.* 3—9. a) cent. scab. prep. 7—9. b) possunt 7—9. c) non inquirenda et adimplenda *add.* 3.

Cap. 56. *e codd.* 3—9. a) *deest* 5. b) detur 3. c) aliquod *add.* 7—9. d) ut 3. 6. e) emptionem 5. f) comparet 5. g) comparationis *add.* 4. h) *desunt* 5. i) est presens 7—9.

Cap. 57. *e codd.* 3—9. a) admonemus 5; iubemus 7—9. b) illorum parrochias 7—9.

Cap. 58. *e codd.* 3—9. a) insistent 5. 6. 9. b) et de 7—9; si de 5.

90) Pip. 21. 91) Liutp. 8. 92) Karol. M. 21. 93) Lud. P. 46. 94) Karol. M. 22. 95) Karol. M. 125. 96) Lud. P. 56. 97) Pipin. 3.

querela, plenissima ac[c] iustissima deliberatione definire decertent et sicut rectius et iustius est ita agant[d]. Et ut primitus ad placita eorum orphanorum et viduarum necnon et pauperum causas[e] 5 deliberent[e], nec propter aliquam dilatationem[f] eorum iustitia a iudicibus dilatetur.

Glossa: Nota, quod iudices iustitiam per virtutem facere debent. 4.

Expositio: Pipini capitulum quod est „Pla- 10 cuit[1] atque convenit nobis ut omnes iustitiae" et cetera hoc capitulum corroborat. — §. 2. Capitulum hoc, causas orphanorum et viduarum necnon et pauperum primitus quia aliorum diffinire iubens, a Lodoyci capitulo quod est „De[2] viduis et pupillis 15 et pauperibus" corroboratur, in hoc quod dicit: „ut, quandocumque in mallum venerint ante comitem, primo eorum cause audiantur" et non solum ab hoc corroboratur sed etiam a compluribus aliis.

59. Volumus, ut episcopi et[a] comites[a] con- 20 cordiam et dilectionem inter se habeant ad Dei et sanctae ecclesiae protractatum[b] peragendum, ut episcopus suo comiti, ubi ei[c] necessitas poposcit, adiutor et exortator existat, qualiter suum ministerium explere possit. Similiter et comes faciat con- 25 tra suum episcopum, ut in omnibus illi adiutor sit qualiter infra suam parochiam canonicum possit implere[d] ministerium[e].

Expositio: Widonis capitulum quod est „Placuit[3] nobis etiam summopere statuere, ut epi- 30 scopi et comites uniti sint" huic concordat capitulo. Notandum est quoque, secundum[f] istum[f] Widonis capitulum episcopum comitem fieri non posse, sed alius episcopus aliusque comes fieri debet.

60. Praecipimus etiam comitibus et omnibus 35 fidelibus domni imperatoris[a], ut, quicumque de rebus ecclesiae beneficia habent pleniter nonas et decimas ad ipsas ecclesias donent absque ulla diminoratione[b] et dilatatione: in[c] quantum melius possint et[d] iuxta possibilitatem[e], quando necessi- 40 tas exigit[f], de[g] operibus[h] ad ipsas aecclesias restaurandas adiutorium faciant.

Expositio: Pipini capitulum quod est „Ut[4] de restauratione ecclesiarum" et „Placuit[5] nobis de ecclesiis baptismalibus" et Lodoyci capitulum" 45 quod est „De[6] nonis et decimis considerandum est" aliudque Lotharii capitulum quod est „Precipimus[7] etiam, ut singule plebes secundum antiquam consuetudinem fiant restaurate" et alia quam plura concordant capitula et huic etiam quod est „Et[8] vobis episcopis, qui in omnibus nonas et decimas" concordant similiter.

61. Et[a] vos episcopi, qui in omnibus nonas et decimas accipitis, in vestra providentia sit, qualiter[b] aecclesiae et capellae quae in vestra parochia sunt emendentur, et luminaria eis prebeatis[c], et ut presbiteri in eis vivere possint.

62. Ut nemo alterius clericum sine commendatitiis aut dimissoriis litteris recipere audeat[a].

Expositio[b]: Capitulum hoc[c] retropositum Caroli capitulum quod est „Ut[9] nulli liceat, clericum" corroborat, ut supra dictum est.

63. Ut episcopi abbates per senedochia et monasteria eorum hospitalem[a], ubi antiquitus fuit, faciant: et summopere curent, ut nullatenus praetermittant.

64. Volumus, ut advocati in praesentia comitum[a] eligantur, non habentes malam famam, sed tales eligantur, quales lex iubet eligere.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „sed tales eligantur, quales lex iubet eligere", retropositum Caroli capitulum quod est „De[10] advocatis vicariis vicedominis" corroborat.

65.(66.) Mentio etenim[a] facta est a nonnullis in placito quod habuimus anno praeterito et dictum est inibi[b], quia[c] ubi palam apparet, quod aut ille qui crimen ingerit[d] aut ille qui se defendere vult periurare se debeat[e], melius est, ut in campo cum fustibus pariter contendant quam periurium[f] perpetrent.

Glossae[g]: *Mentio etenim]* Preteriit. 5.7.8. — Roboratur a Lotharii capitulo (32.) Quibuscumque. 4—8. — *in placito]* scilicet hostili, id est de hoste per kapitulum istius (33.) Si quoque qualibet. 4.

66.(67.) Volumus etiam atque iubemus, ut comites et eorum iudices non dimittant testes habentes malam famam testimonium perhibere, sed tales eligantur qui testimonium bonum habeant inter suos pagenses. Et primum per ipsos iudices inquirantur, et sicut ab illis rectius inquirere potuerint ita faciant, non voluntatibus[a] malorum hominum assensum praebentes. Et[b] ut[b] ipsi comites vel[c] eorum iudices, quos[d] noverint[e] causam de qua

c) atque 7—9; et 5. d) agatur 3.7.8. e) causae deliberentur 7—9. f) dilationem 5.6.

Cap. 59. *e codd.* 3—9. a) et com. *om.* 9. b) protractum 4.5.9. c) ei *om.* 4.7—9. d) adimplere 5 *et corr.* 4. 50 e) misterium 7.8. f) tumistutum *c.*

Cap. 60. *e codd.* 3—9. a) nostrisque *add.* 5. b) diminutione 5.6. c) et in 7—9. d) et *om.* 7.9. e) illorum possibilitatem 4; possibilitates suas 7—9. f) poposcit 6. g) de *om.* 5.6. h) operis 5; opera 7—9.

Cap. 61. *e codd.* 3—9. a) Ut 7.8. b) quatenus 7-9. c) prebeantur 7—9.

Cap. 62. *e codd.* 3—9. a) presumat 7—9. b) *haec expos. capiti* 65 *falso in cod. adscripta est.* c) dicens 55 sed tales eligantur, quales lex iubet eligere *falso add. c.; cfr. expos. ad Kar. M.* 64.

Cap. 63. *e codd.* 3—9. a) hospitales 5; hospitale 7—9.

Cap. 64. *e codd.* 3—9. a) comitis 7—9.

Cap. 65. *e codd.* 3—9. a) enim 6—8; *deest* 5. b) ibi 6; *deest* 5. c) *deest* 4; quod illic 5. d) iniecerit 7—9. e) debeant 7—9. f) absconse *add.* 7—9. g) *expositio huius capitis a librario omissa est; cfr. expos.* 60 *ad Kar. M.* 62.

Cap. 66. *e codd.* 3—9. a) voluntati 4. b) Et ut et 5; Sed ipsi 4. c) et 7—9. d) qui 4.5; quasi *corr.* 5; quomodo 9. e) cognoverint 4.

1) Pip. 11. 2) Lud. P. 8. 3) Wid. 1. 4) Pip. 4. 5) Pip. 17. 6) Lud. P. 31. 7) Loth. 20. 8) Karol. M. 61. 9) Karol. M. 6. 10) Karol. M. 22.

inter eos agitur compertam esse, sine blandimento ipsius qui causam habet faciant ad eandem causam venire, et per eorum inquisitionem fiat[f] diffinita. Et[g] iubemus, ut testimonia ab invicem separentur, sicut lex iubet[h]: quia, si ita agunt[i], multi falsi testes possunt convinci, si ita interrogati fuerint[k] separatim[k].

Glossa: Volumus etiam] Per[11] hoc laudantur testes; quod stultorum est. 5. 7. 8.

Expositio: Liuprandi lex quae est „Si[12] qualiscumque causa inter conlibertos" dicens: „testes vero ipsi tales sint, ut eorum opinio in bonis precellat operibus" ab hoc capitulo roboratur dicente: „sed tales eligantur qui testimonium bonum habeant". — §. 2. Capitulum hoc, dicens: „et hoc iubemus, ut testimonia ab invicem separentur, sicut lex iubet"[l], Caroli capitula retroposita[13] corroborat quae sunt „De periuriis ut caveantur" et „Ut testes ad testimonium", in quibus testes separatim discuti iubetur. — §. 3. Eo quod in hoc capitulo legitur: „tales eligantur, qui testimonium bonum habeant inter suos pagenses", testes[m], priusquam eorum testimonium recipi debeat, a suis pagensibus laudari debere, non est dubium.

67. (68.) Sed et[a] hoc volumus, ut comites plenam[b] iustitiam de latronibus[b] faciant per[c] eorum ministeria[c], et ut malefactores et fures non patiantur quietos[d] residere, sed semper eos in quantum valent infestent.

Expositio: Capitulum hoc, comites per eorum ministeria de latronibus plenam iustitiam facere iubens, a Guidonis primo capitulo corroboratur, in quo comites atque episcopi iubentur uniri pro pace et salvatione omnium illorum, qui in suis honoribus habitant, ita ut nullum predonem raptorem permittant morari in suis sedibus.

68. (69.) Ut ante vicarios nulla criminalis actio diffiniatur, nisi tantum leviores causae quae facile possint diiudicari[a]. Et nullus in eorum iudicio[b] aliquem[c] in servicio hominem conquirat, sed per fideiussorem mittatur usque in[d] presentiam comitis. Et[e] ingenuos homines nulla[f] placita faciant custodire, postquam illa tria custodierint placita[f] quae instituta sunt, nisi forte contingat ut aliquis aliquem accuset: exceptis[g] illis scabinis[g] qui cum iudicibus residere debent.

Glossa: vicarios] Vicarius est aliqua vilis vel minima potestas sub centenario. 4.

Expositio: Capitulum hoc a Lodoyci capitulo quod est „De[14] placitis quidem" et a quodam Lotharii capitulo quod est „De[15] vicariis et centenariis" corroboratur, in quibus, postquam ingenui homines tria custodierint placita, nullus ad placitum venire cogatur, nisi qui causam suam quaerit aut si alter ei querere debet, exceptis scabinis septem qui ad omnia placita esse debent. — §. 2. Capitulum hoc non ideo dixit: „quae instituta sunt", ut in aliquo capitulo retro constituta essent, sed ideo dixit, quia rex verbis tantum illa constituerat observari.

69. (70.) Volumus ut, sicut nos omnibus legem observamus, ita et omnes[a] comites nobis[a] legem observare[b] faciant et plenam iustitiam in eorum ministeriis, quicquid ad[c] nos[c] pertinet, facere studeant.

70. (26.) Iubemus enim, ut propter ullam[a] districtionem quam[b] nos facere iubemus pro quibuslibet causis[b] servi non mittantur in districtionem[c], sed per missos nostros vel dominos eorum aut illorum advocatos ipsi servi distringantur, et ipsi[d] sicut lex iubet rationem pro servis reddant, utrum culpabiles sint an non. Ipsi vero[e] domini[f] distringant et inquirant servos suos sicut ipsos amant.

Glossa e codd. 5. 7. 8:

Servorum

alii distringuntur per missos nostros	alii per dominos eorum	alii per illorum avocatos
ut publici.	ut privati.	ut ecclesiastici.

Expositio: Capitulum hoc, prohibens servos pro quibuslibet causis ab actoribus[g] criminis in districtionem poni, legem Salicham[16] rumpit, in hoc quod precipit, servum in scanno ab actoribus criminis flagellari. — §. 2. Quod in hoc capitulo habetur: „quod nos facere iubemus", ita oportet intelligi: quam ego et Theodoricus rex facere iubemus, et associavit se Carolus Theodorico[17], qui in lege Sallica servum supra scannum iussit verberari, acsi illud idem precepisset. — §. 3. Capitulum hoc, dicens: „et ipsi domini sicut lex iubet rationem pro servis reddant", retropositum Caroli capitulum quod est „Nemini[18] liceat dimittere servum suum" affirmans a subsequenti Caroli capitulo quod est „Ut[19] servi aldiones libellarii antiqui" partim corroboratur, quia ibi legitur: „si vero de aliquo crimine accusatur, episcopus primo compelletur, et ipse per advocatum suum secundum quod lex est iuxta conditionem singularum personarum iustitiam faciat".

71. Ut nemo pedicas in foresto dominico nec in quolibet loco[a] tendere presumat. Et hoc si in-

f) ita fiat 5. g) hoc *add.* 7—9. h) habet 5. 6. i) agitur 7—9. k) et separati fuerint 6; fuerint et convincti 5. l) que a (*i. e.* quia) *add. cod.* m) vero *add. c.*

Cap. 67. *e codd.* 3—9. a) et *om.* 4. 5. b) *sic* 4; de lat. pl. iust. *rell.* c) per e. min. *om.* 5. d) quiete 7—9.

Cap. 68. *e codd.* 3—9. a) iudicari 7. 8. b) placitum 4. c) *deest* 4. d) ad 4. e) Et ad 4. 5. f) non faciant custodire plus quam tria placita 4. g) excep̄ illos scabinos 4.

Cap. 69. *e codd.* 3—9. a) *deest* 5. b) conservare 5. 6. c) ad nos *om.* 7. 8; ad *om.* 9.

Cap. 70. *e codd.* 3—6. 8. 9, *abest a cod.* 7, *anteriori coniungitur* 8. 9. a) nullam 4. 6. b) quam...causis *om.* 5. c) quia nos iubemus pro quibuslibet causis servi non mittantur in districtionem *add.* 8. d) domini *add.* 8. 9. e) eorum *add.* 4. 6. f) *deest* 5. g) auctoribus *c.*

Cap. 71. *e codd.* 3—9. a) dominico *add.* 7 *et in marg.* 5. 8.

11) Cfr. expos. §. 3. 12) Liutp. 8. 13) Karol. M. 21. 50. 14) Lud. P. 39. 15) Loth. 61. 16) Lex Sal. em. tit. 42. 17) Cfr. expos. §. 2 ad Liutp. 87. 18) Karol. M. 26. 19) Karol. M. 99.

genuus perpetraverit, bannum dominicum solvat; si servus, dominus illius emendet sicut lex est*.

* *id est ut* 120 *ictus accipiat servus.* 7—9 *et sim. in marg.* 4—6.

Expositio: „Ut nemo pedicas in foresto dominico aut in quolibet loco", subaudis dominico. — §. 2. Quod in hac lege habetur: „si servus est, dominus illius emendet sicut lex est", ita oportet intellegi, scilicet ut servus verberetur, id est 60[b] ictus, ut in capitulo Caroli retro posito quod est „De[20] latrone forbannito", vel alii dicunt: „sicut lex est" respexit retropositum capitulum Caroli quod est „Si[21] quis super missum dominicum", in hoc quod dixit: „et si servus hoc fecerit, discipline corporali subiaceat".

72. De mancipiis quae venduntur, ut in presentia episcopi vel comitis sit[a], aut in[b] praesentia[b] archidiaconi et[c] centenarii aut vicedomini aut iudicis[d] comitis[d] aut ante bene nota testimonia; et foras marcham nemo mancipia[e] vendat. Et qui hoc fecerit, tantis vicibus bannum solvat quanta mancipia vendidit. Et si non habet pretium in wadia[f], pro servo semetipsum[g] comiti donet, usque dum ipsum bannum solvat[g. h].

Glossa: centenarii] id est sculdahis. 4.

Expositio: Capitulum hoc suprapositum Caroli capitulum quod est „Ut[22] nemo presumat aliquem" rumpit, quia illic legitur: „ut nullus audeat aliquem hominem vendere aut comparare nisi in presentia comitum aut missorum", hic vero ante centenarium, archidiaconum et ante alios quam plures hunc vendi atque emi permittitur.

73. Ut[a] nemo audeat in furto mancipia emere et in aliam regionem occulte ducere: ubi vero repertum fuerit, legali sententiae subiaceat.

Expositio: Quod in hoc capitulo habetur: „legali sententiae subiaceat" ad hoc quod suprapositum capitulum[23] est referendum, scilicet ut tantis vicibus bannum solvat, quanta mancipia vendiderit.

74. Ut nemo furem[a] camphium[b] de mancipiis[a] aut de[c] qualibet causa[c] recipere presumat, sicut saepius domnus imperator commendavit*.

* *in verbis non lege.* 7—9.

Glossae: Ut nemo] Obiit per kapitulum Ottonis (I. 6.) De furtis. 4.5.7.8. — *furem]* id est plagiarium servorum. 4. — *de mancipiis]* scilicet si intentio fuerit. 4.

Expositio: Quod in hoc capitulo scriptum est: „sicut sepius domnus imperator commendavit" ita intelligendum est, scilicet ut verbis tantum non lege commendasset.

75. Ut[a] mancipia adventicia et[b] fugitiva nullus[c] recipere praesumat.

76. De omnibus debitis solvendis[a], sicut antiquitus fuit consuetudo, per 12 denarios solidi[b] solvantur[b] per totam Salicham legem; excepto leudem[c], si Saxo aut Frixo Salichum occiderit, per 40 denarios solidi[d] solvantur[d. *]. Infra Salichos vero ex utraque parte de omnibus debitis, sicut diximus, per[e] 12 denarios solidi solvantur[e], sive de homicidiis sive de omnibus rebus.

* *Similiter de omnibus controversiis, quas hii contra Salichum habuerint, unde ei conpositionem facere debuerint* per kapitulum Lodoici (2.) „Ut omnis solutio". 7—9.

Expositio: Capitulum hoc a Lodoyci capitulo partim rumpitur, quod est „Ut[24] omnis solutio atque compositio", quia illic legitur, ut omnis compositio, quam Saxo aut Frixo ad partem Salicham facere debet, per 40 denariorum solidos persolvatur, hic vero legitur, ut illa tantum compositio, quam Saxo aut Frixo ad partem publicam facere debet pro homicidio, per 40 denariorum solidos persolvatur. — §. 2. Notandum est quoque, hoc capitulum tantum esse Salichum.

77. De mannire vero, nisi de ingenuitate aut de hereditate, non sit opus observandum[a]; de ceteris vero rebus[b] per districtionem comitis ad mallum veniant et iuste examinentur ad iustitiam faciendam. Comites vero non semper pauperes per placita opprimant.

Glossa: mannire] Differencia est inter mannire et bandire; mannire est per trium testium venisset ad placitum, bandire est quod comes in placitum clamare faciad ominem, quod legem faciebat. 3.

Expositio: Hoc capitulum retropositum Caroli capitulum quod est „Si[25] quis ad mallum legibus mannitus fuerit", ut retro[26] dictum est, rumpit, et a quodam Lodoyci capitulo quod est „Si[27] quis de statu suo", dicentis: „iuxta legis constitutionem manniatur", corroboratur. — §. 2. Dicitur quoque, hoc capitulum tantum esse Salichum.

78. Si quis Longobardus statum humanae fragilitatis praecogitans pro salute animae suae de

b) *immo* 120.

Cap. 72. *e codd.* 3—9; *bis invenitur in cod.* 4. (4[a]. 4[b].) *Cf. cap.* 16 *in not.* a) sint 4[b]; vendantur 5; sint vendita 7—9. b) *desunt* 7—9. c) aut 4[b]. 5. d) *sic* 3. 4[a. b]. 6; iud. vel vicecomitis 5. 7—9. e) mancipium 7—9. f) vadimonium 3; wadium 4[a]; wadiam 6; vadia 7—9. g) semetipsum mittat, donec comiti ipsos bannos solvat 5. h) persolvat 7—9.

Cap. 73. *e codd.* 3—9. a) Et ut 3. 5.

Cap. 74. *e codd.* 3—9. a) furem de mancipiis camphionem 4; de manc. furem camphium 1; forcapium de mancipiis *legendum erat.* b) camphionem 5; campium 6. c) de aliis quibuslibet causis 7—9.

Cap. 75. *e codd.* 3—9. a) nullus *add.* 7—9. b) et *om.* 7—9. c) nullatenus 7—9.

Cap. 76. *e codd.* 3—9. a) persolvendis 7—9. b) solidus solvatur 5; sol. solvendos 7. c) leudo 3. 4; leude 6. d) sol. solvatur 5; sol. solvat 6; sol. solvant 7. 8. e) *sic* 4—6; XII denarii sol. solvantur 3; XII denarii per sol. solvantur 7—9.

Cap. 77. *e codd.* 3—9. a) observare 7—9. b) causis 5. 6. 9.

Cap. 78. *e codd.* 3—9.

20) Karol. M. 47. 21) Karol. M. 29. 22) Karol. M. 16. 23) Karol. M. 72. 24) Ludov. P. 2. 25) Karol. M. 27. 26) Expos. §. 2 ad Kar. M. 27. 27) Lud. P. 17.

rebus suis voluerit iudicare vel[a] cartulam donationis cuilibet facere, non, sicut hactenus[b] fieri solebat, ius sibi vendendi donandi[c] commutandi et per aliam cartam easdem res alienandi reservet potestatem, sed absolute faciat unusquisque de rebus suis quod velit*, et noscat[d] sibi ex nostra auctoritate penitus interdictum[e], duas[f] de eadem re facere donationes[g]; sed postquam unam de rebus suis traditionem fecerit, aliam de ipsis rebus faciendi nullam habeat potestatem**: ita tamen, ut, usumfructum si voluerit habere, per precariam res traditas usque in tempus diffinitum[h] possidendi sit[i] concessa facultas[i].

* *nisi servaverit ordinationem sibi et usumfructum de rebus datis loco Deo dicato, si aliter sibi placuerit* per kapitulum Lotharii (17.) „Volumus ut res". 7—9 *et simil. in marg.* 4. ** *exeptis rebus traditis euntis in hostem sepe quidem* per kapitulum istius (105.) „Qui res suas". 7—9.

Glossae: easdem res alienandi] scilicet tacite. 5. 7. — *sed absolute]* id est determinate, non indefinite. 5.7.8. Dehinc generale[28] est secundum a.[k]. 5.7.8.

Petre[l]*, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Ecce carta quam michi fecit Dominicus. — Et ecce carta quam michi fecit Dominicus. — Ipse qui habet posteriorem*[m] *cartam, dicat priorem falsam.*

Expositio: Capitulum istud Rotharis leges[29] que sunt „Si quis res suas alii thingaverit" et „Nulli liceat donatori" partim rumpit, ut retro[30] dictum est. — §. 2. Capitulum hoc, dicens: „non sicut actenus fieri solebat ius vendendi donandi commutandi et per aliam cartam alienandi reservet potestatem", a Lotharii capitulo quod est „Volumus[31] ut res que a liberis" partim rumpitur, in hoc quod ibi legitur: „liceat sibi usufructum et ordinationem earundem rerum et si aliter sibi placuerit reservare". Sed ita salvatur, scilicet quod dicitur, capitulum istud de corporali traditione locutum esse, illud vero de incorporali[n] putandum est; et quod hoc capitulum de corporali tantum sit locutum, videri potest iuxta hoc capitulum quod subsequitur; quia in hoc quod dicit: „ita tamen, si usufructum habere voluerit, per precariam res traditas usque ad tempus diffinitum possidendi sit concessa facultas" datur intelligi, donatorem de rebus traditis possessionem a se ante abstulisse. — §. 3. Notandum est quoque, quod hoc capitulum ab antiquis dicebatur tantum esse Longobardum: sed male dicebant, quia, licet Longobardum tantum habeat initium, finem tamen, dicendo: „sed absolute faciat unusquisque de rebus suis quod velit", constituit generalem, ut mos est legum quamplurium, scilicet ut ab uno incipiant et in pluribus desinant veluti Lotharii capitulo quod est „De[32] precariis quoque", quod, licet incipiat a precariis tantum, tamen de quibuslibet rebus ecclesie postea loquitur[o]. — §. 4. Quod in hac lege habetur: „sed absolute — id est absque ulla retentione – faciat unusquisque de rebus suis quod velit", secundum legem intelligendum est.

79. (80.) Si quislibet[a] contempta iussione nostra, ceteris in exercitum pergentibus, domi residere praesumpserit, plenum eribannum[b] secundum legem Francorum id est 60 solidos sciat se debere[c] componere[c]. Similiter[d] pro contemptu singulorum capitulorum, quibus per nostram regiam[e] auctoritatem bannum promulgavimus, id est qui pacem ecclesiarum Dei viduarum[f] orphanorum pupillorum[f] ac[g] minus potentium ruperit[h] vel raptum infra patriam fecerit aut[i] incendium alienae domus[i] vel cum collecta multitudine vim cuilibet intulerit, 60 solidorum pena[k] multetur.

Expositio: Capitulum istud, dicens de exercitali, nullum clericum pro qualibet culpa bannum componere evidenter insinuat; quod et aliter patet, quia bannum a solis publicis ministris exigitur, clericus vero de culpis solius episcopi est corrigendus sententia[33]. — §. 2. Capitulum istud, dicens de libero, servum a banno secludit. — §. 3. Superius capitulum quod est „Quicumque[34] liber homo in hoste" partim ab hoc videtur affirmari capitulo.

80. (81.) Si quis adeo contumax aut superbus extiterit, ut dimisso exercitu absque iussu vel licentia regis domum revertatur, et[a] quod nos teudisca[b] lingua dicimus eriliz[c] fecerit, ipse ut reus maiestatis vitae periculum incurrat, et res eius fisco nostro socientur.

Glossa: eriliz] id est armorum depositionem. 4.

81. (82.) Si quis alterum[a] praesumptive sua sponte castraverit et ei ambos testiculos amputaverit, integrum widrigild suum iuxta conditionem personae componat; si virgam absciderit, similiter; si unum testiculum, medietatem persolvat[b]. Hoc[c] de oculis manibus et[d] pedibus vel de lingua sanctimus, ut, si unus horum abscisus fuerit, medietatem[e] widrigild[f], si ambo, integritatem[g] perfecta emendatione componere cogatur[g].

Glossa: Si quis] Non est r.[h] 7.8.

Expositio: Ab hoc capitulo Rotharis lex quae est „Si[35] quis homini libero unum oculum

a) aut 7—9; donare aut *add.* 4. b) actenus 7—9. c) *deest* 5 *et pr. man.* 4. d) noverit 4. e) esse *add.* 7—9. f) ut duas 5. g) non habeat potestatem *add.* 5. h) praefinitum 7—9. i) sit ei concessa licentia 4. k) asinos 7.8. l) *e codd.* 7—10. m) secundam 10. n) corporali *cod.* o) de omnibus aliis *add. c.*

Cap. 79. *e codd.* 3–9. a) quis liber 7—9. b) heribannum 6—9. c) compositurum 5. d) et *add.* 6–9. e) regalem 7—9; *deest* 5. f) et vid. et o. et pupillorum 7—9. g) pauperum ac 7—9. h) irruperit 7—9. i) aut si incenderit alienas domus 7—9. k) ipse *add.* 7—9.

Cap 80. *e codd.* 3—9. a) et *om.* 4.5. b) teutonica 6. c) heriscilcd 5.

Cap. 81. *e codd.* 3—9. a) alium 7—9. b) componat 4. 6. c) Et hoc 7—9. d) ac 7–9. e) medietas 4. f) componat *add.* 7—9; componatur *add.* 4. g) *sic* 6; integritas perfecta emendatione solvere cogatur 4; integritatem perfectae emendacionis componat 5; integritatis perfectam emendationem cogatur componere 7—9. h) Romanum.

28) Cfr. expos. §. 3 ad hoc cap. 29) Roth. 173. 174. 30) Expos. ad Roth. 173 et expos. §. 1 ad Roth. 174. 31) Loth. 17. 32) Loth. 21. 33) Cfr. Karol. M. 134. 34) Karol. M. 34. 35) Roth. 378.

habenti ipsum excusserit" partim rumpitur, et, ut retro dictum est, capitulum hoc tres parvulas leges[36] Rotharis quae sunt „Si quis alii oculum excusserit" et „Si quis alii manum absciderit" „Si quis alii pedem excusserit", ut retro[37] dictum est, corroborat.

82. (83.) Aldiones[a] vel aldianae[a] ea lege vivant in Italia in servitute dominorum suorum, qua fiscalini vel lidi vivunt in Francia.

Glossae: Aldiones] Obiit per kapitulum Lotharii (34.) Videtur nobis. 4. — *fiscalini]* id est qui fiscum dant capitis. 4. — *lidi]* id est qui trahunt saginas in hostem. 4.

83. (84.) De vindicta et iudicio, facto[a] in latronibus, testimonio episcoporum absque peccato comites facere possunt, ita[b] tamen ut absque invidia aut alia occasione mala; et nichil aliud interponatur[b], nisi veram iusticiam ad perficiendam et pacem confirmandam.

Petre[c] comes, te appellat Martinus, quod tu taliasti sibi manum per invidiam, non per iustitiam.

Expositio: Capitulum hoc, latronum vindictam commemorans, capitulum Caroli quod est „De[38] latronibus ita precipimus" confirmat.

84. (85.86.) Si quis latro de uno furto probatus fuerit, unum[a] oculum perdat[a], et si de duobus furtis probatus fuerit, nasus[b] ei capelletur[c], et si de tribus furtis probatus fuerit, moriatur. Et de his duobus furtis, unde oculum et nasum perdere debet, constituimus, ut dominus servi illius secundum legem cui furta facta sunt solvere debeat; de tertio vero furto, unde mori debet, mors illius furta illa excludat. Et si comes sine culpa per invidiam aut occasionem iniustam, nisi per iustitiam et pacem faciendam, hominem diffecerit, honorem suum perdat et legibus ei[d] contra quem iniuste fecerit secundum[e] poenam quam intulit emendet.

Glossae: Si quis] scilicet servus, liber. 4. — *oculum perdat]* et insuper emendet furtum. 4. — *secundum poenam]* id est secundum legem cui malum fecerit componat. 4.

Expositio: Retropositum Caroli capitulum quod est „De[38] latronibus ita precipimus" ab hoc confirmatur. — §. 2. Quod in hoc capitulo habetur: „mors illius furta illa excludat", de servo tantum dictum esse non dubium est; sed si liber homo furtum fecerit tertium et exinde ad mortem iudicatus fuerit, queritur, quid inde fieri debeat?

85. (87.) Si quis latronem morte dignum sibi ad occidendum traditum reservaverit[a] et vitam indigno concesserit, medietatem damni propter quod traditus est pro[b] latrone[b]* componat: et[c] isdem[d] latro si rursus[c] in latrocinio comprehensus[e] fuerit[e], quod prius debuerat, capitali[f] sententia[f] debitum exsolvat.

* *ad partem publicam* per intellectum usus. 7—9 *et in marg.* 4.5.

Glossa: pro latrone] quia, postquam ad mortem fuerit iudicatus, omnes res suae in publico devenerunt. 4.

Petre[g], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu conservasti unum latronem qui habebat furata tanta mobilia quae valebant solidos 100, *qui tibi erat traditus ad occidendum, et vitam indigno concessisti.*

86. (88.) Si quis furem vel latronem comprehenderit et eum indemnem dimiserit neque[a] illum ad praesentiam iudicis[b] ducis aut comitis[b] vel[c] loci servatoris qui missus comitis est adduxerit[d], et de hoc facto sive de hac nequitia post haec in praesentia iudicum[e] convictus fuerit, ipse[f] damni[g] aestimationem[g] pro qua[h] fur vel latro comprehensus est componere* cogatur.

* *ad partem publicam* per usum. 7—9 *et in marg.* 5.

Glossae: loci servatoris] id est gastaldii. 4. — *componere cogatur]* scilicet ipsi cui furtum factum fuerit secundum quosdam; secundum a. parti publicae. 4.

Petre[i], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu comprehendisti unum latronem qui habebat furata tanta mobilia, quae valebant solidos 100, *et non minasti eum ante comitem.*

87. (89.) Ubicumque intra[a] Italiam sive regius sive ecclesiasticus vel cuiuslibet alterius servus fugitivus fuerit, a domino suo sine ulla annorum praescriptione vendicetur, ea tamen ratione, si dominus Francus sive Alamannus aut alterius cuiuslibet nationis sit; si vero Longobardus aut Romanus fuerit, ea lege servos suos adquirat[b] vel amittat, quae inter eos antiquitus est constituta[c].

Expositio: Quod in hac lege habetur: „si vero Longobardus aut Romanus fuerit, ea lege servos suos conquirat vel ammittat que inter eos antiquitus est instituta", ita est intelligendum: scilicet ut, si dominus Longobardus fuerit, per possessionem 30 annorum servum acquirat vel amittat, ut in edicto legitur, veluti in Grimoaldo[39]; si vero Romanus fuerit, per possessionem 10 annorum inter presentes et inter absentes 20 annorum servum acquirat vel amittat, ut legitur in Romana lege[39*]. Unde hoc capitulum partim rumpitur a Lodoyci capitulo quod est „Placuit[40] nobis de illis hominibus qui se

Cap. 82. *e codd.* 3—9. a) Aldii vel aldiae 5.
Cap. 83. *e codd.* 3—9. a) facta 5.7.8. b) *sic* 6—9; si ibi nec invidiam nec aliam occasionem malam nec iusticiam interposuerint 4; ubi nec invidia nec alia occasione mala nec iniusta interponatur 5; *lectio codicis* 3 *mihi praesto non erat.* c) *e codd.* 7—10.
Cap. 84. *e codd.* 3—9. a) oculum unum perdat 7—9; perdat oculum 5.6. b) oculum perdat et nasus 5.9. c) curtetur 7—9. d) illi 5; *deest* 6.9. e) legem *add.* 5.
Cap. 85. *e codd.* 3—9. a) servaverit 7—9. b) per latronem 5—9. c) et si ipse latro rursum 7—9. d) ille 4. e) fuerit comp. 4. f) capitalis sententiae 5. g) *e codd.* 7—10.
Cap. 86. *e codd.* 3—9. a) et 7—9. b) comitis aut iudicis, *om.* ducis, 4.6. c) neque 5; *deest* 7.8. d) non addux. 7—9. e) iudicis 5. f) ipsius 4. g) damnum secundum estim. 6. h) quo 7—9. i) *e codd.* 7—10.
Cap. 87. *e codd.* 3—9. a) infra 7—9. b) conquirat 5. c) instituta 5.

36) Roth. 48.49.68. 37) Expos. ad easdem leges. 38) Karol. M. 44. 39) Grim. 1.2. 39*) Cfr. pr. Inst. usuc. (II.6.) Dominia servorum iure Iustinianeo tribus annis usucapiuntur, non autem per decem vel viginti annorum possessionem acquiruntur, ut expositionis auctor dicit. 40) Ludov. P. 55.

liberos per 30 annos", quia, licet servus alicuius Longobardi per 30 annorum possessionem in libertate dixerit se mansisse, tamen non erit liber, nisi de ingenuo patre et matre natus sit et cartam libertatis ostendat, et ita dominus per possessionem 30 annorum servum non amitteret, ut hoc capitulum precipit.

88. (90.) Ut iudices sive missi nostri fiscalini de qualibet causa freda[a] non exigant[a], priusquam facinus componatur.

Expositio: Hoc capitulum a subsequenti Caroli capitulo quod est „Hoc[41] quoque iubemus, ut iudices supra nominati" corroboratur, quia illic legitur: „ut neque iudices neque fiscalini de qualibet causa fredum — id est bannum — non exigat, priusquam facinus componatur" et hic similiter.

89. (91.) Omnia debita quae ad partem regis solvi debent per[a] 12 denarios solidus solvatur[a], excepta freda quae in lege Salicha scripta est eisdem[b. c] solidis quibus[b] ceterae compositiones solvi debent[d] componatur.

Glossae: Omnia debita] Kapitulum Salichum. 5.7. — *excepta freda]* id est compositione, quae datur regi pro puella rapta que traditur in verbo ipsius regis in mundio. 4.5.7.8.

90. (92.) Si quis causam iudicatam repetere in mallo praesumpserit ibique a testibus convictus fuerit, aut 15 solidos componat aut 15 ictus accipiat[a] a scabinis qui causam ipsam prius iudicaverint.

91. (93.) De his qui legem servare contempserint, ut[a] per fideiussorem in praesentia regis deducantur.

Glossa: Quibuscumque pena non iudicatur legibus, scilicet eas offendentibus, hac lege in regis presentiam cogendi sunt ire. 6.

92. (94.) Qui filium[a] non habuerit et alium quemlibet heredem sibi[b] facere voluerit, coram rege vel coram comite et scabino[c] vel misso dominico[c], qui tunc ad iustitiam faciendam in provincia fuerint ordinati, traditionem faciat.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „Qui filium non habuerit et alium quemlibet heredem", declarat, quemlibet filium habentem non posse sibi alium quemlibet heredem facere. Unde rumpit Romanam legem, iuxta quam tam ille qui filium habet, quam qui non habet, alium sibi heredem instituere potest, servata tamen filio Falcidia. — §. 2. Quod in hoc capitulo habetur: „coram rege vel coram comite", secundum quosdam cum hac differentia oportet intelligi, scilicet, ut qui heredes instituuntur tunc tantum instituantur coram rege, quando ipse qui heres instituitur erat sui iuris id est in potestate sua. Coram comite vero tunc tantum instituantur heredes, quando qui heres instituitur erat in patris seu avi aut alicuins potestate[42].

93. (37.) Omnis controversia coram centenario diffiniri potest excepta[a] redditione[a] terrae et mancipiorum, quae nonnisi[b] coram comite diffiniri potest[b].

Expositio: Retro positum Caroli capitulum quod est „Ut[43] nullus homo in placito centenarii" ab hoc rumpitur et salvatur capitulo.

94. (95.) Ut[a] decima populi dividatur in[b] quattuor partes[b]: prima pars[c] episcopo, alia[d] presbiteris, tercia pauperibus, quarta in fabrica[e] aecclesiae[f].

Glossa: Ut decima] Obiit per kapitulum Lodoici (31.) De nonis. 4.5.7.8.

95. (96.) Ut nullus presbiter cartam scribat neque conductor existat suis[a] senioribus[a].

Glossa: conductor] id est masnerius. 4.7.

96. (97.) Ut aribannum[a] aut aliquod coniectum pro exercitali causa comes[b] de liberis hominibus recipere aut requirere non praesumat[c]; excepto[d] de palatio nostro aut[e] filii nostri missi[e] veniant, qui illum aribannum[a] requirant.

97. (98.) Ut illi qui aribannum[a] solvere debent coniectum faciant ad aribannitorem.

Glossae: coniectum] id est gaforium. 7; id est quod necessarium est prebeant. 4.

98. (99.) Volumus primo[a], ut[b] neque abbates aut presbiteri neque diaconi aut subdiaconi, neque quislibet de clero* de personis suis ad publica vel secularia iudicia trahantur vel distringantur, sed a suis episcopis iudicati iustitiam faciant. Si autem de possessionibus suis seu aecclesiasticis sive propriis super eos clamor ad iudicem venerit, mittat iudex clamantem cum misso suo ad episcopum, ut faciat ei[c] per advocatum iustitiam recipere. Si vero talis aliqua inter eos orta fuerit contentio, quam per se pacificare non velint aut non possint, tunc per advocatum episcopi**, qualem iusserit***,

Cap. 88. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4; non e. fredum 5; non e. fredam 6—9.
Cap. 89. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4.5 (persolvatur 5); per 12 denarios solidi solvantur 6—9. b) eodem solido quo 4. c) enim *add.* 7—9. d) debebant 7—9.
Cap. 90. *e codd.* 3—9. a) accipiat *sub fine transponunt* 4.7.8.
Cap. 91. *e codd.* 3—9. a) *deest* 7—9.
Cap. 92. *e codd.* 3—9. a) legitimum *add.* 9. b) *deest* 7—9. c) scabinis aut missis dominicis 5.6.
Cap. 93. *e codd.* 3—9. a) exepto redditionem 7—9. b) non potest diffiniri nisi coram comite 5.6.9.
Cap. 94. *e codd.* 3—9. a) Ut *om.* 5.6. b) in q. p. dividatur 5.6.9. c) detur *add.* 4. d) pars *add.* 7.8. e) fabricis 4. f) explicetur *add.* 6; distribuatur *add.* 7—9.
Cap. 95. *e codd.* 3—9. a) suo seniori 5.
Cap. 96. *e codd.* 3—9. a) *sic* 3.5; arrib. 4; herib. 6—9. b) comites 5. c) presumant 5. d) nisi *add.* 7—9. e) missi nostri aut filii nostri 5.
Cap. 97. *e codd.* 3—9. a) *sic* 3.5; erib. 4; herib. *rell.*
Cap. 98. *e codd.* 3—9. a) *deest* 4. b) ut *om.* 7.8. c) eum 6—9.

41) Karol. M. 125. 42) Cfr. §. 1. Inst. adopt. (I, 11.) 43) Karol. M. 35.

ipsa causa ante comitem veniat[d] vel iudicem[d] et ibi secundum legem finiatur, anteposito[e] ut dictum est de[f] persona clericorum.

* *preter episcopos abbates abbatissas* per kapitulum Lotharii (7.) „Volumus, ut episcopi“. 7—9.
** *suum*[g] *clericorum* per kapitulum Lodoici (56.) „Omnibus igitur“. 7—9. *** *lex* 7—9 *et rec. man.* 4.5.

Glossa: Volumus primo] Obiit per kapitulum Lodoici (53.) Ut omnis ordo. 4.5.7.8.

Expositio: Capitulum hoc abbates, presbyteros, diaconos aut quemlibet de clero de personis suis, id est de actionibus in personis, coram quolibet nisi coram suis episcopis prohibens trahi vel distringi, a Lotharii capitulo quod est „Volumus ut episcopi, abbates, abbatisse suos advocatos habeant“[44] partim rumpitur, in quo episcopi, abbates, abbatisse coram suo comite distringi iubentur, nulla differentia interposita, undecumque sint interpellati. Sed secundum Ugonem ita salvatur, scilicet ut ipsum capitulum secundum huius capituli determinationem intelligatur iussisse, quia nisi intelligeretur id iussisse iuxta huius capituli determinationem, tunc ipsi „plenam iustitiam coram comite“ nequirent[h] facere, immo contra legem, id est contra hoc capitulum facere. — §. 2. Quod in hoc capitulo habetur: „si autem de possessionibus suis, seu ecclesiasticis sive propriis“, ita oportet intelligi, scilicet sive ille possessiones sint ecclesiastice, sive sue proprie. — §. 3. Capitulum hoc, dicens: „tunc per advocatum episcopi, qualem iussit lex“, retroposita Caroli capitula[45] que sunt „De advocatis vicedominis vicariis“ „Volumus ut advocati in presentia comitum eligantur“ respexisse non dubium est.

99. (100.) Ut servi, aldiones, libellarii antiqui vel illi noviter facti, qui non per fraudem neque pro[a] malo ingenio[a] de publico servitio[b] se subtrahentes sed per[c] solam paupertatem et necessitatem[c] terram ecclesiasticam[d] colunt vel colendam suscipiunt, non a comite vel aliquo[e] ministro illius ad ullam angariam seu servitium publicum vel privatum cogantur vel compellantur: sed quicquid ab eis iuste agendum est, a patrono[f] vel domino[f] suo ordinandum est. Si vero de aliquo crimine accusantur, episcopus primo compelletur, et ipse per advocatum suum, secundum quod lex est, iuxta conditionem singularum personarum iustitiam faciat. Si[g] vero culpabiles fuerint, sicut in[g] capitulare domni imperatoris scriptum est, ita fiat[h]. Ceteri vero homines liberi, qui vel commendationem vel beneficium ecclesiasticum habent, sicut reliqui homines iustitiam faciant.

Expositio: Quod in hoc capitulo habetur: „ad ullam angariam seu servitium publicum vel privatum“ ita est exponendum, scilicet sive ipsa angaria sit servitium publicum vel privatum. — §. 2. Capitulum hoc, dicens: „secundum quod lex est“, retropositum Caroli capitulum „Iubemus[46] enim ut propter ullam districtionem“ respexit. Item quod subscriptum est: „sicut in capitulare domni nostri imperatoris scriptum est, ita faciat“ ad suprapositum Caroli capitulum quod est „Nemini[47] liceat dimittere servum suum“ referendum est. — §. 3. Capitulum hoc, dicens: „sed quicquid ab eis iuste agendum est a patrono vel domno suo agendum est“, a Lotharii capitulo quod est „De[48] liberis hominibus qui super alterius terram resident“, dicente: „constituimus, ut secundum legem patroni eorum eos ad placitum ducant“, partim confirmatur. — §. 4. Iuxta hoc quod dicit: „Ceteri vero homines liberi, qui vel commendationem“ et cetera, ita est intelligendum de libellariis quemadmodum de aliis.

100. (101.) Qui[a] subdiaconum occiderit, 300 solidos componat; qui diaconum[b], 400 solidos componat; qui presbiterum[b], 600 solidos componat; qui episcopum[b], 900 solidos componat; qui monachum[b], 400 solidos componat.

Glossa: Qui subdiac.] Salicha capitula olim, nunc lex. 4; *similia exhibent codd.* 5.7—9.

Expositio: „Qui subdiaconum occiderit“ et haec quattuor capitula subsequentia in lege Salicha prius fuere composita, sed Carolus, volens ea esse generalia, hic apposuit, quod, quia postea displicuit, pro lege Salicha ea tantum tenenda constituit, quod videri potest iuxta capitulum quod est „Generaliter[49] omnes homines admonemus, ut capitula, que preterito anno legi Salice“; sed hodie nec in lege Salica nec alia, quod potest videri iuxta Lodoyci capitulum, quod est „Ut[50] omnis ordo ecclesiarum secundum legem Romanam vivat“. Rumpuntur et a Caroli capitulo quod est „De[51] episcopis et sacerdotibus occisis, sicut constitutum habemus“, eo quod ibi legitur: „verumtamen de presbiteris videtur nobis, ut, si liber natus fuerit, per triplam compositionem secundum suam legem fiat compositus“; sed, ut alii dicunt, non est ruptura, inmo addicio.

101. (102.) Si quis in emunitate dannum aliquod fecerit, 600 solidos componat. Si[a] autem homo furtum aut homicidium vel quodlibet crimen foris commiserit[b] et[b] infra emunitatem fugerit, mandet comes episcopo vel abbati vel vicedomino vel[c] quicumque locum episcopi vel abbatis tenuerit, ut reddat ei reum. Si[d] ille contradixerit et[e]

d) vel iudicem veniat 4. e) antepositum 5; anteposita 7—9. f) de *om.* 7—9. g) sive *corrigendum videtur.* h) requiretur *cod.*

Cap. 99. *e codd.* 3—9. a) per malum ingenium 4. b) *deest* 5. c) pro sola necessitate et paupertate 5.6. d) ecclesiae 5.6. e) quolibet 5.6. f) domino vel patrono 5.6.9. g) Sicut autem in, *om.* Si ... fuerint, 5. h) faciant 4.6; faciat 7—9.

Cap. 100. *e codd.* 3—9. a) Cap̄ que in lege salicha mitenda sunt. De occisione clericorum *inscr. in cod.* 3. b) occiderit *add.* 7—9.

Cap. 101. *e codd.* 3—9. a) quis *add.* 7—9. b) committens 7—9. c) ei *add.* 7—9. d) Si autem 4; Et si 6. e) eum *add.* 4.

44) Loth. 7. 45) Karol. M. 22. 64. 46) Karol. M. 70. 47) Karol. M. 26. 48) Loth. 85. 49) Karol. M. 139. 50) Ludovic. P. 53. 51) Karol. M. 142.

reddere noluerit, in prima contradictione solidos 15 culpabilis iudicetur; si[f] ad secundam inquisitionem eum reddere[f] noluerit, solidos 30 culpabilis iudicetur; si nec[g] ad tertiam inquisitionem consentire noluerit[h], quicquid reus damni[i] fecerit, totum ille qui eum infra emunitatem retinet nec reddere vult solvere cogatur, et ipse comes veniens licentiam habeat ipsum hominem infra emunitatem quaerendi, ubicumque eum invenire potuerit. Si autem statim in prima inquisitione comiti responsum fuerit, quod reus infra emunitatem quidem fuisset sed fuga lapsus est, sic statim iuret, quod ipse eum ad iustitiam cuiuslibet diffaciendam fugere non fecisset, et sit ei in hoc satisfactum. Si autem intraverit in ipsam emunitatem comes[k], et[k] collecta[l] manu quislibet resistere temptaverit, comes hoc ad regem vel ad principem deferat, ibique iudicetur, ut, sicut ille qui in emunitate dannum fecerit 600 solidos componere debet, ita qui comiti collecta manu resistere praesumpserit 600 solidos culpabilis iudicetur.

Glossae: Si quis in emun.] Obiit per kapitulum (*Pip.* 27.) De diversis et per kapitulum Lodoici (53.) Omnis ordo. 4.7.8. — *solvere cogatur]* Si aliquis homicida, aggressor hominis liberi, infra eam fugerit et hii eum tenuerint et post terciam contestationem reddere dilataverint, non omnem substantiam suam perdere debent, sed tantam quantam homicida habuit, secundum quosdam. 5.7.8 (*cfr. expos.* §. 4.). — *sic statim iuret]* si autem iurare non presumpserit, solidos 15 sit culpabilis, ut supra. 5.

Petre[m], te appellat Martinus, quod tu fecisti damnum in emunitate sancti Syri, unde ipse est advocatus.

Petre, te appellat Martinus comes, quod unus latro fugerat infra emunitatem sancti Syri, unde tu es advocatus, et mandavit tibi, ut redderes ei eum, et[n] reddere noluisti et contradixisti semel aut bis[n].

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu prolongasti reddere post tertiam contestationem ad comitem tuum unum latronem qui fugerat in emunitatem sancti Syri, unde tu es advocatus, qui fecerat tantum damnum quod valuit 20 solidos.

Petre, te appellat Martinus advocatus de parte publica, quod unus latro fugerat infra emunitatem sancti Syri, unde tu es advocatus, et comes venit et voluit quaerere eum in emunitate, et tu venisti contra eum cum collecta manu.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „600 solidos componat", Rotharis leges[52] quae sunt „Si quis scandalum in ecclesia perpetraverit", „Si quis sepulturam hominis mortui", „Si quis in concilio vel in quolibet conventu" atque Liuprandi legem quae est „Si[53] cuiuscumque servus aut ancilla, aldius vel aldia" partim rumpit, sed qualiter rumpantur et salventur retro[54] dictum est. — §. 2. Retropositum Caroli capitulum quod est „Ut[55] latrones de infra emunitate" ab hoc capitulo partim rumpitur, quia, si homo extra emunitatem dampnum fecerit et infra emunitatem fugerit, non per ipsum capitulum, sed per istud compositio et sacramentum adveniet; sed ita salvatur ut retro[56] est. — §. 3. Ut quidam dicunt, dampnum, quod hic habetur, ubi dicit: „Si quis in emunitate dampnum aliquod fecerit", et pro homicidio est intelligendum, et dant tale argumentum: quia capitulum hoc, dicens: „si homo furtum aut homicidium vel quodlibet crimen foris commiserit" et postea dicens: „si post tertiam contestationem reddere noluerit, quicquid reus dampnum fecerit, totum ille qui eum infra emunitatem retinuit solvere cogatur", et hic posuit „dampnum" pro rebus superius dictis, id est pro homicidio et furto et ceteris. Et hac de causa dicebant, superius dampnum et pro homicidio positum esse. Sed male intelligunt hoc dampnum atque superius positum, quia dampnum est amissio nostre rei sine alterius compensatione, ut in Digestis legitur[57]. Sed liber homo non est nostra res, et idcirco videre possumus, capitulum hoc nullatenus dampnum pro homicidio posuisse. Sed capitulum dicens: „Si quis homo furtum aut homicidium vel quodlibet crimen foris committens" generaliter incepit et finitur specialiter, veluti Rotharis lex que est „Si[58] quis caballum alienum aut quodlibet peculium". Etiamsi dampnum superius positum intelligeretur pro homicidio, iam hoc capitulum a Lotharii capitulo[59] partim ruptum esset, quia ibi legitur, ut ille qui hominem in ecclesia interfecerit de vita componat, nulla posita differentia, utrum ecclesia sit emunitas vel non; hic vero legitur, ut 600 solidos componat. — §. 4. Si aliquis homo super aliquem venerit et eum interfecerit et infra emunitatem fugierit, et episcopus vel abbas vel qui locum episcopi vel abbatis tenuerit post tertiam contestationem reddere noluerit, queritur, utrum ipse debeat perdere omnem substantiam suam sicut ipse qui occidit? Non; sed tantum quantam ipse habebat. Queritur etiam, si ipse qui intra emunitatem fugierit tale crimen commiserit, unde mori deberet, et episcopus vel abbas vel qui locum episcopi vel abbatis tenuerit post tertiam contestationem reddere noluerit, utrum ipse mori debeat veluti ille qui crimen commisit? Non; quia hic dicitur: „solvere cogatur", sed si moreretur, nulla esset solutio, neque occidi solutionem esse dicimus. — §. 5. Et si comes ante[o] tertiam inquisitionem ingressus fuerit emunitatem, et episcopus ei restiterit[p], et dampnum ibi factum fuerit, debebit comes sexcentos solidos solvere, ita quia non est ei concessum ingredi, nisi post tertiam inquisitionem. — §. 6. Eo quod hic legitur: „mandet comes episcopo vel abbati vel vicedomino vel ei quicumque locum episcopi vel abbatis tenuerit, ut reddat ei reum", notandum est, non aliam ecclesiam habere emunitatem preter episcopalem et abbaziam.

f) si autem in secunda inquisitione reddere 5. g) nec *om.* 5. h) voluerit 7.8. i) dannum 7—9. k) et comiti 6. l) ei cum collecta 4. m) *e codd.* 7—10. n) et reddere.....bis *om.* 9. o) quando *c.* p) restiterit *c.*

52) Roth. 35.15.8. 53) Liutp. 142. 54) Cfr. expos. §. 1. ad Roth. 15. 55) Karol. M. 9. 56) Expos. §. 1. ad Kar. M. 9. 57) Neque in Digestis neque in toto corpore iuris civilis tali modo „damnum" definitum esse reperi. 58) Roth. 343. 59) Loth. 58.

102. (103.) Si quis ad ecclesiam[a] confugium[b] fecerit[b], intra atrium ipsius ecclesiae pacem habeat, nec sit ei[c] necesse[c] in aecclesiam ingredi. Et nullus eum inde[d] per vim[d] abstrahere praesumat, sed 5 liceat ei confiteri quod fecit, et inde per manus bonorum hominum in[e] discussionem in publicum perducatur.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „et nullus eum per vim inde abstrahere non presumat", 10 retropositum Caroli capitulum quod est „Ut[60] homicide et ceteri rei qui legibus mori debent" partim affirmat, quia ibi legitur: „si ad ecclesiam confugerit, non excutiantur".

103. (104.) Si quis hominem[a] in iudicium in- 15 iuste[a] contra alium altercantem per malum ingenium presumpserit adiuvare, atque inde coram iudicibus vel comite increpatus fuerit et negare non potuerit, 15 solidos culpabilis iudicetur.

104. (105.) Si quis de libertate sua fuerit in- 20 terpellatus et timens, ne in servitium cadat, aliquem de propinquis suis, per quem in servitium se[a] casurum timens[b], occiderit, id est patrem aut matrem, patruelem[c] aut avunculum vel quamlibet huiusmodi propinquitatis personam, ipse qui hoc 25 perpetraverit moriatur: agnatio eius et consanguinitas in servitutem cadat[d]. Et si negaverit ipsum[e] occidisse[e], ad novem vomeres ignitos ad iudicium Dei examinandum accedat.

Glossae: agnatio] id est filii. 5.7.8. — *vomeres igni-* 30 *tos]* id sunt masas. 3.

Expositio: Hic homo, de quo hoc loquitur capitulum, a quam pluribus in veritate esse servus dicitur; quia, nisi in veritate esset servus, ut eius causa agnatio eius et consanguinitas in servitutem 35 caderet, iniquum esset.

105. (106.) Qui res suas pro anima sua ad casam Dei tradere voluerit, domi[a] traditionem faciat coram testibus legitimis. Et quae in[b] hoste factae sunt hactenus[b] traditiones, de quibus nulla 40 est questio, stabiles permaneant. Si vero aliquis alii res suas tradiderit et in hoste[c] profectus fuerit, et ille cui res traditae sunt interim mortuus fuerit, qui res suas tradidit, cum reversus fuerit, adhibitis testibus coram quibus traditio facta est res suas recipiat. Si autem ipse mortuus fuerit, heredes eius legitimi ipsam[d] rem traditam recipiant.

Glossae: domui traditionem faciat] id est maiori ecclesiae. 7.8. — *aliquis alii res suas tradiderit]* Haec autem fiebat, ne heredes hereditatem interea confunderent. 5.7.8. — sub tali conditione, ut habeant res suas si revertatur. 5.7.8. — *res suas recipiat]* quia si, dum vivit, revertitur, non oportet, ut fiat redditura coram testibus. 5.7.8.

Expositio: In hoc capitulo hec litteratura est ambigua. Quidam enim dicunt: „domui traditionem faciant", alii vero „domi" legendum esse. Et per „domui" ecclesiam quamlibet secundum quosdam accipere debemus, secundum vero alios[e] maiorem tantum ecclesiam per „domui" convenit[f] intelligi. — §. 2. Notandum est quoque, quod ab hac littera que est „Si vero aliquis res suas tradiderit" inantea secundum Ugonem duplex est notanda materia[61].

106. (107.) Si quis per cartam ingenuitatis a domino suo legitimam libertatem consecutus[a] fuerit[a], liber permaneat. Si vero aliquis eum iniuste inservire temptaverit, et ille cartam ingenuitatis suae ostenderit et adversarium iniuste eum inservire velle conprobaverit, ille qui eum inservire temptaverit mulctam quae in ipsa[b] carta descripta est solvere cogatur. Si autem carta[c] non apparuerit[c], sed iam ab illo qui eum inservire voluerit diffacta est, widrigild eius componat: duas partes illi quem inservire voluerit, tertiam[d] regi. Et ille iterum per praeceptum regis libertatem suam conquirat*.

* *Similiter alicuius destructor cartulae res omnes quas cartula continebat emendet* per intellectum. 7—9 *et sim. in marg.* 4.

Glossa: Si quis] Quistio: si aliquis de propinquis apellaverit libertum suum ad servicium suum pro eo quod

Cap. 102. *e codd.* 3—9. a) dei *add.* 5.6. b) confugerit 5. c) necesse ei 5.6. d) per vim inde 5.6. e) ad 5.6.
Cap. 103. *e codd.* 3—9. a) in iudicio iniuste hominem 5.6.
Cap. 104. *e codd.* 3—9. a) se *om.* 5.7.8. b) *sic* 5; existimans 4; timet 6—9. c) patruum 5. d) cadant 7—9. 45 e) quod ipsum (non 7) occidisset 6—9.
Cap. 105. *e codd.* 3—9. a) domui 4.7—9. b) actenus in hoste factae sunt 7—9. c) hostem 7—9. d) *deest* 5. e) alios *om. cod.* f) cōnū *cod.*
Cap. 106. *e codd.* 3—9. a) fuerit cons. 7—9. b) *deest* 4. c) car̄ non habuerit 5.6. d) partem *add.* 4.

60) Karol. M. 8. 61) Ista Ugonis sententia inter glos- 50 sas codicum Vatic. 3845 et Palat. 772 (Vat.) ad idem capitulum taliter tradita videtur: „Huius legis materia haec est: Si quis in expeditione et ad hanc similitudinem in longum iter tendens ecclesiae donaverit, si reversus fuerit, quia ecclesia eadem perseverat 55 (dum vivit, sicut in capite legitur) adhibitis testibus donationis tenorem repraesentantibus donationem pro tenore recipiat. Si vero alii donaverit et adhibitis testibus talem tenorem posuerit, ut eo revertente res ei tradantur ab eo qui recepit dona- 60 tionem, et contigerit quod ante donatoris reversionem mortuus fuerit ut, cum donator reversus fuerit, ab heredibus ipsius res suas recipiat, vel, si mortuus fuerit antequam recipiat, heredes eius ab heredibus susceptoris. Quod ideo dictum est, quia — cum susceptor donationis promiserat, se redditurum, et, antequam donator reverteretur, mortuus est, ideoque ipse ad reddendum non fuerat obligatus — dicerent forsitan ipsius heredes, se non debere reddere, cum receptor se redditurum donatori revertenti promisit et ante exstinctus est quam reversus fuerit. Nec obviare quod supradictum est, scilicet: qui donat, sibi ius vendendi retinere non possit (Karol. M. 78); non enim prohibuit, sub modo vel ad tempus posse donari, sicut hic."

absentatam abet libertatem suam, tunc ipsi libertus aprobet per pugna, quia per ipsum deperita esse aut salva. Questio ic adsimilare potest. 3. — Kapitulum Salichum secundum quosdam. 5.7.8.

Petre[e], *te appellat Martinus, quod tu es servus suus, et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Liber sum per cartam quam tu michi fecisti; ecce carta. — Quae si vocata fuerit falsa, sit, ut paene dicturus sum, declarare facienda scilicet, praeter rerum amissionem et praeter parentes*[62]. — *Si vero visa carta de eius statu tacuerit, mulcta cartulae ab eo solvatur, ut legitur in lege. Si dixerit appellatus: „tu habes diffactam ipsam cartulam", probet; et diffactor widrigild suum componat ei. Et si non potuerit probare, ipse iuret per usum, quod non habet diffactam, et ipse sit servus. Si dixerit: „tu tulisti michi ipsam cartulam malo ordine", fiat pugna secundum usum. Si dixerit: „tu tulisti michi ad furtum aut ad scachum, aut ego deposui tibi ipsam cartulam", fiat pugna secundum capitula Ottonis*[63]. *Si dixerit: „ipsa carta fuit apud te; si est salva, per te est salva, si est absentata, per te est absentata", probet. Si non potuerit, ipse iuret per usum. Si carta est apud eum absentata, debent adesse tres homines liberi, qui dicant se vidisse eam cartam, et ipse cuius fuit sit quartus, et octo alii liberi (et hoc fit*[f] *per usum), et hoc iureiurando affirment. Et ita de omnibus*[g] *cartis*[g].

Expositio: Capitulum hoc dicens: „Qui per cartam ingenuitatis a domino suo legitimam libertatem fuerit consecutus, liber permaneat", dicens etiam: „mulcta que in ipsa carta est descripta solvere cogatur", a Lodoyci capitulo quod est „Si[64] quis per cartam ingenuus dimissus fuerit" affirmatur, dicente: „et in sua libertate perseveret" et „mulctam, que in ipsa ingenuitatis carta continetur, exsolvere cogatur". — §. 2. Capitulum hoc precipit, si ab illo qui eum inservire voluerit carta diffacta est, widrigild eius componat. Sed per hoc exemplum intelligendum est de omni alia carta abscentata, ut ille qui eam abscentaverit emendet omnes res, quas carta ipsa continebat. — §. 3. Eo quod in hoc capitulo legitur: „mulctam que in ipsa carta dicta est solvere cogatur", dicebatur a quibusdam, hoc capitulum tantum esse Salichum, cum in nulla carta libertatis preter Salicham multa hodie ponatur[65]. Sed male dicebant, quia tunc temporis, quando hoc capitulum factum fuit, in qualibet carta libertatis multa ponebatur, nulla lege adhuc prohibente, quin apponi debeat in omni carta.

107. (108.) Liber[a] qui se loco wadiae[b] in alterius potestatem commiserit, ibique contigerit, ut[c] damnum aliquod[d] cuilibet fecerit, ille qui eum in loco wadiae[b] suscepit aut damnum solvat aut hominem in mallo[e] productum dimittat, perdens[f] simul debitum propter quod eum in wadia[g] suscepit. Et qui damnum fecit, dimissus iuxta qualitatem rei cogatur emendare. Si vero liberam feminam[h] et filios habuerit, usque dum in pignus astiterit[h], liberi permaneant.

108. (110.) De fugitivis ac peregrinis ut distringantur, ut scire possimus qui sint aut unde venerint.

109. (111.) De mensuris ut secundum iussionem nostram aequales fiant.

110. (112.) Ut nullus praesumat hominem ad iudicium mittere, nisi iudicatum fiat[66].

111. (113.) Ut liber homo, qui in monasterio regulari comam deposuerit et res suas ibidem delegaverit, promissionem[a] factam[a] secundum regulam firmiter teneat[b].

112.* (114.) Ut nullus ebrius suam causam in mallo possit conquirere nec testimonium dicere; nec comes placitum habeat nisi ieiunus.

* *Ebrius nec actor nec testis sit. Comes ieiunus placitet* per kapitulum istius (41.) „Ut iudices ieiuni". 7—9.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „nec comes placitum habeat, nisi ieiunus", retropositum Caroli capitulum quod est „Ut[67] iudices ieiuni causas audiant" affirmat.

113. (115.) Ut missis nostris discurrentibus vel ceteris hominibus propter utilitatem nostram iter agentibus nullus mansionem contradicere praesumat*.

* *iberno tempore* per kapitulum Pipini (15.) „De episcopis". 7—9.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „nullus mansionem contradicere presumat", a Pipini capitulo quod est „De[68] episcopis abbatibus comitibus seu vassis dominicis" partim rumpitur partimque affirmatur, [in[a] hoc quod dicit:] „et quando hibernum fuerit, nullus debeat mansionem vetare ad ipsos iterantes", per quod datur intelligi, in aestate vetari posse.

e) *e codd.* 7—10. f) sit 9; *deest* 10. g) omn. aliis cartulis 10.
Cap. 107. *e codd.* 3—9. a) Si liber homo 7—9. b) vadii 7—9. c) quod 7.8; *deest* 4. d) aliquid 7—9. e) mallo 5.6. f) cum eo *add.* 7—9. g) wadiam 6; vadium 7—9. h) feminam habuerit usque dum in pignus assisterit et filios habuerint 5; feminam et liberos habuerint, usque dum in pignus extiterint 6.
Cap. 108. *e codd.* 3—9. *Cap.* 109. *e codd.* 3—9. *Cap.* 110. *e codd.* 3—9.
Cap. 111. *e codd.* 3—9. a) promissione facta 4. b) maneat 4.
Cap. 112. *e codd.* 3—9.
Cap. 113. *e codd.* 3—9. a) in hoc q. d. *om. c.*

62) Haec ita intelligenda esse censeo: Si carta vocata fuerit falsa, vera et idonea („declarare") facienda est secundum Widonis capitulum 6 („ut paene dicturus sum"), omissis tamen, quae in illo de rerum amissione et de parentibus dicta sunt, cum isto casu carta non de rebus sed de manumissione agat, et cartae ostensor parentes pro sacramentalibus dicere non possit, quippe qui libertus sit et ideo parentes liberos ad sacramentum admittendos non habeat. 63) Otto I. 4. 6. 64) Ludov. P. 5. 65) Cfr. cartularii in additamentis editi carta 14: Traditio cartulae libertatis. 66) Cfr. expositio ad Roth. 203. 67) Karol. M. 41. 68) Pip. 15.

114.(116.) Ut nullus ad placitum* banniatur, nisi qui causam suam quaerit aut si alter[a] ei quaerere debet, exceptis scabinis septem qui ad[b] omnia placita[b] esse debent.

* *cotidianum.* 7—9.

Expositio: „Ut nullus ad placitum"] subaudis „cotidianum". — §. 2. Capitulum hoc retroposita Caroli capitula[69] que sunt „De vicariis vicedominis" „Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum" partim corroborat; corroboratur a Lodoyci capitulo[70] quod est „De placitis quidem que liberi homines observari debent", in hoc quod dicit: „ad cetera vero placita que centenarii tenent" et cetera; corroboratur etiam a Lotharii capitulo quod est „De[71] vicariis et centenariis".

115.(117.) Ut[a] nullus praesumat ver vitam regis vel filiorum eius iurare.

116.(118.) Ut causa quae adhuc coram comite non fuit, et is[a] qui se[b] reclamat propter suam stultitiam aut contumaciam comitem inde appellare noluerit, iterum comiti commendetur.

Glossa: iterum] quia comendatur, cum officium accipiat. 6.

117.(119.) Quicumque beneficium[a] occasione proprii desertum habuerit[a] et intra[b] annum postquam ei a[c] comite vel misso nostro[c] notum factum fuerit[d] illud emendatum non habuerit, ipsum[e] beneficium amittat.

Glossa: beneficium] scilicet publicum. 4.7.8.

118.(120.) Ut placita publica vel secularia neque a comite neque ab ullo ministro suo vel iudice nec in ecclesia, nec in terris ecclesiae circumiacentibus vel cohaerentibus nullatenus teneatur[a],*.

* *Nisi comes minora placita tenuerit; ea enim habeat ubi impetrare potuerit* per kapitulum Lodoici (19.) „Ibi sacramenta". 7—9.

Expositio: Hoc capitulum in parte ruptum est et affirmatum a Lodoici capitulo quod est „Ibi[72] sacramenta iuranda sunt", quia ibi legitur: „mallus tamen neque in ecclesia neque in atrio habeatur, minora vero placita comes, ubi impetrare potuerit, habeat".

119.(121.) Audivimus etiam, quod iuniores comitum vel aliqui ministri rei publicae sive etiam nonnulli fortiores vassi comitum aliquas redibitiones vel collectiones, quidam per pastum quidam etiam sine pasto, quasi deprecando a[a] populo exigere solent[b]; similiter quoque operas[c] collectiones frugum arare seminare runcare caricare[d] vel cetera his similia a populo per easdem vel[e] alias machinationes exigere consueverunt, non tantum ab ecclesiasticis sed etiam a reliquo populo[f]. Quae omnia nobis ab[g] omni populo iuste amovenda esse videntur: quia in quibusdam locis in tantum inde populus oppressus est, ut multi ferre non valentes per fugam a dominis vel[h] patronis suis lapsi sunt, et terrae ipsae in solitudinem redactae sunt. Potentioribus[i] autem vel ditioribus, ex spontanea tamen[k] voluntate vel mutua dilectione volentibus solatia praestare invicem, minime prohibemus.

120.(122.) De liberis hominibus* qui ad servitium Dei se tradere volunt, ut prius hoc non faciant quam a nobis licentiam postulent. Hoc autem[a] ideo dicimus, quia audivimus aliquos ex illis non tam causa devotionis hoc[b] fecisse[b] quam[c] pro exercitu seu alia functione regali fugienda[c,d], quosdam vero cupiditatis causa ab his qui res illorum concupiscunt circumventos audivimus: et[e] hoc ideo[e] fieri prohibemus**.

* *non coniugatis.* 7—9. ** *Si vero coniugati sunt, ut vir et uxor, non fiat hoc sine consensu episcopi* per kapitulum Lotharii (95.) „Nulli liceat". 7—9.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „ut prius non faciant hoc, quam a nobis licentiam postulent", nulla posita differentia, utrum sint coniugati vel non, a capitulo Lotharii quod est „Nulli[73] liceat excepta causa fornicationis" partim rumpitur, quia illic legitur, ut consensu episcopi vir et uxor monachi efficiantur.

121.(123.) Si quis praepositus aut ministerialis[a] aliquas res ecclesiae quas praevidere[b] debet per[c] aliquem scriptionis titulum[c] cuiquam concesserit quod ad damnum ipsius ecclesiae pertineat, pro sacrilegio conputetur. Similiter et de rebus quae ad rem publicam pertinent, si comes aut ministerialis rei publicae cuiquam concesserit[d], pro infidelitate conputetur.

Glossae: ad dannum ipsius eccles.] Obiit per kapitulum Lodoici (53.) Omnis ordo[e]. 4.7.8. — *Similiter et de rebus]* Obiit per kapitulum Lodoici (26.) Si quis proprium. 4.5.7.8.

Expositio: Liuprandi lex que est „Si[74] quis gastaldius vel actor" ab hoc partim rumpitur capitulo; sed qualiter rumpatur, retro[75] dictum est.

Cap. 114. *e codd.* 3—9. a) aliter 7—9. b) in omni placito 5; ad omne placitum 7—9.
Cap. 115. *e codd.* 3—9. a) Ut *om.* 5.6.9.
Cap. 116. *e codd.* 3—9. a) his 7.9. b) se *om.* 5.6.
Cap. 117. *e codd.* 3—9. a) habuerit beneficium occasione proprii desertum 7—9. b) infra 5.6. c) comes vel missus noster 4.6. d) habuerit 4.6. e) *deest* 7—9.
Cap. 118. *e codd.* 3—9. a) teneantur 5 *et corr.* 4.
Cap. 119. *e codd.* 3—9. a) a *om.* 2. b) soleant 7.8. c) opera 5.7.8. d) *sic* 4; carricare 6; carrucare 5.7—9. e) per *add.* 4.6. f) exigebant *add.* 7—9. g) et ab 4. h) a *add.* 4.5.7.8. i) A pot. 4. k) tantum 6.8; *deest* 5.
Cap. 120. *e codd.* 3—9. a) *deest* 4. b) *desunt* 5; *sed in marg. hoc loco add.:* se tradere ad servicium, *et postea ad verbum* audivimus: scilicet hoc facere. c) quam exercitii seu etiam aliquam functionem regalem fugiendi *et in marg.:* scil. causa 5. d) fugiendo 7—9. e) ideo hoc 5.
Cap. 121. *e codd.* 3—9. a) aliquis *add.* 7—9. b) providere 5. c) aliquo scriptionis titulo 5.6. d) similiter conc. 4.7—9. e) secundum a. *add.* 4.

69) Karol. M. 22.49. 70) Ludov. P. 39. 71) Loth. 61. 72) Lud. P. 19. 73) Loth. 95. 74) Liutp. 58. 75) Expos. §. 2 ad Liutp. 58.

122. (124.) De disponsatis puellis et postea ab aliis raptis placuit[a] erui et eis reddi, quibus[b] antea fuerant disponsatae, etiamsi eis a raptoribus vis illata constiterit. Proinde statutum est a sacro conventu ut raptor publica poenitentia multetur. Raptam[c] vero si sponsus recipere noluerit, et ipsa eidem[d] crimini[d] consentiens non fuerit, licentia ei[e] nubendi alii[e] non negetur[f]. Quodsi[g] ipsa consenserit, simili sententiae subiaceat. Quod si post haec[h] se[i] iungere[k] presumpserint, uterque anathematizentur[l].

Glossae: De dispons.] Lotharii capitula: Si quis sponsam alienam (84) De raptoribus vero (105.) hoc affirmant capitulum, corrupto Lodoici capitulo (14.) Si quis sponsam. 6 *et simil.* 4.5.7.8.

123. (*Loth.* 68.) De feminis quae viros amittunt placet nobis[a], ne se[b] sicut hactenus indiscrete velent[c], sed ut 30 dies post decessum viri[d] sui[d] expectent; et[e] post tricesimum[f] diem per consilium episcopi sui vel, si episcopus absens fuerit, cum consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumque parentum atque amicorum id quod eligere debent eligant.

Glossa: De feminis] Liuprandi lex (99.) „Nulli sit licentia, quamlibet" a capitulo isto rumpitur; Lotharii capitulum (70.) „De feminis quibus" hoc instringit de 30 diebus, et Liuprandi predictam legem omnino corrumpit. 6.

Expositio: Capitulum hoc post tricesimum diem per consilium episcopi sui viduam vellare permittens Liuprandi legem que est „Nulli[76] sit licentia, quamlibet mulierem mundium eius habenti" rumpit, unde hoc capitulum a Lotharii capitulo quod est „De[77] feminis quibus defunctis viris lex Longobardorum" partim rumpitur, quia illic legitur, „ut mox dum divina pietas inspiravit[g] eas indempnes liceat velum suscipere", non expectantes tricesimum diem post viri decessum, ut hoc precipit capitulum.

124. (126.) Ut omnia quae wadiari debent iuxta quod[a] in lege continetur[b], pleniter secundum ipsam legem wadiata[c] fiant, et postmodum vel domnus rex vel ille cuius causa[d] est[d] iuxta quod ei placuerit misericorditer[e] faciat.

Expositio: „Ut omnia quae wadiari debent iuxta quod in lege continentur" et cetera, id est ut debita et compositiones, que iudicantur per diffinitivam sententiam debere dari, pleniter secundum ipsam legem wadiata fiant: veluti 20 solidi, qui iudicantur per diffinitivam sententiam debere dari[78] pro plaga in capso facta, pleniter vadiati fiant, et postmodum vel domnus rex vel ille cuius causa est iuxta quod ei placuerit misericordiam faciant.

125. (127.) Hoc quoque iubemus, ut iudices supra nominati sive[a] fiscalini de qualibet causa freda[b] non exigant priusquam facinus componatur. Si quis autem per cupiditatem ista transgressus fuerit, legibus componat. Fredum autem non illi iudici tribuat[c] qui culpam commisit, sed ille qui solutionem recepit[d] terciam partem coram testibus[e] fisco tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat.

Glossa: iudici tribuat] scilicet reus. 5.8.

Expositio: „Hoc quoque iubemus" capitulum hoc dicens „Ut[79] iudices sive missi fiscalini" commemorat. — §. 2. Quod in hac lege habetur: „si quis per cupiditatem ista transgressus fuerit, legibus componat", ita oportet intelligi, scilicet ut, si Longobardus fuerit, iuxta Liuprandi legem que est „Si[80] quis porcos" sibi nonum componat, si Romanus vel Salichus, in quadruplum[81]. — §. 3. Quod in hac lege habetur: „ut pax perpetua stabilis permaneat", ita oportet intelligi, quasi dicat: ideo dixi, ut fredum, id est bannum, non exigatur, priusquam facinus componatur, ut pax perpetua stabilis permaneat inter ipsos causatores, quia si prius solveret bannum, quam facinus componeretur, sepius contingeret, quod non haberet, quid postea pro facinore componeret, et ita nulla pax inter causatores fieret. Vel aliter: ideo dixi, coram testibus tertiam partem fisco tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat, id est ut fiscus postea exinde interpellare eum non valeat; quia, si postea eum exinde interpellaret, ipse statim ipsam tertiam partem se illi tribuisse testibus probaret. Vel aliter: ideo dixi, tertiam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat, scilicet, ut, etsi postea convinceretur illud facinus unde pulsabatur perpetrasse, ab eo tamen aliud bannum non exigatur.

126. (130.) Placuit nobis secundum sanctorum patrum auctoritatem[82], si[a] quis ab episcopo suo iuste excommunicatus fuerit, a nullo penitus[b] recipiatur, antequam in praesentia[c] sui episcopi veniat pro[d] culpa satisfactionem redditurus[e].

Cap. 122. *e codd.* 3—9. a) eas *add.* 5.6; nobis *add.* 7—9. b) quorum 7—9. c) Raptae 4. d) eiusdem criminis 6; eisdem criminibus 4. e) alii nubendi, *om.* ei, 5.6. f) denegetur 5.6. g) Quia si 5. h) consensum *add.* 5; consensu *add.* 6—9. i) se *om.* 4.6. k) coniungere 7.8. l) anathematizetur 4.

Cap. 123. *e codd.* 3—9; *in codd.* 7—9 *hoc caput inter Lotharii capitula loco* 70. *refertur, Lotharii autem cap.* 70. *hoc loco; similiter in cod.* 4 *capita Kar. M.* 123 *et Loth.* 70, *prima manu suo loco scripta, recentiori manu radendo deleta et ad codicum* 7—9 *exemplum digesta sunt; in cod. denique* 5 *huic capiti manu glossatoris adscripta sunt:* hoc kaput inantea in Lothario poni debet, illic autem positum hic, quod similiter incipit, *caput scil. Loth.* 70. a) nobis *om.* 4. b) se *om.* 5.7—9. c) velentur 5.7—9. d) virorum suorum 5.6. e) et *om.* 5. f) autem *add.* 4.5. g) inspiravit *om. cod.*

Cap. 124. *e codd.* 3—9. a) quae 5. b) continentur 5. c) rewadiata 5. d) est causa 5.6. e) misericordiam 7—9.

Cap. 125. *e codd.* 3—9. a) missi nostri *add.* 4. b) fredum 5; fredam 7—9. c) tribuatur 4.6. d) scilicet a iudice *add.* 9 *et in marg.* 5. e) legitimis *add.* 7—9.

Cap. 126. *e codd.* 3—9. a) ut si 5. b) *deest* 7—9. c) presentiam 5. d) et pro 5. e) reddat 5.

76) Liutp. 99. 77) Loth. 70. 78) ex lege Roth. 59. 79) Karol. M. 88. 80) Liutp. 150. 81) secundum legem Romanam (§. 5. Inst. obl. ex del. IV, 1.), iuxta quam omnibus generalem in iis causis eundum est, de quibus lex Salica vel Langobarda vel alia nihil constituit; cfr. expos. §. 4 ad Roth. 1, expos. §. 5 ad Roth. 221, expos. §. 4 ad Wid. 5. 82) Cfr. Conc. Antioch. can. 6.

127. (131.) Et quia sunt nonnulli, qui sine proprietatibus[a] in regno nostro degentes iudicia comitum effugiunt atque[b], non habentes res aut substantiam pro[c] quibus constringi possint, ideo malitiam exercere non cessant: de illis nobis placuit ut ipsi cum quibus manere[d] videntur[d] aut eos praesentent aut pro eorum malefactis rationem reddant*.

* *Ita ut non sint eorum advocati* per kapitulum Ottonis (I. 8.) „Nullum"; secundum quosdam. 7—9 *et simil. in marg.* 5.

Expositio: Capitulum hoc, eo quod dicit: „aut pro eorum male factis rationem reddant", ab Octonis capitulo quod est „Laicorum[83] vero nullum preter comitem" partim rumpitur, in quo quilibet laicus preter comitem advocatum, qui rationem pro eo reddat, habere prohibetur.

128. (129.) Ut coniugia servorum non dirimantur, si diversos dominos habuerint, sed in uno coniugio servi permanentes dominis suis serviant, sic tamen, ut ipsum coniugium legale sit et per voluntatem dominorum suorum iuxta illud evangelium: „Quod[84] Deus coniunxit, homo non separet"*.

* *Ubi[85] vero mancipia non unius domini sed diversae potestatis iuncta fuerint, nisi convenientibus utrisque dominis, huiusmodi copulatio rata non erit, vel si neglegendo sentitur[a] et virtute qua potuerint non emendetur; nam huius copulae auctor erit qui hoc neglegendo consentit. Plura sunt quae ad incesti crimen scribi poterant, sicut in matre et filia et noverca et pene innumerata, quae menti ad scribendum non occurrunt. Huiusmodi tamen et his similibus personis copula maritalis in sempiternum subtrahitur.* 7—9.

Glossa: iuxta illud evang.] iuxta ewangelium sancti Pancratii, in quo ita legitur. Excepto per fornicationem ut legitur inantea *(Loth.* 95.*)*. 5.

Expositio: Eo quod in hoc capitulo coniugium servorum quod fit[b] voluntate dominorum prohibetur dirimi, datur intelligi, coniugium servorum quod fit[b] absque voluntate dominorum posse dirimi. Unde hoc capitulum Liuprandi legem quae est „Si[86] aldius cuiuscumque aldiam alterius tulerit, aut servus ancillam" et omnes alias leges quae coniugia servorum absque voluntate dominorum fieri posse declarant partim rumpit ut retro[87] dictum est.

129. (132.) Si res interciata furto ablata fuerit, liceat ei super quem res interciata fuerit cum[a] sacramento[a] se excusare de furto, quod nec[b] suae voluntatis aut consentiens[b] fuisset, quod ablatum est, ut[c] tantum sine dampno restituat.

Glossae: Si res] Lex Rotharis (232.) Si quis caballum. 5.7.8.

Expositio: Capitulum hoc secundum Bonifilium ita intelligitur: si res ablata furto[d] intertiata fuerit[d], liceat super quem res intertiata fuerit cum sacramento se excusare de furto, ut tantum sine dampno restituat vel ut rem reddat sine furti pena. Secundum vero Wilihelmum ita legitur, si res intertiata[e] fuerit postea ablata furto, liceat ei super quem intertiata fuerit cum sacramento se excusare de furto, aut, si non fuerit ausus se excusare de furto, tantum sine dampno id est sine aliqua pena restituat, quantum illud fuit quod furto ablatum sibi ablatum fuit. — §. 2. Notandum est, secundum Wilihelmum hic talem litteram esse debere: „aut sine dampno restituat", secundum vero Bonifilium: „ut sine dampno restituat".

130. (132.) Si auctor venerit et rem[a] interciatam recipere noluerit, campo vel[b] cruce contendat[b].

Expositio: Si auctor[c] venerit, id est si auctor[c] datus fuerit ab illo super quem res intertiata fuerit et ipse auctor[c] rem intertiatam recipere noluerit, id est in auctoritate[c] ipsa spreverit, se illi rem illam dedisse vel vendidisse cui interciata fuerit, et in illo modo se auctorem[c] illius rei esse confiteri illis noluerit, tunc ipse qui se nec vendidisse nec aliquo modo donasse affirmat[d], campo contendat vel cruce. Sed hodie cruce contendere iuxta Lotharii capitulum quod est „Sancitum[88] est, ut nullus deinceps" prohibitum est.

131. (133.) Quicumque propria uxore derelicta vel sine culpa interfecta aliam duxerit, armis depositis publicam agat poenitentiam: et si contumax fuerit, comprehendatur a comite et ferro vinciatur et in custodia mittatur, donec res ad nostram noticiam deducatur.

Glossae: derelicta] Obiit per Lotharii (95.96.) Ut nulli liceat. 4.5.7.8. — *sine culpa]* Recordatur legem Rotharis (200.) Si quis uxorem suam inmerentem. Recordatur legem Grimoaldi (6.) Si quis uxorem suam absque culpa postposuerit. 4.

132. (134.) Si qua mulier filium vel filiam suam

Cap. 127. *e codd.* 3—9. a) proprietate 5.6. b) et 9; atque *om.* 5.6. c) pro *om.* 7—9. d) videntur manere 7—9.

Cap. 128. *e codd.* 3—9. a) consentitur *corr.* b) sit *c.*

Cap. 129. *e codd.* 3—9. a) per sacramentum 5. b) sine sua voluntate aut conscientia 5. c) *sic* 4; et 5; aut 6 *et in marg.* 4; vel 7—9. d) fuerit intertiata furto *cod. noster, qui verborum ordo mutandus tamen videbatur ad glossae in codd. Pal.* 772. *Vat.* 3845 *servatae similitudinem, in quibus legitur:* si res furata postea fuerit interciata. e) furto *add. cod., quod omisimus eorundem codicum auctoritate, in quibus similiter:* si res interciata post fuerit ablata furto. — *Tota autem glossa in iis codd. talis est:* Hic due possunt dici sententiae, veluti si res interciata post fuerit ablata furto, poterit vel iurare et absolvi vel restituere extimationem rei sine sacramento, vel aliter, si res furata postea fuerit interciata, iuret et sine damno restituat.

Cap. 130. *e codd.* 3—9; *in codd.* 5.7—9 *cum anteriori coniunctum est, item capitum* 129.130 *expositio connexa in codice exhibetur.* a) rem *om.* 5. b) contendat vel cruce 7.8. c) act. *c.* d) *deest c.*

Cap. 131. *e codd.* 3—9.

Cap. 132. *e codd.* 3—9.

83) Otto I. 8. 84) Matth. 19, 6; Marc. 10, 4. 85) Cfr. Legg. I. pag. 441. c. 21 sub fine. 86) Liutp. 138. 87) Exp. §. 1 ad Liutp. 138. 88) Loth. 93.

per fraudem aliquam coram episcopo ad confirmandum tenuerit, propter fallatiam[a] suam poenitentiam agat, a[b] viro tamen suo[b] non separetur.

133. (135.) Ut loca, quae semel Deo dicata sunt ut[a] monasteria sint, maneant[b] in perpetuum nec possint ultra fieri secularia habitacula.

134. (136.) Ut si[a] clerici[a] inter[b] se aliquod negotium[b] habuerint, a suo episcopo iudicentur[c], nam[d] non a secularibus.

135. (138.) Ut nec monachus nec clericus in secularia negotia transeat[a]. Et ut servum alterius nemo sollicitet ad clericalem vel monachicum[b] ordinem[c] sine licentia et[d] voluntate domini sui[d].

Glossae: Ut nec mon.] Obiit per kapitulum Lodoici (53.) Ut omnis ordo; secundum quosdam[e]. 4. 7. 8. — *in secularia]* id est ut non sint negociatores, ideo quia canones prohibent. 4.

136. (140.) Ut etiam dies[a] dominicus[a] sicut decet honoretur[b] et eum colere omnes studeant. Ut hoc liberius possit fieri, mercata et placita a comitibus, sicut saepe amonitum fuit, illo die prohibeantur[b].

137. (139.) Ut[a] nullus alienos[b] fines[b] usurpet aut terminos[c] patrum transcendat[d].

138. (144.) Falsa persona non habeat[a] potestatem accusandi*. Et si in primo crimine victa[b] fuerit[b] falsum dixisse testimonium, in secundo non habeat potestatem dicendi.

* *donec penitentiam acceperit* per kapitulum istius *(Pip. 44.)* „Ut de eo". 7—9.

Glossa: Falsa persona] id est qui falsum dixerit testimonium. 5. 7. 8.

Expositio: Capitulum hoc a subsequenti capitulo quod est „Ut[89] de eo qui se periuraverit, postquam penitentiam egerit, inculpabilis esse videtur" rumpitur, quia, si, postquam penitentiam de quolibet crimine[c] egerit, inculpabilis[d] esse videtur, tunc accusare testimoniumque dare[e] poterit.

139. (143.) Generaliter homines[a] admonemus, ut capitula quae praeterito anno legi Salichae cum[b] consensu omnium[b] addenda[c] esse censuimus, iam non ulterius capitula sed tantum lex dicantur, immo pro lege teneantur[d. *].

* *quae[e] superius leguntur* id est *(Karol. M. 100.)* „Qui subdiaconum occiderit". 7—9.

Glossa: pro lege] scilicet Salicha[90]. 4.

140. (145.) Illud* praeterea per omnia praecaventes[a] prohibere decrevimus, ut nullus praesumat ante annos pubertatis puerum vel[b] puellam in matrimonio[c] sociare nec[d] in dissimili aetate, sed coaetaneos sibique[e] consentientes. Quia multas saepius ex huiuscemodi nuptiali contractu ruinas animarum factas audivimus et tales fornicationes perpetratas quales nec inter gentes[f]: ita plane, ut, dum[g] contigerit puerum[h] adultum esse et puellam parvulam[h] et e contrario si puella maturae aetatis sit[i] et puer sit tenerae, et per virum cognata et socrus deprehendantur adulterae, et propter puellam pater vel frater pueri tanti peccati flagitio pereant inretiti. Unde qui haec prohibita de cetero usurpare praesumpserit, ab omni aecclesiastico consortio sit alienus, sed nec a publicis sit immunis iudiciis.

* *factum* 7—9.

Glossae: Illud preterea] Hoc capitulum non est ro.[k] 5. 7. 8. — *ante annos pubertatis]* id est 12 in feminis, 14 in masculis. 5. 7. 8. — *nec a publicis sit immunis iud.]* id est ut pater vadat in presentiam regis, ceteri penam legum sustineant per legem Liuprandi (12.) Si quis puellam ante. 4. 5. 7. 8.

Expositio: Liuprandi leges[91] que sunt: „Si quis puellam intra 12 annos" „Adveniente vanissima" ab hoc capitulo partim rumpuntur, ut retro[92] dictum est. — §. 2. Eo quod hic legitur: „nullus presumat ante annos pubertatis puerum et puellam in matrimonio sociare", puerum datur intelligi ante annos pubertatis posse sponsari. Unde hoc capitulum Liuprandi legem, que est „Si[91] quis puellam intra 12 annos", ex hoc quod ibi legitur: „pater autem vel frater potestatem habeat ad dandam vel ad sponsandam filiam vel sororem suam, cui aut in quali etate voluerit" affirmat. Puberem[l] dicimus feminam, que habet[l] 14 annos; masculus[m] vero 18 annorum plene pubertatis est, Institutio-

a) falsitatem 4. 6. b) tamen a viro suo 6; a viro suo tamen 5.

Cap. 133. *e codd.* 3—9. a) ut *om.* 4. b) et maneant 6.

Cap. 134. *e codd.* 3—9. a) clerici si 4. b) aliquod negotium inter se 7—9; inter se *om.* 6. c) diiudicentur 5. d) nam *om.* 7—9.

Cap. 135. *e codd.* 3—9. Ut ..... transeat *in codd.* 7—9 *subnectuntur capiti* 134. a) transeant 7—9. b) monachalem 7—9. c) ord. ascendere 4; ascendere ordinem 7—9. d) domini sui et voluntate 5. 6. e) a. 4.

Cap. 136. *e codd.* 3—9. a) dominicus dies 5. 6. 9. b) honoretur et colatur. Et omnes studeant, ut liberius possint fieri, mercata et placita a comitibus, sicut saepe amonitum fuerit, ut illo die proh. 5; honoretur et colere omnes studeant, ut liberius fieri possit; mercata autem et placita *rell.* 6.

Cap. 137. *e codd.* 3—9. a) Et ut 5. b) alienas fines 7—9; alienum litus 5. c) terminum 7—9. d) transeat 5.

Cap. 138. *e codd.* 3—9; *in cod.* 3 *uno tenore coniunctum cum cap.* 137. a) habet 4. 7. 8. b) visa est 7—9. c) crimen non *cod.* d) inde culpabilis *c.* e) non *rec. man. add.*

Cap. 139. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4. 5; omnes 7—9; omnes homines 6 *et corr.* 4. b) *sic* 4. 6; cum hominum consensu 5; cum omni consensu 7. 8; *desunt* 9; fidelium nostrorum *add.* 7. c) addendum 7—9. d) Id est qui subdiaconum occiderit, qui presbiterum, qui episcopum, qui monachum occiderit *add.* 4. 5; id est qui subdianonum occiderit et alia *add.* 9. e) *haec glossa in cod.* 7 *posita est sub fine cap.* 138.

Cap. 140. *e codd.* 3—9. a) nos *add.* 7—9. b) et 6—9. c) matrimonium 4. d) nec *om.* 6. e) et sibi 5. f) esse solent *add.* 6. g) cum 7. 9; *deest* 8. h) puero ut adultus esset et puella parvula 5. i) sit *om.* 5. k) *sic* 7. 8; NR 5 (Romanum); *cfr. expos.* §. 3. l) pubertatem dnis feminamque habere *cod.* m) masculos *cod.*

89) Pip. 44. 90) Cfr. expos. §. 3 ad Karol. M. 142. 91) Liutp. 12. 128. 92) Exp. §. 5 ad Liutp. 128.

num lege testante hoc[93]. — §. 3. Eo quod hic[n] legitur[n]: „sed tamen nec a publicis sit inmunis iudiciis", id est publica sustineant iudicia, quod lex precipit, dicebatur a quibusdam, hoc capitulum tantum esse Longobardorum, cum alia lex nullam ei penam tribuat, preter Longobardam. In Longobarda enim lege, id est in Liuprandi lege que est „Si[91] quis puellam intra 12 annos" legitur: „si autem mundoaldus eius consentiens fuerit, aut tradiderit eam ante 12 suprascriptos annos, 300 solidos componat". Sed si ipse mundoaldus fuerit pater aut frater, quia huius legis, id est huius capituli, est contentor, in presentiam regis vadat, ut capitulum Caroli precepit, quod est „De[94] his qui legem conservare contempserint, ut per fideiussorem in presentiam regis deducantur". Sed non est Longobardum tantum, quia, licet desinat in Longobardo, tamen[o] quod supra legitur intelligendum est generale.

141. (153.) In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Karolus serenissimus augustus a Deo coronatus magnus pacificus[a] imperator Romanorum[b] gubernans imperium, qui[c] per misericordiam Dei rex Francorum et Longobardorum[d], dilectissimo filio suo[e] Pipino glorioso regi sempiternam in Domino salutem. Pervenit ad aures clementiae nostrae, quod aliqui duces et eorum iuniores gastaldii vicarii centenarii seu[f] reliqui ministeriales falconarii[f] venatores et ceteri per singula territoria habitantes vel discurrentes mansionaticos[g] et parvaredos[g] accipiunt, non solum de liberis hominibus sed etiam de aecclesiis Dei, monasteriis[h] videlicet[i] virorum ac puellarum et senodochiis[k], atque[l] per diversas plebes et[m] super[m] reliquos servientes aecclesiarum Dei; insuper[n] homines[o] atque[o] servientes aecclesiarum Dei[n] in eorum opera, id est in vineis et campis seu pratis necnon et in eorum aedificiis, illos faciunt[p] operari et carnaticos[q] et vinum contra omnem iusticiam ab eis exactare non cessant, et multas oppressiones paciuntur ipsae[r, s] aecclesiae[r] Dei vel servientes earum[s]. Ideoque, karissime fili, has litteras ad tuam dilectionem direximus, ut hoc[t] anno[t] hanc causam diligenter ac prudenter facias inquirere, et, si veritas est quod ita factum sit, deinceps omnimodis emendare et corrigere studeas: quatenus in diebus nostris ac tuis pax aecclesiarum Dei sive illarum servientium in[u] omnibus[u] conservetur, et ut merces copiosa nobis ac tibi exinde iugiter adcrescat. Audivimus etiam, quod quaedam capitula, quae in lege[v] scribi iussimus, per aliqua loca aliqui ex nostris ac vestris dicunt, quod[w] nos nequaquam hanc causam per nosmet ipsos conditam[x] habeamus[w], et ideo nolunt ea obedire nec consentire neque pro lege tenere. Tu valde nosti, quomodo vel qualiter tecum locuti sumus de ipsis[y] capitulis[y], et ideo monemus tuam amabilem[z] dilectionem ut per universum regnum tibi a Deo commissum ea nota facias et obedire atque implere praecipias[a].

142. (101.) De episcopis et sacerdotibus occisis, sicut statutum habemus, et de reliquis quibuslibet causis. Verumtamen de presbiteris videtur nobis, ut si liber natus est[a], per triplam compositionem secundum suam legem emendetur[b]; et si plagatus fuerit, secundum qualitatem[c, *] plagarum vel disciplinae tripla[d] compositione[d] componatur[e] ab eo qui hoc perpetraverit[f]. Si autem presbiter servus natus fuerit, secundum illius nativitatem tripla compositione[g] solvatur in plagis et[h] disciplinis. Et[i] de diaconibus similiter fiat. His[k] expletis bene[l] valeas[m] semper in Domino, karissime fili[k].

* *vel aestimationem.* 7—9.

Glossae: De episcopis] Secundum quosdam vana pro ferentes est bonum[n], set est malum[o] secundum valentes per kapitulum Lodoici (53.) Ut omnis ordo. 7.8. — Vacuum per „omnis ordo" secundum v. 5. — *per triplam compos.]* Obiit, quia secundum Romanam legem componere debet secundum quosdam vl. 4. — *et disciplinis]* id est ictis. 3. — id est in feritis secundum quosdam, secundum alios in medicinis. 4.5.7.8.

Expositio: Hoc capitulum ita legitur: „O[95] karissime filii, de episcopis et sacerdotibus occisis statutum habemus bene nosti" et cetera. — §. 2. In hoc capitulo legitur: „secundum suam legem fiat compositus", id est si[p] presbiter Longobardus est, widrigild eius triplicetur; sin autem Salichus vel Romanus, seu Alamannus sive Rubuarius est, compositio eorum quam leges fieri precipiebant similiter triplicetur. Sed de hoc in parte ruptum est hoc capitulum a Lodoyci[q] capitulo quod est „Ut[96] omnis ordo ecclesiarum". Et, si secundum legem Romanam omnis ordo ecclesiarum debet vivere, et in Pipino[97] legitur: „secundum ipsius legem, cui commisit neglegentiam emendet", tunc hodie extimatio iniurie primum fuerit facta secundum Romanorum legem, et postea extimata compositio iuxta hoc capitulum triplicabitur[98]. Quod tunc tantum intelligendum est fieri debere, quando presbiter plagatus aut verberatus fuerit: sed si mortuus fuerit presbiter, quia lex Romana presbiteri interfectorem mortis senten-

n) hec lex *cod.* o) tantum *cod.*

Cap. 141. *e codd.* 3—9. a) et pacif. 4. b) romanum 6.7. c) et 5; qui est 7—9. d) langob. 5. e) nostro 6. f) seu... falcon. *om.* 4.6. g) mansionatico et parvaredo 5; mansionatica et parvareda 7—9. h) monasteria 6; monasteriorum 7—9. i) *deest* 6. k) senodochia 6; senodochiorum 7—9. l) *deest* 6. *prim. man.* 4. m) insuper 4; et seu per 7.8. n) insuper..... aeccles. dei *om.* 5.6. o) *desunt* 4. p) faciant 7—9. q) carnem 5; carnaticum 4.9. r) per ipsas ecclesias 6. s) ipsi ecclesiis Dei servientes 4. t) *desunt* 6. u) in domino 7—9. v) salicha *add.* 6. w) *sic* 4.6; quod nequaquam illa pervecta sint ad nostram notitiam nec (nec *om.* 5) per nosmet ipsos esse condita (nosm. conditam habemus) 5.7—9. x) condictam *legendum erat.* y) ipsa capitula 6. z) nobilem 5. a) His expletis bene valeas semper in domino karissime fili *hoc loco addunt* 7—9; *cfr. cap.* 142 *sub fine.*

Cap. 142. *e codd.* 3—9. a) presbiter *add.* 3. b) fiat (sit 9) compositus 3.7—9; ab eo qui hoc perpetraverit *add.* 5.6.9. c) vel quantitatem *add.* 3. d) per triplam compositionem 7—9. e) emendetur 7—9. f) perpetravit 7—9. g) compositio 7—9. h) in *add.* 7—9. i) Et *om.* 5.6.9. k) *haec in codd.* 7—9 *praecedenti capitulo* 142 *subnectuntur.* l) *deest* 5. m) vale 4.5. n) B. 7.8. o) m. 7.8. p) si *om. cod.* q) Lotharii *cod.*

93) §. 4. Inst. adoption. (I, 11.) 94) Karol. M. 91. 95) Cfr. Karol. M. 141 sub fine not. a. 96) Ludov. P. 53. 97) Pipin. 27. 98) Cfr. expos. §. 1 ad Lud. P. 7.

tiam condempnat, non extimari debet alia iniuria, sed morietur, ut lex Romana precipit. — §. 3. Eo quod Carolus precipit, ut capitulum, quod est „Qui[1] subdiaconum occiderit“ in lege Salica poneretur et pro lege Salica observaretur[2], et eo quod Pipinus dixit[3]: „et si ipse episcopus, Francus aut Longobardus, distulerit ad iustitiam faciendam“, absque dubio declaratur, quod aliquis propter honorem clericatus legem suam non amittebat sed eam retinebat adhuc, quando capitulum factum fuit.

143. (*Pip.* 46.) Sicut consuetudo nostrorum[a] est, ut Longobardus vel Romanus[a], si evenerit quod causam inter se habeant, observamus, ut Romanus populus successionem eorum iuxta suam legem habeant[b]: similiter et omnes conscriptiones[c] iuxta suam legem faciant, et quando iurant, iuxta suam legem iurent[d], et quando componunt, iuxta legem cui malum fecerint, componant; et Longobardos[e] similiter convenit componere[f]. De ceteris vero causis communi lege vivamus, quam domnus excellentissimus[g] Karolus rex Francorum atque Longobardorum[h] in edicto adiunxit.

Glossae: communi lege vivamus] scilicet nos Franci et Longobardi. 7. 8. — *in edicto adiunxit]* scilicet retroposito. 5.

In[a] nomine domini nostri Iesu Christi[b]: qualiter placuit[c] nobis[d] Pipino excellentissimo regi gentis Longobardorum[e], cum adessent nobiscum singuli episcopi abbates et comites seu reliqui fideles nostri Franci et Longobardi[f].

Decrevit[g] divus populo laudante Pipinus.

1. Ut aecclesias baptismales seu oracula, qui eas a longo tempore restauraverint, mox iterum restaurare debeant: et tam curtis[a] regia quamque[b] et Longobardi[c] talem inibi habeant dominationem qualis illorum a longo tempore fuit consuetudo.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „mox iterum restaurare debeant“, a subsequenti Pipini capitulo quod est „De[4] ecclesiis baptismalibus“ affirmatur, quia ibi legitur: „neque illi pagenses neglegentiam habeant de hoc quod ibidem facere debent“, et a Lotharii capitulo quod est „De[5] ecclesiis destructis“ corroboratur, quia illic legitur: „episcopali auctoritate emendare cogantur qui ea debuerint restaurare“.

2. Ut[a] pontifex ordinet et disponat unusquisque[a] aecclesias suas canonico ordine, et sacerdotes suos vel clericos distringat canonico vivendo ordine Et si quis pontifex clericos suos canonico ordine distringere noluerit et ille ad[b] secularem pertransierit[c] habitum, quod canones clericos prohibent facere, comes qui in loco ordinatus fuerit distringat illos in omnibus ad suam partem sicut[d] alios exercitales.

Glossa: comes qui in loco ord.] Obiit per kapitulum secundi Heinrici (1.) In legibus, et per kapitulum Ottonis (I. 8.) Nullum. 4 5. 7. 8.

3. (3. 4.) Monasteria virorum ac[a] puellarum, tam quae in mundio palatii esse[b] noscuntur[b], vel etiam in mundio episcopali seu et[c] de reliquis hominibus esse inveniuntur, distringat[d] unusquisque[d] in cuius mundio sunt, ut regulariter vivant; similiter[e] et senodochia, cuiuslibet sint. Fratres[e] in omnibus pascantur iuxta illorum[f] possibilitatem.

Expositio: Capitulum hoc Caroli capitula[6] que sunt „Ut episcopi de presbiteris et diaconibus“ „Volumus atque iubemus“ corrumpit, ut retro[7] dictum est. — §. 2. Pipini capitulum quod est „Ut[4] quicumque senodochia habet“ hoc capitulum affirmat.

4. (5.) Ut de restauratione aecclesiarum vel pontibus[a] faciendis aut stratis restaurandis[a] omnino generaliter faciant, sicut antiqua fuit consuetudo; et non anteponatur emunitas, nec pro hac re ulla occasio proveniat[b].

Expositio: Capitulum hoc, de ecclesiarum restauratione precipiens, Caroli capitula[8] quae sunt „Precipimus etiam comitibus et omnibus fidelibus“, „Et vobis episcopis, qui in omnibus nonas et decimas“ corroborat, quia ibi de restauratione atque emendatione ecclesiarum similiter legitur. — §. 2. Lodoyci capitulum quod est „De[9] nonis et decimis considerandum est“ et Lotharii capitulo quod est „De[10] pontibus vero vel reliquis his similibus“ multaque alia capitula concordant se cum isto.

5. (6.) Ut viduae et orfani[a] tutores habeant

Cap. 143. *e codd.* 3—9; *in codd.* 3. 7—9 *sub fine capitulorum Pipini nomine recensitorum invenitur.* a) est nostrorum, Romanus vel Longobardus 7—9. b) fatiant 5; habeat 7—9. c) scriptiones 5. 7—9. d) et alii ad alios similiter *add.* 7—9; et alii illorum similiter *add.* 6. e) *sic* 6; langobardo 5; longobardus illi 7—9; de longobardis 4; et alii illorum similiter, *loco* et long. ... componere, 3. f) observare 5. g) *deest* 3. h) Lang. 3. 5.

Prologus Pipini capitulis praefixus e codd. 3—9. Expliciunt capitula Karoli regis, incipiunt cap̄. pipini filii eius *inscriptio in cod.* 5. Pipinus rex: Caroli Magni filius *in cod.* 9. a) In *om.* 5. 6. b) audite *add.* 9 *et in marg.* 5. c) complacuit 4. d) *sic* 3. 4; michi *rell.* e) langob. 3. f) addimus haec capitula *add.* 4. g) *versus hexameter adest in codd.* 7—9 *et rec. man.* 5. 6.

Cap. 1. *e codd.* 3—9. Primus liber explicit. incipit secundus *rubris litteris inscribitur in cod.* 7. a) cortis 7—9. b) *deest* 5—9. c) longobardus 7—9.

Cap. 2. *e codd.* 3 - 9. a) *sic* 4—6; Ut pontifices ordinent et disponant 3; Ut pont. unusquisque o. e. d. 7—9. b) ad *om.* 5. c) se pertransierit 7. 8; pertraxerit 5. 6. d) sicut et 5. 6.

Cap. 3. *e codd.* 3—9. a) et 4. 9. b) *desunt* 4. c) et *om.* 5. 6. d) distringantur ab eo 7—9. e) Similiter ex senodochiis, cuiuslibet sint, fratres 5. f) eorum 5. 6.

Cap. 4. *e codd.* 3—9. a) pontes faciendo aut stratas restaurando 7—9. b) perveniat 4. 7—9.

Cap. 5. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4; orfanos 3; orphani *rell.*

1) Karol. M. 100. 2) Karol. M. 139. 3) Pipin. 6. 4) Pip. 25. 5) Loth. 46. 6) Karol. M. 4. 57. 7) Exp. ad K. M. 57. 8) Karol. M. 60. 61. 9) Ludov. P. 31. 10) Loth. 42.

iuxta illorum legem, qui illos defendant et adiuvent, ut per malorum hominum oppressiones suam[b] iusticiam[b] non perdant. Et si tutor aliquis[c] illorum[c] esse noluerit, iudex prevideat Deum timentem hominem[11], iuxta ut lex ipsorum est, qui per nostram preceptionem illorum causas[d] peragere debeat[d,*].

* *Ita tamen ut legitimus propinquus infantum, qui iuste tutor ac defensor eorum esse videtur, pro ipsis rationem aliquando compellatur reddere* per kapitulum Lotharii (60.) „Quicumque res". 7—9.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „tutores habeant iuxta illorum legem", respexit in lege Longobarda ad ipsam legem, que mulieri Longobarde mundoaldum attribuit, veluti „Nulli[12] mulieri libere sub regni nostri ditione" et ad ipsas leges, que orphano Longobardo tutorem videntur concedere, veluti Liuprandi[13] „Item de infantibus qui intra etatem sunt et necessitatem habent", dicentem: „et qui actum commissum habuerit", et veluti Rachis[e] legem: „Si[14] quis causam alterius agere aut causare", in qua per[f] licentiam comitis orphani[g] quasi tutorem videntur[h] conquirere. Et in lege Romanorum[15] similiter ad tutorem fuit: namque Romana usque ad 15[i] annos tutorem habeat, deindeque usque ad 25 annos curatorem et quandoque[k] procuratorem; et Romanus orphanus similiter. Et notandum est, hoc capitulum tutorem tam pro mundoaldo quam pro curatore posuisse. — §. 2. Capitulum hoc a Lotharii capitulo „Quicumque[16] res alienas cuilibet homini" partim rumpitur, quia illic legitur: „tunc eius legitimus propinquus qui iuste eius tutor ac defensor esse videtur pro ipso rationem reddere compellatur", hic vero nullus tutor compellitur rationem reddere pro ipso cui est tutor, immo alius per providentiam iudicis eligi precipitur, qui eius causam peragere debeat. — §. 3. Quod in hoc capitulo habetur: „iuxta ut lex ipsorum est", tam in legem Longobardam quam in legem Romanam respexisse putandum est. Hic vero lege Longobardorum dicitur respexisse ad Rachis legem que est „Si[14] quis causam alterius agere", per quam viduae et orphani per licentiam comitis tutores, pro eis rationem reddendo, possunt conquirere.

6. (7.) Ut qui se reclamaverit super pontificem, quod iustitiam habeat ad requirendum[a], dirigat illum comes aut per missum suum aut per epistolam suam ad ipsum pontificem. Et si episcopus ipse Francus aut Longobardus distulerit iustitiam[b] faciendam[c], tunc, iuxta ut ipsi episcopi elegerunt, ubi consuetudo fuit pignerandi a longo tempore, ut inantea in eo modo sit pro[d] ipsa iusticia facienda[d]. Et hoc constituimus, ut, ubicumque pontifex substantiam habuerit, advocatum habeat in ipso comitatu, qui absque tarditate iustitiam faciat et suscipiat*. Et talis sit ipse advocatus: liber homo et[e] bonae opinionis laicus aut** clericus, qui sacramentum pro causa aecclesiae, quam peregerit, deducere possit iuxta qualitatem substantiae, sicut lex illorum[f] habet.

* *duos advocatos habeat* per kapitulum Lotharii (18.) „Singulis". 7—9. ** *non* 7—9.

Glossae: ubi consuetudo fuit pign.] Habebant enim quendam locum electum, ubi pignerabantur. 4.5.7.8. — *aut clericus]* Obiit, quia si habet advocatum, non debet esse advocatus, ut[g] legitur inantea[g] *(Lud. P. 56.)*. 5.7.8.

Expositio: Iuxta hoc capitulum episcopi propter ordinem episcopalem nondum legem mutabant, unde a Lodoyci[h] capitulo quod est „Ut[17] omnis ordo ecclesiarum" partim rumpitur, quia iuxta illud capitulum non solum episcopi, sed etiam quilibet de clero propter ordinem ecclesiasticum fit Romanus. — §. 2. Capitulum hoc, eo quod precipit: „ubicumque pontifex substantiam habuerit, advocatum habeat in ipso comitatu", ruptum est a capitulo Lotharii quod est „Singulis[18] episcopis abbatibus abbatissis", in quo episcopus nisi duos advocatos habere prohibetur. — §. 3. Et capitulum hoc, eo quod clericum alterius advocatum esse concedit, a Lodoyci capitulo partim rumpitur quod est „Omnibus[19] igitur episcopis abbatibus", in quo cunctus clerus advocatum habere precipitur, et ita clericus alterius esse non potest advocatus. — §. 4. Ideo istud capitulum dixit: „prebeat sacramentum iuxta qualitatem substantie", quia episcopus Longobardus erat; sed hodie, quia episcopus Romanus efficitur, non secundum Longobardorum legem, sed secundum Romanorum sacramentum persolvet.

7. (8.) De universali quidem populo, qui ubicumque iustitiam[a] quaesierit, suscipiat[b] tam a comitibus suis quam[c] etiam[d] a gastaldiis seu a sculdais[e] vel locipositis[f] iuxta ipsorum legem absque tarditate. Et si comes Francus[g] distulerit[h] iustitiam faciendam et probatum fuerit, iuxta ut eorum fuit electio, ita subiaceat: et de illorum honoribus[i] sicut Francorum est consuetudo. Et de Longobardis comitibus, si quis ex ipsis neglectum posuerit ad iustitiam faciendam, sicut ipsorum lex est ita componat. Et si forsitan attenderit ad gasindios[k] vel ad parentes[l] aut ad amicos[m] suos[m] seu ad[n] premium et legem non iudicaverit, et probatum fuerit, componat[o] et[p] honorem suum amittat sicut lex ipsorum[q] est[p]. Et si gastaldius aut

b) iustitias suas 6—9. c) eorum aliquis 5; illorum aliquis 6.9. d) peragere debeat causas 4. e) Astulfi *cod.* f) qui *cod.* g) orphanis *cod.* h) videtur *cod.* i) XII *corrigendum videtur.* k) quod indeque *c.*

Cap. 6. *e codd.* 3—9. a) *sic* 7; requirendam 4; inquirendum *rell.* b) ad iustitiam 7—9. c) facere 5. d) per ipsam iusticiam faciendam 7—9. e) et *om.* 5.6. f) ipsorum 5.6. g) ut leg. inant. *om.* 7.8. h) lotharii *cod.*

Cap. 7. *e codd.* 3—9. a) iustitias 7—9. b) ut susc. 7—9. c) vel 5.7—9. d) *deest* 4. e) schuldachiis 6; sculdahis 4. f) loci praepositis 7—9. g) franciscus 6.8.9. h) ad *add.* 6. i) fiat *add.* 7—9. k) gasindium 7—9. l) parentem 7—9. m) amicum suum 7—9. n) ad *om.* 5—8. o) suum widrigild *add.* 4. p) sicut lex ipsorum est et honorem suum amittat 7—9. q) *deest* 4.

11) Cfr. Liutp. 73. 12) Roth. 204. 13) Liutp. 148. 14) Rachis 7. 15) Cfr. pr. Inst. curator. (I. 23.) 16) Loth. 60. 17) Ludov. P. 53. 18) Loth. 18. 19) Ludov. P. 56.

sculdais[r] seu[s] locipositus[t] de[u] qualibet iudiciaria tam ad suos pagenses quamque ad alios[u] qui iustitiam quesierint non[v] fecerit[w], componat sicut lex ipsorum est. Et si forsitan Francus aut Longobardus habens beneficium iustitiam facere noluerit, iudex ille in cuius ministerio fuerit contradicat illi beneficium suum, interim quod[x] ipse aut[y] missus eius iusticiam faciat[y]·*.

* *aliquando*[z] per kapitulum Ottonis (I.8.) „Nullum". 7—9 *et in marg.* 5.

Glossae: De universali] G.[a] secundum quosdam; set hoc kap. non est r.[b]. 5.7.8. — Bonum[c]. 4. — Per hoc inchoatur placitum[20]. 5.7.8. — *ita subiaceat]* id est ut moriatur[d]. 4.5.7.8. — *Francorum est consuetudo]* id est ut non veniant ad heredes eorum. 4.5.7.8. — *Cod.* 3. *hanc offert glossam:* Hic non declarat, comodo conpreendere debet de gastaldio; asspice in edicto *(Rach.* 6.*)*; de sculdais ic asimilare potest ic sensum. Quod dicitur: „aut missus eius", vacuum est pro uno capitulo que dicit: „Ecclesie[20*] et comes seu vidue dirimant suas lites".

Expositio: Quod in hoc capitulo habetur: „iuxta illorum legem absque tarditate" ad Romanam legem legem et Liuprandi leges[21] quae sunt „Si quis causam habuerit", „Si homines de sub uno iudice", „Si quis in alia civitate" referendum esse putandum est, in quibus eis qui sibi causam suam dixerint comites gastaldios sculdascios loci prepositos iustitiam facere precipit. — §. 2. „Absque tarditate" vero ideo dictum est, quia in predictis legibus, infra quem terminum iustitiam facere debeant, constitutum est. — §. 3. Secundum vero alios „iuxta illorum legem absque tarditate" aliter intelligitur, scilicet ut dicatur, querentem iustitiam absque tarditate eam secundum suam legem recipere ab ipsis comitibus, id est: unusquisque homo iuxta suam legem se ipsum defendat atque compositionem recipiat absque tarditate, videlicet infra terminum quem sua lex constituit. — §. 4. Quod hic scriptum est: „iuxta ut eorum fuit electio, ita subiaceat", ita intelligendum est, videlicet ut[e] moriatur, sicut in lege Salica[22] precipitur vel in usu Francorum habebatur. — §. 5. Item quod hic scriptum est: „et de illorum honore sic fiat, sicut Francorum est consuetudo" ita oportet intelligi, id est ut non veniat ad eorum heredes. — §. 6. Capitulum hoc, dicens: „et de Longobardis comitibus, si quis ex ipsis neglectum posuerit ad iustitiam faciendam, sicut ipsorum est lex, ita componat", predictas Liuprandi leges[21] quae sunt „Si quis causam habuerit et sculdais suo", „Si homines de sub uno iudice", „Si quis in aliena civitate causam habuerit", corroborat, in quibus, si neglectum posuerit ad iustitiam faciendam, comes reclamanti solidos 20 et[f] regi solidos[g] 20[g] componere precipitur. — §. 7. Quando hoc capitulum dixit: „et si forsitan adtenderit ad gasindium vel ad parentem et legem non iudicaverit — subaudis: omnibus hominibus reclamantibus de subiectis eius — et probatum fuerit, componat sicut lex ipsorum est" affirmat legem Rachis quae est „Cognovimus[23] enim", in qua „comes (qui quod supra diximus fecerit) widrigild suum, medietatem regi et medietatem cui iustitiam denegaverit componat et honorem suum amittat." — §. 8. Capitulum hoc, dicens: „et si gastaldius aut sculdais iustitiam non fecerit componat sicut lex ipsorum est", predictas Liuprandi leges[21] quae sunt „Si quis causam habuerit", „Si homines de sub uno iudice" confirmat, in quibus gastaldius sculdascius qui infra quattuor dies iustitiam facere neglexerit solidos 12, sex reclamanti et sex iudici, iubentur compellere. — §. 9. Capitulum hoc, dicens: „etsi forsitan Francus aut Longobardus habens beneficium iustitiam facere noluerit, iudex ille, in cuius ministerio fuerit, contradicat illi beneficium", Caroli capitulum „Si[24] quis ad mallum legibus mannitus" partim corrumpit, quia ibi legitur: „ut eius beneficium in bannum mittatur". Sed non rumpitur, quia eius beneficium melius non potest contradici, quam ponendo in bannum. — §. 10. Capitulum Octonis „Nullum[25] laycorum" rumpit istud capitulum de hoc quod precipit, ut missus eius iustitiam faciat.

8 (9.) Ut iudex unusquisque per[a] civitatem[a] faciat iurare ad Dei iudicia[b] homines credentes, iuxta[c] quantos previderit, seu foris per curtes vel vicos[d] ibi[e] mansuros[e], ut[f] cui ex ipsis cognita[g] fuerint homicidia furta adulteria[g] et[h] de illicitis coniunctionibus, ut[i] nemo[k] ea concelet. Et[l] hoc damus in mandatis, ut si quis venerit iusticiam[m] reclamare[n] super quempiam hominem, dicendo de homicidio furto aut praeda, et ille super quem dixerit denegare[o] voluerit[o], tunc ille qui reclamat, si potuerit, approbet illud, et si forsitan non potuerit approbare, et ipse super quem dicit[p] negaverit, quod malum ipsum nec ipse nec homines ipsius perpetrassent et posuerit excusationem et dixerit: „nomina michi homines meos, qui tibi malum[q] fecerunt, ego tibi de illis iustitiam faciam", et ille incognitus qui reclamat et nomina de illis hominibus nescit nec approbare potest, et ipsi qui exinde veritatem sciunt negare[r] voluerint, et ille qui reclamat dixerit: „quia homo ille[s] veritatem scit": tunc iudex ille[t] qui in

r) sculdahis 4. s) vel 5.6.9. t) loci prepositus 7—9. u) de quolibet iuditiario tam suis pangensibus quam aliis 6. v) et non 4. w) fecerint 4.5. x) dum 6; quod ad 9; quoad 7.8. y) iusticiam faciat aut missus eius 7—9. z) nam hic de beneficio, non de proprietate *add.* 9. a) generale? b) romanum? c) B *cod.* d) per usum *add.* 4. e) ne *cod.* f) et *om. cod.* g) sol. XX *om. cod.*

Cap. 8. *e codd.* 3—9. a) *desunt* 5.6. b) iudicium 4; per civitates *add.* 5.6. c) *deest* 7—9. d) vicoras 4. e) *sic* 5; ubi homines mansuri sunt (manent 4.) 4.6; ubi mansuros 7—9. f) si *add.* 4. g) cognitum fuerit homicidium furtum adulterium 6—9. h) aliquid *add.* 7—9. i) ut *om.* 6—9. k) ex eis *add.* 7—9. l) Sed 7—9. m) ad iusticiam requirendam 7—9. n) proclamare 4. o) denegaverit 7—9. p) dixerit 7—9. q) illud malum 6.9; malum ipsum 7. r) denegare 5.6. s) exinde *add.* 7—9. t) *deest* 7—9.

20) Haec glossa adscripta quidem est Pipini capiti octavo, ad septimum tamen eam vere pertinere duxi, respecta placiti forma glossata, quam infra inter additamenta (IV.) e cod. Londinensi exhibui. 20*) Otto I. 10. 21) Liutpr. 25—28. 22) Lex Sal. emend. LII. 3. 23) Rachis 6. 24) Karol. M. 27; cfr. expos. §. 5. ibid. 25) Otto I. 8.

loco ipso est faciat iurare homines illos, quilibet sint, Franci aut Longobardi, quos ipse nominative dixerit, ut dicant exinde veritatem; et si credentes homines fuerint, in manu comitis sui dexterent[u]. Et si latrocinia aut furta vel praeda inventa fuerint, emendetur iuxta ut eius[v] est lex, cui[w] malum ipsum perpetratum[x] fuerit[x]. Tamen iudex de loco unde fuerit de latronibus[y] aut furonibus[z] studium ponat, ut populus iste hic habitans aut veniens in pace vivere valeat.

Glossae: latrocinia] id est homicidia absconsa. 5.8 *et sim.* 4. — *Tamen iudex]* secundum quosdam asinos[26]. 8. — *In codd.* 5.7.8 *adscripta sunt haec:*

Malefitiorum

alia sunt pro quorum inquisitione iurant homines per vicos et curtes	alia pro quorum non
ut pro homicidii. ut pro illicitis coniunctionibus. pro furti. pro adulterii inquisitione.	ut pro ceterorum notitia.

Expositio: Capitulum hoc a Lotharii capitulo quod est „Volumus[27] ut comites nostri licentiam habeant" roboratur[a]. — §. 2. Capitulum hoc, dicens: „tamen iudex de loco unde fuerit de latrone aut furone", affirmatur a Pipini capitulo quod est „Placuit[28] et convenit ut omnes iustitiae" et a Widonis capitulo quod est „Placuit[29] etiam nobis summopere statuere", et Caroli capitulum quod est „Sed[30] et hoc iubemus, ut comites de latronibus plenam iustitiam faciant" corroborat.

9. (10.) De servis et ancillis fugacibus unusquisque[a] iudex studium ponat ad perquirendum iuxta ut edictum continet[31]. Et hoc damus in mandatis, ut tam Austria[b] et Neustria[c] Emilia[d] Tuscia[e] seu littora maris, ut[f] per omnia[g] perquirantur superscripti fugaces: et apud[h] locum coniurent sculdai[i], decani, saltarii vel locopositi[i], ut nullus eos concelet; et ubicumque inventi[k] fuerint, ipse[l] apud quem inventi fuerint[l] una cum misso comitis de ipso loco ad nos adducatur sic[m], ita[m] ut iurare valeat[n], ut neminem concelet[o].

10. (11.) De advenis et peregrinis qui in Dei servitio Romam vel[a] per alia[b] sanctorum corpora[c] festinant[a.d], ut salvi vadant et revertantur sub nostra defensione. Et si quis aliquem[e.*] ex ipsis peregrinis ausus fuerit occidere, 60 solidos in sacro palatio nostro componat, et[f] insuper compositio illa[g] de ipso homicidio componatur, cui legibus leudum ipsum pertinuerit. Et hoc damus in mandatis cunctis episcopis abbatibus comitibus seu actionariis nostris, ut haec omnis suprascripta[h] iustitia de praesenti absque ulla tarditate adimpleta fieri debeat: ut, qui in tantos annos iustitiam habere non potuerit, vel modo per Dei omnipotentis misericordiam et per praeceptionem domni et genitoris mei Karoli regis gentis Francorum et Longobardorum ac patricii Romanorum simul et per nostram praeceptionem unusquisque homo[i] iusticiam suam[k] accipiat.

* *praeter Longobardum et Romanum liberum.* 7—9.

Glossae: Et si quis aliquem] preter Ro. et Lo. 5. — Obiit per kapitulum Lotharii (92.) De homicidio. 4—8. — *Et hoc damus]* Vacuum 5.7.8.

Expositio: Capitulum hoc, peregrini homicidium widrigild iubens componere, nulla posita differentia, utrum sit homicida super eum ambulando vel non, Liuprandi legem que est „Nam[32] qui super alium ambulaverit" partim rumpit, in qua homicida super alium ambulando omnem substantiam iubetur amittere. Unde hoc capitulum Lotharii capitulo quod est „De[33] homicidio" partim rumpitur et predicta Liuprandi lex ab eo affirmatur.

11. (12.) Placuit atque convenit nobis, ut omnes iustitiae pleniter factae[a] esse debeant[a] infra regnum nostrum absque ulla dilatatione[b], tam de aecclesiis quamque[c] de[c] senodochiis seu[d] pauperibus et viduis et[e] orphanis atque de reliquis hominibus secundum[f] iussionem Karoli regis[f].

Expositio: Capitulum hoc Caroli capitula[34] que sunt „Ut nullus quislibet missus noster", „Ut comites pleniter iustitiam" confirmat.

12. (13.) Homo denarialis non antea hereditare in sua[a] agnatione[a] potuerit[b], quam usque in tertiam generationem perveniat. Et[c] homo cartularius similiter.

Glossae: denarialis] scilicet quae libertas in Francia utitur. 4. — *in sua agnatione]* id est liberi. 7.8. — *E codd.* 5.7.8:

Agnationis

alia est lateralium	alia inferiorum
ut agnatorum.	ut liberorum.

Id est libertus non potest filio suo vel abiatico succedere, sed abiatici filio succedere potest. Sed omnes descen-

u) *sic* 4; dextrent 6; dextras dent 5.7—9. v) eorum 4.5. w) illis quibus 5. x) perpetraverint 4.5. y) latrone 7—9. z) furone 7—9; furibus 5.6. a) rob. *om. c.*

Cap. 9. *e codd.* 3—9. a) ut unusq. 5.6. b) in austria 7—9. c) quamque *add.* 7—9; et *add.* 4. d) *sic* 4; milia *rell.* e) et tuscia 7—9. f) ut *om.* 7—9. g) loca *add.* 5.9. h) illum *add.* 5. i) sculdahis decanus saltarius locipositus 4. k) *deest* 5. l) ipse.....fuerint *om.* 4.7—9. m) sic tamen 6; sic iterum 5; sic *om.* 7—9. n) valeant 6. o) celassent 6; concelent 7—9.

Cap. 10. *e codd.* 3—9. a) vel alia festinant sanctorum corpora 5. b) loca *add.* 7—9. c) ad corpora 8.9. d) festinant ire 6; ire fest. 7—9. e) *deest* 5.6. f) et *om.* 4. g) *deest* 7—9. h) supradicta 7—9. i) homo *om.* 5.6. k) *deest* 7—9.

Cap. 11. *e codd.* 3—9. a) sint facte 9; sint, *omissis* infra r. n., 7.8. b) dilatione 5.6. c) *desunt* 6. d) seu de 7—9. e) vel 5.7—9; de *add.* 5. f) ut domnus Karolus praecepit 7—9.

Cap. 12. *e codd.* 3—9. a) suam agnationem 6.9. b) poterit 9. c) Et *om* 5.

26) Verba „Tamen iudex" rell. desunt in cod. Chis. et Cav. (Cfr. Leges I. p. 43. lin. 56); tamen genuina videntur. 27) Loth. 3. 28) Pip. 11. 29) Wid. 1. 30) Karol. M. 67. 31) Liutp. 43. 32) Liutp. 20. 33) Loth. 92. 34) Karol. M. 51. 58.

dentes possunt illi liberto patri suo vel avo suo succedere. 4. — *homo cartul.]* scil. quae libertas modo utitur. 4.

Expositio: Homo denarialis id est inpans. — §. 2. Per agnationem descendentes secundum Wilihelmum, secundum vero alios lateraies[d] tantum hic oportet intelligi. — §. 3. Capitulum hoc, ut antiqui iudices dicebant, rumpit Rotharis legem que est „Si[35] libertus, qui fulfreal factus est, filios dereliquerit"; sed qualiter dicebant eam ruptam esse et qualiter salvanda est, retro[36] dictum est.

13. (14.) Instituimus, ut, sicut domnus rex Karolus commendavit de illis monachis qui de Francia vel de[a] aliis locis venerunt et eorum monasteria dimiserunt, ut praesentaliter[b] illis[c] partibus[c] revertantur ad[d] monasteria[d], et nemo ex vobis ipsos secum detineat.

14. (15.) De presbiteris qui de alia[a] provincia veniunt[a], ut nullus eos debeat recipere sine dimissorio[b] episcopi sui, de[c] cuius parochia est[c].

Expositio[d]: Capitulum cum Caroli capitulis[37] quae sunt „Ut nulli liceat alterius clericum recipere", „Ut nemo alterius clericum" concordat.

15. (16.) De episcopis abbatibus comitibus seu vassis dominicis vel reliquis hominibus, qui ad palatium veniunt aut[a] inde vadunt vel ubicumque per[b] regnum nostrum pergunt[b], ut non praesumant ipsi aut homines eorum alicui homini suam causam tollere vel suum laboratum, in tantum si non comparaverint, aut ipse homo per suam spontaneam voluntatem eis non dederit. Et quando hybernum tempus fuerit, nullus debeat mansionem vetare ad ipsos iterantes, in tantum quod ipsi iniuste[c] nullam causam tollant. Et si aliquis[d] hoc facere praesumpserit, tam seniores quamque[e] et[f] vassalli[g], et ipse homo ibidem ad eos proclamaverit, tunc volumus, ut praesentaliter ipse[h] qui hoc fecerit hoc quod ad[i] ipsum hominem tulerit[i] ei secundum[k] legem emendet. Et si evenerit, quod ei ipsa causa ibidem secundum legem praesentaliter emendata non fuerit et ad palatium exinde proclamatio venerit, tunc volumus, ut ipse qui hoc malum fecit[l] contra ipsum hominem qui proclamavit secundum suam legem emendet et insuper[m] ad palatium[n] bannum nostrum componat, pro eo quod super bannum[o] nostrum[o] hoc[p] facere ausus fuit.

Expositio: Retroposita Caroli capitula[38] quae sunt „De truste facienda: nemo presumat", „Ut missis nostris discurrentibus", qualiter ab hoc capitulo rumpantur et affirmentur, retro[39] dictum est. — §. 2. Capitulum hoc, dicens: „et si hoc evenerit quod ei ipsa causa ibidem secundum legem presentaliter emendata non fuerit, ad placitum exinde proclamatio" et cetera, dat intelligi, quod bannum non datur, nisi lis ante potestatem afferatur.

16. (17.) Stetit nobis de hominibus libellariis, ut nullus comes nec iuniores eorum eos[a] amplius[b] distringant nec inquietent, nisi sicut in[c] tempore Longobardorum[c] fuit consuetudo.

Glossa: fuit consuetudo] id est ut faciant pontes, muniant stratas et caetera. 4.

17. (18.) Placuit nobis de aecclesiis baptismalibus, ut in omnibus ita debeant esse ordinatae et conservatae, quomodo domnus[a] Karolus commendavit et in suo kapitulari continetur[b].

Expositio: Capitulum hoc Caroli capitula[40] quae sunt „Precipimus etiam comitibus nostris", „Et vobis episcopis qui in omnibus nonas et decimas" confirmat.

18. (19.) Et hoc instituimus, ut emunitates[a] a iam dicto domno[b] nostro[b] firmatae in[c] omnibus conservatae esse debeant, sicut est[d] iussio ipsius domni[e] nostri[e] Karoli regis[f].

Expositio: Capitulum hoc Caroli capitulum quod est „Si[41] quis in emunitate" confirmat.

19. (20.) Consideravimus, ut viae et portus[a] vel pontes infra regnum nostrum in omnibus pleniter emendatae esse debeant per illa loca ubi antea semper[b] fuit consuetudo. Nam per alia loca super ipsa flumina nullatenus portus[a] esse debent.

20. (21.) Stetit nobis, ut missos nostros, unum monachum et alium capellanum, direxissemus[a] infra regnum nostrum ad[b] previdendum et inquirendum[b] per monasteria virorum ac[c] puellarum, quae sub sancta[d] regula vivere debent[e], quomodo est eorum habitatio aut qualiter[f] est vita vel[g] conver-

d) naturales *cod.*

Cap. 13. *e codd.* 3—9. a) de *om.* 7—9. b) presentialiter 5. 6. 9. c) ad illorum partes 5; illorum partibus 6. d) et ad monasteria 5; *desunt* 6.

Cap. 14. *e codd.* 3—9; *in cod.* 3 *hoc caput, paullulum forsan mutatum, iterum invenitur inter Pipini capita* 34. 35 *insertum.* a) aliis provinciis venerunt 7—9. b) dimissoria 7—9. c) de....est *om.* 5. 6. d) *haec expositio cum hoc ipso capite bis legitur in codice nostro Branc. Lombardae librum continente.*

Cap. 15. *e codd.* 3—9. a) vel 5. 6. 9. b) pergunt per r. n. 5. 6. 9. c) *deest* 4. 5. d) homo *add.* 7—9. e) quam 5. 6. f) et *om.* 5—7. g) vasalli 5. 6. h) ille 7—9. i) ipsi homini abstulit 5; ab eo tulit 4. k) suam *add.* 5. l) fecerit 7—9. m) *deest* 4. n) nostrum *add.* 7. 8. o) nostrum bannum 7—9. p) hoc *om.* 7. 8.

Cap. 16. *e codd.* 3—9. a) eos *om.* 5. 6. b) non *add.* 6. c) a longo tempore 9.

Cap. 17. *e codd.* 3—9. a) rex *add.* 5. b) continet 4. 6.

Cap. 18. *e codd.* 3—9. a) quae sint *add.* 7—9. b) nostro patre 7—9. c) et in 5. 7. 8. d) est *om.* 5. 6. e) domni n. *om.* 5. 6; nostri *om.* 7—9. f) est *add.* 6. 7.

Cap. 19. *e codd.* 3—9. a) portora 4. b) *deest* 7—9.

Cap. 20. *e codd.* 3—9. a) direximus 5. 9. b) *sic* 4. 6; previdentes et inquirentes 5; previdendo et inquirendo 7—9. c) et 4. d) sacra 7—9; *deest* 4. e) debeant et 7—9. f) qualis 4. g) et 7—9.

35) Roth. 225. 36) Expositio §. 2 ibidem. 37) Karol. M. 6. 62. 38) Karol. M. 11. 113. 39) Expos. §. 2. Karol. M. 11 et exp. Kar. M. 113. 40) Karol. M. 60. 61. 41) Karol. M. 101.

satio eorum, et quomodo unumquodque monasterium de[h] rebus[h] habere videtur unde vivere possit[i].

21.(22.) Placuit nobis, ut nullus çomes nec eorum[a] iuniores[a] nullatenus praesumant alicui homini sua testimonia tollere aut abstrahere, sed permittant[b] ei habere sua testimonia[b] qui ea potest conquirere atque rogare. Et si aliquis contra hoc facere praesumpserit, nostra est voluntas, ut ipse in nostram veniat praesentiam et ibidem exinde[c] talem accipiat sententiam, quomodo nostra fuerit voluntas ad iudicandum.

Expositio[d]: Hoc capitulum in partem rumpit capitulum iam dictum[e] Caroli quod est „Ut[42] testes ad testimonium premio non conducantur“, quia hic precipitur: „sed permittat ei habere sua testimonia que potest conquirere“ id est cum pretio habere. Sed ita salvari potest ut retro[43] dictum est.

22.(23.) Stetit nobis de illis hominibus liberis Longobardis, ut licentiam habeant se commendandi ubi voluerint, sicut a tempore Longobardorum fecerunt, in tantum ut suo comiti faciant rationabilia quae debent[a].

23.(24.) Ut nullus alteri praesumat res suas aut aliam[a] causam[a] sine[b] iudicio tollere aut invadere: et qui hoc facere praesumpserit, ad partem nostram exinde bannum nostrum componat.

Glossae: Ut nullus] Bonum[c]. 4. Non est ro.[d] 7.8. — *res suas]*

Rerum	
aliae tolluntur, ut mobilia aurum argentum multaque.	aliae invaduntur, ut terra vel domus.

Sic in codd. 5.7.8.

Expositio: Capitulum hoc ideo dixit: „res suas“, quia ipse cui abstracte sunt eas tenebat, et ideo dixit, ipsas res ipsius esse. Etenim res ipsius[e] qui invadit, illum bannum tamen iuxta hoc capitulum conponere debet, quia aliene res appellantur, et ipsius qui eas possidet esse tamdiu[f] intelliguntur quandiu exinde per iudicium expulsus fuerit, sicut potest videri in capitulo Widonis quod est „De[44] cartis vero interdiximus“; quando enim ipsum capitulum Widonis dixit: „antequam auctor cartule vindicet eam legali et iudiciali diffinitione“, declaravit, quod ipsius proprie erant qui[g] dictus[g] erat res invadere. — §. 2. Notandum est quoque, quod tollere dicitur quantum ad res mobiles, invadere quantum ad inmobiles.

24.[a](25.) Ut quicumque senodochia habet, si ita pauperes pascere voluerit et consilium[b] facere, quomodo ab antea fuit, habeat ipsa senodochia et regat ordinabiliter[c]. Et si hoc facere noluerit, ipsa dimittat: et per tales[d] homines[d] inantea sint gubernata cum consilio proprii episcopi, qualiter Deo et nobis exinde placeat.

Expositio: Pipini capitulum quod est „Monasteria[45] virorum“ ab hoc capitulo partim affirmatur, ut retro[46] dictum est.

25.(26.) De aecclesiis baptismalibus, ut[a] nullatenus laici homines eas[b] tenere debeant, sed per sacerdotes fiant, sicut ordo est, gubernatae. Neque illic[c] pagenses neglegentiam[c] habeant de hoc quod ibidem facere debent[d]; et ut illi sacerdotes eas sic regant, quomodo ordo canonicus exposcit.

Expositio: Capitulum hoc dicens: „neque illi pagenses neglegentiam habeant de hoc quod ibidem facere debent“ primum Pipini capitulum confirmat.

26.(27.) De advocatis sacerdotum: volumus, ut pro aecclesiastico honore et pro illorum reverentia advocatos habeant.

Expositio: Hoc capitulum a Lodoyci capitulo[47] quod est „Omnibus igitur episcopis“ et a Lotharii capitulo quod est „Ut[48] episcopi universique sacerdotes“ confirmatur.

27.(28.29.) De diversis generationibus hominum qui[a] in Italia commanent: volumus, ut, ubicumque culpa contigerit unde faida crescere potest, pro satisfactione hominis[b] illius[b] contra quem culpavit[c], secundum ipsius[d] legem[d] cui neglegentiam commiserit[e] emendet*. De[f] statu vero ingenuitatis aut aliis querelis unusquisque homo secundum suam legem se ipsum defendat.

* *unaqueque.* 7.8.

Glossa: De diversis] Obiit per kapitulum Lotharii (38.) Volumus. 4. — *pro satisfactione]* id est emendatione ficta. 3. — *De statu]* Obiit per kapitulum Lodoyci (15.) Si quis cum altero. 5.7.8. — Hac sententia sentitur, quod actio debet esse secundum legem appellati *sub fine capitis add.* 9.

Expositio: Capitulum hoc Rotharis legem

h) *desunt* 5.6. i) possint 7—9.

Cap. 21. *e codd.* 3—9; *in cod.* 5 *positum est inter capp. Pip.* 16 *et* 17. a) iuniores eius 5. b) permittat ei sua test. h. 4. c) inde 5.6. d) *haec expositio et huic et Pipini capiti* 33 *falso adscripta est.* e) dictis *cod.*

Cap. 22. *e codd.* 3—9. a) id est custodiant tria placita in anno et faciant hostem ac reparent stratas atque faciant pontes per illa loca ubi fuerunt *add.* 4.

Cap. 23. *e codd.* 3—9. a) alias causas 7—9. b) legali *add.* 7—9. c) B *cod.* d) romanum. e) proprias *corr. videtur; cfr. expos.* §. 8 *ad Wid.* 5. f) tñ *cod.* g) *ita correxi secundum ea quae exponuntur in* §. 8 *ad Wid. c.* 5; cui dictum *cod.*

Cap. 24. *e codd.* 3—9. a) De quibusdam autem in primo capitulo de senodochiis iussimus *suprascr. in codd.* 3.5.6. b) *sic* 4; conscilium 6; concilium *rell.* c) ordinaliter 5.6. d) talem hominem 7—9.

Cap. 25. *e codd.* 3—9. a) ut *om.* 7—9. b) *deest* 7—9. c) illi pangenses licentiam 5. d) subtrahere *add.* 5.

Cap. 26. *e codd.* 3—9.

Cap. 27. *e codd.* 3—9. a) quod 5.6. b) homini illi 5.6. c) culpaverint 7—9. d) legem ipsius 5.6.9. e) commiserint 7—9. f) *novi capituli initium in cod.* 9.

42) Karol. M. 50. 43) Expos. §. 1 ibid. 44) Wido 5. 45) Pip. 3. 46) Expos. §. 2 ibid. 47) Lud. P. 56. 48) Loth. 101.

quae est „Omnes[49] waregangi" partim rumpit ut retro[50] dictum est; sed salvari potest ut retro[51] diximus. — §. 2. Capitulum hoc, dicens: „secundum ipsius legem cui commisit neglegentiam emendet", Caroli capitulum quod est „Sicut[52] consuetudo" confirmat, quia ibi legitur: „et quando componunt, iuxta legem cui malum fecerint componant".

28. (30.) De compositionibus quae ad palatium pertinent: si comites ipsas causas commoverint ad requirendum, illi[a] tertiam partem ad eorum percipiant[b] opus, duas vero ad palatium: et si per suorum[c] neglegentiam remanserint, et missus dominicus ipsas causas[d] cepit requirere, tunc volumus ut ipsi comites illam tertiam partem non habeant, sed cum integritate ad palatium veniat.

Glossae: De compositionibus] scilicet ut legitur in aedicto *(Roth.* 9. 12. 19. 26. 253. 284. *Ast.* 6 *et alibi),* de quibus medietas datur regi. 4. — *si per suorum negleg.]* Hic videri potest, quod compositionem que pertinet ad partem publicam requirere nemo potest nisi comes vel actor dominicus. 5. 7. 8.

Expositio: Capitulum hoc dicens: „illi tertiam partem ad eorum percipiant opus" Liuprandi legem quae est „Si[53] quis gastaldius vel actor" partim affirmat in hoc quod dicit: „habeat ipse gastaldius de compositione quam actor debet componere partem tertiam", cum gastaldius ibi sit positus tam pro comite quam pro gastaldio, ut retro[54] ostensum est.

29. (31.) De monasteriis et senodochiis quae per diversos comitatus esse videntur et regalia sunt: quicumque[a] ea habere voluerint[b], per beneficium domni regis habeant[c].

30. (32.) De rebus forfactis quae per diversos comitatus[a] sunt volumus ut ad palatium pertineant.

Glossa: forfactis] id est factis fori, alter: forfacti. 5. 7. 8.

31. (33.) Si cui[a] res in elemosina datae sunt, et ipse[b] mortuus fuerit antequam eas dispenset, tunc missus[c] dominicus[c] una cum episcopo parochiae ipsius consideret, qualiter in domni[d] regis mercede[d] ipsa elemosina fiat facta, et infra 30 noctes adimpleta esse debeat[e].

Glossae: et ipse] scilicet rogatarius vel heres. 4. — *antequam eas dispenset]* De hoc fit brevis cum venditione, ut legitur in formis cartarum[55]. 4.

32. (34.) De filia cuius pater per manum erogatoris omnes servos suos iussit fieri liberos[a], quia[b] contra legem esse videtur, instituimus ut ipsa[c] filia[c] in tertiam portionem de praefatis rebus iterum introire possit.

Glossa: Hic videri potest, quod homo potest esse partim liber et partim servus. 5. 7. 8.

Expositio: Capitulum hoc Liuprandi legem que est „De[56] eo qui filiam in capillo" corroborat. — §. 2. Non est intelligendum, ut, si novem servi per manum erogatoris liberi dimissi sunt, quod tres omnino in servitio applicare filia valeat; sed de unoquoque tertiam partem pretii accipiat ab eo qui eos manumisit et ipsi in libertate permaneant. — §. 3. Capitulum hoc ideo dixit: „iterum introire possit", quia iuxta predictam Liuprandi legem, que est „De[56] eo qui filiam in capillo" in tertiam partem rerum patris intraverat, et iuxta hoc capitulum iterum intrat; vel ideo dixit: „iterum intrat", quia iuxta Astulfi legem que est „Cognovimus[57] multotiens perfidos homines cum voluntate" ab ipsa tertia parte expulsa erat, sed iuxta hoc capitulum eam recuperaverat.

33. (35.) Placuit[a] inserere, ubi[b] lex deest praecellat consuetudo, et nulla consuetudo superponatur legi[c].

34. (36.) Placuit nobis[a] etiam[a], ut sicut[b] quacumque femina* potestatem habet per comiatum[c] viri sui res suas vendere, ita habeat potestatem donare[d].

* *Longobarda* per legem Liuprandi (22.) „Si qua mulier res suas". 7—9.

Expositio: Capitulum hoc Liuprandi legem, que est „Si[58] qua mulier res suas consentiente viro suo" commemorat a Guidonis capitulo quod est „Concedimus[59] enim ut sicut mulieres cum viris suis" corroboratum.

35. (37.) De mancipiis palatii nostri et aecclesiarum nostrarum: nolumus[a] mundium recipere sed nostra mancipia habere[a].

Glossae: mancipiis] id est aldiis. 4. 7. — *mundium]* Hic videri potest, quod mancipia palatina vel ecclesiastica non sunt nisi sub mundio. 5. 7. 8.

Expositio: Qualiter hoc capitulum rumpat Liuprandi legem quae est „Si[60] aldius cuiuscumque aldiam alienam" retro[61] dictum est.

36. (38.) Placuit nobis ut illos[a] liberos homi-

Cap. 28. *e codd.* 3—9. a) *deest* 5. 6. b) recipiant 5. c) ipsorum 4. d) *deest* 4. 6.
Cap. 29. *e codd.* 3—9. a) ut quicumque 7. b) voluerit 5. 6. c) habeat 5. 6.
Cap. 30. *e codd.* 3—9. a) comites *recte legendum erat.*
Cap. 31. *e codd.* 3—9. a) cuius 4; cuiuscumque 7. 8. b) homo *add.* 6; interim *add.* 4. c) dom. missus 5. 6. 9. d) mercede domni regis 5. 6. e) debet 7—9.
Cap. 32. *e codd.* 3—9. a) libertos 6. b) et quia 7—9. c) filia ipsa 5. 6.
Cap. 33. *e codd.* 3—9. a) nobis *add.* 7—9. b) ut ubi 7 8. c) *de expositione huius capitis cfr. Pip.* 21. *not.* d.
Cap. 34. *e codd.* 3—9. a) eciam nobis 4. b) quemadmodum 4. c) comeatum 7—9. d) donandi 5. 6; et donare 4.
Cap. 35. *e codd.* 3—9. a) mundium non recipere sed nostra mancipia habere volumus 7—9.
Cap. 36. *e codd.* 3—9. a) ullos 7—9; *deest* 4.

49) Roth. 368. 50) Expos. §. 1 cit. 51) In nullius capitis expositione hoc Pipini caput salvatur quo ad legem Rotharis 368 pertinet. Quare expositionis auctorem, dicendo: *sed salvari potest* rell., errasse crediderim. 52) Karol. M. 143. 53) Liutp. 58. 54) Expos. §. 2 cit. 55) Cfr. forma 20 in cartulario infra sub titulo: „Traditio brevis receptorii" posita. 56) Liutp. 64 57) Astulf. 3. 58) Liutp. 22. 59) Wido 8. 60) Liutp. 125. 61) Expositiones in cod. Branc. servatae nihil de hac ruptura continent.

nes comites nostri ad eorum opus in servitio[b] non opprimant, et quicumque hoc[c] fecerit[c], secundum iudicium quod statutum[d] habemus[d] emendet.

Expositio: In hoc capitulo legitur: „secundum iudicium omne quod tulerit emendet", id est secundum eorum legem.

37. (39.) Non est nostra voluntas, ut homines Placentini per eorum praeceptum de curte[a] palatii nostri illos[b] aldiones recipiant.

38. (40.) De fugitivis qui in partes[a] Beneventi et[b] Spoleti sive[c] Romaniae vel Pentapolis[d] confugium faciunt[e], ut reddantur et sint reversi ad propria loca.

39. (41.) Sicut consuetudo fuit sigillos[a] et epistolas prehendere[62] et vias vel portus[b] custodire, ita nunc sit factum.

40. (42.) Ut nullus ad mallum vel[a] placitum infra patriam arma, id est scutum et lanceam, portet.

Expositio: Capitulum hoc, a Lotharii capitulo quod est „Collecta[63] ad malum faciendum" affirmatum, Caroli capitulum quod est „De[64] armis infra patriam" confirmat.

41. (43.) Quicumque post missam sancti Iohannis baptistae latroni mansionem dederit, si Francus est, cum 12 similibus Francis iuret, quod latronem eum fuisse nesciret, licet pater eius sit aut frater vel[a] propinquus*. Si hoc iurare[b] non potuerit et ab alio[c] convictus fuerit, quod latronem in hospitio suscepisset, quasi latro et infidelis** iudicetur; quia qui*** latro est, infidelis est noster[d] et regno Francorum[d], et qui illum suscepit similis est illi. Si autem audivit quod latro fuisset et tamen nescit firmiter, aut iuret solus quod numquam eum audisset, nec per veritatem nec per mendacium, latronem esse, aut sit paratus, si ille postea de[e] latrocinio convictus fuerit, ut similiter dannetur.

* *Similiter omnis homo purificet se secundum legem.* 7—9. ** *Francus quidem tantum* secundum[f] quosdam a.[g], est enim Francorum. 7—9 *et in marg.* 5. *** *Francus.* 7. 8.

Petre[h] France, te appellat Martinus, quod tu dedisti mansionem ad Marcoardum[i] latronem qui habebat sibi furata tanta mobilia, quae valebant solidos 100. — *De torto me[k] appellasti[k].* — *Si dixerit: „ego nesciebam quod fuisset latro", iuret.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu audivisti quod Iohannes erat latro. — *Audivi et nescio firmiter.*

Petre, te appellat Martinus, quod ipse appellavit te, quod tu dedisti mansionem ad Marcoardum[i] latronem qui habebat sibi furata tanta mobilia, quae valebant solidos 100, *et iurasti, quod nesciebas quod fuisset latro; et ipse appellavit te, quod tu habebas auditum quod ipse erat latro; et dixisti, quod audivisti et non sapuisti firmiter, et fuisti paratus. Modo habet ipse latro sibi emendatum furtum et habet oculum perditum, et lex commendat, quod tu debes similem poenam sustinere.*

Expositio: Hoc capitulum in parte rumpit Caroli capitulum quod est „De[65] latrone forbannito", quia hac[l] lege[l] liber homo qui latronem forbannitum in hospitio susceperit 15 solidos fit culpabilis, hic[m] vero legitur[m]: „qui latronem in hospitio susceperit quasi latro et infidelis[n] iudicetur". — §. 2. Dicebant quidam, capitulum istud Salichum tantum esse ideo quia dicit: „si Salicus est". Sed male dicunt, quia Pipinus ideo dixit hoc, quia Salici per usum iurabant cum septem, et noluit, ut re ista iurarent[o] cum septem, sed cum 11. Capitulum istud generaliter incipit loqui, et ut de Salico voluit, ita et de aliis, ut similiter iurarent. — §. 3. Secundum quosdam capitulum Caroli quod est „De[65*] latronibus" ab isto frangebatur, quia pro primo furto non amittet oculum sed secundum regis voluntatem iudicabitur, quia omnis latro iuxta hoc capitulum est infidelis et infidelis secundum regis voluntatem iudicabitur per Lodoyci capitulum quod est „Si[66] quis proprium nostrum quod in vestitura". Sed male dicebant, quia infidelis ille „fecit sacramentum fidelitatis irritum". — §. 4. Plures sunt qui dicunt, istud capitulum precepisse hominem periurare eo quod dicat: „si autem audivit, quod latro fuisset, iuret solus, quod nunquam audisset", sicut dicit Rotharis[66*]: „si in concilio fuerit, aut purificet se de ipso conscilio aut componat solidos 20". — §. 5. Capitulum hoc, dicens: „aut iuret solus", Rotharis legem quae est „Si[67] qualiscumque causa inter homines liberos" partim rumpit, in qua appellatus iurare cum 12 precipitur. — §. 6. Hoc capitulum, dicens: „aut sit paratus, ut similiter dampnetur, si ille postea de latrocinio convinctus fuerit", debemus intelligere de latrocinio postea perpetrato, quando eum in hospitio suscepit.

42. (44.) Ut nullus comparet caballum bovem iumentum vel alias[a] res[a], nisi illum hominem cognoscat qui ei vendidit[b], vel[c] de quo pago est vel ubi manet aut quis[d] est eius senior.

b) servitium 5. 6. 9. c) fecerit hoc 7. 8. d) hab. stat. 7. 8.
Cap. 37. *e codd.* 3—9. a) corte 7—9. b) ullos 7—9.
Cap. 38. *e codd.* 3—9. a) partibus 4. b) et *om.* 7—9. c) terrae *add.* 7—9. d) Pentapoli 4. 6. e) fecerunt 5. 6.
Cap. 39. *e codd.* 3—9. a) sigilla 7—9. b) portoras 4.
Cap. 40. *e codd.* 3—9. a) vel ad 5. 6.
Cap. 41. *e codd.* 3—9. a) aut 5. 6. b) facere 6. c) aliquo 5. d) noster in r. fr. 4; in nostro regno fr. 6; nostro et regno fr. 5; noster in r. nostro et fr. 7—9. e) eo *add.* 7—9. f) secundum *rell. om.* 9. g) amentes 7. 8. h) *e codd.* 7—10. i) M. 7—9; I. 10. k) *desunt* 10. l) hec lex *cod.* m) hoc vero lex *cod.* n) si dominus *cod.* o) vitaret *cod.*
Cap. 42. *e codd.* 3—9. a) aliam rem 5. 6. b) vendiderit 7—9. c) aut 5. 6. d) qui 6—8.

62) Cfr. Rachis breve c. 1, supra pag. 192. 63) Loth. 55. 64) Karol. M. 20. 65) Karol. M. 47. 65*) Karol. M. 44. 66) Ludov. P. 26. 66*) Roth. 12. 67) Roth. 359.

43. (45.) Si quis periurium fecerit*, nullam redemptionem ei facere liceat nisi manum perdat. Et si ille qui prius illud sacramentum iurat de illo periurio probatus fuerit, et aliquis de suis iuratoribus dixerit, quod nesciens se ibidem periurasset, aut hoc apud iudicium Dei approbet verum esse, aut similiter

E codd. 3—6.	*E codd.* 7—9.
manum perdat. De cuius[a] causa periurium fecerit, sicut lex loci illius[b] ubi periurium factum est a longo tempore fuit, de eorum precio emendare studeat[c].	manum perdat, *sicut ille fecit* de cuius causa periurium fecerit. *Et si purificatus fuerit, quod nescienter se periurasset,* sicut lex loci illius ubi periurium factum est a longo tempore fuit, de suo precio emendare studeat, *id est widrigild componat.*

* *sciens.* 7—9 *et in marg.* 4.5.

Glossae: Si quis] Concordat cum kapitulo Karoli (10.) De eo qui periurium. 4—8. Isto cap. aliquit vacuum est per cap̄ Lotharii numero XV. (29.) Ut quicumque sacramentum vel debitum. 3. — *similiter man. perd.]* scilicet sicut ille fecit. 4. — *periurium fec.]* scilicet postquam purificatus fuerit nescienter periurasse secundum quosdam. 4. — *emendare studeat]* id est widrigild secundum[d] quosdam[d]. 4.5.

44. (*Karol. M.* 65.) De furto vel de minoribus causis instituimus, si ille homo[a] cuius causa iurata fuerit dicere voluerit, quod ille qui iuravit se sciente[b] periuravit[c], campo aut cruce contendat. Et si ille qui iuravit[d] victus fuerit, quod se sciens[e] periurasset, suprascriptae[f] sententiae subiaceat[f]. Et[g] si ille qui crimina imposuerit alium periurium non approbaverit[g], legem suam contra[h] quem[h] periuratum esse dixit persolvat. De maioribus vero causis lex[i] quam[i] a longo tempore habuerunt[k] observetur[l].

Glossae: suprascriptae sententiae] De eo qui periurium (*Karol. M.* 10.) 4.5.7.8. Require inantea[68] in capitulo Pipini (43.) Si quis periurium fecerit. 5. — *legem suam]* lege Liuprandi Si quis timoris (144.), id est medietatem widrigild. 4.5.7.8.

45. (*Karol. M.* 151.) Ut de eo qui se periuraverit, postquam poenitentiam egerit[a], inculpabilis esse videatur.

Attulit[a] ista pius divus[b] nobis[b] Lodoycus[c].

1. Si quis in aliena patria, ubi vel propter beneficium vel propter aliam quamlibet occasionem conversari solet, de qualibet causa fuerit interpellatus, ibi secundum suam legem iustitiam faciat et cum talibus*, quales in eadem regione vel provintia secum habere potuerit, coniuratoribus[a.*1] legitimum sacramentum iuret, excepto si quis eum de statu suo*[2] vel de hereditate quam ei pater suus moriens dereliquit appellaverit*[3]: de his duobus liceat illi[b] sacramentum[c] in patria sua, id est in legitimo loco, sacramentum iurandum offerre*[4], et is qui cum eo litigat, si velit, sequatur illum in patriam suam ad recipiendum ipsum sacramentum. Ipse tamen prius in eodem loco ubi est[d] interpellatus[d] satisfaciat tam comiti et iudicibus quamque adversario[e] suo[e] testes perducendum[f], quod rem quam ei quaerit pater suus[g] illi[h] dereliquit.

* *expto in probanda veritate cartulae vocatae falsae* per kapitulum Widonis (6.) „De cartis". 7—9 *et simil. in marg.* 5. *[1] *tamen liberis* per kapitulum Lotharii (64.) „De liberis hominibus". 7—9 *et sim. in marg.* 5. *[2] *ita ut actor aut nolit aut nequeat probare* per kapitulum istius (*Lud. P.* 15.) „Si quis cum altero". 7—9 *et in marg.* 5. *[3] *nisi actio fuerit de investitura* per kapitulum Ottonis (I. 3.) „De investitura". 7—9. *[4] *scilicet si appellator non potuerit probare, eum servum suum esse in eadem patria, ubi sit appellatio* per kapitulum Lotharii (78.) „Si vero aliquem". 7—9 *et sim. in marg.* 5.

Glossae: Si quis] De ac causa continet inantea (*Lud. P.* 15.) Si quis cum altero de qualibet causa: „tunc vero non aliunde querantur, nisi de ipso comitatu, unde cosa agitur; quia non est credibile, ut de statu hominis vel de possessionibus". 3. — *dereliquit appellaverit]* exepto si per pugnam eum fatigaverit per kapitulum Ottonis (I. 3.) De investitura. 5.

Petre[k], te appellat Martinus, quod tu fecisti iniuriam ad Mariam suam mundoaldam. — Non tibi

Cap. 43. *e codd.* 3—9. a) autem *add.* 4. b) consuetudo *add.* 6. c) Expliciunt capitula Pipini Karoli filii *subscriptio in cod.* 5. d) *desunt* 5.

Cap. 44. *e codd.* 3—5. 7—9; *hoc loco in cod. tantum* 4 *invenitur, in cod.* 3 *positum inter Ludovici Pii capita* 25 *et* 26, *in cod.* 5 *sub fine capitum Karoli, in codd.* 7—9 *inter capita Karoli Magni* 64 *et* 65, *abest omnino a cod.* 6. a) *deest* 7—9. b) ibidem *add.* 5. c) periurasset 7—9. d) periuravit 7—9. e) sciente 4.9 f) suprascriptam sententiam sustineat 4; subterscriptae subiaceat sententiae 5. g) Et si victus non fuerit, ipse qui illum periurium alio non aprob. 5; Et si ille periurium qui crimen misit non probaverit 4. h) cui 7—9. i) leges quas 4; lex quae 7—9. k) fuit 7—9. l) observentur 4.

Cap. 45. *e codd.* 7—9, *in quibus inter Karoli capita* 140 *et* 141 *recensetur; invenitur etiam in codicis* 5 *folio* 129', *quod, ut in praefatione dixi, quasi supplementum codici adiunctum est. Equidem hoc caput sub fine Pipini capitum collocavi, respecto Lombardae libro, in quo caput nostrum subiungitur Pipini capiti* 43 *et respecta expositionis ad Grim.* 7 *paragrapho secunda, in qua hoc capitulum quasi* ultimum Pipini capitulum *laudatur; cfr. autem expos. ad Karol. M.* 38. — *Abest caput a codd.* 3.4.6. a) acceperit 8.

a) *Versus hexameter invenitur in codd.* 7—9 *et rec. man.* 4.5; *in codd.* 7.8 *ipsi praefiguntur verba:* Explicit liber secundus. Incipit liber tertius. — Incipiunt capitula Loduici imperatoris *capiti* 1 *praefiguntur in cod.* 5; Lodoicus *in cod.* 9; Lodoicus rex *in marg.* 6. — *In cod.* 3. *Ludovici capitulis praefigitur inscriptio haec:* In nomine domini Lodoicus a Deo coronatus serenissimo aug' omnibus abatibus ducibus comitibus et cunctis fidelibus nostris cap. conposuit de causis oportunis. Ec sunt. *Cfr. Leges I. p.* 195. b) nobis divus 4. c) lodoicus 4.9; loduycus 5.

Cap. 1. *e codd.* 3—9. a) iuratoribus 5; cum iuratoribus 7—9. b) ei 5; *deest* 6. c) *deest* 4. d) int. est 5.6.9. e) ad advers. suum 5.6. f) *sic* 3.6; perducendo 5; perducendi 7—9; producendo 4. g) moriens *add.* 4. h) *deest* 7—9. i) *lege* testes. k) *e codd.* 7—10.

68) In cod. 5 hoc Pipini caput 44 sub fine capitum Karoli nomine recensitorum scriptum est.

respondeo, quia ego sum de Roma. — Tu[l] *soles hic conversari propter beneficium. — Tunc comes inquirat, si solet conversari; et si comes vel noluerit vel non potuerit inquirere, tunc appellator probet, solitum esse eum hic conversari, et respondeat.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu es suus servus, aut tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per successionem mei patris, et si me secutus fueris in patriam, ubi natus fui, respondebo tibi et satisfaciam legaliter. — Non debes tu hoc dicere, quia haec terra non pertinet tibi habere[m] *per successionem*[m] *patris tui. — Et ita probet; si vero probare non potuerit, sequatur illum in patria sua cum tali securitate per sacramentum, quod ille appellatus perducet sibi testes illic, quod illa terra pertineat recte sibi ex hereditate patris sui. Si vero probare non potuerit, tunc widrigild manus pro periurio tribuat, et revertatur ad priorem locum ubi appellatio prius fuit — similiter sit de statu, citra securitatem — et ibi res prius incepta lege finiatur.*

Expositio: Hoc capitulum rumpit et affirmat Romanam legem. Affirmat de criminibus, quia, ubi solitus est conversari, ibi iustitiam faciat; dicit enim lex Romana[69], ut, quicumque de crimine pulsatus fuerit....., nulla differentia posita, utrum ibi sit solitus conversari vel non. Rumpit de contractibus, quia non appellavit eum domi neque ubi res sua est posita neque ubi contractum fecit, ut lex Romana precipit, si noluerit, sed in aliena patria, in qua conversari est solitus. Rumpit quoque Longobardam legem quae ostendit[70], quemlibet Longobardum nisi ante suum iudicem iustitiam debere facere, affirmat etiam per contrarium intellectum, quia Longobardus non faciet iustitiam ante extraneum iudicem, si voluerit, nisi conversari sit solitus. — §. 2. Si aliquis emerit servum in aliena patria, et cartula inde facta fuerit, postea, eo revertente in eadem patria, heredes vendentis illum eundem servum ab illo repetierint, et ille[n] cartulam venditionis a patre factam ostenderit, et falsa ab illis vocabitur, dubitatur, si cum his sacramentalibus, „quales ibi secum habere potuerit", iurare debeat, sed per capitulum Widonis quod est „De[71] cartis", quia ibi legitur: „ut ostensor cartule valeat cartam veram et idoneam affirmare cum sex suis propinquis, et septimus sit ille, et quinque aliis quales voluerit, liberis tamen". Huic tamen ita obicitur: legitur enim in capitulo „De[71] cartis": „secundum quod legitime iurare valeat", et actenus „legitime" iurare valebat cum talibus sacramentalibus quales habere poterat. Sed male dicis[o]; quia, si dicis[p]: „cum talibus iuret quales habere potest", propter „legitime"[q] dicam tibi, Romanum secundum Romanam legem iurare, quod usque modo iurabat legitime cum tribus testibus; et si eorum carta falsa vocabitur, cum tribus testibus illos iurare dicam. Et si dixeris michi: ita volo, quia capitulum istud, scilicet „De[71] cartis", tantum est Longobardum, male dices, secundum quod in eodem capitulo dicturi sumus[72]. — §. 3. Capitulum hoc dicit: si controversia erit de statu vel de hereditate, quod debet offerre sacramentum deferendo[r] testes[r] quod pater eius sibi dereliquisset, cum in aliena patria interpellatus est. Modo vero, si aliquis aliquem appellaret de terra, et alter dixerit: „tibi respondere non debeo, quia pater eam michi dereliquit, et lex precipit, te debere sequi in patriam meam", cum facta fuerint quae supradicta sunt, actore autem veniente in patria illius, reus ibi[s] testimonia detulerit, et actor contrarios dabit per capitulum Lodoyci[t] quod est „Si[73] quis cum altero", et pugna victa fuerit ab actore vel a reo, quaeritur, quid inde esse debeat? Si reus vicerit, clarefactum erit, quod pater suus ei dereliquit; tunc actor appellat illum in eadem patria, quid patri pertinuerit. Et si actor vicerit, clarum est, reum periurum esse; debet ammittere manum per capitulum Pipini quod est „Si[74] quis periurium fecerit", et revertatur in actoris patriam unde venit, et ibi sit contentio, qui ad eum pertineat. Et si testes habere non potuerit, periurus est, et similiter in actoris patriam revertatur. — §. 4. Si aliquis homo in aliena patria conversari solitus est, et aliquis eum appellavit, quod malo ordine de una petia de terra eum disvestisset, debet ibi pugna fieri; sed si terra ibi sita est, ibi duellum fiat, sin autem, apud suum iudicem revertatur. — §. 5. Quod[u] in hoc capitulo legitur, ut, si aliquis in aliena patria de libertate sua fuerit interpellatus, liceat ei sacramentum in patria sua offerre, non est intelligendum, ut hoc sacramentum fiat, si appellator potuerit probare, quod ipse suus servus est; quia non est legitimum sacramentum, donec clarefactum fuerit, quia appellator[u*] minime probare potest suum servum esse. — §. 6. Hoc capitulum precipit, ut cum talibus coniuratoribus, quales habere potuerit, legitimum iuret[v] sacramentum. Sed non est ideo intelligendum, ut, si liberos sacramentales habere non potuerit, quod servos habere possit; quia in capitulo Lodoyci quod est „De[75] liberis hominibus qui proprium non habent" sic legitur: „coniuratores tantum aliorum liberorum hominum ideo esse possunt, quia sunt liberi".

§. 7. Petre, hoc te appellat Iohannes, quod tu fecisti iniuriam ad Mariam suam mundoaldam. — Non[w] tibi[w] respondeo, quia ego sum de Roma. — Tu soles hic conversari propter beneficium. — Tunc comes inquirat, si solet conversari; et si comes vel noluerit vel non potuerit inquirere, tunc appellator probet, solitum esse hic conversari, et respondeat.

§. 8. Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu es suus servus aut tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per successionem mei patris, et si me secutus fueris in patriam ubi natus fui, respondebo tibi et satisfaciam legaliter. — Non debes tu hoc dicere, quia hec terra non pertinet tibi per successionem patris tui. — Et ita probet; si vero probare non potuerit, sequatur illum in patria sua cum tali securi-

l) Respondere debes quia tu 10. m) persuc c. habere 7-9. n) illam *c.* o) dñt *cod.* p) dix̃ *cod.* q) legia tim̃ *cod.* r) deferum ditestes *c.* s) sibi *c.* t) Lotharii *c.* u) Quod *om. c.* v) eius *c.* u*) appellatus *cod.* w) Nisi *c.*

69) Cfr. L. 1. Cod. ubi de crim. (III, 15.) 70) Liutp. 26. 27. 71) Wid. 6. 72) Expos. §. 17 ad Wid. 6. 73) Lud. P. 15. 74) Pip. 43. 75) Ludov. P. 64.

tate, id est per sacramentum, quod ille appellatus producet sibi testes illic, quod illa terra pertineat recte sibi ex hereditate patris sui.

Et appellationes tali ordine fiebant secundum Walcausam.

2. Ut omnis solutio atque compositio, quae in lege Salicha continetur, intra Franciam* per duodecim denarios solidus componatur: excepto ubi contentio inter Saxones et Frixones orta fuerit, ibi volumus, ut 40 denariorum quantitatem solidus habeat, quem[a] aut Saxo aut Frixo ad[b] partem Salicham, Francis[c] cum eo litigantibus[c], solvere debeat[d], et ita sicut supra scriptum est componatur[a].

* *et ubicumque* per intellectum. 7—9 *et in marg.* 5.

Expositio: Hoc capitulum in parte rumpit capitulum Caroli „De[76] omnibus debitis solvendis", quia hic[e] legitur, ut per 40[f] denariorum solidos omnem compositionem Saxo vel Frixo ad partem Sallicham persolvant, illic[g] vero legitur, ut omnes compositiones, quas Saxo aut Frixo partem Sallicham componere debet, per 12 denariorum solidos componantur, excepto homicidio.

3. (18.) Si duo testimonia de qualibet re testimoniaverint et inter se discordaverint[a], tunc comes eligat unum ex una parte et alium ex alia parte, ut illi duo discernant[b] cum scutis et fustibus*. Nam[c] si flebiliores fuerint ipsi testes, tunc ad crucem examinentur. Nam[d] si maioris[e] aetatis[e] sunt, quod non possint[f] ad crucem stare[g], tunc[h] mittant filios[i] aut parentes aut qualemcumque[k] hominem[k] qui[l] pro eis hoc contendant[c.l]. Et ille qui de ipsa falsitate convictus fuerit dextram manum perdat.

* *si flebiliores non fuerint ipsi testes.* 7—9 *et in marg.* 4.

Glossa: tunc ad crucem] Obiit per kapitulum Lotharii (93.) Sancitum est, ut nullus. 4.5.

Expositio: Capitulum hoc Lodoyci capitulo quod est „Si[77] quis cum altero" affirmatur[m].

4. (5.) Primum[a] omnium placuit nobis, ut cartulae obligationis quae factae sunt de singulis hominibus, qui se et[b] uxores et[b] filios vel filias in servitio tradiderunt, ubi inventae fuerint, frangantur; et sint liberi sicut primitus fuerunt.

5. (6.) Si quis per cartulam ingenuus[a] dimissus est[b] et a quolibet homine ad servitium interpellatus fuerit, primum legitimum auctorem suae libertatis proferat et in sua[c] libertate[c] perseveret. Si vero legitimus auctor defuerit, testimonio[d] bonorum hominum, qui tunc aderant quando liber dimissus fuerit[e], se[f] defendere permittatur. Si vero testes defuerint, cum duabus aliis cartis quae eiusdem cangellarii[g] manu firmatae sunt vel scriptae suam cartam, quae tertia est, veram et legitimam esse confirmet. Cangellarius[h] tamen talis esse debet, qui pagensibus[i] loci illius notus fuisset et acceptus. Si vero qui interpellatus fuerit nec auctorem nec testimonia nec cartarum collationem ostendere potuerit, ipse qui eum interpellavit secundum legem ipsam cartam falsam esse faciat et servum suum conquirat. Si vero interpellator aut[k] auctore aut testimonio[l] aut cartarum collatione victus fuerit, et hoc quod voluit[m] efficere[n] non potuerit, multam[o] quae in ipsa ingenuitatis cartula continetur cogatur exsolvere.

Glossae: Isto cap̄. aliquit vacuo est per uno cap̄ Widoni (6.) De cartis eciam vel quibuscumque scripcionibus. 3, *similiter* 4—8. — k.[78] S. 5.7. — *auctorem]* id est notarium. 4. Alii dicunt notarium. 5.7.8.

Expositio: Capitulum hoc in parte ruptum est a capitulo Widonis „De[79] cartis etiam vel quibuscumque scriptionibus", quia, si carta falsa clamata fuerit, non secundum istud capitulum vera clarefacta fuerit, sed secundum ipsum. — §. 2. Capitulum hoc cum Caroli capitulo se concordat, ut retro[80] dictum est, quod est „Si[81] quis per cartam ingenuitatis". — §. 3. Capitulum[82] hoc, eo quod hic legitur: „mulctam que in ipsa carta continetur, exsolvere cogatur", a quibusdam dicebatur tantum esse Salicum, cum hodie non ponatur mulcta in carta ingenuitatis, nisi in carta Sallicha. Sed male dicebant, quia, licet hodie nisi in predicta carta multa non ponatur, tamen intelligendum est generale, quia de qualibet ingenuitatis carta loquitur; etenim tunc temporis quando hoc capitulum factum fuit in qualibet carta ingenuitatis mulcta ponebatur.

6. (9. 10.) Si quis ex levi causa aut sine causa hominem in ecclesia interfecerit, de vita componat. Si vero foris rixati fuerint et unus alterum in aec-

Cap. 2. *e codd.* 3—9. Capitulum Salichum *inscriptio in cod.* 3. a) quem et Saxus aut Frixus ad partem Salicham Francis cum eo litigantibus solvere debead ita sicut supra scriptum est 3. Quae vel Saxo aut Frixo a. p. S. Fr. c. e. l. solvere debent, ita sicut supradictum (scriptum, *om.* supra, 5) componatur 5.6. b) ad *om.* 7.8. c) Franco cum eo litiganti 7—9. d) debet 7—9. e) illic *c.* f) XII *c.* g) ic *c.*

Cap. 3. *e codd.* 3—9; *in codice* 9 *hoc caput loco capitis* 15 *invenitur, et c.* 15 *huius tertii capitis loco.* a) discordiant 3; discordantur 7—9. b) discerient 8.9. c) Nam si.....hoc contendant *om.* 3.4, *sed in cod.* 4 *recentiori manu ea verba addita in margine inveniuntur, et quidem ad codicum* 7—9 *similitudinem.* d) Quod 4.7—9. e) maiores aetate 7—9; maiores 5. f) possunt 4.7—9. g) contendere 4.7—9. h) statim 6. i) aut fil. 4.7—9. k) qualesc. homines 4.7—9. l) qui possunt pro eis hoc contendere 4.7—9. m) affirmat istud *c.*

Cap. 4. *e codd.* 3—9. a) Primis 3; Primo 4. b) aut 7—9.

Cap. 5. *e codd.* 3—9. a) ingenuitatis 3. b) fuerit 7.8; *deest* 9. c) suam libertatem 7—9. d) cum testimonio 7—9. e) est 3; fuerat 4. f) se *om.* 3.5. g) cancellarii 7—9. h) Cancellarius 7—9. i) a pagens. 7—9. k) cum *add.* 4. l) testimoniis 7—9. m) voluerit 5.6. n) perficere 7—9. o) mulctam 5—8.

Cap. 6. *e codd.* 3.4.6—9; *omissum est in cod.* 5, *in quo eius capitis loco adnotantur haec:* Si quis ex levi causa aut sine causa hominem. Require inantea infra Lotharii capitula in tali signo Γ., *quod signum invenitur in marg. cap. Loth.* 58. *In cod.* 3 *haec inscriptio servatur:* Quomodo loduicus imperator de diversis que misi et comites habere debent de ecclesiarum capitulo sesto. *Cfr. Leges I. pag.* 210. — *In codd.* 7—9 *hoc caput capiti septimo postponitur.*

76) Karol. M. 76. 77) Lud. P. 15. 78) id est: *kapitulum Salichum;* cfr. expos. §. 3. 79) Wido 6. 80) Expos. §. 1 ad Karol. M. 106. 81) Karol. M. 106. 82) Cfr. Karol. M. 106. expos. §. 3.

clesia fugerit et ibi[a] se defendendo eum[b] interfecerit, si huius facti testes non habuerit, cum 12 iuratoribus[c] legitimis per sacramentum affirmet, quod se defendendo eum interfecisset, et posthaec[d] 5 600 solidos ad partem ipsius aecclesiae quam illo[e] homicidio[e] polluerat[f] componat et insuper bannum nostrum[g] solvere cogatur; is vero qui interfectus est absque compositione iaceat: ac deinde[h] interfector secundum canonicum iudicium congruam facinori 10 quod admisit poenitentiam accipiat. Si proprius servus hoc commiserit, iudicio aquae ferventis examinetur, utrum hoc[i] sponte[i] an se defendendo fecisset: et si manus eius exusta fuerit, interficiatur; si autem non fuerit[k], tunc dominus 15 eius, iuxta quod widrigild illius est, ad aecclesiam persolvat aut eum, si voluerit, eidem[l] aecclesiae tradat. De[m] aecclesiastico et fiscalino et beneficiario servo volumus, ut pro una vice widrigild eius pro eo componatur, altera[n] vice ipse servus ad sup- 20 plicium tradatur[o]. Haereditas tamen liberi hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerit[p] iudicatus[p], ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio aecclesiae, cuius porta[q] reliquiis sanctorum consecrata[r] est[r], huiusmodi homicidium perpetra- 25 tum fuerit, simili modo emendetur vel componatur; si vero porta[s] aecclesiae non est consecrata[s], eo modo componatur quod in atrio committitur, sicut componi[t] debet[t] quod in emunitate violata[u] committitur.

30 *Glossa:* Obiit per kapitulum Lotharii (58.) Si quis ex levi causa. 4.

Expositio: Hoc capitulum, dicens: „600 solidos", ruptum est a Lotharii capitulo quod est „Si[83] quis ex levi causa", quia aliam penam sustinere 35 non debet ipse qui alium in ecclesia interfecit nisi ipsam quam predictum Lotharii capitulum precipit.

7. (7. 8.) Sanguinis effusio in aecclesiis facta cum furore, si[a] in presbitero[a] fuerit, in[b] triplo componatur: duas[c] partes eidem presbitero, tertiam 40 pro fredo[d] ad aecclesiam, et insuper bannum nostrum componat. Similiter[e] de diacono[e] iuxta* compositionem eius[f] in triplo[g] cum[h] banno nostro[h] componatur. De[i] subdiaconibus[k] similiter secundum[l] suam compositionem** in triplo persolvatur[l]. 45 Et[m] de[n] unoquoque ordine[n] clericorum secundum suam compositionem** in[o] triplo[o] componatur et[p] bannum nostrum[m. p]. Similiter et[q] de ictu sine sanguinis effusione de unoquoque[r] ordine clericorum[r] secundum suam compositionem in triplo componatur et bannum nostrum. Et qui non habet unde ad aecclesiam persolvat, tradat se in servitium eiusdem[s] aecclesiae, usque dum totum debitum persolvat.

* *estimationem.* 7—9. ** *vel estimationem.* 7—9.

Glossae: Sanguinis] Non est r.[t] Sed est g.[u] secundum quosdam. 5. 7. 8. — Obiit per kapitulum *(Lud. P. 53.)* Omnis ordo secundum a. 4. — Concordat cum kapitulo Karoli (142.) De episcopis et sacerdotibus occisis. 4. 7.

Expositio: Sanguinis effusio hodie, ideo quia omnis ordo ecclesiarum secundum legem Romanam vivit[84], extimabitur iniuria primum secundum Romanam legem, postea in triplo persolvitur, sicut hic precipitur[85]. — §. 2. Si ipse qui clericum in ecclesia plagaverit, unde compositionem faciat, non habuerit, primum in servitio clerici tradi debet[86] et, postquam ei serviendo omne debitum persolverit, ecclesie tradi debet. Quod satis in hoc capitulo declaratur; quia, quando in servitio ecclesiae per hoc capitulum tradebatur, ad clericum compositionem[v] fecerat[v], sicut potest videri cum dicitur: „duas partes eidem presbitero, tertiam pro fredo ad ecclesiam".

8. (11.) De viduis et pupillis et pauperibus, ut, quandocumque in mallum venerint[a] ante comitem, primo[b] eorum causae[c] audiantur et diffiniantur[c. d]. Et si testes per se ad causas suas quaerendas habere non potuerint vel legem nescierint, comes illos vel illas adiuvet dando eis talem[e] hominem[e], qui eorum[f] rationem[f] teneat[g] vel pro eis loquatur[h].

Glossae: Concordat cum kapitulo Karoli (58.) Ut comites pleniter. 4. 5. 7. 8. — Hic datur intelligi, quod iudices debent agere in placito. 4.

9. (12.) Qui viduam intra primos[a] 30 dies viduitatis suae vel invitam vel volentem sibi copulaverit, bannum nostrum id est 60 solidos in triplo componat. Et si invitam[b] eam duxerit[c], legem suam ei componat, illam vero ulterius non attingat.

Glossae: Hic de viro; de mulieribus vero non dixit[d], de eis alias[87] dictum est. 5. 7. 8. — N. R.[e] 5. 8.

Expositio: In hoc capitulo legitur: „legem suam ei componat", id est 300 solidos, si vidua Longobarda est, veluti Liuprandi lege que est „Si[88] quis rapuerit qualemcumque feminam" precipitur.

a) eum *add.* 7—9. b) *sic* 6; alterum 4; hominem 7—9. c) suis *add.* 4; iuret *add.* 7—9. d) postea 7—9. e) homicidium, *om.* illum, 6. f) polluerit 7—9. g) *deest* 7—9. h) dehinc 7—9. i) sponte hoc 7. 8; hoc sua 50 sponte 4. k) exusta *add.* 7. 8. l) *deest* 7—9. m) *novi capituli initium hic constituit cod.* 4. n) vero *add.* 7-9. o) *deest* 6. p) iudicatus fuerit 7—9. q) portae 7—9. r) consecratae sunt 7—9. s) portae aecc. n. sunt consecratae 7—9. t) componitur 7—9. u) violenter 6; violenta 7—9.

Cap. 7. *e codd.* 3—9; *in codd.* 7—9 *antepositum capiti* 6. a) si presbiter 7—9. b) in *om.* 6—9. c) et duas 7—9. d) ferenda 4. e) Similiter de diaconibus 6; Sim. diaconus 7. 8; et subdiacono *add.* 4. f) suam 4; *deest* 7—9. 55 g) persolvatur *add.* 7—9. h) et bannum nostrum 6—9. i) De subd...... persolvatur *om.* 4; *cfr. not.* e. k) subdiacono 5; subdiaconis 7. 9. l) triplo pers. sec. suam comp. 7—9; insuper bannum nostrum componatur *add.* 5; et bannum nostrum persolvatur *add.* 7. 9. m) Et de unoq...... bannum nostrum *om.* 7—9. n) unusquisque ordo 5. o) tripla compositione 5. p) et b. n. *om.* 6. q) et *om.* 7—9. r) uniuscuiuscumque o. cleri 5. s) eidem 5. 9. t) romanum? u) generale? v) componerem faceret *c.*

60 *Cap.* 8. *e codd.* 3—9. a) veniunt 7—9. b) primum 5. 6. c) causa audiatur et diffiniatur 4. d) finiantur 7—9. e) tales homines 4. 6. f) rationem eorum 4; eorum rationes 5. 6. g) teneant 4. h) loquantur 4.

Cap. 9. *e codd.* 3—9. a) proximos 5. b) invitus 5. c) tulerit 5; uxorem *add.* 6. d) quia non est r. *add.* 5. 7. e) non romanum.

83) Loth. 58. 84) Lud. P. 53. 85) Cfr. expos. §. 2 ad. Kar. M. 142. 86) Cfr. Liutp. 151. 65 87) Karol. M. 123, Loth. 70. 88) Liutp. 30.

Si autem vidua Romana est, raptor omnem suam substantiam perdat, femina vero ipsam substantiam habeat, si ipsa non consenserit[89].

10.(13.) Qui hominem publicam poenitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in[a] triplo componat[a] et widrigild eius ad[b] proximos parentes[b] persolvat*.

* *si[90] se defendendo fecit.* 7—9.

Glossa: Qui hominem] Non est r.[c] 5.7.8.

Expositio: Quando hoc capitulum dixit: „bannum nostrum in triplo componat“, noluit ut iste homicida omnem substantiam perderet, et sic in parte rumpit Liuprandi legem que est „Si[90] quis liber homo se defendendo“. Sed capitulum Lotharii quod est „De[91] homicidio unde lex“ in hoc rumpit capitulum et affirmat predictam Liuprandi legem.

11.(14.) Si quis res suas pro salute animae suae ad aliquem venerabilem locum vel ad[a] propinquos suos[a] aut cuilibet alteri tradere voluerit, et eo tempore infra ipsum comitatum fuerit in quo res illae positae sunt, legitimam traditionem facere studeat. Et si eodem tempore quo[b] res illas tradere vult extra eundem comitatum fuerit, id est sive[c] in exercitu sive in palatio sive in alio quolibet loco, adhibeat sibi de suis pagensibus vel de aliis qui eadem lege vivant qua ipse vivit testes idoneos; et si illos habere non potuerit, tunc de aliis[d] quales ibi meliores invenire potuerit[e], et coram eis rerum[f] suarum[f] traditionem faciat et fideiussori investituram[g] donet, ut ei qui illam traditionem accepit investituram[g] faciat. Et postquam haec traditio ita facta fuerit, heredes[h] illius nullam de praedictis rebus valeant[i] facere[i] repetitionem. Insuper et ipse fideiussor[k] faciat eidem vestituram[l], ne heredi[m] ulla occasio remaneat hanc traditionem immutandi, sed potius necessitas incumbat illam perficiendi. Et si nondum res suas cum coheredibus[n] suis divisas habuit, non[o] ei[p] hoc[p] sit[q] impedimento[q], sed coheres[r] eius, si sponte noluerit[s], aut per comitem aut per missum eius distringatur[t] ut divisionem[u] cum illo faciat[u] ad quem defunctus hereditatem suam voluit pervenire. Et si cuilibet aecclesiae eam tradere rogavit, coheres[r] eius eam legem cum illa aecclesia de predicta hereditate habeat[v], quam cum alio[w] coherede[w] suo habere debuit[x]. Et hoc observetur erga patrem et filium et nepotem usque ad annos legitimos: postea[y] ipsae res ad emunitatem ipsius aecclesiae redeant.

Glossae: Si quis] Non est r.[z] 5.8. — *traditionem facere studeat]* ut legitur in Romana lege et in Rotharis (227.) Si quis comparaverit. 5.7.8. — *testes idoneos]* Hic videtur, quod testes, si fieri potest, semper debent esse lege tradentis. 5.7.8. — *et fideiussori]* id est cui fide committitur. 5.7.8. — *heredes illius]* id est tradentis. 5.7.8. — *ne heredi]* scilicet fideiussi. 5.7.8. — *sed coheres eius]* Hic videri potest, quod non possit contradicere, quin dividant rem communem. 5.7.8. — *erga patrem]* scilicet coheredem. 7.8. — *ad annos legitimos]* per legem Liuprandi (69.) Si inter fratres. 4.5.8. — *redeant]* id est maneant. 7—9.

Expositio: In hoc capitulo legitur: „legitimam traditionem facere studeat“, id est vadat super terram et eum inde investiat, sicut in lege Romanorum precipitur, et in presentia testium fiat. — §. 2. Quando hoc capitulum precipit, ut, si ille qui res suas tradiderit extra eundem comitatum fuerit, investituram donet fideiussori, sine dubio declaravit, ut, si in suo comitatu esset, per semet ipsum super terram ambulare debeat eumque inde investire. — §. 3. In hoc capitulo precipitur, „ut coheredes eius eam legem cum ipsa ecclesia de predicta hereditate habeant, quam cum illo coherede suo habere debuerunt. Et hoc observetur usque ad legitimos annos“. Si[92] frater aut nepos suam partem ecclesie tradiderit et coheres eius eam partem per extimationem ad ecclesiam tribuerit, si contentio exinde postea venerit, dicat ecclesia possessionem 40 annorum simul cum extimatione, sicut debet dicere ipse qui ipsam terram ecclesie tradidit. Si autem hec terra divisa fuerit intra ecclesiam et coheredem, nulla computatio annorum interveniat, sed semper sortes stent et adequatio percurrat, quia inter fratres seu nepotes nulla annorum curricula conputentur, nisi de rebus indivisis. Si autem alius parens suam portionem ecclesie dederit, dicat ecclesia possessionem triginta annorum, si Longobardus fuerit qui tradiderit; si autem Romanus fuerit, dicat ecclesia usucapionem de annis 10 vel[a] de 20, quia illic legitur: „coheres ipsam legem cum ipsa ecclesia habeat, quam cum illo coherede suo habere debuerit“, id est, ut ecclesia dicat possessionem, sicut debuit dicere ipse, qui predictam rem ecclesie tradidit.

12.(15.) Quicumque hominem aut[a] ex levi causa aut sine causa interfecerit, widrigild eius his[b] ad quos ille[c] legibus pertinet, componat. Ipse vero propter talem praesumptionem in exilium mittatur ad quantum tempus nobis placuerit[d], res suas tamen non amittat.

Glossa: Obiit per kapitulum Lotharii (92.) De homicidio[e]. 4—8.

Expositio: Hoc capitulum partim rumpit Liuprandi legem que est „Si[90] quis liber homo se defendendo“, iubentem ut homicida super alium

Cap. 10. *e codd.* 3—9. a) componat in triplo 5.6. b) *sic* 4; proximis (proximus 7.8) parentibus *rell.* c) romanum.
Cap. 11. *e codd.* 3—9. a) propinquis suis 5. b) in quo 5 6. c) *deest* 7—9. d) inveniat *add.* 7.9. e) pŏssit 6; sibi adhibeat *add.* 6. f) de rebus suis 5; de ipsa re 6. g) vestituram 4. h) heres 4. i) facere debet 4. k) fideiussus *in marg.* 5 *et* 7. l) investituram 6. m) eius heredi 6; heredibus 4. n) quoheredibus 7—9. o) nec 7—9. p) hoc ei 5.6. q) impedimentum sit 6. r) coheredes 5.6; quoheres 7—9. s) noluerint 5.6. t) distringantur 5.6. u) cum illo divisionem faciant 5.6. v) habeant 5.6. w) illo quoh. 7—9. x) debuerunt 5.6. y) et postea 7—9. z) romanum? a) vel *om. cod.*
Cap. 12. *e codd.* 3-9. a) aut *om.* 7—9. b) is 4.6. c) illud 5; *deest* 7—9. d) placuit 7—9. e) secundum a. *add.* 4.

89) Cfr. L. unica §. 1. C. raptu virgin. (IX, 13.) 90) Liutp. 20. 91) Loth. 92. 92) Cfr. ad hanc expositionis partem Liutp. 69 et cap. inter extravagantia loco 24. positum.

ambulans hominem substantiam suam ammittat. Sed capitulo Lotharii quod est „De[93] homicidio unde lex pro simplicitate" inde rumpit hoc capitulum, et predictam legem Liuprandi affirmat.

13. (16.) In compositione widrigild[a] volumus ut ea dentur quae in lege continentur, excepto accipitrem et spatam: quia propter illa duo aliquotiens periurium comittitur, quando maioris pretii quam illa sint esse iurantur.

Glossae: in lege] scilicet Ribuaria[94]. 4.5.7.8. — *spatam]* id est lanceam aut dardum. 3.

14. (17.) Si quis sponsam alienam rapuerit, aut patri eius aut ei qui legibus eius[a] defensor[a] esse debet cum sua[b] lege[b] eam reddat*, et quicquid cum ea tulerit semotim unamquamque rem secundum legem reddat. Et si hoc defensor eius perpetrare[c] consenserit et ideo raptori nichil quaerere voluerit, comes singulariter de unaquaque re freda[d] nostra[d] ab eo exactare[e] faciat; sponso vero legem suam componat et insuper bannum nostrum id est 60 solidos persolvat[f], aut in praesentiam nostram comes eum venire faciat, et quanto tempore nobis placuerit in exilio maneat et illam feminam[g] ei habere non liceat.

* *sponso eam reddat* per kapitula Lotharii (84. 105.) „Si quis sponsam alienam" „De raptoribus vero antiquorum" *et defensori suam legem solvat* lege Rotharis (192.) „Si pater filiam suam". 7—9.

Glossa: De oc quod dicit: „cum sua lege retdat", asspice in edicto Rothari (191.) „Si quis puellam aut viduam sponsatam alterius rapuerit", et de oc quod dicit: „defensor nihil querere ei voluerit, freda a parte regis exquirere debet" ic non declarat composicio. Asspice similiter in edicto Liuprandi (118.) „Si quis filiam suam aut sororem suam sponsare voluerit, abet potestatem". 3.

Expositio: Hoc capitulum in parte rumpit capitulum Caroli quod est „De[95] disponsatis puellis", quia illic legitur, ut sponsa reddatur sponso, et hic precipitur, ut patri reddatur. Sed capitula Lotharii[96] que incipiunt „Si quis sponsam alienam ipsa non consentiente" „De raptoribus vero" rumpunt hoc capitulum et predictum Caroli capitulum confirmant. Sed si quis ita legit[h] hoc capitulum, videlicet ut dicat: „si quis alienam sponsam aut patri eius aut ei qui legibus defensor eius esse debet rapuerit, eam reddat" et cetera, nec rumpit predictum Caroli capitulum nec a predictis rumpitur capitulis. — §. 2. Quod in hoc capitulo: „cum sua lege eam reddat", ad Rotharis legem quae est „Si[97] quis puellam aut viduam sponsatam alterius rapuerit, sit culpabilis solidos 900" referri putandum est. — §. 3. Si pater vel alius defensor raptori semotim de unaquaque re compositionem quaesierit, similiter debet comes singulariter de unaquaque re freda nostra ab eo raptore requirere, et sine dubio hoc capitulum declarat istud cum dicit: „et quicquid cum ea tulerit, semotim unamquamque rem secundum legem reddat". — §. 4. Quod hic habetur: „secundum legem reddat", ita convenit intelligi, scilicet ut in nonum eam reddat, veluti Liuprandi lex que est „Si[98] quis porcos" de re malo ordine abstracta loquitur. — §. 5. Quod dictum est: „nichil querere voluerit", ita exponitur: id est nichil querere potuerit, quia si „noluerit" proprie exponeretur, iam daret intelligi, quod defensor eius, predictum raptum perpetrari consentiens, compositionem apud raptorem valeret exigere, quod iniquum esset[99]. — §. 6. Item quod hic scriptum est: „ab eo exactari faciat", secundum quosdam ita ponitur, videlicet ut dicatur: „ab eo, id est defensore, exactari faciat"; secundum vero alios: „ab eo, id est a raptore, exactari faciat" dicitur[1]. — §. 7. „Sponso vero legem suam componat" ita oportet intelligi, videlicet ut defensor componat suam legem id est duplam penam sponso, ut sua lex precipit que habetur in Rothare id est „Si[2] pater filiam suam aut frater sororem suam vel aliquis[i]"; sed si sponsa que rapitur vidua fuerit, non ei duplam penam sed solam penam iuxta Liuprandi legem que est „Quicumque[3] homo sub regni nostri dicione" defensor est compositurus[4]. — §. 8. Quod in hoc continetur capitulo: „aut in presentiam nostram comes eum venire faciat", dupliciter legitur. Quidam enim dicunt: comes eum, id est defensorem, venire faciat; alii autem: comes eum, id est raptorem, venire faciat. — §. 9. Illud quoque quod sequitur: „et illam ei habere non liceat" dupliciter legitur. Dicitur enim: et illam ei, id est raptori, habere non liceat, quasi dicat, non liceat raptori eam in matrimonium ducere; vel aliter: et illam ei, id est defensori, habere non liceat, quod est dicere, nunquam amplius habeat eam sub mundio. Notandum est quoque, quod pars illorum qui dicunt: comes eum, id est raptorem, venire faciat, preposterato ordine hoc capitulum legit; legit[k] enim illa[l] prius[l] hanc litteram[m] que est: „aut in presentiam nostram comes eum venire faciat" et cetera, quam legat: „si hoc defensor eius perpetrari consenserit".

15. (3.) Si quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit, et testes contra eum per iudicium producti fuerint: si ille falsos eos[a] esse suspicaverit[a], liceat ei alios testes quos meliores potuerit contra eos opponere, ut veracium testimonio falsorum testium perversitas superetur. Quod si ambae partes testium inter se ita dissenserint, ut nullatenus una pars alteri credere[b] velit, eligantur duo ex ipsis, id est ex utraque parte unus, qui

Cap. 13. *e codd.* 3—9, *in cod.* 3 *uno tenore coniunctum cum cap.* 12. a) widrigidi 4.
Cap. 14. *e codd.* 3—9. a) defensor eius 5.6. b) lege sua 5.6.9. c) perpetrari 7—9. d) fredam nostram 5.7—9. e) exactari 7—9. f) solvat 5.6. g) *deest* 7—9. h) lex *cod.* i) precipit *add. c.* k) legit *om. c.* l) imprimis *cod.* m) tam *add. c.*
Cap. 15. *e codd.* 3—9, *sed in cod.* 9 *loco capitis L. P.* 3 *ponitur.* a) suspicatur eos esse 7—9. b) cedere 5.

93) Loth. 92. 94) Cfr. Lex Rib. 36, 9. 95) Karol. M. 122. 96) Loth. 84. 105. 97) Roth. 191. 98) Liutp. 150. 99) Cfr. expos. §. 4 ad Roth. 192.
1) Cfr. expos. §. 5 ibid. 2) Roth. 192. 3) Liutp. 15. 4) Cfr. expos. §. 3 ad Roth. 192.

cum scutis[c] et[c] fustibus in campo decertent, utra pars falsitatem utra[d] veritatem suo testimonio sequatur. Et camphioni[e] qui convictus fuerit propter periurium quod ante pugnam commisit dextra manus[f] amputetur. Ceteri vero eiusdem partis testes, qui falsi apparuerint, manus suas redimant: cuius compositionis duae partes ei contra quem testati sunt dentur, tertia pro fredo[g] solvatur. Et in seculari quidem causa huiuscemodi testium diversitas[h] campo comprobatur[i]; in aecclesiasticis autem causis, ubi de una parte seculare de altera vero aecclesiasticum negotium est[k], idem modus[k] observetur. Ubi vero ex utraque parte aecclesiasticum[l] fuerit[m] negotium[n], rectores earundem ecclesiarum, si se familiariter pacificare voluerint[o], licentiam habeant; si autem de huiuscemodi pacificatione inter eos conveniri[p] non possit[p], tunc[q] advocati eorum in mallum[r] publicum ad[r] praesentiam comitis veniant, et ibi legitimus terminus eorum[s] contentionibus[s] imponatur. Testes vero de qualibet causa non aliunde quaerantur nisi de ipso comitatu, in quo res illae unde[t] causa agitur positae sunt[t]; quia non est credibile, ut de statu hominis vel de possessione cuiuslibet per alios melius rei veritas cognosci valeat quam per illos qui viciniores sunt. Si tamen contentio quae inter eos orta[u] est in confinio duorum comitatuum fuerit, liceat ei de vicina[v] centena adiacentis comitatus ad causam[w] suam[w] testes habere.

Glossae: Si quis] Non est R.[x] 5.8. Bonum. 4. — *vicina centena]* id est sculdascia, quia tenet 100 miliaria[5]. 5.7.8. — *In margine codd.* 5.7.8 *haec quae sequuntur adscripta inveniuntur:*

Actionum

aliae sunt cum eo qui iure est obligatus	aliae cum eo qui non obligatur, sed ad libitum fiunt
ut in personas.	ut in rem.

Probationis

alia est, cui non potest dari contraria	alia, cui potest dari
ut probationi optimorum, quae caret contraria.	ut probationi preter superiorem secundum quosdam[y].

Hominum liberorum

alii possunt esse testes	alii non quandoque
ut qui habent suum widrigild in alodio et ceteris rebus.	ut qui non habent.

Testium[z], secundum quosdam

alii qui intersunt	alii non, sed tantum sunt de comitatu	alii undecumque
ut de vadiis convenientis.	ut de statu hominis vel de possessione cuiuslibet.	ut in ceteris controversiis.

Testium producendorum

alii producuntur qui interfuerunt	alii qui non interfuerunt
si intentio est de wadiis	si intentio est de libertate probanda
si intentio est de convenientia.	si intentio est de plaga
	si intentio est de aliquo maleficio
	si intentio est de possessione.

Petre[*], te appellat Martinus, quod tu sponsasti sibi Mariam tuam filiam et dedisti eam alteri ad coniugium ante duos annos[6]. — Non sponsavi tibi meam filiam. — Potes sibi probare? — Possum. — Da vadia[a] de probare; et tu, da vadia[a], si potes, de placito — et de contra. Et tunc probator post vadimonium habeat inducias, si necessitas fuerit: si Longobardus est, 12 noctes[7], ceteri vero secundum suam legem. Et cum venerit dies probandi, dic: Domne comes, tali die Martinus appellavit Petrum, quod Petrus spopondit[b] sibi filiam suam; et Petrus negavit, se sponsavisse sibi filiam suam; et Martinus dedit vadimonium[a] de probare, et modo est paratus cum testibus et testium laudatoribus. Tunc testibus et laudatoribus adstantibus ibi interrogetur adversarius, antequam testes laudentur, si vult aliquem testium criminari; si dixerit: „nolo“, tunc interrogetur unusquisque laudatorum, quid sapiat de testibus. Et tunc unus dicat ita: „hoc sapio, quod Paulus et Iohannes et Albertus liberi homines sunt, et suum widrigild habent, vel in puro alodio, vel alodio et aliis rebus, et testimonium bene possunt dare“. Ceteri duo similiter dicant. Et testimonium uniuscuiusque testis separatim scribatur. Et sic dicat unusquisque testis de una parte: „hoc sapio, et illic fui ego, quod Petrus sponsavit Mariam suam filiam ad Dominicum“[c]. Tunc adversarius interrogetur, si illi testes nec[d] boni nec veri sunt[d] et receptibiles, vel si habet meliores, quos velit contra illos opponere. Si dixerit: „illi testes nec boni nec veri sunt nec receptibiles, et ego habeo meliores quos velim contra eos[e] opponere“, tunc eius testes separati et laudati, ut superius diximus, producantur; et unusquisque testis ex alia parte[f] dicat: „hoc sapio quod Petrus non sponsavit Mariam suam filiam ad Martinum[g]“. Et ita ut nullus eorum iuret, eligat[h] unum ex una parte et[i] ex altera alium comes[i], ut pugnent; et antequam bellum incipiant, iuret uterque: „illud testimonium, quod ego, Paulus et Iohannes et Albertus dedimus, verum testimonium dedimus“. Et camphioni cadenti dextra manus incidatur, ceteri vero eius[k] partis testes manus unusquisque redimat; conductor widrigild suum tribuat. Si vero adversarius dixerit: „illi testes boni et veri sunt et receptibiles, nec ego habeo meliores testes quos velim contra eos opponere“, firmatur res ita, et iurent

c) *desunt* 5. d) utrum 4.6; pars *add.* 7.8. e) camphio 5. f) ei *add.* 5. g) freda 8.9. h) etiam in *add.* 9; in *add.* 6. i) comprobetur 5. k) *sic* 5; hisdem modis i e. regulis 4; eisdem modis 6; isdem modus 7—9. l) aecclesiastica 5.6. m) fuerint 5. n) *deest* 5.6. o) velint 7.8. p) *sic* 4.6; consentire non possint 5; convenire non possint 7—9. q) *deest* 7—9. r) mallo publico in 7—9. s) de eorum int. 7.8. t) positae sunt, unde c. agitur 5.6. u) exorta 5.6. v) vicinia 4.7.8. w) ipsam causam 5.6. x) romanum. y) a. *add.* 5. z) *haec desunt* 5. *) *e codd.* 7—10. a) vadiam 10. b) sponsavit 10. c) D. 7—10, *sed* M. *recte scribendum erat.* d) boni sunt et veri 10. e) istos 9; ipsos 7.8. f) *deest* 7.9. g) M. 7—9; D. 10. h) comes eligat 10. i) et alium ex alia parte 10. k) eiusdem 10.

5) Cfr. Roth. 252 sub fine. 6) Roth. 178. 7) Roth. 362.

testes, unusquisque ita: „hoc sapio et illic fui ego, quod Petrus sponsavit Mariam suam filiam ad Martinum[l]*, si Deus". Conductor hoc: „quod Paulus et Iohannes et Albertus iuraverunt, verum iuraverunt, si Deus". Et sacramentum hoc conductoris fit per legem „Si*[8] *qualiscumque". Sed secundum valentes non sit, nisi pro testimonio testium stantiae. Et facta probatione res vincatur*[m]*, et poena secundum malum solvatur.*

Glossae: Petre, te appellat] Et ita fit ter[n] placitum[n] secundum asinos, set secundum valentes tantum unum[o] placitum[o]. 7.8. — *liberi homines sunt]* per kapitulum Lotharii (64.) De liberis hominibus qui proprium. 8. — *et suum widrigild habent]* per kapitulum Lotharii (27.) Ut in testimonium. 8.10. — *et testimon. bene poss. dare]* per kapitulum Karoli (66.) Volumus atque iubemus. 8. — *separatim]* per kapitulum Karoli (50.) De periuriis. 8.10. — *scribatur]* per Novellam *(Iul. nov. 83.)*. 8. — *et illic fui ego]* per legem Liuprandi (8.) Si qualiscumque causa. 7.8.

Expositio: In hoc capitulo legitur: „et testes per iudicium producti fuerint"; id est, ut veniant ipsi qui[p] interfuerunt, si de wadia vel de alia convenientia intentio fuerit, veluti Liuprandi lex quae est „Si[8] qualiscumque causa inter conlibertos aut parentes" et prima Rachis lex declarant, alios non posse adhiberi[q] testes, nisi[r] qui[r] in convenientia fuerint; et separati veniant, ut in Caroli capitulo[9] precipitur. Et si de alia causa intentio fuerit, veluti de probanda libertate seu servitio vel plaga vel homicidio seu et de quolibet maleficio, non requirantur testes qui interfuerunt, sed de ipso comitatu, sicut in hoc capitulo et in Caroli capitulis habetur[s], veluti in „De[9] periuriis ut caveantur". — §. 2. Hoc capitulum in parte rumpit leges Liuprandi[10] „Si qualiscumque causa inter conlibertos" et „Quicumque homo sub regni nostri dicione", et primam legem Rachis; quia illic legitur, ut in eorum testimonio ambe partes credant, et hic precipitur, ut ei liceat alios testes quos meliores potuerit contra eos opponere qui producti sunt. Sed ita salvari possunt, ut retro[11] dictum est. — §. 3. Quando hoc capitulum dixit: „dextra manus ei amputetur; caeteri redimant suas manus", declaravit, ut testimonium duorum nichil valeat; ideo in parte rumpit iam dictam Liuprandi legem quae est „Quicumque[12] homo sub regni nostri dicione". Sed ita salvari potest ut retro[13] dictum est. Et Liuprandi lex quae est „Si[14] quis testimonium falsum" in parte rumpitur ab hoc capitulo, quia illic legitur, ut medietas widrigild prebeatur regi et medietas cuius causa fuerit, et hic precipitur, ut due partes ei contra quem testati sunt, tertia pro freda solvatur. — §. 4. Caroli capitulum quod est „Ut[15] episcopi abbates et comites" partim ab hoc capitulo rumpitur, ut retro[16] dictum est; sed qualiter ab hoc capitulo rumpatur et salvetur, retro[16] dictum est. — §. 5. Per hoc capitulum possumus videre, si utraque parte seculare negotium vel altera parte seculare et altera ecclesiasticum fuerit, et testes producti fuerint, et testimonia data fuerint, quod se postea pacificare non possunt; quia, quando capitulum dicit, ut ecclesiae tantum inter se possent pacificare post data testimonia, bene claret, alios pacificare non posse. — §. 6. Capitulum hoc ideo dixit: „et ibi legitimus terminus de eorum intentionibus imponatur", quia, si Longobardus est, dabitur ei spatium iuxta Rotharis legem quae est „Si[17] quis alii pro quacumque causa wadiam et fideiussorem" usque ad 12 noctes, si Romanus[18], usque ad 20.

§. 7. Ut quilibet iudex hac arte rudis ad huius artis notitiam magis promoveatur, quaedam appellatio constituatur et quod hic a magistris solet dici describatur.

Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu sponsasti sibi Mariam tuam filiam et dedisti eam alteri ad coniugium ante duos annos; unde tuo iudici presentialiter conqueritur, ut exinde ei iustitiam facias. — Non sponsavi tibi filiam meam. — Potes sibi probare? — Possum. — Da wadiam de probare; tu, da wadiam de placito, si potes, et de contra. —

Sed[18*] iuxta quas leges hoc fieri debeat, non est postponendum: per legem igitur Rotharis que est „Si[19] quis res suas ab alio in exercitu" et per Liuprandi legem que est „Si[20] quis causam habuerit" et per legem Rachis que est „Cognovimus[21] enim" et per Pipini capitulum quod est „De[22] universali quidem populo" ipsi iudici suo conqueritur, ut ei iustitiam faciat. In illis enim legibus optime declaratur, quemlibet causam suam debere iudici suo dicere, ut ei iustitiam faciat. Comes vero per Caroli capitulum quod est „Ut[23] comites pleniter iustitiam diligant" ei iustitiam deberet facere. Per capitulum autem Octonis quod est „Cotidie[24] contra leges agitur" iudex causam cuiuslibet potest agere. Wadia de probare datur per legem Rotharis quae est „Si[25] quis alii wadiam et fideiussorem de sacramento dederit", quia, qui dat wadiam de probare, dat wadiam de sacramento, cum testes iurare debeant. Wadia de contra datur per hoc capitulum, quia hic legitur: „liceat ei alios testes quos meliores potuerit contra eos opponere".

Data wadia de probare, probator[t] post wadimonium habeat inducias, si necessitas fuerit, si Longobardus est, 12 noctes

per Rotharis legem quae est „Si[17] quis alii pro quacumque causa wadia et fideiussorem",

l) M. 9; D. 7.8.10. m) vendicatur 10. n) t. p. *codd.* o) l. p. p. *codd.* p) qui *om. c.* q) adhibere *c.* r) nisi qui *om. c.* s) caveatur *c.* t) probetur *c.*

8) Liutp. 8. 9) Karol. M. 21. 10) Liutp. 8. 15. 11) Cfr. expos. §. 2 ad Liutp. 8 et expos. §. 3 ad Liutp. 15; neutro tamen loco istae leges ab hoc capitulo salvantur. Glossator igitur aut hac de re errasse videtur, aut huius expositionis paragraphum primam respexit, dicens, testibus laudatis credi debere, quoties de wadia vel convenientia agatur, alios vero ipsis opponi posse, si de alia causa intentio sit. 12) Liutp. 15. 13) Expos. §. 1 ad Liutp. 15. 14) Liutp. 62. 15) Karol. M. 42. 16) Expos. §. 1 ibid. 17) Roth. 362. 18) Cfr. expos. §. 12 sub fine ad Wid. 6. 18*) Haec quidem, et reliqua eodem modo typis distincta, sunt „quae a magistris solent dici" ad appellationis formulam illustrandam. 19) Roth. 25. 20) Liutp. 25. 21) Rach. 6. 22) Pip. 7. 23) Karol. M. 58. 24) Otto III. c. unic. 25) Roth. 361.

ceteri vero secundum suam legem,

veluti Romanus 20 dies habeat indutias[27].

Et cum venerit dies probandi, iudex debet rememorare causam illam per primam Rachis legem hoc modo: Domne comes, tali die appellavit Petrum Martinus, quod Petrus spopondit filiam suam sibi, et Petrus negavit, se sponsavisse sibi filiam suam, et Martinus dedit wadimonium de probare, et modo est paratus cum testibus et testium laudatoribus.

Laudatores testium habere debet Liuprandi lege que est „Si[28] qualiscumque causa inter conlibertos" et per capitulum Caroli quod est „Volumus[29] etiam atque iubemus, ut comites et eorum iudices". Predicta enim lex[28], dicens: „testes vero ipsi tales sint, ut eorum opinio in bonis precellat operibus et quorum fides ammittatur, id est quibus princeps aut iudex credere possint", et predictum capitulum[29], dicens: „sed tales eligantur, qui testimonium bonum habeant inter suos pagenses", declarat, testes laudatores habere debere.

Et cum testibus et laudatoribus adstantibus ibi interrogetur adversarius, antequam testes laudantur, si vult aliquem testium criminari.

Criminari eum potest, si voluerit, per capitulum Lotharii quod est „Si[30] quis aliquem de aliquo mallaverit", quia ibi legitur: „crimina vero, si super eum imponere voluerit pro dilatanda iusticia, probare cogatur".

Si dixerit: „nolo", tunc interrogetur unusquisque laudatorum, quid sapiat de testibus; et tunc unus dicat ita: „hoc sapio, quod Paulus et Iohannes et[u] Albertus[u] liberi homines sunt, et widrigild habent, vel in auro vel alodio et aliis rebus, et testimonium bene possunt dare"; ceteri vero similiter dicant.

Testes liberos esse dicit per primam Rachis legem, que dicit: „stantia que ante tres liberos homines fit stare debet", et per Lotharii capitula[31] que sunt „De liberis hominibus qui proprium non habent", „Si quis aliquem de aliquo mallaverit negotio", que optime declarant, testes liberos esse debere; widrigild eos habere dicit per Lotharii capitulum quod est „Ut[32] in testimonium non recipiantur"; „testimonium bene possunt dare" dicitur tantum per usum. — Testes deinde separentur per Caroli capitula[33] que sunt „De periuriis ut caveantur" „Ut testes", et separatim tam a iudice quam a comite per Caroli capitulum quod est „Volumus[34] etiam atque iubemus, ut comites et eorum iudices" inquirantur, quid inde sapiant. —

Et testimonium uniuscuiusque testis separatim scribatur

iuxta Novellarum legem que est „Si[35] testes producti fuerint" et cetera.

Et sic dicat unusquisque testis de una parte: „hoc[v] sapio et illic fui, quod Petrus sponsavit Mariam filiam suam ad Dominicum[w]"

per Novellarum legem constitutionum que est „Nullius[36] testimonium" et cetera, et per Liuprandi legem que est „Si[28] qualiscumque causa inter conlibertos". De una parte, si[x] inter se dissenserint, illorum testimonium non recipiatur, sed per usum ille cuius testes fuerint litem debet perdere et unusquisque testium[y] illorum pro redemptione manus widrigild debet componere; si vero non dissenserint, scribatur eorum testimonium, ut supra diximus.

Tunc adversarius interrogetur, si illi testes nec boni nec veri sint nec receptibiles, vel si habeat meliores quos velit contra illos opponere? Si dixerit: „illi testes nec boni nec veri sunt nec receptibiles, et ego habeo meliores quos velim contra eos opponere", tunc eius testes separati et laudati, ut[z] supra diximus, producantur; et unusquisque testis ex alia parte dicat: „hoc sapio, quod Petrus non sponsavit filiam suam Mariam ad Dominicum[w]". Et ita ut[a] nullus[a] eorum iuret, eligat unum ex una parte et ex altera alterum comes, ut pugnetur; et antequam bellum suscipiant, iuret uterque: „illud testimonium, quod ego, Paulus et Iohannes et Albertus dedimus, verum testimonium". Et camphioni cadenti dextra manus incidatur, ceteri vero eiusdem partis testes manum redimant; conductor

iuxta Liuprandi legem que est „Si[37] quis testimonium falsum contra quemcumque"

widrigild suum tribuat. Si vero adversarius dixerit: „illi testes boni et veri sunt et receptibiles, nec ego habeo meliores testes quos velim contra eos opponere", firmatur res ita, et iurent testes, unusquisque ita: „hoc sapio et illic fui, quod Petrus sponsavit Mariam filiam suam ad Dominicum, si Deus". — Conductor hoc: „quod Paulus et Iohannes et Albertus iuraverunt, verum[b] iuraverunt[b], si Deus". Sacramentum hoc conductoris sit per exemplum legis Liuprandi que est „Si[28] qualiscumque causa inter conlibertos". Sed[c] secundum valentes non sit nisi pro testimonio testium stantie[38]. Et facta probatione res vincatur et pena secundum malum solvatur.

16. (20.) Si cuiuscumque hominis proprietas ob crimen aliquod ab eo commissum in bannum fuerit missa et ille re cognita iusticiam facere venire distulerit annoque[a] ac die[a] in eo[b] banno illam esse permiserit, ulterius eam non adquirat, sed ipsa fisco nostro societur*. Debitum vero, quod is cuius ea fuit solvere debuit, per comitem ac

u) et A. *om. cod.* v) quod *add. c.* w) D. *cod.*, *sed* M. *recte scribendum erat.* x) si *om. cod.* y) testimonium *cod.* z) ut *om. c.* a) unus, *om.* ut, *cod.* b) ver. iur. *om. c.* c) et *c.*

Cap. 16. *e codd.* 3—9. a) annumque ac diem 6. b) eodem 5. 6.

27) Cfr. supra expos. §. 6. 28) Liutp. 8. 29) Karol. M. 66. 30) Loth. 78. 31) Loth. 64. 78. 32) Loth. 27. 33) Karol. M. 21. 50. 34) Karol. M. 66. 35) Iul. nov. 83, 4. 36) Iul. nov. 83, 1. 37) Liutp. 62. 38) Sententia controversa ea est, ut secundum alios testium conductor semper sacramentum praedictum praestare debeat, secundum vero alios tunc tantum, si in contractibus (stantiis; cfr. Rach. 1) testes adhibiti fuerint, ideo scilicet, quia Liutprandi lex, qua conductoris sacramentum nititur, de contractu tantum loquatur. Cfr. gloss. e codd. 4.5.7.8 ad Liutp. 8. et expos. §. 1 ibidem.

ministros eius iuxta aestimationem damni de rebus mobilibus quae in eadem proprietate inventae fuerint his quibus debitor ipse[c] fuit exsolvatur. Quod si rerum mobilium ibidem inventarum quantitas ad compositionem non suffecerit, de immobilibus suppleatur, et quod superfuerit, sicut dictum est, fiscus noster possideat; si nichil super compositionem remanere[d] potuerit[d], totum[e] in illa[e] expendatur. Si autem homo ille nondum cum suis coheredibus proprium suum divisum habuit, convocet eos comes et cum eis legitimam divisionem faciat; et tunc, sicut iam dictum est, partem[f] eius fisco nostro addicat et compositionem[g] de ea proprietate[h] iuxta modum superius comprehensum his ad quos illa legibus pertinet exsolvat[f]. Quod si non de aliis[i] rebus[i], sed de ipsa proprietate quae in bannum missa fuit ac per hoc in nostra[k] potestate[k] redacta est, fuerit[l] interpellatus[l], comes, in cuius ministerio eam esse constiterit, hoc ad noticiam nostram perferre curet, ut nos eandem proprietatem, quae secundum supradictum modum in nostrum dominium redacta est, per praeceptum nostrae auctoritatis in illius hominis potestatem qui eam quaerebat[m], si suam esse debet, faciamus pervenire. Et si eam quicumque ad suam proprietatem pertraxerit, liceat ei per suum sacramentum habere: et si exinde postea convictus fuerit, dextra manus eius[n] amputetur.

* *„Si vero intra id tempus reversus post intimationem suam fuerit defunctus, etsi necdum se purgaverit, tamen ad heredes proprios res transmittat“*[39]. *Si vero intra annum noluerit adesse iudicio, res perdat, innocentiam suam purget. Si vero non potuerit, legalem poenam sustineat et tamen res perdat*[40]. 7—9.

Glossae: iuxta aest. damni] De malefitio non ita, set debitum per contractum exsolvi non debet, quod videri potest in lege Rotharis (223.) Si quis sine. 5.7.8. — *E codd.* 5.7.8*:*

Rerum in bannum missarum	
alie transactantur ad publicum	aliae nunquam
ut res missae in bannum pro crimine.	ut res missae in bannum non pro crimine sed pro ammonitione placiti, vel alio modo preter adversum, secundum quosdam alios, nam secundum nonum librum Codicis *(L.* 1.2. *Cod. IX,* 40.*)* omnes res post annum transactantur.

Actionum		
alie sunt ut criminales, pro quibus res mittuntur in bannum.	alie ut debiti, pro quibus pignus committitur.	alie ut in re, pro quibus datur investitura, querela salva.

Et ita est secundum quosdam, sed alii mittunt pro omni accione[o] res in bannum.

Seniores[p], *hoc dicit comes, quod, postquam ille tenuit placitum in isto*[q] *comitatu, iam per plures vices venit reclamatio ad se de Martino de Fabiis de furto et de alia malitia, unde ipse plures per vices sibi mandavit missos et epistolas, ut ad placitum suum veniret et iustitiam faceret illis, qui supra*[r] *se reclamarent*[r], *et ipse venire noluit. Propter hoc sit vobis cognitum, quod ipse vult omnes suas proprietates mittere in bannum. — Dicitis vos ita, domne comes? — Sic dico. — Per istum fustem et istum wantonem mitto omnes res de Martino in banno. — Praecipite fieri notitiam.*

Contraria[s]*: Domne comes, hoc dicit Martinus, quod ipse*[t] *audivit dicere, quod vos misistis omnes suas res in banno propter hoc, quod per plures vices venit reclamatio de illo ad vos de furto et de alia malitia; et vos plures vices ei mandastis, quod ad vestrum placitum veniret et illis iustitiam faceret, et ille venire noluit; et non sunt nisi tres menses: et modo est paratus in vestra praesentia ad faciendam iusticiam omnibus qui se reclamant super se, et vult, quod vos propter Deum, et animam regis mittatis suas res foras de banno. — Tunc per usum dat vadimonium comiti, ut faciat legem reclamantibus. Et post comes dicit: „per istum fustem et istum wantum*[u] *tollo omnes res eius de banno“. — Precipite fieri notitiam.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi terram malo ordine in tali loco ad partem publicam, unde ipse est advocatus. — Ipsa terra mea propria est per successionem mei patris, et ad partem publicam quid pertinet? — Tuae res fuerunt missae in bannum, et ecce cartula notitiae. — Falsa est ipsa notitia. — Tunc qui notitiam vocat falsam interrogetur, quomodo vult ut clarefacta fiat. Si responderit: „vel per capitulum Widonis vel per bellum“, sit ut dicturi sumus[41]. *Si dixerit: „ecce notitiam, quomodo meae res fuerunt tractae de banno“, tunc advocatus aut dicat falsam notitiam, aut taceat. Et si falsam dixerit, sit ut dicturi sumus*[41]. *Si dixerit: „ego non feci ipsum malum quod legitur in notitia“, probet advocatus; et si non potuerit, ipse iuret. Si dixerit: „non michi fuit cognitum“, probet advocatus. Si dixerit: „non est transactus annus“, iudices videant in notitia. Si dixerit: „non me distuli venire per totum annum“, probet advocatus, et si non potuerit, ipse iuret. Et in omnibus istis probationibus, si dare adversarius contra voluerit, sit ut superius*[42] *diximus.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est; et ecce praeceptum quod fecit michi imperator. — Quid pertinuit ad imperatorem? — Meae res fuerunt missae in bannum per crimen. — Et tibi quid pertinuerunt antea quam tuae res fuissent missae in bannum? — Per successionem mei patris. — Potes tu probare, quod tu, postquam imperator tibi dedit, quod imperator infra hoc quod tuae res fuerunt missae in bannum, et quod pater

c) *deest* 6; idem 7—9. d) remanserit 5. e) tota in illam 5. f) partes.....addicantur et compositio.....exsolvatur 4. g) eius *add.* 7—9. h) *deest* 6.8. i) alia re 5. k) nostram potestatem 5.6. l) *desunt* 4—6. m) quaesierit 7—9. n) ei 7—9. o) accusatione 5. p) *e codd.* 7—10. q) conventu vel *add.* 7. r) super eum reclamaverint 10. s) *deest* 9. t) *deest* 9. u) mantonem 10.

39) L. 1. Cod. requirendis rei (IX, 40.) 40) Cfr. l. 2. Cod. loc. cit. 41) Wido 6. Otto I. 1. 42) Ludov. P. 15.

ter tuus per 30 annos habeatis terram ipsam possessam? — Possum. — Da vadimonium de probare, et tu, da vadimonium de placito, et contra, si potes. — Et sic dicat unusquisque testis ex una parte: „hoc sapio, quod ipse Martinus postquam imperator sibi dedit, et quod imperator infra hoc quod res Martini fuerunt missae in bannum, et quod Martinus, antequam suae res fuissent missae in bannum, et quod pater suus per 30 annos habent possessam ipsam terram". Et unusquisque testis ex alia parte dicat: „hoc sapio, quod Iohannes fuit investitus ad proprium de illa petia de terra infra illos 30 annos". Ita tamen, ut sint laudati et iurent, et omnis res vadat, ut superius[43] *diximus.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi terram malo ordine in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Imperator michi fecit preceptum de ipsa terra. — Et quid pertinuit ad imperatorem? — Res de Petro fuerunt missae in bannum. — Quid pertinuerunt ad Petrum? Per successionem sui patris. — Potes tu probare, quod tu, postquam imperator tibi dedit, quod imperator infra hoc, quod res de Petro fuerunt missae in bannum, quod Petrus, antequam suae res fuissent missae in bannum, et quod pater eius per 30 annos possessam habeatis? — Si responderit: „possum", probet et terram habeat. Si vero adversarius dare contra voluerit, det, et sit ut superius[43] *diximus. Si vero responderit: „non possum probare", tunc interrogetur adversarius, si potuerit probare, se fuisse investitum de illa terra infra 30 annos ad proprium. Si vero dixerit: „non", tunc ille alter iuret cum suis sacramentalibus, suam possessionem esse.*

Et[v] *ita secundum quosdam est placitum*[w].

Expositio: Capitulum hoc a Lotharii corroboratur capitulo quod est „De[44] hominibus qui in alienam potestatem mobilem suum" dicente: „si vero venire contempserit, secundum capitulare domni ac genitoris nostri de eorum rebus agatur". — §. 2. Si alicuius hominis res in banno fuerint missae et ipse res ipsas vendiderit, antequam annus et dies transierit, non est intelligendum, ut venditio valeat vel alia alienatio, quia hic precipitur, ut post anni spatium et diei fisco societur, si venire distulerit.

§. 3. Seniores, comes hoc dicit Petrus, quod, postquam ille tenuit placitum in hoc comitatu, iam per plures vices venit reclamatio de Martino de scachis[x] de furto et de alia malitia, unde ipse per plures vices sibi mandavit per missum et epistolas, ut ad placitum suum veniret et iustitiam faceret illis, qui super se reclamarent, et ipse venire noluit. Propter hoc sit vobis notum, quod ipse vult omnes suas proprietates in bannum mittere. — Dicitis vos ita, domne comes? — Dico. — Per istum fustem et istum guantonem mitto omnes res de Martino in banno. — Praecipite fieri notitiam.

§. 4. Domne comes, hoc dicit Martinus, quod audivit dicere, quod vos misistis omnes res suas in bannum propter hoc, quod per plures vices venit ad vos de illo reclamatio de furto et de alia malitia; et vos per plures vices mandastis, quod ad vestrum[y] placitum veniret et illis faceret iustitiam, et ille venire noluit; et non sunt nisi tres menses: et modo est paratus in vestra presentia reclamantibus de se iustitiam facere, vestramque postulat misericordiam, ut res suas de banne abstrahatis. — Tunc per usum det wadimonium comiti, ut faciat legem reclamantibus. Et post comes dicat: „per istum fustem et istum guantonem tollo omnes res eius de banno". — Precipite fieri notitiam.

§. 5. Petre, hoc te appellat Iohannes, quod tu tenes terram sibi malo ordine in tali loco ad partem publicam, unde ipse advocatus est. — Ipsa terra mea propria est per successionem mei patris, et ad partem publicam quid pertinet? — Tue res fuerunt misse in bannum, et ecce cartula notitie. — Falsa est ipsa notitia. — Tunc qui falsam notitiam vocat interrogetur, quomodo vult ut clarefacta fiat. Si responderit: „vel per capitulum Widonis vel per bellum", sit[z] ut dicturi sumus[45]. Si dixerit: „ecce notitiam, quando meae res fuerunt tractae de banno", tunc advocatus aut[a] dicat[a] falsam notitiam aut taceat. Et si falsam dixerit, sic sit ut dicturi sumus[45]. Si dixerit: „ego non feci illud quod in notitia legitur", probet advocatus; et si non potuerit, ipse iuret. Si dixerit: „non est michi notum", probet advocatus. Si dixerit: „non est transactus annus", iudices videant in notitia. Si dixerit: „non me distuli venire per totum annum", probet advocatus; et si non potuerit, ipse iuret. In omnibus istis probationibus, si dare adversarius contra voluerit, sit ut superius[43] diximus.

§. 6. Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu tenes ei malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est, et ecce preceptum quod fecit michi imperator. — Quid pertinuit ad imperatorem? — Mee res[b] fuerunt misse in bannum per crimen. — Et tibi quid pertinuerunt, antequam tue res fuissent misse in bannum? — Per successionem mei patris. — Potes tu probare, quod, postquam imperator tibi dedit, quia imperator infra hoc quod tuae[c] res fuerunt missae in bannum, et quod pater tuus per 30[d] annos habeatis terram ipsam possessam? — Possum. — Da wadimonium de probare, et tu, da wadimonium de placito et contra, si potes. — Et sic dicat unisquisque testis ex una parte: „hoc sapio, quod ipse Martinus, postquam imperator sibi dedit, et quod imperator et infra hoc quod Martini res fuerunt misse in bannum, et quod Martinus, antequam suae res fuissent misse in bannum, et quod pater suus per 30 annos habuerint ipsam terram possessam". Et unusquisque testis ex alia parte dicat: „hoc sapio, quia Iohannes fuit investitus ad proprium de ipsa petia de terra infra illos 30 annos". Ita tamen, ut sint laudati, et iurent, et omnis res vadat ut superius[43] diximus.

§. 7. Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu tenes terram malo ordine in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Impe-

v) Et *om.* 7. 8. w) *sic conieci;* p. 7—9; *deest* 10. x) Fabiis *rectius in placiti forma e codd.* 7—10 *supra exhibita.* y) nostrum *c.* z) sit *om. c.* a) *desunt in cod.* b) res *om. c.* c) mee *cod.* d) XX *cod.*

43) Ludov. P. 15. 44) Loth. 25. 45) Wid. 6; Otto I. 1.

rator michi fecit preceptum de ipsa terra. — Et quid pertinuit ad imperatorem? — Res de Petro fuerunt misse in bannum. — Quid pertinuerunt ad Petrum[e]? — Per successionem sui patris. — Potes tu probare, quod tu, postquam imperator tibi dedit, quod imperator infra hoc, quod res de Petro fuerunt misse in bannum, quod Petrus, antequam sue res fuissent misse in bannum, et quod pater eius per 30 annos possessam habeatis? — Si responderit: „possum", probet et habeat. Si vero adversarius dare contra voluerit, det, et sit ut superius[43] diximus. Si vero responderit: „non possum probare", tunc interrogetur adversarius, si potuerit probare, se fuisse investitum de illa terra infra 30 annos ad proprium. Si vero dixerit: „non", tunc ille alter iuret cum suis sacramentalibus, suam possessionem esse.

17. (19.) Si quis de statu suo id est de libertate vel de hereditate compellendus[a] est, iuxta legis constitutionem manniatur: de ceteris vero causis, unde quis rationem est redditurus, non manniatur sed per comitem banniatur. Et si post unam et alteram comitis ammonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus eius in bannum missis venire et iustitiam facere compellatur.

Expositio: Hoc capitulum usque „de ceteris vero causis" tantum Sallichum, quod videtur per hoc quod dicit: „manniatur"; et dicens: „iuxta legis constitutionem" Caroli capitulum quod est „De[46] mannire vero, nisi de ingenuitate" commemorat.— §. 2. Quidam dicebant, si quis de contractu de qualibet re appellatus fuerit et iustitiam reddere noluerit, ut res ipsius in bannum mittatur per predictum capitulum. Sed male dicebant, quia predictum capitum non loquitur nisi de crimine, sed iuxta capitulum non possumus dicere, ut pro omni re alicuius res in bannum mittatur, si iustitiam reddere noluit, ideo quod dicit: „si post unam et alteram comitis ammonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus eius in bannum missis venire ad iustitiam facere compellatur". Sed he res non transactabuntur, nisi pro crimine in bannum misse sunt.

18. (21.) Si quis aliqua necessitate cogente homicidium commiserit, comes in cuius ministerio res perpetrata est et[a] compositionem solvere et faidam per sacramentum pacificare faciat. Quod si una pars ei[b] ad hoc consentire[b] noluerit, id est aut ille qui homicidium commisit aut is qui compositionem suscipere debet, faciat[c] illum qui ei contumax fuerit ad nostram praesentiam venire, ut eum ad[d] tempus quod nobis[d] placuerit in exilium mittamus, donec ibi castigetur, ut comiti suo inobediens esse ulterius non audeat, et maius damnum inde non accrescat.

Glossa: Si quis] Non est Romanum[e]. 7.8.

Expositio: Capitulum hoc Lodoyci quod est „De[47] nova moneta et falsa dicimus", dicens: „et de faydis pagandis", commemorat.

19. (22.) Ibi sacramenta iuranda sunt, ubi antiquitus fuit consuetudo sacramenta arramire[a] vel iurare, et[b] ibi mallum[c] habeant[d] et ibi sacramenta[e] iurent[f]. Mallus[g] tamen neque in aecclesia neque in atrio eius habeatur: minora vero placita comes sive intra[h] suam potestatem[h] vel ubi impetrare potuerit habeat.

Expositio: Hoc capitulum in parte rumpit Caroli capitula[48] que sunt „Omne sacramentum in ecclesia", „Ut placita publica vel secularia", ut retro[49] dictum est.

20. (22.) Volumus utique, ut domus a comite in loco ubi mallum tenere debet[a] constituatur[b], ut propter calorem solis et[c] pluviam publica utilitas non remaneat.

21. (23.) Si quis liber homo de furto accusatus fuerit et res proprias habuerit, in mallo ad praesentiam comitis se adremiet[a]; et si res non habuerit, fideiussorem donet, qui eum adramire[b] et in placitum deduci faciat. Et liceat ei prima vice per sacramentum secundum legem se idoniare, si potuerit; et si alia vice duo vel tres eum de furto accusaverint, liceat ei contra unum ex his cum scuto et fuste in campo contendere. Quod si servus de furto accusatus fuerit, dominus eius pro eo emendet aut cum sacramento excuset, se[c] tale furtum perpetratum non habere[c], propter quod ad supplicium tradi debeat.

Glossa: Vacuum per kapitulum Ottonis (I. 6.) De furto. 7.8.

22. (24.) Si quis litteras nostras dispexerit, id est tractorias quas propter missos[a] recipiendos dirigimus, aut honorem quem[b] habet amittat, aut in eo loco ubi praedictos missos[c] suscipere debuit tamdiu resideat[d] et de suis rebus legationes illuc venientes suscipiat, quousque animo nostro satisfactum habeat. Qui vero epistolam nostram quocumque modo dispexerit, iussu nostro ad[e] palatium veniat[e] et iuxta nostram voluntatem congruam suae

e) M. *cod.*

Cap. 17. *e codd.* 3—9. a) compellandus 5. 6.

Cap. 18. *e codd.* 3—9. a) et *om.* 5. 6. b) consentire ei ad hoc 5. 6. 9. c) comes faciat 7—9. d) ad quantum tempus nobis 5. e) ro. 7; r. 8.

Cap. 19. *e codd.* 3—9. a) adhramire 5. b) et *om.* 4. c) mallus 6. d) habeatur 6—9. e) sacramentum 4. 5. f) *sic* 4; iuret 6; iuretur 5; iurentur 7—9. g) Mallum 5. 7—9; autem *add.* 7. h) infra s. p. 7—9; in sua potestate 6.

Cap. 20. *e codd.* 3—9, *capiti anteriori adnectitur in codd.* 7—9. a) debeat 5. 6. b) constituantur 3. 8. c) aut 7—9.

Cap. 21. *e codd.* 7—9; *abest a codd.* 3—6. a) adrimiet 8. b) adremire 9. c) nisi.....habeat *recte legendum erat.*

Cap. 22. *e codd.* 3—9. a) nostros *add.* 7—9. b) quod 7. 8. c) nostros *add.* 5. d) sedeat 7—9. e) veniat ad pal. 5. 6.

46) Karol. M. 77. 47) Lud. P. 38. 48) Karol. M. 36. 118. 49) Expos. ad Kar. M. 118.

stulticiae castigationem accipiat. Et si homo[f] liber[f] vel ministerialis comitis hoc fecerit, honorem, qualemcumque habuerit, sive beneficium amittat: et[g] si[g] servus fuerit, nudus ad palum vapulet[h] et caput eius tondeatur[i].

Glossae: id est tractor.] id est si per vim ad pontem transire fecerit, ubi non fuit usus, vel aliter secundum quosdam. 4. — *Qui vero epistolam]* In hoc possunt intelligi noticiae quaedam. 4.

Petre[k], te appellat domnus noster imperator, quod tu habuisti suas litteras in dispectione, quas propter missos suos recipiendos tibi mittebat.

Petre, te appellat imperator aut eius advocatus, quod tu habuisti epistolam illius domni imperatoris in dispectione. — Non feci. — Ergo exdic te solus. — Poena est, ut aut honorem perdat, aut suscipiat[l] legationem ex parte regis in loco, ubi praedictos missos suscipere debuit, aut ad satisfactionem animo eiusdem regis, aut ad palatium vadat, et iuxta voluntatem regis castigationem suscipiat, et ut in[m] lege est[m].

Expositio: Lex Rachis[n], que est „Si[50] quis Longobardus qualemcumque hominem“ in parte rumpitur ab hoc capitulo, quia, si ipse Longobardus epistolam despexit, non per ipsam legem, sed per hoc capitulum penam sustinebit; sed ita salvari potest, ut retro[51] dictum est. — §. 2. Capitulum Lodoyci quod est „De[52] nova moneta et falsa diximus et de despectu litterarum“ hoc capitulum commemorat.

23. (25.) De[a] iniustis toloneis et consuetudinibus, ut[a] ubi tempore avi[b] nostri[b] Pipini consuetudo fuit toloneum dare[c], ibi[d] et[d] in futuro detur: nam ubi noviter inceptum est, ulterius non agatur. Et ubi necesse non est fluvium aliquem transmeare ad[e] pontem, vel ubi navis[f] per mediam aquam aut sub ponte perrexerit[g] et ad ripam non appropinquaverit[h], neque ibi aliquid emptum vel venundatum fuerit, ulterius toloneum non detur. Et[i] nemo cogatur ad[k] pontem ire, ubi iuxta pontem aquam transmeare potest[l]. Et qui ulterius in talibus locis vel de his qui ad palatium sive in hostem pergunt toloneum exactaverit, cum sua lege ipsum toloneum reddat et nostrum bannum id est 60 solidos componat.

Glossae: De iniustis] Concordat cum kapitulo Karoli (53.) Ut nullus, kapitulo Ludoici (41.) Ut nullus ad. 4.5.7.8. — *avi nostri]* Nota, quia Pipinus et iste Lodoicus fratres fuerunt, et filii Karoli. Et pater Karoli nomen habuit Pipinus. 4.

Petre[m], te appellat Martinus, quod tu malo ordine tulisti sibi solidos 6 toloneum illic, ubi non fuit rectum aut antiqua consuetudo, aut quod sibi pergenti ad palatium, vel in hostem, toloneum abstulisti 10 solidos. — De torto. — Da sibi vadimonium, si te recordatus fueris, ut ei illud toloneum secundum suam legem emendes, sin autem, ut te exdicas secundum tuam legem.

Cuius placiti sacramenta[n] sunt, appellatoris: „de hoc quod[o] te appellavi, de torto te non appellavi me sciente, si Deus“; rei: „de hoc quod tu me appellasti, de torto me appellasti, si Deus“. — Poena est extra toloneum cum sua lege banni solutura.

24. (26.) Quicumque liber homo denarium et merum et bene pensantem recipere noluerit, bannum nostrum, id est 60 solidos, componat. Si vero aecclesiastici servi aut comitum vel vassallorum nostrorum hoc facere praesumpserint, 60 ictus[a] accipiant[a]; aut[b] si[b] magister eorum aut advocatus, qui liber est, eos vel[c] comitis vel missi nostri iussu[c] praesentare noluerit, praedictum bannum[d], 60 solidos, componat.

Glossa: Concordat kapitulo Lodoici (38.) De nova moneta. 5.7.8.

Petre[e], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu noluisti recipere denarium merum et bene pensantem.

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod Iohannes servus ecclesiae[f] sancti Syri[g], unde tu es advocatus, aut servus tuus noluit recipere denarium merum et bene pensantem.

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu noluisti praesentare ad iussum comitis servum ecclesiae sancti Syri[g], unde tu es advocatus, qui noluit recipere denarium merum et bene pensantem.

25. (27.) De falsa moneta iubemus, ut qui eam percussisse comprobatus fuerit, manus eius amputetur. Et qui hoc consenserit, si[a] liber est[a], 60 solidos componat, si servus, 60 ictus accipiat.

Petre[b], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu battisti[c] falsam monetam aut consensisti.

26. (28.) Si quis proprium nostrum, quod in vestitura genitoris nostri fuit, alicui quaerenti reddiderit sine nostra iussione, aliud tantum nobis de suo proprio cum sua lege componat. Et quicum-

f) liber homo 5.6.9. g) Si autem 5. h) vapuletur 4. i) tondatur 7—9. k) *e codd.* 7—10. l) *deest* 10. m) legitur in lege 10. n) Rotharis *cod.*

Cap. 23. *e codd.* 3—9. a) De iniustis.... ut *om.* 5; ut *om.* 6. b) nostri avi 7—9. c) dari 7—9. d) et ibi 5.6. e) ad *om.* 5. f) naves 7—9. g) perrexerint 7.8; *deest* 9. h) appropinquaverint 7—9. i) Ut 5. k) ab 4; *inde ab hoc verbo in ipso codice abest capitulum cum sequentibus usque ad cap.* 30, *folio uno absciso.* l) Similiter in plano campo ubi pons. nec traiectus. non est. ibi omnino precipimus ut toloneum non exigatur *add.* 5.6; *cfr. Karol. M. cap.* 53. m) *e codd.* 7—10. n) ita *add.* 9. o) ego *add.* 7.

Cap. 24. *e codd.* 3.5—9; *de cod.* 4 *cfr. cap.* 23. *not.* k. a) ictibus vapulentur 5. b) Si vero 5. c) *sic* 6; comiti vel misso nostro, *om.* iussu, 5; vel ad comitis vel missorum nostrorum iussum 7—9. d) id est *add.* 7—9. e) *e codd.* 7—10, *sed in cod.* 10 *deest prima placiti forma.* f) de aecclesia 10. g) Rufini 9.

Cap. 25. *e codd.* 3.5—9; *de cod.* 4 *cfr. cap.* 23. *not.* k. a) si liber est *om.* 9. b) *e codd.* 7—10. c) baptisti 8.9; babtisti 10.

Cap. 26. *e codd.* 3.5—9; *de cod.* 4 *cfr. cap.* 23. *not.* k.

50) Rachis 3. 51) Exp. §. 2. ibid. 52) Ludov. P. 38.

que scienter[a] illud[a] per malum ingenium adquirere temptaverit, pro infideli teneatur, quia sacramentum fidelitatis quod nobis promisit irritum fecit, et ideo secundum nostram voluntatem et potestatem 5 diiudicandus[b] est.

Glossa: Si quis] Obiit per kapitulum Liuprandi (58.) Si quis gastaldius, quia preteriit. 5.7.8.

Expositio: Quod in hoc capitulo habetur: „aliud tantum nobis de suo proprio cum sua lege 10 componat", ita oportet intelligi, videlicet ut duplum sibi nonum componat, sicut Liuprandi lex precipit que est „Si[53] quis gastaldius vel actor qui curtem regis".

27. (29.) Si quis puerum invitis parentibus to-15 tonderit aut[a] puellam velaverit, legem suam in triplo componat, aut ipsi puero vel puellae, si iam suae potestatis sunt, aut illi in cuius potestate fuerint[b]. Illi vero potestatem habeant capitis sui, ut[c] in tali habitu permaneant qualis eis[d] placuerit.

20 *Glossae: Si quis]* Salichum kapitulum. 5.9. — *parentibus]* scilicet Salichis. 5.7.8.

Petre[e] presbiter cum Iohanne tuo advocato, hoc te appellat Martinus Salichus, quod tu filium suum Iacobum puerum totondisti, aut Albergam puellam 25 suam filiam se invito velasti. — De torto. — Da sibi vadimonium cum tuo advocato, si te recordatus fueris, ut emendes; sin autem, ut tuus advocatus exdicat te secundum tuam legem.

Expositio: Quod in hoc capitulo habetur: 30 „legem suam in triplo componat", ad has Salice leges[54] que sunt „Si quis puerum crinitum totonderit sine voluntate parentum solidos 45 culpabilis iudicetur", „Si vero puellam velaverit, solidos 62 culpabilis iudicetur" referendum esse, non est du-35 bium; et ideo capitulum tantum esse Salichum dicitur.

28. (30.) Si mancipia de domino suo fugerint in alienam potestatem, ut propter hoc nullum praemium recipiat[a] ille in cuius potestate inventa fue-40 rint, pro eo quod ea reddiderit vel foras eiecerit. Et non solum hoc, sed etiam si ea nec reddere nec foras eicere[b] voluerit et legitimo domino ea contradixerit, et illa postea[c] inde[c] effugerint[d], secundum legem ea solvere cogatur.

45 *Glossae: Si mancipia]* Capitulum Longobardicum. 9. — *de domino]* scil. Longobardo. 5.7.9.

Petre[e], te appellat Martinus Longobardus, quod unum suum mancipium fugit in tuam potestatem, et tu noluisti illud sibi reddere nec a tua potestate illud foras eicere, et interea fugit de tua potestate, et illud perdidit.

Expositio: Capitulum hoc, pro eo[f] quod mancipia reddiderit probibens aliquod premium recipi, Rotharis legem que est „Si[55] liber aut servus velit foris provinciam", Liuprandi legem quae est „Si[56] servus fugax aut homo advena" partim rumpit, quia illic precipitur, ut duo[g] solidi[g] pro eo quod ea mancipia reddiderit dentur. — §. 2. Capitulum hoc, dicens: „secundum legem ea solvere cogatur", Rotharis leges[57] que sunt „Si ille post quem mancipium alienum fugierit", „Si mancipium cuiuscumque in curtem regis confugium fecerit" corroborat.

29. (31.) Quicumque terram tributariam[a] unde tributum ad partem nostram exire solebat vel ad aecclesiam vel cuilibet alteri[b] tradiderit, is qui eam suscepit[c] tributum quod exinde[d] solebat solvere omnimodis[e] ad partem nostram solvat, nisi forte talem firmitatem habeat de parte nostra, per quam ipsum tributum sibi perdonatum possit ostendere.

30. (32.) Si quis terram censualem habuerit, quam antecessores sui ad aliquam aecclesiam vel ad villam nostram dederint[a], nullatenus[b] eam secundum legem tenere potest, nisi ille voluerit ad[c] cuius potestatem[c] illa aecclesia vel illa[d] villa pertinet, nisi forte filius eius aut nepos sit, qui eam tradidit[e], et ei eadem[f] terra nostra ad tenendum placita sit[f]. Sed in hac re considerandum est, utrum si[g] ille qui eam tenet dives aut pauper sit, et utrum aliud beneficium habeat vel etiam proprium. Et qui eorum neutrum habuerit[h], erga hunc misericorditer agendum est, ne ex toto dispolietur ut in egestatem incidat: aut talem censum inde persolvat, qualis ei fuerit constitutus, vel portionem inde aliquam in beneficio accipiat, unde se sustentare valeat.

Expositio: Quod in hoc capitulo habetur: „nullatenus eam secundum legem tenere potest", ad nullam legem preter istam refertur. — §. 2. Eo quod hic habetur: „et ei, scilicet[i] filio vel nepoti, eadem terra nostra ad tenendum placitum sit", id est conventum, dicitur, quod si[k] ille, ad potestatem cuius ecclesia vel villa illa pertinet, pepigisset alii parenti quam nepoti vel filio illius, qui eam dedit terram illi[l] ad tenendum, tamen eam tenere non potest, nisi ei placuerit, ad cuius potestatem ecclesia aut villa pertinet.

31. (*Lud. P.* 33. *et Loth.* 42.) De[a] nonis et decimis[a] considerandum est, ut de frugibus terrae et animalium nutrimine persolvantur[b]. De opere[c]

50 a) *sic* 5; se sciente illud 6.9; illud se sciente 7.8. b) *sic* 5; iudicandus 6.9; iudicandum 7.8.
Cap. 27. *e codd.* 3.5—9; *de cod.* 4 *cfr. cap.* 23. *not.* k. a) vel 7.8. b) fuerunt 7—9. c) et 7.8. d) ei 5.6. e) *e codd.* 7—10.
Cap. 28. *e codd.* 3.5—9; *de cod.* 4 *cfr. cap.* 23. *not.* k. a) accipiat 6. b) mittere 5. c) postea exinde 6; inde postea 7—9. d) fugerint 7.8. e) *e codd.* 7—10. f) eo *om. c.* g) duos *cod.*
55 *Cap.* 29. *e codd.* 3.5—9; *de cod.* 4 *cfr. cap.* 23. *not.* k. a) *deest* 7—9. b) *deest* 5. c) susceperit 5. d) inde 7—9. e) omni modo 5.
Cap. 30. *e codd.* 3—9. a) dederit 7—9. b) *desinit in eo verbo lacuna in cod.* 4; *cfr. supra cap.* 23. *not.* k. c) in c. potestate 4. d) illa *om.* 4.9. e) tradiderit 7—9; terram dedit 5. f) eandem terram ad tenendum nostrum placitum sit 5. g) si *om.* 4. h) habet 5. i) si *cod.* k) si *om. cod.* l) illam *cod.*
60 *Cap.* 31. *e codd.* 3—9. a) De non. et dec. *om.* 5. b) persolvat 6; *deest reliqua huius capitis pars hoc quidem loco in codd.* 7—9, *et infra ponitur loco Lotharii capitis* 43[i]; *caput autem Loth.* 43 *huic Ludovici capiti* 31[o] *subnectitur.* c) operibus 6; opera 7—9.

53) Liutp. 58. 54) Lex Sal. emend. XXVI, 2.3. 55) Roth. 264. 56) Liutp. 43. 57) Roth. 270. 271.

vero[d] vel[e] restauratione aecclesiarum comites[f] et episcopi seu abbates[f] una cum misso nostro quem ipsi sibi ad hoc elegerint considerationem faciant, ut[g] unusquisque eorum tantum inde accipiant[h] ad operandum et restaurandum, quantum ipse[i] de rebus aecclesiarum habere cognoscitur. Similiter et vassi nostri aut in commune tantum operis accipiant quantum rerum aecclesiarum habent — vel unusquisque per se iuxta quantitatem quam ipse tenet —, aut, si inter eos convenerit, ut pro opere[k] faciendo[k] argentum donent[l], iuxta aestimationem operis in argento[m] persolvant[n], cum quo precio rector aecclesiae ad praedictam restaurationem operarios conducere et materiam emere possit. Et qui nonas et decimas dare neglexerit, primum quidem illas cum[o] lege sua[o] restituat et insuper bannum nostrum solvat, ut ita castigatus caveat, ne saepius iterando beneficium amittat.

Petre[p], *te appellat Martinus episcopus cum Iohanne suo advocato, quod tu habuisti neglegentiam dare decimam* 10 *modios grani ad ecclesiam sancti Syri, unde ipse est episcopus et ille est advocatus. — De torto me*[q] *appellas*[q]. *— Da sibi vadimonium, ut, si te recordatus fueris, ut emendes, sin autem, ut te exdicas. — Poena quidem est praeter decimae emendationem secundum legem banni solutura.*

Expositio: Capitulum hoc cum Caroli capitulis[58] quae sunt „Et vos episcopi qui in omnibus nonas et decimas", „Precipimus etiam comitibus et omnibus fidelibus" et cum Pipini capitulis[59] quae sunt „Ut ecclesias baptismales", „Ut de restauratione ecclesiarum" se concordat. Lotharii capitula[60] que sunt „De decimis ut dentur et dare nolentibus", „De decimis quas populus dare non vult" huic concordant capitulo.

32.(35.) Si cuiuslibet mancipia[a] in villam nostram confugerint, actor eiusdem villae quaerenti domino ea non contradicat, sed statim ea[b] foras[b] de eadem villa eiciat: et si se putat ad ea repetenda iusticiam habere, petat et secundum legem adquirat. Si vero tempore domni Karoli genitoris nostri in villam illam confugerint[c], et dominus eius ea quaerat[d], actor eiusdem villae aut legitime ea contineat[e] aut quaerenti domino reddat; et actor propter investituram[f] domni Karoli genitoris nostri eadem mancipia contradicere non audeat, si illius propria esse cognoscitur[g].

Glossa: Si vero tempore] Hinc nichil valet. 4.5.7.8.

33.(36.) Volumus, ut missi nostri per singulas civitates una[a] cum episcopo et comite et[b] misso nostro[b] vel nostros homines ibidem commanentes[a] eligant, quorum cura[c] sit, pontes per diversa loca emendare[d]; et eos[e] qui illos emendare debent ex nostra iussione ammoneant[f], ut unusquisque iuxta possibilitatem suam et quantitatem eos emendare studeat.

Glossa: Volumus ut missi] Vacuum. 4.5.7.8.

Expositio: Hoc capitulum concordat se cum Pipini capitulo quod est „Ut[61] de restauratione ecclesiarum". Lotharii capitulo quod est „De[62] pontibus vero reliquis" hoc capitulum concordat.

34.(37.) De iniustis occasionibus et consuetudinibus noviter institutis, sicut sunt tributa et tolonea in media via, ubi nec aqua nec palus nec pons nec aliquid tale fuerit unde iuste census exigi possit, vel ubi naves subtus[a] pontes[b] transire solent, sive in medio flumine ubi nullum est obstaculum, ut auferantur: antiquae[c] autem[d] ad nostram notitiam deferantur[e].

Glossa: De iniustis] Vacuum. 4.5.7.8.

Expositio: Hoc capitulum concordat se cum Lodoyci capitulo quod est „De[63] iniustis tholoneis et consuetudinibus" et Caroli capitulo quod est „Ut[64] nullus cogatur ad pontem".

35.(38.) Legatio omnium[a] missorum nostrorum[b] haec est. Primo[c] ut, sicut iam aliis missis iniunctum fuit, iusticiam faciant de rebus et libertatibus iniuste ablatis. Et si episcopus aut abbas aut vicarius aut advocatus aut quislibet de plebe hoc fecisse inventus fuerit, statim restituatur[d]. Si vero comes vel actor dominicus vel alter missus palatii nostri hoc perpetraverit et in nostra[e] potestate[e] redigerit[f], res diligenter investigata et descripta[g] ad nostrum revertatur iudicium.

Glossae: Legatio omnium] Non est ro.[h]. 7. — *iniuste]* id est sine legali iudicio. 4; id est sine actione et responsione secundum vl. 4. — *ablatis]* id est invasis de immobili, tultis de mobili. 4.

36.(38.) Volumus autem de his libertatibus et

d) *deest* 7—9. e) de *add.* 7—9. f) comes episcopi abbates 4. g) et 5.6. h accipiat 4. i) ipsi 5.6. k) opera facienda 7—9. l) donet 5.6; arg. don. *om.* 4. m) argentum 4.6. n) persolvat 5.6. o) secundum leges (legem 6) 6—9. p) *e codd.* 7—10. q) *desunt* 10.

Cap. 32. *e codd.* 3—9. a) *in cod.* 4 *constanter in hoc capitulo numerus singularis pro plurali positus est, ita scilicet:* mancipium...confugerit...*rell.* b) foris, *om.* ea, 4.6. c) confugium fecerint 7—9. d) quesierit 4.5. e) contendat 7—9 *et in marg.* 4. f) vestituram 5. g) cognoscuntur 5.

Cap. 33. *e codd.* 3—9. a) *sic* 5; una cum ep. et comite nostro homines i. c. 4; episcopo et una cum misso nostro et comite vel nostros h. i. c. 6; una cum ep. et misso nostro et comite vel nostris hominibus ibidem commanentibus 7—9. b) vel missos nostros *recte legendum videtur.* c) curae 7—9. d) emendandi 5. e) illi 5. f) admoneantur 5.6.

Cap. 34 *e codd.* 3—9. a) sub 5. b) potem 5.6. c) *sic* 4; antiqua 5.6; antiq. 9; antequam 7.8. d) *deest* 7—9. e) praecipimus *add.* 7—9.

Cap. 35. *e codd.* 3—9. a) *deest* 5.7—9. b) imperatorum 4. c) Primum 5.7—9. d) restituantur 5.7—9. e) nostram potestatem 7—9. f) degerit 5. g) scripta 7.8. h) romanum?

Cap. 36. *e codd.* 3—9; *in libro Lombardae et in editione Muratorii hoc caput anteriori coniungitur, item formulae et expositiones ad utrumque caput coniunctae exhibentur. In codicibus autem 3—9 cum codicibus genuina capitularia exhibentibus in verbis* Volumus autem *novi capitis initium distinguitur.*

58) Karol. M. 61. 60. 59) Pip. 1. 4. 60) Loth. 43. 48. 61) Pip. 4. 62) Loth. 42. 63) Lud. P. 23. 64) Karol. M. 53.

rebus reddendis quae in nostra vestitura[a] sunt[b], ut primum per optimos quosque inquirantur*: et si per illos inveniri non possint[c], tunc per eos qui post illos in illa vicinia meliores sunt veritas[d] inveniatur. Et si nec per illos rei veritas inveniri possit[e], tunc liceat litigantibus ex utraque parte testes adhibere[f]; et si discordaverint[g], secundum constitutionem a nobis promulgatam examinentur[h].

* *nisi actio per investituram fuerit* per kapitulum Ottonis (I. 3.) „De investitura". 7—9 *et sim. in marg.* 5.

Glossae: litigantibus] id est publicis et privatis personis. 5.7.8. — *secundum constitutionem]* id est Si quis cum altero *(Lud. P.* 15.*)*. 4.5.7.8.

Petre[i], te appellat Martinus, quod tu tulisti sibi iniuste investituram de uno suo servo vel bove aut caballo.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse stabat in sua libertate, et tu iniuste misisti eum in tuum servitium.

Petre, te appellat Martinus, quod tu stabas in suum servitium et iniuste te tulisti de suo servitio.

Petre, te appellat Martinus, quod pars[k] publica, unde tu es advocatus, tulit sibi iniuste investituram de uno suo servo vel caballo. — Similiter fit appellatio de investitura terrae iniuste ablatae secundum quosdam; sed sunt quidam qui dicunt, hoc debere finiri „De[65] investitura praedii". — Si reus dixerit: „de torto me appellas", tunc fit inquisitio investiturae publicae per optimos viciniae. Et si per illos inveniri[l] non possit[l], tunc per eos qui[m] post illos in illa vicinia sunt meliores veritas inveniatur. Et si per illos[n] invenitur, reddatur investitura per hanc legem, et offensa emendetur secundum legem illius cui malum fecit[o]. Si vero inveniri non possit, tunc appellator probet, et adversarius publicus det[66] contra, si vult. Si vero probare non potuerit, aut rem perdat, vel ad aliam appellationem se volvat secundum quosdam. — Si vero privatus fuerit, qui investituram alteri tulit, non debet esse i n q u i s i t i o *per hoc capitulum sed* p r o b a t i o, *vel ita ut perditor appellare voluerit[67], et post investitura emendetur bannumque solvatur[68]. Si vero probare voluerit vel[p] non potuerit, exdicat se reus cum suis sacramentalibus.*

E x p o s i t i o: Hoc capitulum in parte rumpitur a capitulo Octonis quod est „De[69] investitura predii", quia, si intentio fuerit de investitura, non erit inquisitum per optimos, sicut hic legitur, sed per pugnam veritas declarabitur. — §. 2. Quidam dicunt, capitulum istud non loqui de rebus immobilibus eo quod dicit: „de rebus et libertatibus iniuste ablatis", quia „auferre" et „tollere" semper dicitur de mobilibus, „invadere" autem de immobilibus. Sed male dicunt, quia „auferre" invenitur de re immobili, sicut dicit Liuprandus in sua lege: „Si[70] quis gastaldius", quia ibi legitur: „si casam tributariam vel terram, silvam, vites vel prata ausus fuerit donare aut amplius quam iussio regis dare presumpserit, vel si requirere neglexerit quod per fraudem t u l t u m est", et hic posuit: „tollere" de rebus immobilibus. — §. 3. Quod in hoc capitulo habetur: „sicut iam aliis missis fuit iniunctum" ita exponitur, videlicet ut dicatur, iniunctum esse in solis verbis: vel dicatur, iniunctum esse legibus, veluti comitibus est iniunctum in Carolo, ubi dicit: „Ut[71] comites pleniter iustitiam diligant".

37. (39.) De honore aecclesiarum, ut per omnia eis[a] exhibeatur[b], sicut nuper[c, 72] a nobis cum consensu omnium fidelium nostrorum constitutum est[d].

38. (40.) De[a] nova moneta et falsa moneta[a, b] et de dispectu litterarum nostrarum et de latronibus cohercendis et puniendis et de faidis pagandis et[c] homicidiis prohibendis et de periuriis et falsis[d] testibus[d] compescendis: de his omnibus[e] vel ceteris his similibus hoc quoque constituimus, ut omnibus annuntietur et in futuro observetur. Hoc[f] volumus, ut missi nostri observent, ut, quicquid de his causis vel simul vel singillatim emendare potuerint, emendent, et ea quae emendaverint diligenter scriptis notent; et hoc sic peragere curent, quatenus iuste reprehendi a quoquam nullatenus possint[g]; et quae facere debent aut possunt nullatenus praetermittant, immo caveant, ne, quod absit, aut gratia alicuius aut honoris aut timoris sive odii[h] causa illud quod agere debent omittant; et summopere studeant, ut hoc quod per se efficere[i] non possunt nobis notum faciant, et omnibus modis praevideant, ut per singula capitula tam[k] verbis quam scriptis de omnibus quae illic peregerint nobis rationem reddere valeant.

Glossae: et ea quae emendav. dilig. scr. not.] Per hoc fiunt noticiae. 4. — Per hoc ante missos regis notitia fit secundum quosdam. 5.7.8.

E x p o s i t i o[l]: Capitulum hoc, dicens: „de nova moneta", retro positum Lodoyci capitulum quod est „Quicumque[73] liber homo denarium merum et bene pensantem" respexit; cum autem[m] dixit: „de falsa moneta dicimus", respexit quoque Lodoyci capitulum retropositum quod est „De[74] falsa moneta iubemus", et quando dixit: „et de dispectu litterarum nostrarum", retropositum Lo-

a) investitura 4.6. b) sunt *om.* 8.9. c) possit 7—9. d) rei ver. 6.9. e) potest 5.6. f) habere 7—9. g) discordiaverint 5.6.9. h) examinetur 5—8. i) *e codd.* 7—10. k) monasterii *add.* 9. l) invenire non possunt 9. m) quos 9.10. n) non *add.* 7—10, *sed manifesto errore.* o) *deest* 8. p) *corrige* et.

Cap. 37. *e codd.* 3—9. a) eis *om.* 4.7.9. b) exhibeantur 4.6. c) *sic* 4.5; super *rell.* d) et ut hoc missi nostri omnibus in sua lege constitutis notum faciant *add.* 4. *(Cfr. Leges I. pag.* 217. *c.* 5.*)*.

Cap. 38. *e codd.* 3—9. a) *sic* 5; De nova et falsa moneta 4.7.9; De nova moneta et (et de 6) falsa 6.8. b) dicimus *add.* 7—9. c) et de 7—9. d) falsitatibus 5. e) causis *add.* 5. f) insuper *add.* 4; *novi capituli initium hic constituitur in cod.* 5. g) possit 7—9. h) hodii 7—9. i) facere 7—9. k) in *add.* 5.6. l) *haec expositio bis in codice invenitur, subnexa capitibus Ludovici* 25 *et* 38. m) ante *cod.*

65) scilicet per capitulum his verbis incipiens, Otto I. 3. 66) Testes scilicet, secundum cap. Lud. 15. 67) Sive per sacramentum sive per pugnam, Otto I. 1. Wido 6. 68) Wido 5. 69) Otto I. 3. 70) Liutp. 58. 71) Karol. M. 58. 72) Lud. P. 6. 73) Ludov. P. 24. 74) Ludov. P. 25.

doyci capitulum respexisse dicitur quod est „Si[75] quis litteras nostras dispexerit"; quando vero dixit: „et de latronibus coercendis et puniendis", Caroli capitula[76] que sunt „Sed et hoc volumus, ut comites de latronibus", „Si quis latro de uno furto" commemorasse oportet intelligi; et quando dixit: „de faydis pagandis[n] et homicidiis prohibendis", respexit Caroli capitula[77] que sunt „De eo qui periurium fecerit", „De periuriis ut caveantur" et capitulum Pipini quod est „Si[78] quis periurium fecerit" et Lodoyci capitula[79] que sunt „Si duo testimonia", „Si quis cum altero". — §. 2. In hoc capitulo legitur: „et ea que emendaverint diligenter scriptis notent": per hoc preceptum ante[o] missos[o] regis notitia fieri dicitur.

39. (41.)[a] De placitis quidem quae liberi homines observare debent constitutio genitoris nostri penitus observanda atque tenenda est: ut videlicet in anno tria solummodo generalia placita observentur[b]; et nullus eos amplius placita observare compellet[c], nisi forte quislibet aut accusatus fuerit aut alium accusaverit aut ad testimonium perhibendum vocatus fuerit. Ad cetera vero placita quae centenarii tenent non alius venire iubeatur nisi qui aut litigat aut iudicat aut qui testificatur[d].

Glossae: De placitis] Non debet esse ic istum capitulum; inantea est in Lotharius cap. LXIII. 3. — Repetitura per kapitulum Lotharii (63.) De placitis quidem. 4. *(Cfr. not.* a *ad hoc caput.) — constitutio genitoris nostri]* Verbis tantum. 7.8.

Expositio: Hoc capitulum Caroli capitula[80] quae sunt „Ut nullus alius de liberis hominibus", „Ut ante vicarios nulla criminalis actio" corroborat, a Lotharii capitulo quod est „De[81] vicariis et centenariis qui magis propter cupiditatem" confirmatum.

40. (42.) Ut de[a] debito[a] quod ad opus[b] nostrum[b] fuerit wadiatum[c] talis consideratio fiat: ut is qui ignoranter peccavit non totum secundum legem componere cogatur sed iuxta quod possibile[d] visum fuerit[d]; is vero qui tantum malum voluntarie peccavit[e] totam legis compositionem cogatur exsolvere.

41. (43.) Ut nullus ad palatium vel in hostem pergens vel de palatio vel de hoste rediens tributum quod transitorium[a] vocatur solvere cogatur.

Glossa: Concordat cum kapitulo *(Lud. P. 23.)* Ubi tempore. 4.5.7.8.

42. (44.) Ut pontes publici qui per bannum fieri solebant anno[a] praesenti[a] in omni loco restaurentur.

43. (45.) Ut clerici et monachi et servi fugitivi ad loca sua reverti iubeantur.

44. (46.) Ut nullus episcopus nec abbas nec[a] comes[a] nec abbatissa centenarium comitis advocatum habeat.

Glossa: centenarium] id est sculdasium. 4.

45. (47.) Ut vicarii et centenarii qui furones[a] vel[a] latrones celaverint vel defenderint secundum sibi[b] datam[b] sententiam iudicentur[c].

Expositio: Hoc capitulum Caroli capitula[82] quae sunt „Si quis latronem morte dignum", „Si quis furem vel latronem" affirmat, quia hic legitur: „secundum sibi datam sententiam iudicentur".

46. (48.) Ut comites et vicarii et centenarii de constitutione legis ammoneantur, qua[a] iubetur[a], ut propter iusticiam pervertendam munera nullus accipiat.

Expositio: Hoc capitulum Caroli capitulum quod est „Ut[83] nullus quislibet missus noster neque comes" commemorat.

47. (49.) De forestibus nostris, ut, ubicumque fuerint, diligentissime inquirantur, quomodo salvae[a] sint et defensae[a]. Et ut[b] comitibus denuntietur[c], ne[d] ullam[e] forestem[e] noviter instituant, et ubi noviter institutas[f] sine nostra iussione invenerint, dimitti[g] praecipiantur[h].

48. (50.) Ut in illius comitis ministerio qui bene iustitias factas habet missi nostri diutius non morentur neque illuc multitudinem convenire faciant: sed ibi moras faciant, ubi iustitias vel minus[a] vel neglegenter factas[b] invenerint.

Expositio: Hoc capitulum Caroli capitulum quod est „Si[84] comes in suo ministerio" commemorat.

n) pugnandis *cod.* o) antemisso *cod.*

Cap. 39. *e codd.* 3. 4. 6—9. a) *huius capituli loco in cod.* 5 *haec adnotantur:* De placitis quidem quae liberi homines. Require inantea infra capitula Lotharii in signo tali Ƭ, *quod signum vere invenitur in marg. ad cap. Loth.* 63. b) observent 9 *et corr.* 4. c) compellat 7.8. d) Et quicumque huius constitutionis transgressor a missis nostris inventus fuerit, bannum nostrum componat *hic add.* 4. *Cfr. infra Loth.* 63 *sub fine.*

Cap. 40. *e codd.* 3—9. a) *sic* 6; de debitum 3; debitum, *om.* de, 4.5; pro debito 7—9 *et corr.* 4. b) nostrum opus 5.6.9. c) rewadiatum 5; vadiatum 7—9. d) visum fuerit possibile 5.6.9. e) perpetravit 5.

Cap. 41. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4.5; transitura 6—9.

Cap. 42. *e codd.* 3—9. a) anno praes. *om.* 9.

Cap. 43. *e codd.* 3—9.

Cap. 44. *e codd.* 3—9. a) *desunt* 5.6.9.

Cap. 45. *e codd.* 3—9. a) fures et 5.6. b) datam sibi 5.6. c) diiudicentur 5.6.

Cap. 46. *e codd.* 3—9. a) *sic* 6; quae iubet *corr.* 4; quia iubetur *rell.*

Cap. 47. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4.6; salva s. et defensa *rell.* b) ut *om.* 7—9. c) nuntietur 7—9. d) nec 4.6. e) *sic* 4.6; ullum foreste *rell.* f) *sic* 6; institutam 4; instituta *rell.* g) dimittere 4. h) precipiant 7—9.

Cap. 48. *e codd.* 3—9. a) munus 7.8. b) *deest* 7.8.

75) Ludov. P. 22. 76) Karol. M. 67. 84. 77) Karol. M. 10. 21. 78) Pipin. 43. 79) Ludov. P. 3. 15. 80) Karol. M. 49. 68. 81) Loth. 61. 82) Karol. M. 85. 86. 83) Karol. M. 51. 84) Karol. M. 18.

49. (51.) Ut in illius comitis ministerio ibidem missi nostri placitum non teneant qui in aliquo missatico directus est, donec ipse fuerit[a] reversus[a].

50. (52.) Ut, ubicumque ipsi missi[a] aut episcopum aut comitem aut abbatem vel alium quemlibet quocumque honore praeditum[b] invenerint qui iusticiam facere noluit vel prohibuit, de ipsius rebus vivant, quamdiu in eo loco iustitiam facere[c] debent[c].

Expositio: Hoc capitulum concordat se cum Caroli capitulo quod est „Si[85] comes in suo ministerio".

51. (54.) Ut missi nostri qui vel[a] episcopi aut abbates aut comites sunt, usque quo infra sua iudiciaria[b] vel terminum fuerint, nichil de aliorum coniectu accipiant. Postquam vero inde longe recesserint[c], tunc accipiant secundum quod in sua[d] tractoria continetur. Vassi vero nostri[e] et ministeriales qui missi sunt, ubicumque venerint, coniectum accipiant.

52. (53.) De observatione praeceptorum nostrorum et emunitatum[a], ut ita observetur[b] sicut a nobis et ab antecessoribus nostris constitutum est.

Expositio: Hoc capitulum affirmat in parte capitulum istius Lodoyci quod est „Si[86] quis ex levi causa" et capitulum Pipini quod est „Et[c. 87] hoc instituimus"[c].

53. (55.) Ut omnis ordo aecclesiarum secundum legem[a] Romanam[a] vivat[b]; et sic inquirantur et[c] defendantur[c] res aecclesiasticae, ut emphiteusis[d] unde dannum[e] aecclesiae paciuntur[e] non observetur, sed secundum legem Romanam[88] destruatur et poena non solvatur.

Expositio: Hoc capitulum in parte rumpit capitulum Pipini quod est „Ut[89] qui se reclamaverit" et capitulum Caroli quod est „De[90] episcopis et sacerdotibus occisis", quia ipsa declarant, ut episcopus, presbyter vel alius clericus suam legem propter honorem clericatus non ammittat, sed retineat. — §. 2. Leges Liuprandi[91] que sunt „De his feminis, que velamen" et „De religiosa femina", „Si qua mulier religionis velamen" partim ab hoc rumpuntur capitulo, quia ipse femine secundum hoc capitulum Romane cives esse intelliguntur. Et ideo qui eas adulteravit vel in matrimonium sociavit non per ipsas leges set secundum Romanorum legem pene capitali subiaceat[92].

54. (57.) Si servi per contumaciam collecta multitudine alicui[a] vim intulerint[a], id est aut homicidium aut[b] incendium[b] vel[c] qualiumcunque[d] rerum direptiones[e] fecerint, domini eorum quorum neglegentia hoc evenerit[f] pro eo quod constringere noluerint, ut talia facere non auderent, bannum nostrum id est 60 solidos solvere cogantur*.

* *et*[93] 40 *solidos persolvant pro unoquoque, si Longobardi sunt domini. Similiter*[g] *et de aldiis.* 7—9.

Glossa: Si servi] ~~BS.~~[h] 5.7.8.

55. (58.) Placuit nobis de illis hominibus qui se liberos[a] per 30 annos[a] esse dicunt, ut[b] per hanc possessionem liberi non sint, nisi de ingenuo patre et[c] matre nati sint, aut cartulam libertatis ostendant[d].

Glossae: Placuit] Capitulum[e] Longobardicum[e]. 9. — *hominibus]* scil. Longobardis[f]. 7. scil. liberis. 5. *(Cfr. Grim. 2. expos. §. 2.)*

Expositio: Hoc capitulum in parte rumpit Caroli capitulum quod est „Ubicumque[94] infra Italiam" et legem Grimoaldi quae est „De[95] liberis hominibus" rumpit omnimodo, et Astulfi legem quae est „Si[96] quiscumque homo pro bonitate sua", ut retro[97] dictum est.

56. Omnibus igitur episcopis abbatibus cunctoque[a] clero[a] omnino praecipimus, vicedominos praepositos advocatos sive defensores bonos[b] habere[b] non malos non crudeles non cupidos non periuros non falsitatem amantes, sed Deum timentes et in omnibus iustitiam diligentes. De[c] iudicibus autem vel centenariis atque tribunis seu vicariis dignum esse censuimus, ut si mali fuerint[d] reperti[d] de ministerio[e] suo[e] abiciantur.

Expositio: Lotharii capitulum quod est „Ut[98] episcopi universique sacerdotes" concordat se cum isto, istud etiam capitulum quod est „De[99] advocatis, vicedominis", et cum Pipini capitulo quod est „De[1] advocatis sacerdotum".

Cap. 49. *e codd.* 3—9. a) reversus fuerit 5.6.9.
Cap. 50. *e codd.* 3—9. a) nostri *add.* 9 *et corr.* 4. b) praedictum 7—9. c) faciet 5.
Cap. 51. *e codd.* 3—9, *in codd. autem* 7—9 *postpositum capiti* 52. a) aut 7.8; *deest* 4. b) iudiciariam 4. c) decesserint 5. d) epistola *add.* 7—9. e) *deest* 5.
Cap. 52. *e codd.* 3—9. a) emunitate 5.6; inmunitatum 4. b) observentur 4. c) Et hoc inst. *om. cod.*
Cap. 53. *e codd.* 3—9. a) romanam legem 7.8. b) vivant 7—9. c) *desunt* 5. d) per emphyteuseos 6. e) ecclesia dampnum patitur 5.
Cap. 54. *e codd.* 3—9. a) vim int. alicui 5.6.9. b) *desunt* 5. c) aut 5.7—9. d) *sic* 4; qualescumque 6; qualicumque 5.7.8; quantumc. 9. e) distractionem 5. f) advenerit 6. g) *glossa* Sim. et de a. *ad sequens cap.* 55 *(cfr. ibid. not.* d*) pertinere videtur.* h) Bonum. Salicum?
Cap. 55. *e codd.* 3—9. a) per XXX annos liberos 5.6.9. b) volumus atque instituimus ut 5.6. c) aut 7; *cfr. Grim.* 2. *expos.* §. 1. d) Similiter de aldiis omnibus dicimus atque firmiter precipimus *add.* 5. e) C. L. *cod.* f) l. *cod.*
Cap. 56. *e codd.* 3—9, *in cod.* 9 *antepositum capiti* 54. a) cunctisque cleris 5. b) habere bonos 7.8. c) *hinc inde novum capitulum numerat* 3. d) reperti fuerint 6—9. e) ministeriis suis 5.

85) Karol. M. 18. 86) Lud. P. 6. 87) Pip. 18. 88) Cfr. Iul. nov. 111, 4. 89) Pipin. 6. 90) Karol. M. 142. 91) Liutp. 29. 75. 100. 92) Cfr. Iul. nov. 115, 67. 93) Roth. 279. 94) Karol. M. 87. 95) Grim. 2. 96) Ast. 13. 97) Expos. ad Kar. M. 87; expos. §. 1. ad Grim. 2; expos. §. 3. ad. Ast. 13. 98) Loth. 101. 99) Kar. M. 22. 1) Pip. 26.

57. (4.) Constitutum est, ut nullus laicus crimen clericis audeat inferre. Testimonium clerici adversus laicum nemo recipiat. Nemo enim clericus vel[a] diaconus aut presbiter propter quamlibet causam[b] intret in curiam, nec ante iudicem causam[c] dicere praesumat[c]. Quoniam omnis curia a cruore dicitur et immolatione simulacrorum. Et si quis clericus accusans clericum in curiam introierit, anathema suscipiat[d].

Lotharii regis lector nunc scripta videbis.

1.[a] Si liber homo se ipsum ad servitium implicat pro aliquibus causis, si[b] liberam feminam[b] habuerit aut infantes, ipsi in eorum libertate permaneant. Et si ipsa mulier defuncta fuerit, et aliam liberam feminam sibi copulaverit servienti[c], ipsa in servitio permaneat.

Glossae: Si liber] Non est Ro.[d] 5.7.8. — *pro aliquibus causis]* id est tradit se pro aliqua compositione vel debito quod solvere non potest, secundum a. 5.7.8.

Maria[e] cum Dominico tuo tutore, Petrus te appellat, quod es sua ancilla et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Libera sum nascendo. — Hoc dico ego, quod tu te sciente sociasti te in coniugio cum Marcoardo meo servo, qui michi fuit traditus per crimen aut per debitum[f].

Expositio: Capitulum hoc a quibusdam dicitur Rotharis legem quae est „Si[2] servus liberam mulierem" atque Liuprandi legem „Si[3] mulier libera servum tulerit" corrumpere, quia hic legitur: „si ipse liber homo in servitium implicatus aliam liberam feminam sibi servienti copulaverit, ipsa in servitio permaneat", nulla interposita differentia de anni spatio. Sed nullo modo ab hoc rumpuntur capitulo, quia ipse leges de tali servo loquuntur qui erat natus ex ancilla, et non de tali servo qui pro aliquibus causis se ipsum ad servitium adplicasset, ut hoc capitulum fecit; quia, cum ipse leges facte fuerunt, nondum preceptum erat, quod aliquis liber homo propter aliquas causas posset ad servitium inplicari. Et etiamsi hoc capitulum dicatur predictas leges corrupisse, iam hoc capitulum partim ruptum esset exinde a subsequenti Lotharii capitulo „Si[4] cuiuscumque servus liberam feminam", quia secundum ipsum capitulum nulla libera coniuncta[g] servo precipitur fieri ancilla, nisi prius anni spatium. Et si quoque concederetur ipsum capitulum Lotharii quod est „Si cuiuscumque servus" hoc corrumpere, iam ipsum ab illo Lotharii capitulo „Si[5] quis liber homo uxorem habens liberam" partim ruptum esset exinde[h] et hoc ab[i] eo[i] id est a „Si quis homo uxorem habens" affirmatum esset.

2. Si quis homo alienam uxorem adulteraverit[a], et secundum legem in[b] manus ei[b] traditi fuerint et postea coniuncti[c] fuerint, partibus[d] publicis[d] recipiantur: et qui ipsos comparatos habuerit, pretium suum[e] perdat.

Glossae: Si quis] Non R.[f] 5. — *secundum legem]* Recordatur legem Liuprandi (120.) Si quis amodo inventus. 4. — *traditi fuerint]* scil. quia, si non fiunt traditi a publico, non debet dari vindicta[6]. 4.

Petre[g], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu comparasti Marcoardum qui adulteravit mulierem Donismundam[h] simul cum adultera, et postea fuerunt coniuncti. — Non placeat Deo ut hoc sit verum. — Da vadimonium, ut te exdicas aut emendes.

Expositio: Capitulum, quando dixit: „secundum legem", respexit Liuprandi legem quae est „Si[7] quis dixerit coniugi sue", quia ipsa lex, dicens: „fiat datus in manus parentis, nam non in manum mariti qui tale malum consensit", dat intellegi, quod in manu mariti debet dari, nisi maritus ipsum malum consensisset, et Rotharis legem quae est „Si[8] quis de uxore sua alii crimen miserit". — §. 2. Capitulum hoc, dicens: „et postea coniuncti fuerint, partibus publicis recipiantur", a subsequenti Lotharii capitulo quod est „Si[9] adultera" confirmatur[i], quia ibi legitur: „si eos coniunctos in eodem scelere habere repertus fuerit, ipsos fiscus adquirat".

§. 3. Petre, hoc te appellat Iohannes, qui est advocatus de parte publica, quod tu comparasti Marcoardum qui adulteravit mulierem D. simul cum adultera, et postea fuerunt coniuncti. — Respondet: non placeat Deo ut hoc sit verum. — Da vadimonium, ut te exdicas aut emendes.

3. Volumus ut comites nostri licentiam habeant inquisitionem[a] facere.

Glossae: Volumus] Concordat cum kapitulo *(Pip.* 8.*)* Ut iudex unusquisque. 4—8. — *inquis. facere]* de ipsa *(cfr. cap.* 2.*)* coniunctione adulterii. 4.9.

Cap. 57. *e codd.* 3.4.7—9; *abest a codd.* 5.6, *quarto loco inter Ludovici capitula invenitur in codd.* 7—9. a) et 9. b) stulticiam 4. c) falsum dicat 4. d) Expliciunt capitula domni Loduyci regis *in cod.* 5 *capiti* 54 *subscripta inveniuntur, quod caput in ipso codice Ludovici ultimum est, capitibus* 55. 56 *inter Lotharii leges recensitis.*

Versus hexameter in codd. 7—9 *et recent. man.* 4.5 *invenitur.* Incipiunt capitula domni Lotharii *inscr. in cod.* 5; Explicit liber tertius incipit quartus *in cod.* 7.

Cap. 1. *e codd.* 3—9. a) Cap. que domnus lotarius imperator anno imperii sui co aces in italia generale placitum curte Olonna *huic capitulo inscribit cod.* 3; C. Facta in Olumpna. Lotharius. *cod.* 9; K. in Olonna composita et ideo videntur L. (*id est* Longobardorum) tantum *in marg.* 7.8. b) liberam feminam si 7—9. c) serviente 5; eo serviente 4. d) Romanum? e) *e codd.* 7—10. f) ∱. ꝗ. *add.* 4.7 (secundum quosdam, *referenda ad* „aut per debitum" ?). g) vindicta *cod.* h) exbí *cod.* i) habeo *cod.*

Cap. 2. *e codd.* 3—9. a) adulteratus fuerit 5. b) *sic* 5; in manus eius 6; in manu, *om.* ei, 4; ei in manum 7—9. c) convicti 4; *intellige autem:* matrimonio copulati. d) publicis partibus 5.6. e) *deest* 4.5. f) Romanum? g) *e codd.* 7—10. h) *sic* 7.9; D. 8.10. i) conf. *om. c.*

Cap. 3. *e codd.* 3—9. a) inquisitiones 5.

2) Roth. 221. 3) Liutp. 24. 4) Loth. 75. 5) Loth. 90. 6) Cfr. expos. ad Liutp. 120. 7) Liutp. 129. 8) Roth. 213. 9) Loth. 89.

4. Volumus de obligationibus, ut nullus homo[a] nec[b] per sacramentum nec per aliam[c] obligationem adunationem faciat; et si hoc facere praesumpserit, tunc ille qui prius ipsum consilium[d] inchoavit[e] et[f] hoc factum habet[g] in exilium[h] ab ipso comite in Corsicam mittatur et illi alii bannum[i] componant*. Et si talis[k] fuerit, qui non habeat unde ipsum[l] bannum[l] componat, 60 ictus accipiat[k].

* *nisi obligatio sit facta vel inemendata per comitis neglegentiam, et auctor facti sit praeditus aliqua dignitate* per kapitulum istius (55.) „Collectam". 7—9.

Petre[m], *te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu fecisti adunationem per obligationem, et fuisti in capite.*

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod Paulus fecit adunationem per obligationem et fuit in capite, et tu fuisti cum ipso.

Expositio: Capitula Rotharis que sunt „Si[10] quis pro iniuria sua vindicanda", „Si quis greges equarum", „Si pro quacumque causa homines rusticani" et legem Liuprandi que est „Si[11] quis sine voluntate regis" et legem Rachis que est „Cognovimus[12] enim" partim rumpit, quia, si adunationes que in legibus ipsis leguntur fuerint facte per obligationem, non iuxta ipsas leges sed iuxta hoc capitulum pena dabitur; sed salvari potest, ut retro[13] dictum est. — §. 2. Capitulum istius Lotharii „De[14] conspirationibus" in parte capitulum istud rumpit, quia, si adunatio ista per sacramentum fuerit, non per hoc capitulum sed secundum ipsum pena inponitur. — §. 3. Capitulum hoc a subsequenti Lotharii capitulo quod est „Collectam[15] ad malum faciendum" partim rumpitur, quia, si hec adunatio per neglegentiam comitis evenerit vel inemendata remanserit, et auctor facti si fuerit prepositus aut advocatus sive sculdais vel qualibet dignitate preditus, post legalem emendationem in loco factam sub fideiussoribus in presentiam regis invitetur et non in Corsicam, nisi regi placuerit. Sed, ut quidam dicunt, rex convenientius non poterit eum iudicare, quam[n] cum pena per predictam legem sibi inposita, id est quam si[n] eum in Corsicam miserit, ut hic precipitur.

§. 4. Petre, hoc te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod Paulus fecit obligationem per conspirationem, et fuit in caput et tu fuisti cum illo.

5. Volumus, ut cum collecta vel scutis in placitum comitis nullus praesumat venire; et qui[a] praesumpserit, bannum[b] componat.

Expositio: Capitulum hoc Pipini capitulum quod est „Ut[16] nullus ad mallum" corroborat.

6. De sanctimoniali[a] femina[a] statuimus, si adulterium fecerit et inventum fuerit, res[b] quas habet[c] fisco[d] socientur: persona[e] vero eius sit[e] in potestate episcopi in cuius parochia est[f], ut in monasterium[g] intromittatur[h].

Glossae: res quas habet] per hoc venditio fit m. (?) per se. 7.8. et per hoc proprium habere intelligitur. 5.

Expositio: Capitulum hoc partim rumpit et partim affirmat Liuprandi legem quae est „De[17] religiosa femina", iuxta quam femina erat in potestate regis cum omnibus suis, quia lex ipsa, dicens: „sic fiat sicut antea de religiosis", dicitur ita precepisse de persona quemammodum de pecunia.

7. Volumus ut episcopi abbates et[a] abbatissae suos advocatos habeant et pleniter[b] iustitiam faciant ante comitem[c] suum[c].

Expositio: Hoc capitulum in parte rumpit Caroli capitula[18] quae sunt „Ut episcopi abbates et potentiores", „Volumus primo ut neque abbas"; sed qualiter rumpantur et salvantur retro[19] dictum est.

8. De illis hominibus qui res suas alienaverint[a] ubicumque, et super resident[a], distringat eos comes per scubias[b] publicas sicut lex continet.

Glossa: scubias] id est servicia. 4.

9. (10.) Volumus ut episcopus[a] una cum comite suo advocatum eligant[a].

Expositio: Quae electio fit hoc modo: Domne[20] comes hoc dicit Petrus[b] episcopus, quod vult eligere Dominicum[c], ut fiat suus advocatus, et de episcopatu et quod habeat de hac ora inantea licentiam et potestatem de rebus ecclesiae appellationes facere et recipere et res ecclesiae per pugnam requirere et excutere, et quod fecit per se vel cum episcopo de rebus ecclesiae, permaneat stabile. — Dicis ita, episcope? — Dico. — Domne comes, precipite notitiam fieri.

10. (9.) Placuit nobis de hominibus liberis, ut

Cap. 4. *e codd.* 3—9. a) *deest* 5.6. b) nec *om.* 5.6.9. c) *deest* 7—9. d) concilium 5.6. e) inchoaverit 7—9. f) et qui 4. g) habuit 9; habuerit 7.8. h) exilio 6—9. i) nostrum id est LX sol. *add.* 9. k) tales fuerint *rell.* 5.6. l) *desunt* 7—9. m) *e codd.* 7—10. n) *ita correxi e Lombardae codd. Vat.* 3845 *et Pal.* 772; quia cum pena sunt inposita quasi *cod. noster.*

Cap. 5. *e codd.* 3—9. a) si 5. b) nostrum *add.* 4.6.

Cap. 6. *e codd.* 3—9. a) sanctimonialibus feminis 5. b) vero *add.* 4. c) habeant 5. d) fisco nostro 4; in f. nostro 5. e) personae v. earum sint 5. f) sunt 5. g) monasterio 6—9. h) intromittantur 5.

Cap. 7. *e codd.* 3—9. a) et *om.* 4.5. b) plenam 7—9. c) suorum comites 5.

Cap. 8. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4; al., ubic. sup. ipsas residunt 6; al., ubic. resident 5; al. ubic., et super eas resident 7—9. b) escubias 5.7—9.

Cap. 9. *e codd.* 3—9, *in codd.* 7—9 *postpositum capiti* 10. a) *sic* 4; episcopi u. c. comitibus suis (comite suo 6) advocatos eligant 5.6; episcopus eligat advocatum una cum comite suo 7—9. b) *sic cod. plenis litteris.* c) D. *cod.*

Cap. 10. *e codd.* 3—9, *antepositum in codd.* 7—9 *capiti* 9.

10) Roth. 19.249.280. 11) Liutp. 34. 12) Rach. 6. 13) in expositionibus legum dictarum. 14) Loth. 67. 15) Loth. 55. 16) Pip. 40. 17) Liutp. 75. 18) Karol. M. 42. 98. 19) Expos. §. 2 ad K. M. 42 et exp. §. 1 ad K. M. 98. 20) Cfr. form. ad Kar. M. 22.

nichil eis superponatur, nisi sicut lex et rectitudo continet*.

* *id*[21] *est ut faciant vias et pontes et*[22] *tria generalia placita custodiant* per kapitulum Lodoici (39.) „De placitis". 7—9.

Expositio: In hoc capitulo legitur: „nisi sicut lex et rectitudo continet", id est ut faciant eos vias et pontes et tria generalia placita custodire.

11. Volumus ut de[a] scubiis[b] quae ad utilitatem regni nostri pertinent preceptum emunitatum impedimentum non praestet sed adiutorium.

Glossae: scubiis] id est serviciis. 4. — *emunitatum]* Recordatur kapitulum Karoli (101.) Si quis in emunitate. 4—8.

12. Ut cangellarii[a] electi boni et veraces cartas publice[b] conscribant[c] ante comitem[d] et scabinos[e] et vicarios[e] eius[f]; et nullo modo hoc facere presumant de pecunia, antequam legitimum pretium detur.

Glossae: de pecunia] id est de terra de domo de re mobili vel de aliqua substantia. 5.7.8. — id est de omni substantia secundum vl. 4. — *pretium detur]* Per hoc dicitur[23]: habesne pretium iuxta cartam? 5.7—9.

Expositio: Pecunia hic accipitur pro qualibet substantia, et ita legitur, videlicet ut dicamus: „et hoc nullo modo facere presumat de pecunia", id est de terra de domo de re mobili et de qualibet substantia, „antequam legitimum pretium detur", id est antequam illud pretium detur quod emptor dare pepigit. Et iuxta huius capituli preceptum dicitur: „habesne[g] pretium iuxta cartulam".

13. De cangellariis[a] qui veraces[b] electi sunt: ad homines infirmos veniant et secundum legem instrumenta cartarum conscribant et a testibus roborentur; et statim cum scripta[c] cartula fuerit ostendatur[c] ante[d] episcopum[e] comitem iudicem vel[f] vicarios aut in plebe ut[g] verax agnoscatur esse[g].

14. Ut mulieres Romanae quae viros habuerint[a] Longobardos eis defunctis a lege virorum[b] suorum[b] sint solutae et ad suam revertantur legem, hoc[c] statuentes[d], ut simili modo servetur[e] in ceterarum natione mulierum[24].

Glossae: Romanae] scil. nativae secundum vl. 4. — *in ceterarum nat. mul.]* sic de aliis scilicet effectis per argumentum. 9. — *E codd.* 5.7.8:

Romanorum mulierum	
aliae sunt effectae, quae post numquam sunt sub potestate virorum.	aliae sunt nativae, quae, iunctae Longobardis, interea sunt Longobardae.

15. Placuit nobis, ut, si pro quibuslibet culpis atque criminibus quaecumque persona totiens fuerit correpta, ut etiam excommunicatione episcopali pro contemptu digna habeatur, comitem suum episcopus sibi societ[a], et per amborum consensum huiuscemodi distringatur contemptor, ut iussioni episcopi sui obediens existat; si vero assensum non dederit, bannum nostrum nobis persolvat; quod si adhuc contumax perstiterit[b], tunc ab episcopo excommunicetur. Si vero excommunicatus corrigi nequiverit, a comite vinculis constringatur, quousque nostrum is[c] contemptor suscipiat iudicium[c]. Si vero in talibus comes repertus fuerit noxius[d], per episcopum eius nobis nuncietur. Si autem vassallus[e] noster in hac culpa lapsus fuerit, sicut supra per comitem distringatur. Quod si non audierit, nobis innotescatur[f] antequam in vinculis mittatur.

Expositio: Hoc capitulum rumpit capitulum Caroli quod est „Ut[25] episcopi de incestuosis", ut retro[26] dictum est. — §. 2. Litigari potest, quod Lotharii capitulum quod est „Dictum[27] est nobis, quod in quibusdam locis" partim hoc capitulum rumpit, quia illic precipitur, ut incestuosi pecuniam non dent sed penitentia mulctentur. Similiter litigari potest, quod primum Widonis capitulum partim hoc emendat capitulum, quia illic legitur: „nullum predonem raptorem vel incestuosum permittant morari in suis sedibus".

16. Volumus, ut omnimodis[a] emunitates[b] genitorum nostrorum seu nostrae[b] pleniter ac iuste conserventur.

Expositio: Hoc capitulum Caroli capitulum quod est „Si[28] quis in emunitate" Pipinique capitulum quod est „Instituimus[29] et hoc ut emunitates" atque Lodoyci capitula[30] que sunt „Si quis ex levi causa", „De observatione preceptorum et emunitatum" commemorat.

17. Volumus ut res[a] quae a liberis personis locis Deo dicatis conferuntur, licet[b] sibi usumfructum et ordinationem earundem rerum, si aliter[c] sibi placuerit, reservent[d], si[e] aliter eas non ordinaverint[f], ita maneant sicut prius datae fuerint.

Glossa: e codd. 5.7.8:

Cap. 11. *e codd.* 3—9. a) de *om.* 7—9. b) *sic* 4; escubiis *rell.*; publicis *add.* 5.6.

Cap. 12. *e codd.* 3—9; *in cod. autem* 6 *recentiori demum manu in marg. suppletum.* a) *sic* 3—6; cancellarii 7—9. b) publicas 4.5. c) scribant 6—9. d) comites 5. e) scabinum et vicarium 4. f) eorum 5. g) habens *cod.*

Cap. 13. *e codd.* 3—9. a) cancellariis 7—9. b) et *add.* 5. c) scripta fuerint ostendantur 5. d) apud 7.8. e) *deest* 7.8. f) et 6; *deest* 4. g) ut veracia agnoscantur 5.

Cap. 14. *e codd.* 3—9. a) habuerunt 5.6.9. b) viri sui 7—9. c) Et hoc 5. d) statuimus 4. e) reservetur 5.

Cap. 15. *e codd.* 3—9. a) consociet 7—9. b) estiterit 5; fuerit 7—9. c) iudicium susc. is cont. 7—9; is *om.* 5.6. d) noxiis 4.7.8. e) vasallus 5.6.8. f) innotescat 4.7—9.

Cap. 16. *e codd.* 3—9. a) omni modo 5. b) *sic* 4; em. pro iussione gen. nostror. seu nostra (seu n. *om.* 5) 5.7—9; em. gen. nostr. seu nostro precepto 6.

Cap. 17. *e codd.* 3—9. a) rerum 7.8. b) *sic* 4; liceat 5—9; eis *add.* 7.8. c) taliter 4. d) ut res. 6—8; reservetur 4. e) et si 5.6. f) ordinaverit 5.6.

21) Cfr. Pip. 39. et gloss. ad Wid. 3. 22) *et tria* rell. adscripta sunt capiti 8, de cuius erroris causa in praefatione disserui. 23) in cartis scilicet. 24) Cfr. expos. §. 5 ad Liutp. 126. 25) Karol. M. 5. 26) Expos. §. 2 ad K. M. 5. 27) Loth. 104. 28) Karol. M. 101. 29) Pip. 18. 30) Ludov. P. 6. 52.

Rerum quae iudicantur aut donantur absolute

aliae tacite retinent alteram ordinationem — aliae non

ut res quae sanctis locis conferuntur. — ut ceterae.

Expositio: Hoc capitulum in parte rumpit Caroli capitulum quod est „Si[31] quis Longobardus", quia illic legitur: „non reservet sibi potestatem easdem res vendendi nec aliter alienandi"; sed ita salvari potest, ut retro[32] dictum est.

18. Singulis episcopis abbatibus abbatissis duos concedimus advocatos[a], *, eosque, quamdiu advocationem[b] tenuerint, ab hoste relaxamus.

* *unum qui causas procuret, alterum vero qui sacramentum deducat.* 7—9 *et in marg.* 5.

Glossa: Recordatur kapitulum Pipini (6.) Ut qui se reclamaverit, propter pleniorem indaginem. 4.

Expositio: Hoc capitulum partim rumpit Pipini capitulum quod est „Ut[33] qui se reclamaverit super pontificem", quia ibi legitur: „ubicumque pontifex substantiam habuerit, advocatum habeat", hic vero duos habere conceditur.

19. Prohibemus[a] ut nemo usuram facere praesumat post episcopi sui[b] contestationem. Quod si quis post eius interdictum facere praesumpserit, a comitibus, sicut supra de contemptoribus praecipimus, distringatur[c].

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „quod si quis post episcopi interdictum facere presumpserit, a comitibus, sicut supra de contemptoribus precipimus, ut distringatur", supra positum capitulum quod est „Placuit[34] nobis, ut si pro quibuslibet causis" commemorat.

20. Praecipimus, ut singulae plebes secundum antiquam consuetudinem fiant restauratae. Quod si filii eiusdem aecclesiae eas restaurare noluerint, a ministris rei publicae distringantur, ut volentes nolentesque nostram observent praeceptionem.

Expositio: Hoc capitulum concordat se cum Caroli[35] capitulis quae sunt „Ut ecclesie baptismales", „De restauratione ecclesiarum"; et multa alia capitula[36] cum isto se concordant.

21. De precariis quoque quae a rectoribus aecclesiarum inrationabiliter fiebant, se suosque successores poena gravi obligabant, ut facta ipsius[a] nequirent dissolvere, praecipimus, ut nemo successor in antecessoris sui poena statuta sit obligatus: sed suae providentiae sit concessum, ut, si antecessor eius res aecclesiae inrationabiliter distribuit, ab[b] eo ad ius aecclesiae[b] tenendum revocetur[c].

Glossa: De precariis] Vacuum[d], quia preteriit secundum quosdam. 5.7.8. Bonum[e]. 4.

22. Placuit nobis, ut liberi homines qui non propter paupertatem sed ob vitandum[a] rei publicae utilitatem fraudulenter ac ingeniose res suas aecclesiis delegant[b] easque denuo sub censu utendas recipiunt, ut, quousque ipsas[c] res[c] possident, hostes et reliquas publicas functiones faciant. Quod si iussa facere neglexerint, licentiam eos distringendi comitibus permittimus per ipsas res, nostra[d] non resistente emunitate[d], ut status et utilitas regni[e] huiuscemodi adinventionibus[f] non infirmetur.

Glossae: Concordat cum kapitulo Lotharii (11.) Volumus ut de. 4.5.7.8. — *adinventionibus]* id est trovamentis. 3.

23. Volumus, ut similis[a] mensura[b] in laicali ordine de hac re servetur[b], videlicet ut, si quis alterius proprietatem qui hostem facere potest emerit, aut quovis modo ad eum pervenerit, eique ad[c] utendum eas[c] dimiserit, si neglegens de hoste fuerit, per ipsas res a comite distringatur, ut in quocumque[d] publica[e] non minoretur utilitas[e].

24. Praecipimus de his fratribus qui in nostris et Romaniae[a] finibus paternam seu maternam succedunt hereditatem, si contigerit, quod unus eorum aecclesiasticae militiae sit mancipatus, et idcirco is qui seculariter[b] militare debuerat, ut[c] se a[d] defensione[d] regni nostri subtrahat, in nostris finibus partem substantiae in portionem suscipere dissimulaverit, idcirco ut neque a[e] comite distringi[f] valeat: ubicumque comes suus eum invenerit, licentiam distringendi ei[g] concedimus, ita ut primum fideiussorem donet, ut ad placitum suum[h] veniat et bannum nostrum componat[i]. Si vero fideiussorem non invenerit, tamdiu per[k] comitem sub custodia[k] teneatur, quousque aut fideiussorem inveniat aut bannum nostrum solutum habeat.

Glossae: licentiam distringendi] Hic videtur, quod comes potest distringere erimannos suos de omnibus legalibus rebus. 4. — *teneatur quousque aut fid. inven.]* Per hoc exemplum capiuntur qui fideiussorem non habent. Quod stultorum est; iurare enim debent, se non posse, ut Romani. 5—9.

Cap. 18. *e codd.* 3—9. a) advocatores 4; habere *add.* 5.6. b) advocationes 5; advocationis officium 4.
Cap. 19. *e codd.* 3—9. a) enim *add.* 5. b) sui *om.* 7—9. c) ut distr. 7—9.
Cap. 20. *e codd.* 3—9.
Cap. 21. *e codd.* 3—9. a) ipsorum 4. b) *sic* 4.6; ab eo ad hanc ecclesiam 5; ab eo eiusdem ecclesiae ad ius 7—9. c) *sic* 4.6; revocentur 5.7—9. d) V. *codd.* e) B. *cod.*
Cap. 22. *e codd.* 3—9. a) vitandam 5. b) delegunt 4.5. c) res ipsas 4.5. d) nostrae non resistentes emunitati 4; nostra *om.* 5. e) nostri *add.* 5.6.8.9. f) ab inventionibus 5.
Cap. 23. *e codd.* 3—9. a) similiter 5—8. b) in laicali ordine haec (de hac re 5) servetur mensura 5.6. c) *sic* 6; ad utendam eam 4; ad utendas eas 5; eas ad utendum 7.8; eas *om.* 9. d) modo *add.* 5.6. e) publica util. non minoretur 5.6.
Cap. 24. *e codd.* 3—9. a) *sic* 5; romanis 4; romanae 6—9. b) *deest* 5. c) ut *om.* 4.5. d) ad defensionem 4. e) a *om.* 5. f) constringi 4. g) eum 5. h) suum *om.* 5. i) persolvat 7—9. k) sub cust. per com. 4.

31) Karol. M. 78. 32) Expos. §. 2 ibid. 33) Pip. 6. 34) Loth. 15. 35) immo Pipini 1.4. 36) Cfr. Karol. M. 60. 61; Lud. P. 31.

25. (26.) De liberis[a] hominibus, qui in alienam[b] potestatem mobile suum transferunt, ut causatores eorum eos pignorare non possint, placet nobis, ut res eorum infiscentur, quousque venientes ad audiendam[c] iustitiam faciant. Si vero venire contempserint, secundum capitulare domni ac genitoris nostri, de eorum rebus agatur: nam et de ipsis rebus habita aestimatione dannum quaesitori sarciatur. Qui vero illud mobile recepit, si hoc[d] per sacramentum probare non potuerit, quod propter iustitiam alterius differendam illud non recepisset, bannum nostrum persolvat.

Glossae: eos pignorare] scil. pro debito. 5. — *ut res eorum]* id est allodium. 4. — *secundum capitulare]* per kapitulum Lodoici (16.) Si cuiuscumque hominis proprietas. 4.8. — *per sacram. prob.]* Probatio per sacramentum. 4.5.7.8.

26. De fratribus namque, qui simul in paterna seu materna hereditate communiter[a] vivunt, nolentes substantiam illorum dividere, ob[b] occasionem[b] ut unus eorum tantum in hostem vadat, volumus ut, si solus est, vadat; si autem[c] duo sunt, similiter; si[d] tres fuerint, unus remaneat; et si ultra[e] tres numerus fratrum[e] creverit, unus semper propter domesticam curam atque rerum communium excolentiam remaneat. Si vero inter eos aliqua fuerit orta intentio[f], quis eorum expeditionem facere debeat, prohibemus ut nemo illorum[g] remaneat[h]. In aetate quoque[h] illorum lex propria servetur[i]. Similiter[k] et in nepotibus haec conditio teneatur.

27. Ut in testimonium non recipiantur de his capitulis, id est de libertate et de hereditate vel de proprietate in[a] mancipiis et terris sive de homicidio et[b] incendio*, illi qui non habent, si convicti fuerint falsum dixisse testimonium, unde secundum legem compositionem plenam facere[c] possint**.

* *excepto[37] silvali.* 7—9. ** *id est widrigild[38].* 7—9 *et in marg.* 4.5.

Glossae e codd. 5.7.8: convicti fuerint]

Convincuntur

- alii separatim pro interrogatura
  - ut in kapitulo Karoli (66.) Volumus.
- alii bello
  - ut in kap. Ludoici (15.) Si quis cum altero.

Testium

- alios oportet habere guidrigild
  - ut de libertate
  - ut de hereditate
  - ut de homitidio
  - ut de incendio
  - ut de proprietate
    - in mancipiis ‖ in terris.
- alios non oportet habere
  - ut in caeteris controversiis.

Testium

- alii sunt in actione et paccione
  - ut de libertate
  - ut de hereditate
  - ut de proprietate.
- alii sunt in exceptione probanda
  - ut de homitidio pro simplicitate
  - ut de incendio pro quantitate
  - ut de hereditate
  - ut de proprietate.

Expositio: Testem widrigild habere, istud precipit capitulum. Lotharii[39] vero capitulum iubet habere alodium, quod est „De liberis hominibus"; sufficit tamen, eum inter alodium caeterasque res widrigild habere.

28. Statuimus ut iuratores omnes singillatim iurent.

29. Ut[a] quicumque sacramentum vel debitum ante solis occasum persolverit, securus inde sit.

30. (29.) Videtur nobis, ut[a], quicumque liber[a] ingeniose in servitium se[b] alicui tradiderit[b], is[c] qui eum recepit hoc quod ille qui se[d] in servitium[d] tradidit in publico per antiquam consuetudinem facere debuit adimpleat.

31. (30) De his qui proprietates[a] suas[a] habent et spontanea[b] voluntate[b] alicui delegant[c], et postea fraudulenter ab alio[d] aliquo ignoranti[e] pretium de eisdem[f] rebus[g] venundantes[h] suscipiunt, et is cui eaedem[i] res prius traditae fuerint cognito negotio anno[k] integro[k] silens non[l] contradixerit, sed propter illusionem tacens, ut emptorem[m] illudere possit, si infra patriam anni spatium, ut[n] dictum est[n], fuerit, prior traditio nichil ei valeat. Ille vero qui post primam traditionem res vendiderit, si vivens comprobatus fuerit hanc illusionem fecisse, bannum dominicum componat, id est 60 solidos, si vero bannum[o] unde[o] componat[p] non habuerit, verberetur.

Glossae: ut emptorem illud. poss.] Exceptio doli

Cap. 25. *e codd.* 4—9; *abest a cod.* 3. a) vero *add.* 7.8. b) aliam 7.8. c) audiendos 5; audiendum 6. d) hoc *om.* 7—9.

Cap. 26. *e codd.* 3—9. a) commune 4.5. b) per hanc occasionem 4; occasione 7—9. c) vero 5.6. d) vero *add.* 5.6. e) numerus ultra tres fratres 7—9. f) contentio 7—9. g) eorum 7.8. h) remaneant in aetate. Quousque 7—9. i) observetur 5.6. k) Similiter *sub fine ponunt* 7—9.

Cap. 27. *e codd.* 3—9. a) de 5; seu 4. b) de *add.* 5.7—9. c) reddere 6—8.

Cap. 28. *e codd.* 3—9.

Cap. 29. *e codd.* 3—9; *anteriori capiti uno tenore coniunctum in codd.* 7—9. a) Et 7—9; *deest* 5.

Cap. 30. *e codd.* 3—9. a) de libero homine de 5. b) al. se tradid. 5.6.9; se *om.* 7.8. c) ut is 5. d) in servitio se 7.8; se in servitio 9.

Cap. 31. *e codd.* 3—9. a) res suas proprias 6. b) vol. spont. 7.8; sponte 5. c) delegunt 4.5. d) alio *om.* 5.6. e) ignorante 5.6. f) hisdem 5.7—9. g) *deest* 7—9. h) venundatis 5. i) easdem 5.6; heaedem 7—9. k) annum integrum 7—9. l) ei *om.* 6—9. m) emptori 4. n) ut d. e. *om.* 4. o) unde bannum 5.6.9. p) componere debet 4.

37) Cfr. Loth. 81. 38) Liutp. 62. 39) Loth. 64.

mali. 4. — *qui post prim. trad. res vendid.]* Crimen stellionatus. 4.

Petre[q], *te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam quam michi fecit Marcoardus, et quid tibi pertinet? — Per cartam quam michi fecit ipse Marcoardus. — Contra legem est, quia, postquam fecit michi unam traditionem, non potuit tibi facere aliam. — Hoc dico ego, quod tibi fuit cognitum, quando mihi vendidit, et tacuisti unum annum per illusionem. — Et probet. Si dixerit: „non fui infra patriam", probet ipse qui habet posteriorem cartam. Si dixerit ipse qui habet priorem cartam: „tibi fuit cognitum, quod michi erat vendita ipsa terra", probet.*

Expositio: Si quis rem a se traditam alii vendiderit, priorque emptor annum sub illusione tacuerit, potest venditor quidem[r] a posteriore rem ipsam iuxta huius capituli sententiam acquirere, quandoquidem alii hoc ipsum amittatur[s]; propter illusionem tamen bannum componere iubetur.

32. (31.) Quibuscumque per legem propter aliquam contentionem pugna fuerit iudicata, praeter[a] de infidelitate[a], cum fustibus pugnent sicut in capitulari dominico prius constitutum fuit.

Glossa: sicut in cap. dom.] „Si duo testimonia" *(Lud. P. 15.)*. 4. — Kapitulum Karoli (65.) „Mentio etenim". 4—8.

Expositio[b]: Caroli capitulum quod est „Mentio[40] etenim" ab hoc commemoratur capitulo.

33. (32.) De fugitivis praecipimus, ut ministri rei publicae a domino[a] fugitivorum[b] nichil accipiant, cum reddiderint eos.

Expositio: Rotharis lex „Si[41] liber aut servus" et Liuprandi „De[42] servo fugaci", in eo quod pro servo fugaci solidos 2 conponi precipiunt, ab hoc capitulo rumpuntur.

34. (33.) Videtur nobis de aldionibus, ut, sicut lex habet, ita fiat.

Expositio: Grimoaldi lex „Si[43] servus aut ancilla" ab hoc confirmatur capitulo.

35.[a] (34.) Constitutum habemus, ut omnes[b] qui sub speciali defensione donni apostolici seu nostra fuerint suscepti, impetrata inviolabiliter iusta[c] utantur defensione. Quod si quis in[d] quocumque[d] hoc contemptor violare praesumpserit, sciat se periculum vitae suae esse incursurum. Nam et[e] hic[f] decernimus[g], ut domno apostolico in omnibus ipsi[d] iustam[d] observent obedientiam seu ducibus ac iudicibus suis ad iustitiam faciendam. — In hoc capitulo fiat commemoratum de viduis et orphanis Theodori[h] Floronis[i, 44] et Sergii[45].

36. (35.) Ut depraedationes quae actenus[a] fieri solebant, prohibemus ne fiant neque vivente neque[b] defuncto pontifice[b]. Si quis vero ulterius hoc fecerit, sciat se legali sententia esse condempnandum. Quae autem retro actae sunt, placet nobis, ut per[c] dispositionem nostram fiant[d] legaliter[d] emendatae.

Glossa: legali sententia] ut legitur in Institutis *(tit. de vi bon. rapt. IV, 2.)* Qui res. 4. 5. 7. 8.

37. (36.) Volumus ut in electione pontificis nullus praesumat venire neque liber neque servus, qui aliquod impedimentum faciat[a], exceptis illis[a] solummodo Romanis quibus antiquitus fuit consuetudo concessa per constitutionem sanctorum patrum[b] eligendi pontificem. Quod si quis contra hanc[c] nostram[d] iussionem facere[e] praesumpserit, exilio[f] tradatur.

Glossa: pontificis] id est papae. 4. 5. 7.

38. (37.) Volumus ut cunctus populus Romanus interrogetur, quali[a] lege vult vivere, ut tali[b], quali[c] professi[d] fuerint[d] vivere velle, vivant[e]; illi-

q) *e codd.* 7—10. r) *sic cod. Vat.* 3845; quia *cod. Branc.* s) ammittatur *cod. Branc.*, permittitur *cod. Vat.*; *codicis Branc. lectionem tuenti verbum alii ad priorem emptorem referendum erit, is autem cui Vatic. lectio magis placet in verbo alii tertium quemque potius intelliget, qui terram a posteriori emptore acquisivit. Vat. lectio melior mihi videtur.*

Cap. 32. *e codd.* 3—9. a) praeter infidelitatem 4; pp̄ infidelitate 5. b) *haec expos. capiti Loth.* 53 *errore in codice adscripta est.*

Cap. 33. *e codd.* 3—9, *in cod.* 4 *postpositum capiti* 34. a) dominis 4. b) fugitivi 7—9.

Cap. 34. *e codd.* 3—9.

Cap. 35. *e codd.* 3—9. a) *huic capitulo codd.* 4. 5 *inscribunt haec:* Item capitula que domnus Lotharius imperator ad limina beati petri apostoli secus urbem romam tempore domni eugenii summi pontificis instituit kap̄. I. (kap. I. *om.* 5.) — Capitula facta a Loī secus urbem romam *inscriptio in cod.* 9. — Kapitula quae domnus lotharius imperator instituit secus urbem romam. *adscripta sunt in marg.* 7. 8. — *Codd.* 3. 6 *inscriptione carent, sed in cod.* 6 *linea vacua relicta est. Cfr. Leg. I. p.* 239. b) homines *add.* 6. c) iuste 5. 7—9. d) *desunt* 5. e) et *om.* 4. f) hoc 5. 6. g) decernitur 5. h) *sic* 4. 6; Theodoris *rell.* i) phloronis 5; florioni 6; florinis 7.

Cap. 36. *e codd.* 3—9. a) hactenus 5. 6. b) pontifice neque def. 7. 8. c) secundum 7. 8. d) legaliter fiant 5. 6.

Cap. 37. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4; faciat illi, exceptis 6; faciat illi, nisi 5; faciat. Illis 7—9. b) sit facultas *add.* 8. c) *deest* 4. d) *deest* 8. 9. e) *deest* 5. f) in exilium 4. 5.

Cap. 38. *e codd.* 3—9. a) qua 4. b) tales 3; talem 6. c) quale 3; quali se 4; qualem 5. 6. d) *sic* 3. 6—9; professus fuerit 4. 5. e) vivat 6.

40) Karol. M. 65. 41) Roth. 264. 42) Liutp. 43. 43) Grim. 1. 44) Einhard. ann. a. 821: „Illuc (in Theodonis villam) etiam legati sanctae Romanae ecclesiae, Theodorus primicerius ac Florus superista cum magnis muneribus venerunt." Ibid. a. 823: „Nunciatum est etiam, Theodorum sanctae Romanae ecclesiae primicerium et Leonem nomenclatorem generum eius in patriarchio Lateranense primum excaecatos ac deinde fuisse decollatos et hoc eis ob hoc contigisse, quod se in omnibus fideliter erga partes Hlotharii iuvenis imperatoris agerent: erant et qui dicerent vel iussu vel consilio Paschalis pontificis rem fuisse perpetratam". Qua caede a. 823 facta commotus Lotharius a. 824 hoc caput 35. constituisse videtur, quod glossator quidam libro Papiensi composito antiquior, ut opinor, indicavit verbis huic capiti additis *In hoc cap.* rell. 45) Sergius bibliothecarius cum aliis a pontifice Romano legatis ad imperatorem missus dicitur in Einh. ann. a. 823.

que[f] denuncietur[g], quod hoc unusquisque sciat, tam duces[h] quamque[i] iudices[h] vel reliquus[k] populus[k]. Quodsi in[l] offensione sua[l] contra eandem legem fecerit[m], eidem legi, quam[n] profitetur[o], per dispositionem pontificis ac nostram[p] subiacebit[q].

Glossa: populus Rom.] qui professus est, se lege Romana vivere velle. 5.7.8.

Expositio: Quod in hoc capitulo legitur: „quodsi offensionem contra eandem legem fecerit" intelligendum est: si Romanus contra Romanum videtur lege committere; alioquin superius capitulum Pipini[46] quod legitur: „secundum cui commisit neglegentiam" et ab hoc rumpetur capitulo. — § 2. Non putandum est, Romanorum populum esse interrogandum ulterius, quandoquod Romana lege confessi sunt se vivere eo tempore.

39.(38.) De rebus ecclesiarum iniuste invasis, sub occasione quasi licentia accepta a pontifice, et de his, quae necdum redditae sunt et tamen fuerunt iniuste a potestate pontificum invasae, volumus ut per missos nostros fiant[a] emendatae.

Glossa: Vacuum, quia preteriit. 4.5.7.8.

Expositio: Superiori Lodoyci capitulo quod est „Legatio[47] missorum nostrorum" presens concordat capitulum.

40.(39.) Placuit nobis ut cuncti iudices sive hii[a] qui cunctis praeesse debent, per quos iudicialis[b] potestas in hac urbe Roma[c] agi debet, in praesentiam nostram veniant, volentes numerum et nomina eorum scire et singulis de ministerio[d] sibi credito[d] ammonitionem facere.

41.(40.) Novissime ammoneatur[a], ut omnis homo, sicut Dei gratiam et nostram habere desiderat, ita praestet in omnibus obedientiam atque reverentiam huic pontifici.

42.(41.) De pontibus vero vel reliquis[a] similibus operibus, quae aecclesiastici[b] per iustitiam[c] et antiquam consuetudinem[c] cum reliquo populo facere debent, hoc praecipimus, ut rector[d] aecclesiae interpelletur[d] et ei[e], secundum quod possibilitas fuerit, portio deputetur, et per alium exactorem aecclesiastici homines ad opera non compellentur[f]. Si vero opus suum constituto die impletum[g] non habuerit, liceat comiti pro poena propositi operis pignerare[h] iuxta aestimationem vel quantitatem[i] imperfecti operis, quousque perficiatur. Comes autem si neglexerit, a rege vel misso regis iudicandus[k] est[k].

Glossae: De pontibus] Concordat cum kapitulo Karoli (99.) „Ut servi", cum kapitulo Pipini (4.) „De restauracione", cum kapitulo Lodoici (33.) „Volumus". 4—8. — *Comes autem]* Hic videtur, quod missus regis est maior comite. 4.7.8.

43.(*Lud.P.*31.) De decimis, ut dentur, et dare nolentibus secundum quod anno praeterito denuntiatum est a ministris rei publicae exigantur: id[a] est[a] eligantur quattuor sive octo homines optimi, vel prout opus fuerit, de singulis plebibus iuxta quantitatem[b] uniuscuiusque plebis, ut ipsi inter sacerdotes et plebem testes existant, ubi datae vel non datae fuerint. Hoc[c] ideo[d] tantos testes mittendos dicimus[d], ne ibi[e] iuramentum aliquod faciendi necessitas contingat: non tamen ideo tantos testes mittendos dicimus, ut ipsos semper omnes in dandis decimis praesentes esse pariter necesse sit, sed ut, dum pluribus committitur, minus gravetur; in duobus autem, si affuerint, sufficere credimus. Neglegentes autem a presbiteris ammoneantur aecclesiarum usque ad tertiam vicem, ut ipsam decimam dent; quod si contempserint, ab introitu aecclesiae prohibeantur; et si in hoc minime[f] emendaverint, a ministris rei publicae districti singuli per caput sex solidos aecclesiae componant, et insuper decimam dare cogantur. Nam si iterum contemptores extiterint, tunc per publicam auctoritatem domus vel[g] casae[g] eorum wifentur[g], quousque pro ipsa decima sicut supra dictum est satisfaciant. Quod si denuo rebelles vel contradictores esse voluerint, et super ipsam wifam[g] sua auctoritate intrare praesumpserint, tunc a ministris rei publicae in custodia[h] mittantur, usque dum ad iudicium publicum perducantur, et ibi secundum legem ad[i] comitem[i] aut[k] partem[l] publicam[l] componant: reliqua[m,n] autem ut supradictum est decima[m], et 6 solidis contra aecclesiam satisfaciant.

Expositio: Non putandum est, hoc a sequenti „Dictum[48] est nobis" ruptum esse capitulo, quandoquidem ut in capitulari ita et in canonibus scripta sunt proxima; sed utrorumque capitulorum pena mulctandus est contemptor.

44.(43.) De his qui sine consensu episcopi presbiteros in aecclesiis suis constituunt vel de aecclesiis[a] eiciunt et ab episcopo vel a quolibet misso dominico ammoniti obedire noluerint, ut bannum

f) *sic* 4—6; Illicq 3; Illisque 7—9. g) nuntietur 4.6.9. h) dux quamque iudex 5. i) quam 3; quamque et 6—9. k) reliquo populo 3.6. l) in offensionem suam 4; offensionem 5. m) fecerint 4.5. n) qua 4.7—9. o) profitentur 4. p) nostris 5. q) subiacebunt 3.4.6.

Cap. 39. *e codd.* 3—9. a) legaliter *add.* 6.

Cap. 40. *e codd.* 3—9. a) hi 5.9. b) iudiciaria 4. c) vel in coeteris provinciis *add.* 4. d) ministeriis s. creditis 5.

Cap. 41. *e codd.* 3—9. a) ammonendum est, at ammoneatur 4; ammonemus 7—9.

Cap. 42. *e codd.* 3—9. a) his *add.* 7—9. b) homines *add.* 7—9. c) ant. cons. et iust. 7—9. d) *sic* 4.5; eccl. rectores interpellentur 6; rectores eccl. eos interpellent 7—9. e) eis 6—9. f) compellantur 7—9. g) adimpletum 7—9. h) eos pign. 6—9. i) qualitatem 7.8; vel quant. imp. *om.* 6. k) est iud. 5.6.9.

Cap. 43. *e codd.* 3—9; *de codd. autem* 7—9 *vide supra Ludov. P. cap.* 31 *in not.* b. a) *desunt* 7—9. b) qualitatem 4. c) et 6; Hoc autem 5. d) ideo dicimus mittendo tantos (mittendos tales 7.) testes esse diximus (esse d. *om.* 9.) 7—9. e) ibi *om.* 7—9. f) se *add.* 7—9. g) et causa 4; et causae 7.8; *in cod.* 9 *desunt verba* casae, wifentur *et* wifam, *spatio tamen vacuo relicto.* h) custodiam 5.6. i) contra com. 4; comiti 6. k) vel 5.6. l) parti publicae 6; ad partem p. 7—9. m) reliquam vero quod s. e. decimam 5. n) reliquum 4.

Cap. 44. *e codd.* 3—9. a) suis *add.* 5.6.

46) Pipin. 27. 47) Lud. P. 35. 48) Loth. 104.

nostrum rewadiare[b] cogantur et per fideiussores ad palatium nostrum[c] venire iubeantur: et tunc nos decernamus, utrum nobis placeat, ut[d] aut illum[e] bannum persolvant[f] aut aliam ariscadam[g] sustineant[h].

45. (44.) De aecclesiis quae inter coheredes divisae sunt considerandum est, quatenus, si secundum[a] providentiam et ammonitionem episcopi ipsi coheredes[b] eas voluerint tenere, et honorare faciant; si autem hoc contradixerint, ut[c] in episcopi potestate maneant, utrum eas ita consistere[d] permittat aut reliquias exinde auferat. Et ubi ad nostrum beneficium aecclesiae pertinentes ita divisae inventae fuerint, ut describantur et nobis nuncientur[e].

46. (45.) De aecclesiis destructis ut episcopi et missi nostri inquisitionem faciant, utrum per neglegentiam aut per impossibilitatem destructae sint; et ubi per neglegentiam inventae fuerint, episcopali auctoritate emendare[a] cogantur, qui eas debuerunt[b] restaurare. Si vero per impossibilitatem contigerit, ut[c] aut plures sint quam necesse sit, aut maioris magnitudinis, quam ut ex rebus ad easdem pertinentibus restaurari possint, episcopus modum inveniat, qualiter congrue emendari et consistere possint.

Expositio: A sequenti „De[49] ecclesiis emendandis" affirmatur capitulo.

47. (46.) Quicumque decimam abstrahit de aecclesia, ad quam per iustitiam eam[a] dare debet, et eam praesumptuose[b] vel propter munera aut amiciciam vel[c] aliam quamlibet occasionem ad alteram aecclesiam dederit*, per[d] comitem vel[e] missum nostrum distringatur, ut eiusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat.

* *post* 3 *sacerdotum castigationes excommunicetur* per[f] kapitulum (*Loth.* 104.) „Dictum est nobis". 7—9.

Glossa: cum sua lege rest.] id[50] est 6 solidis. 4. 7. 9.

48. (47.) De decimis quas populus dare non vult, nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est ne fiat. Et si quis contemptor inventus fuerit, ut nec episcopum nec[a] comitem audire velit, si noster homo fuerit, ad nostram[b] praesentiam[b] venire compelletur[c]; ceteri vero distringantur, ut inviti aecclesiae restituant quae voluntarie dare neglexerint.

49. (48.) Ut missi nostri, ubicumque malos scabinos invenerint, eiciant et totius populi consensu in locum eorum bonos eligant; et cum electi fuerint, iurare faciant, ut se[a] sciente[a] iniuste iudicare non debeant.

50. (49.) Ut in omni comitatu hi qui meliores et veraciores[a] inveniri possunt eligantur a missis nostris ad inquisitiones faciendas et rei veritatem dicendam, et ut adiutores comitum sint ad iustitias faciendas.

51. (50.) Volumus ut, quicumque de scabinis deprehensus fuerit, quod propter munera aut amicitiam vel inimicitiam iniuste iudicasset, ut[a] per fideiussorem missus[b] ad nostram praesentiam venire compellatur[c]; ceteris[d] omnibus scabinis denuntietur, ne quis deinceps etiam iustum iudicium vendere praesumat.

52. (51.) Ut[a] ubicumque commutationes, tam tempore[b] nostro quamque genitoris nostri, inlegitimae et inrationabiles atque inutiles aecclesiis[c] Dei factae sunt, dissolvantur, et recipiat unusquisque quod dedit. Ubi vero mortua manus interiacet aut alia qualibet[d] causa, quae rationabilis esse videtur[e], inventa fuerit, diligenter describatur et ad nostram notitiam perferatur.

Glossae: Ut ubicumque] Vacuum, quia preteriit. 4. 5. 7. 8. — *Ubi vero]* Hic videtur, quod legitime factum valere debet. 4. — *aut alia qualibet]* veluti si campus quem dedit vi fluminis ablatus est. 4. 5. 7. 8. veluti si res eius ad publicum devenerunt. 5. 7. 8.

53. (52.) Quicumque comprobatus fuerit, quod se sciente[a] testes in periurium duxisset[b], sub[c] fideiussorem ad palatium nostrum venire compellatur[d], et[e] ibi cum fidelibus nostris consideremus, quid de tali homine faciendum sit.

54. De his qui discordiis et contentionibus studere[a] solent et in pace vivere nolunt et inde convicti fuerint similiter volumus, ut per fideiussores ad nostrum palatium[b] veniant[c], et[d] ibi[d] cum fidelibus nostris consideremus, quid de talibus hominibus faciendum sit.

b) vadiare 7—9. c) *deest* 5. 6. d) ut *om.* 5. 6. e) illud 7—9. f) persolvat 4. g) ariscatam 4. h) sustineat 4. 6.
Cap. 45. *e codd.* 3—9. a) nostram *add.* 6—9. b) quoheredes 7. 8. c) iubemus ut 7—9. d) custodire 5. e) *sic* 4; renuncientur 6; nuncietur 7—9; et nob. n. *om.* 5.
Cap. 46. *e codd.* 3—9. a) illi *add.* 7—9. b) debuerint 5. 6. c) ita ut 7—9.
Cap. 47. *e codd.* 3—9. a) eam *om.* 4. b) per suasionem 4. c) inimicitiam aut *add.* 5. d) vel per 6. e) vel per 6; aut per 7—9. f) per *rell. in margine cod.* 5. *scripta sunt.*
Cap. 48. *e codd.* 3—9. a) vel 7—9. b) praes. nost. 7—9. c) compellatur 7—9.
Cap. 49. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4. 5; se scient̄ 6—8; se scienter 9.
Cap. 50. *e codd.* 3—9; *in codd.* 3. 4. 7—9 *capiti* 49 *indistincte subnexum.* a) veraces 5. 6; et ver. *om.* 7—9.
Cap. 51. *e codd.* 3—9; *in codd.* 7—9 *continuatio capitis quod praecedit.* a) ut *om.* 7—9. b) *deest* 4; noster *add.* 6. c) faciat 6. d) De cetero vero 6.
Cap. 52. *e codd.* 3—9. a) Ut *om.* 4. b) in tempore 7—9. c) aecclesiae 7—9. d) quaelibet 5. 6. e) videatur 7—9.
Cap. 53. *e codd.* 3—9. a) scienter 7. 8. b) condux. 5; perdux. 6. c) per 6. d) compelletur 4. e) et *om.* 7—9.
Cap. 54. *e codd.* 3—9; *in codd.* 7—9 *postpositum capiti* 55. a) studire 7. 8. b) placitum 6. c) *deest* 4. d) ubi 7—9.

49) Loth. 65. 50) Cfr. Loth. 43.

55.(53.) Collectam ad malum faciendum fieri omnimodis[a] prohibemus; et ubicumque huiusmodi praesumptiones factae fuerint, digna emendatione corrigantur: et si per negligentiam comitis vel factae sunt vel inemendatae remanserint, hoc ad nostram notitiam perferatur. Auctor[b] vero huius[c] facti, si fuerit praepositus aut advocatus sive sculdais[d] vel qualibet alia dignitate praedicta[e] libera[f] persona[f], post legalem emendationem in loco factam sub fideiussoribus ad nostram praesentiam veniat; multitudo vero, sive de liberis sive de servis sit, legitima emendatione mulctetur.

Expositio: Capitulum hoc, dicens: „digna emendatione corrigatur", Lotharii capitulum quod est „Volumus[51] de obligationibus" cunctasque leges de obligatione loquentes[52] affirmat. Dicens vero: „si adunatio facta fuerit per neglegentiam comitis aut inemendata remanserit, et auctor facti qualibet dignitate preditus fuerit, in nostram presentiam veniat", predictum capitulum easdemque leges rumpit, quia nec in Corsica mittetur, nec mortuus est, donec ad regis conspectum veniat.

56.(55.) Ut examen aquae frigidae, quod hactenus[a] faciebant[b], a missis nostris omnibus[c] interdicatur, ne ulterius fiat.

57.(56.) Postquam comes et pagenses de qualibet expeditione hostili[a] reversi fuerint, ex eo die super 40 noctes sit bannum[b] recisum[b], quod lingua teudisca dicimus[c] eriliz[d], id est armorum depositio vocatur.

Glossa: bannum recisum] id est nemo banniatur ad placitum donec 40 noctes transeant. 5.7.8.

58.(57.58.) De[a] homicidiis in ecclesiis vel in atriis earum commissis hoc observetur et teneatur, sicut in capitulare priori[53] constitutum est[a.b]. Si quis ex levi causa aut sine causa hominem in aecclesia interfecerit, de vita componat. Si vero foris rixati fuerint, et unus alterum in aecclesiam[c] fugerit[d] et ibi se defendendo eum interfecerit, si huius facti testes non habuerit, cum 12 iuratoribus legitimis per sacramentum affirmet, quod se defendendo eum interfecisset. Et si ipse auctor commotae inter eos rixae extiterit, leudem[e] interfecti et insuper bannum nostrum solvere cogatur et publicam agat poenitentiam. Si autem non ille qui alterum interfecit, sed is qui interfectus est eandem rixam commovit, absque compositione iaceat: et is qui eum interfecit secundum iudicium canonicum publicam agat poenitentiam. Si cuiuslibet proprius servus hoc commiserit, iudicio[f] aquae ferventis examinetur, utrum hoc sponte an se defendendo fecisset. Et si manus eius exusta fuerit, interficiatur; si autem non fuerit[g], publica[h] poenitentia multetur. Nisi forte ipse auctor commotae inter eos rixae fuerit[i] inventus[i]: tunc[k] dominus eius, iuxta quod widrigild illius[l] est, ad aecclesiam persolvat aut eum, si voluerit, eidem[m] aecclesiae tradat. De aecclesiastico et fiscalino et beneficiario servo volumus, ut pro[n] una vice[n] widrigild eius pro[o] eo componatur[o], altera vero[p] vice ipse servus ad supplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis qui propter tale facinus ad mortem fuerit iudicatus ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio aecclesiae, cuius porta reliquiis sanctorum est[q] consecrata[q], huiuscemodi homicidium perpetratum fuerit, simili modo emendetur vel componatur. Si vero porta aecclesiae non[r] est consecrata[r], eo modo componatur quod in atrio committitur sicut componi debet quod in emunitate violata committitur.

Glossae: Si quis ex levi causa]

Causarum

aliae sunt, pro quibus licet homines in aecclesia interficere,	aliae sunt, pro quibus non licet, quae leves appellantur
veluti si inveneris uxorem tuam fornicantem in aecclesia, veluti si per iussionem regis aliquem dignum mori in ea inventum interfeceris, et aliis modis.	ut omnes preter adversas. — *e codd.* 7.8.

si huius facti testes non habuerit] Hic videri potest, quod exeptio probari debet. 4.5.7.8. — *publicam agat poenitentiam]*

Poenitentia

alia publica est	alia privata
ut ab omnibus canonicis data.	ut data ab uno. *e codd.* 5.7.8.

iuxta quod widrigild]

Hominum

alii aequantur widrigild	alii numquam
ut Longobardi liberi, servi, liberti	ut Romani liberi et liberti. — *e codd.* 7.8.
ut servi Romani	
ut Salichi liberi, servi, liberti.	

pro una vice] id est qui semel peccavit. 4.5.7. — *sicut componi debet quod in emunit.]* kapitulum Karoli (101.) Si quis in emunitate. 5.8.

Petre[s], te appellat Martinus, quod tu occidisti Philippum suum patrem per levem causam in ecclesia sancti Syri[t]. — De torto me appellas. — Si dixerit: „nos fuimus rixati foris, et ego fugi illum in ecclesiam et ibi occidi eum me defendendo", probet aut iuret.

Petre, te appellat Martinus, quod tu fuisti

Cap. 55. *e codd.* 3—9; *in codd.* 7—9 *antepositum capiti* 54. a) omnibus modis 5—7. b) actores 5.6. c) *deest* 5.6. d) sculdascius 6; sculdahis 4. e) preditus 5.6; predicta 7—9. f) *desunt* 5.

Cap. 56. *e codd.* 3—9. a) actenus 6—9. b) fieri solebat 5; fiebat 4. c) in omnibus 5; omnimodis 9; omnibus modis 6—8.

Cap. 57. *e codd.* 3—9. a) hostium 4; hastali, *sec. man.* haustali, 7. b) bannus rescisus 4. c) dicitur 4; legitur 6. d) *sic* 4.6; eriscild 5.7—9; *sed* scaftlegi *dictum erat a Lothario.*

Cap. 58. *e codd.* 3—9; *cfr. cap. Lud. P.* 6 *in notis.* a) De hom...... constit. est *om.* 7.8. b) id est *add.* 9. c) aecclesia 7—9. d) secutus fuerit 5. e) leudum 7—9. f) iudicium 5.6. g) exusta *add.* 4.6. h) *deest* 6. i) extiterit 4; inventus *om.* 7.8. k) enim *add.* 5.9. l) eius 6—9. m) *deest* 5.6. n) per unam vicem 4. o) comp. pro eo 7—9. p) *deest* 7.8. q) cons. est 7—9. r) cons. non est 5.6. s) *e codd.* 7—10. t) Petri 9.

51) Loth. 4. 52) Roth. 19. 279. 280; Liutp. 133. 140. 53) Lud. P. 6.

auctor de rixa, quae fuit commota inter te et suum patrem, quem tu occidisti in ecclesia sancti Syri[u].

Petre, te appellat Martinus, quod Donatus tuus servus occidit suum patrem sine causa in ecclesia 5 *sancti Syri*[v]. — *De torto*[w] *me appellas*[w]. — *Si dixerit: „ipsi fuerunt rixati foris, et servus meus fugit in ecclesia, et ibi se defendendo occidit eum“, tunc servus mittat manum in aquam ferventem.*

Petre[x], *te appellat Martinus, qui est advocatus* 10 *de aecclesia sancti Syri, quod Donatus tuus servus fuit auctor rixae.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu occidisti patrem suum per levem causam in atrio sancti Syri[y]. *Occidi ego tuum patrem, sed non debeo mori, quia* 15 *non fuit consecratum cum reliquiis sanctorum.*

Expositio: Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu pro levi causa aut nulla patrem aut servum suum in ecclesia interfecisti. — Quodsi „defendendo interemisse forisque ecclesiam rixam 20 commisisse“ respondet, si probare nequierit, iuret secundum iussionem huius capituli.

§. 2. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu rixe inter te et patrem vel servum suum commotae[z] auctor fuisti.

25 §. 3. Quod hic habetur: „ex levi causa“ intelligendum est, pro qua lex non iubet in ecclesia occidere. — §. 4. Capitulum hoc volens, homicidam tantum penitentia plecti, si interfectus rixam commoverit, Lodoyci „Si[54] quis ex levi causa“ 30 rumpit capitulum, in quo ecclesie solidi 600 partique publice bannum iubetur homicida componere. Lodoyci nullius[a] utilitatis iam dictum capitulum, quandoquidem iuxta hoc tantum[b] homicida mulctandus. — §. 5. In eo quod hic habetur: „hoc 35 observetur et teneatur sicut in priori capitulo institutum est“, dictum usque ad „si foris vero rixati fuerint“ corroborat, quod[c] patet evidenter, cum in multis pro parte capitulis componit, sicut in Caroli declaratur „Qui[55] subdiaconum“ quod sequitur 40 „Generaliter[56] ammonemus ut capitula“. — §. 6. In eo quod hic legitur: „si huius facti testes non habuerit, cum 12 iuratoribus iuret“, intelligi datur, exceptionem debere probari, quia, si cetere leges eam iurari noluissent sicut ista, sic et ille 45 patenter inde preciperent. — §. 7. Quandoquidem hic non precipitur, nisi de homicidio in ecclesia sponte vel a se defendente commisso, foris incepta rixa, claret profecto, quia, qui nolens in ecclesia occidet, mortis non debet subire sententiam, ut in 50 hoc dicto patet: „iudicio aque ferventis examinetur, utrum hoc sponte an se defendendo fecisset.“ Quicumque foris incepta rixa vel alium in ecclesia fugientem persecutus ibi occiderit, mori debet iuxta legis huius sententiam, quia non[d] persecutor sed 55 fugitivus homicida a mortis pena retrahitur. — §. 8. Capitulum hoc, dicens: „hereditas homicide ad legitimos heredes perveniat“, Caroli capitulum quod est „De[57] illis hominibus qui propter eorum culpas“ et Liuprandi „Si[58] liber homo se defendendo“ partim rumpit. — §. 9. Capitulum subsequens quod est „De[59] homicidio unde lex“, dicens: „si testes habere non potuerit, concedimus etiam, ut cum 12 iuratoribus iuret“, aperte declarat, quia non de homicidio in ecclesia commisso, sed de homicida cui iurare permissum erat loquitur.

59. (103.) Quicumque propter cupiditatem rerum patrem aut matrem aut fratrem aut[a] sororem vel[b] nepotem vel alium propinquum suum interfecerit, hereditas interfecti ad alios suos legitimos heredes perveniat. Interfectoris vero hereditas in[c] fiscum[c] redigatur: ipse vero ordinante episcopo publicae poenitentiae detur[d].

Glossa: Quicumque] Repetitura per Henrici kapitulum *(I. 2.)*. 4. 7. 8.

60. (59.) Quicumque res alienas cuilibet homini[a] vendiderit, et ipse homo easdem res alicui alteri dederit[b] sive vendiderit, et ipse homo[a] qui tunc easdem res comparatas habet per malum ingenium proprio filio suo aut alteri cuilibet[a] necdum legitimos annos habenti iustitiae tollendae[c] causa tradiderit, volumus atque firmiter[d] praecipimus[d], ut, si pater eiusdem parvuli vixerit, ipse intret in causam rationem reddendi pro filio suo. Si autem ipse pater mortuus fuerit, tunc legitimus eius[e] propinquus qui iuste[f] ei tutor[f] ac defensor esse videtur, pro ipso rationem reddere compelletur[g]. Similiter de[h] aliis[i] omnibus[i] iustitiis ad eum pertinentibus, excepta sua legitima hereditate, quae ei per successionem parentum suorum legitime obvenire debet. Quod si quis hanc nostram iussionem contempserit vel neglexerit, sicut de ceteris contemptoribus ita de eo agatur. Is vero qui easdem res primus[k] invasit et iniuste vendidit necnon et emptor, excepta sola persona parvuli, hoc quod fraudulenter ammiserint infra patriam emendare cogantur: et postea sicut[60] contemptores iussionis nostrae sub fideiussoribus ad nostram praesentiam venire compellentur[l].

Glossae: qui iuste ei tutor] per Romanam legem. 5. 8. — *excepta sua legit. hered.]* quae hereditas adhuc sua non erat, set futura, et tantum sibi permissa erat ad gaudendum. 5. 7. 8. — *infra patriam]* Hic videri potest, quod actio in rem debet illic esse ubi est res. 5. 7. 8. — *emendare cogantur]* id est bannum secundum quosdam. 5. 7.

Expositio: Pipini capitulum quod est „Ut[61] vidue et orfani“, dicens: „et si tutor illarum aliquis esse noluerit, iudex previdead hominem qui eorum causas audiat“, rumpitur ab hoc capitulo precipiente, tutorem, si pro illo interpellatus fuerit,

u) P. 9; De torto *add.* 10. v) P. 9. w) De t. m. a. *om.* 10. x) *deest haec formula in cod.* 9. y) Ruffini 9. z) commisisse *cod.* a) nullus *cod.* b) ante *cod.*; *cfr. expos. ad L. P.* 6. c) *huius paragraphi pars quae sequitur in codice corrupta et obscura mihi videtur.* d) *ita correxi;* hic *cod.*

Cap. 59. *e codd.* 3—9. a) vel 7—9. b) aut 7—9. c) in fisco 7. 8; fisco nostro 6. d) *sic* 3—5; subdetur 6—9.

60 *Cap.* 60. *e codd.* 3—9. a) *deest* 4. b) tradiderit 5. c) tollendi 5. 6. d) precip. firmiter 5. 6. 9. e) eius *om.* 5. f) ei tutor iuste 5. 6. 9. g) compellatur 6. 9. h) et de 6. i) omn. al. 5. 6. k) *sic* 4; primum 6. 9; prius 5. 7. 8. l) compellantur 7—9.

54) Lud. P. 6. 55) Karol. M. 100. 56) Karol. M. 139. 57) Karol. M. 45. 58) Liutp. 20. 59) Loth. 92. 60) Cfr. Karol. M. 91. 61) Pipin. 5.

rationem reddere esse cogendum. — §. 2. Capitulum hoc, dicens: „sicut de ceteris contemptoribus ita de eo agatur“ supra capitulum quod est „Placuit[62] nobis, ut, si pro quibuslibet“ corroborat.

61. (60.) De vicariis et centenariis, qui magis propter cupiditatem quam propter iustitiam faciendam saepissime placita tenent et exinde populum nimis[a] affligunt, ita teneatur sicut in capitulari domni Karoli continetur.

Glossa: in capitulari domni Karoli] Require retro *(Kar. M.* 114.*).* 5.

62. (61.) Ut nullus ad placitum banniatur nisi qui causam suam quaerit aut si alter ei[a] quaerere[a] debet, exceptis scabinis 7 qui ad omnia placita esse[b] debent[b, c].

63. De placitis quidem, quae[a] liberi homines observare debent, constitutio genitoris nostri penitus observanda atque tenenda est, videlicet ut in anno tria solummodo generalia placita observent, et nullus eos amplius placita observare compellet[b] nisi forte quislibet aut[c] accusatus fuerit aut alium accusaverit aut ad testimonium perhibendum[d] vocati fuerint. Ad caetera vero placita, quae centenarii tenent, non alii venire iubeantur nisi qui[e] aut litigat aut iudicat aut testificatur[e]. Et quicumque huius constitutionis transgressor a missis nostris inventus fuerit, bannum nostrum persolvat[f].

64. (62.) De liberis hominibus qui proprium non habent sed in terra dominica resident, ut propter res alterius in testimonium[a] non recipiantur; coniuratores tamen aliorum liberorum hominum ideo esse possunt, quia liberi sunt. Illi vero qui proprium habent et tamen in terra dominica resident, ut propter hoc ad testimonium recipiantur, quia proprium habent.

Glossae: proprium] id est alodium. 5.7. — *ut propter res]* per excellentiam. 5.7.8. id est terras. 5. — *alterius]* quas non habent, secundum quosdam. 5.7.

65. (63.)[a] De aecclesiis emendandis volumus, ut ita conservetur[b], sicut in capitulari nostro continetur quod ad Olonnam fecimus, et, ubi in uno loco plures[c] sunt quam necesse sint[d], destruantur. Quod si forte in alio[e] loco sit[f] aecclesia[f] constructa[g], quae tamen necessaria sit, et nichil dotis habuerit[h], volumus ut secundum iussionem domni ac genitoris nostri unus mansus cum duodecim bichariis[i] de terra arabili ibi detur, et mancipia duo a liberis hominibus qui in eadem aecclesia officium Dei[k] debent audire, ut sacerdotes[l] ibi possint[l] esse et divinus[m] cultus fieri[m]: quod si hoc[n] populus facere noluerit, destruatur.

Glossae: sicut in capitul.] Recordatur kapitulum istius (45.) De aecclesiis destructis. 4.5.7.8. — *bigrariis]* id est iugeribus. 4.

66. (64.) De reclamatoribus[a] vel causidicis, qui nec[b] iudicium[c] scabinorum adquiescere nec blasphemare volunt, antiqua consuetudo servetur, id est in custodia[d] recludantur, donec unum ex duobus faciant. Et si ad palatium pro hac re reclamaverint et litteras detulerint, non quidem eis credatur, nec tamen in carcere ponantur; sed cum custodia et cum ipsis litteris pariter ad palatium nostrum remittantur, ut[e] ibi discutiantur sicut dignum est.

Glossae: reclamatoribus] id est a. *(actoribus?)* 5.8. — *causidicis]* scil. r. *(reis?)* 5.

67. (65.) De conspirationibus, quicumque facere[a] praesumpserint et per[b] sacramentum[b] quamcumque conspirationem firmaverint, triplici ratione iudicentur. Primo ut, ubicumque aliquod malum per hoc perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur, adiutores vero eorum singuli alter ab altero flagellentur et nares sibi invicem precidant: ubi vero nichil mali[c] perpetratum est, similiter quidem inter se flagellentur et capillos sibi vicissim[d] detundant[d]. Si vero per dexteram aliquam[e] conspirationem firmaverint[e], si liberi sunt, aut iurent cum idoneis iuratoribus, ut hoc[f] per[g] malum[g] non fecissent, aut, si facere non potuerint, secundum[h] suam legem componant, si vero servi sunt, flagellentur; ut de cetero in regno nostro nulla huiusmodi conspiratio fiat, nec per sacramentum nec sine sacramento.

Cap. 61. *e codd.* 3—9. a) *sic* 6; nimium 5; minorem 9; *deest* 4.7.8.

Cap. 62. *Novi capituli initium hic constitui auctoritate codd.* 3.6; *capitulum abest a codd.* 4.5; *cum antecedente coniungitur, ita scilicet:* id est ut nullus *rell., in codd.* 7—9. *Similiter corr. codicis* 4 *verba* Ut nullus ..... qui causam *subiungit capiti nostro* 61. a) exquirere 6. b) debent esse 6.9. c) *in cod.* 6, *itemque a correctore cod.* 4 *haec adnectuntur:* Item de eadem re capitulo domni lodoici genitoris nostri continetur, *quibus verbis in Lotharii capitulari, unde haec capitula desumta sunt, capitulum nostrum* 63 *cum* 62 *coniungitur. Cfr. Leges I,* 354. *c.* 5.

Cap. 63. *e codd.* 3.5—9; *cod.* 4 *haec tantum verba sistit:* De placitis quidem quae liberi homines. Require retro *(Lud. P.* 39.*) Deest cap. in editt. anterioribus.* a) quos 3. b) compellat 7—9. c) aut *om.* 7—9. d) dicendum 5.6. e) *sic* 5; qui litigant aut iudicant aut testificantur 6—9. f) conponat 6—9.

Cap. 64. *e codd.* 3—9. a) testimonio 7—9.

Cap. 65. *e codd.* 3—9. a) *in codd.* 7—9 *et glossatoris manu in cod.* 5 *haec invenitur inscriptio:* Haec sunt kapitula exerpta usque „Placuit“ (c. 73.). *Item rec. man.* 4: Haec sunt capitula excerta a Lothario usque ad k. „Placuit“ inantea. *Cfr. Leges I,* 360. b) servetur 6; observetur 9. c) ecclesiae *add.* 6—9. d) sit 5.7—9. e) *lege* aliquo. f) eccl. sit 5.6.9. g) destructa 5. h) habet 5; habeat 4. i) bigrariis aī bigarei aī binchartis 4. k) Dei *om.* 5—7. l) sacerdos ibi possit 4. m) divinum cultum facere 5. n) haec 7—9.

Cap. 66. *e codd.* 3—9. a) clamatoribus 5.6. b) nec *om.* 5.6. c) iudicio 7.9; a iudicio 8. d) custodiam 5.6.9. e) et 5.6.

Cap. 67. *e codd.* 3—9. a) *deest* 6.8.9. b) sacramento 6—9. c) mali *om.* 5.6. d) invicem detondant 5.6. e) aliqua conspiratio firmata fuerit 5.6. f) hoc *om.* 7—9. g) pro malo 4. h) *deest* 5.6.

62) Loth. 15.

Glossae: De conspirationibus]
Conspirationis

aliud iuditium est in conspiratione facta per obligationem[63]	aliud in obligatione per sacramentum facta	aliud in obligatione per dexteram facta
ut prior inchoator factorque exulet. ut alii bannum componant. ut egentes banno 60 ictus accipiant.	ut auctores facti interfitiantur, si malum perpetratum fuerit. ut adiutores invicem flagellati et nares precisi sint.	ut banno feriantur liberi. ut servi flagellentur. *e codd.* 5.7.8.

auctores facti interficiantur] Omnis alienatio quam hii fecerunt, postquam hanc inceperint, nullius est momenti, ut legitur in nono libro Codicis[64]. 5.7.8.

Petre[i], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu firmasti conspirationem per sacramentum et fuisti in capite, et est hoc malum factum per ipsam conspirationem.

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod Dominicus firmavit conspirationem per sacramentum et fuit in caput, et hoc est inde malum factum, et tu fuisti cum eo[k].

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu firmasti conspirationem per dextram.

Expositio: Superius „Volumus[63] de obligationibus" et Rotharis[65] „Si quis pro iniuria sua" et „Si servi per consilium", „Si pro quacumque causa homines" et Liuprandi „Si[66] quis sine voluntate regis" et Rachis „Cognovimus[67] enim" et Romanorum leges[68] de adunatione loquentes ab hoc rumpuntur capitulo, quia, si sacramento aut dextra obnixa fuerit conspiratio, non illis sed hoc capitulo auctores et adiutores penam sustinebunt.

68.(66.) De oppressione pauperum liberorum hominum[a], ut non fiant a potentioribus per aliquod malum ingenium contra iustitiam oppressi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideo[b] hoc ut supra de liberis hominibus diximus[b], ne forte parentes eorum contra iustitiam fiant exheredati, et regale obsequium minuetur[c], et ipsi heredes[d] propter indigentiam mendici vel latrones seu malefactores efficiantur. Et ut saepius non fiant banniti[e] ad placitum[f], nisi sicut in alio[g] capitulare[h] praecepimus[i], ita observetur.

Glossa: in alio capitulare] kapitulum *(Lud. P.* 39. *Loth.* 63.*)* De placitis quidem. 4.5.7.8.

69.(67.) Decernimus ut[a], si quis[a] aliter testes habere non potuerit, volumus[b] ut per comitis iussionem[c] quos in suo testimonio necessarios quisque habuerit, veritatem prolaturi[d] publico[e] conventu[e] adducantur, ut per ipsos rei veritas cum iuramento valeat inquiri. Quodsi de duabus partibus fuerit inquisitio facta, idcirco quod nullus eorum possit habere testes, antequam iurent fiat inquisitio facta. Quodsi omnes ad unam partem dixerint testimonium, iurent[f] quod[g] verum dixissent[f] testimonium. Quodsi dissenserint, et quaedam[h] pars testium unum praebuerit testimonium et alia alterum, tunc interrogentur, si audent[i] per pugnam illorum testimonium approbare[k]. Quodsi nulla pars alteri cesserit[l], iurent, et per pugnam probetur illorum testimonium. Quodsi una pars se subtraxerit, tunc pars illa quae ausa fuerit contendere recipiatur ad testimonium.

Glossae: testes] qui testes non debent compelli a comitibus dicere testimonium, nisi 15 diebus, ut in his observent iudicium, ut legitur in 4. libro Codicis[69]. 5.7.8.
per[m] usum[m]; testium

alii sunt, quorum pro dissensione ipse cuius sunt perdit suam causam, etiam si unus dissentit,	alii quorum pro dissensione non perdit, nisi omnes dissentiant,
ut testes quos ambae partes conducunt.	ut testes quos comes ad unam vel utramque partem accommodat. 5.7.8.

Petre[n], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Ego habeo possessam ipsam terram per 30 *annos. — Potes probare tuam possessionem? — Non possum, sed quaero, quod comes[o] det michi tales homines, quia ipsi sciunt veritatem. — Et cum testes dati fuerint a comite, tunc laudati producantur, ut superius diximus[70]. Si vero adversarius interrogetur de oppositione, et ipse dixerit: „non possum, sed quaero a comite", sit similiter, et sit bellum inter utrumque, ut superius diximus[70], si pars parti dissenserint. Si vero omnes consenserint, sit ut legitur in lege. Si vero unus a quinque, vel duo a quatuor dissenserint, tunc testimonium quinque vel quatuor recipiatur. Quod a quibusdam aliter sentitur; dicunt enim, ut parti labenti alii subrogentur.*

Glossa: Et hoc placitum secundum quosdam. 7.8.

Expositio[p]: Testium probatio que alicui partium vel utrisque a comite datur multum differt ab aliis[q]: quia, si testium[q] ab utraque parte sine comitis iussu datorum quattuor vel quinque ex una parte et duo vel unus ex alia sunt, causa cadat is cuius testes dissenserint; testes vero a comite iussi, nisi omnes uni parti, vel tres uni et tres alteri parti consenserint, neutra pars causa cadere poterit.

i) *e codd.* 7—10. k) ipso 7.8.
Cap. 68. *e codd.* 3—9. a) *deest* 5. b) Ideo et de lib. hom. hoc dix. 7—9. c) muniatur 7.8; mutuatur 9. d) exheredes 4.5. e) *sic* 3—6; manniti 7—9. f) placita 7—9. g) alico 3. h) *sic* 3.5; capitulo *rell.* i) *sic* 3; praecipimus *rell.*
Cap. 69. *e codd.* 3—9. a) quisquis 5. b) *deest* 5. c) testes *add.* 7—9. d) prelaturi 4. e) in publicum conventum 5.7—9. f) iurent verum dixisse 5. g) ut 6. h) quadam 4. i) ausi fuerint 5. k) probare 7—9. l) consenserint 6. m) per usum *om.* 5. n) *e codd.* 7—10. o) domnus comes 10. p) *glossa quae sequitur adest etiam in cod. Pal.* 772. *Lombardae librum continente.* q) *ita Pal.;* illis quia testimonium *cod. Branc.*

63) Loth. 4. 64) L. 5. §. 4. Cod. leg. Iul. mai. (IX, 8.) 65) Roth. 19. 279. 280. 66) Liutpr. 34. 67) Rachis 6. 68) Cfr. L. 5. Cod. leg. Iul. mai. (IX, 8.) 69) L. 19. C. testibus (IV, 20.) 70) Lud. P. 15.

70. (*Kar. M.* 125.) De feminis, quas defunctis viris lex Longobardorum[71] prohibet ante anni spatium vestem religionis mutare velumque suscipere, petierunt nostram licentiam, ut mox, dum divina pietas inspiraverit eas, indennes liceret suscipere. Nos autem considerantes, quia[a] propter[b] ipsam dilatationem[b] multae etiam raptae intra idem spatium ad aliam partem distractae fuerant, ideo earum petitionem quam iustam[c] censuimus suscepimus et eis ita fieri concedimus*.

* *cum consilio episcopi vel sacerdotum aliorum*[d] *et ut expectet* 30[d] *dies post decessum viri sui* per kapitulum Lotharii *(Kar. M.* 123.*)* De feminis. 7—9 *et in marg.* 4.

Glossae: Obiit per kapitulum Lotharii *(Kar. M.* 123.*)* De feminis. 4. 8. — Karoli (123.) De feminis que viros, Liuprandi (99.) Nulli sit licentia ab hoc rumpuntur. 6.

71. (69.) Ut nullus cangellarius[a] pro ullo iudicato aut scripto aliquid amplius accipere audeat, nisi dimidiam libram argenti de maioribus scriptis, de minoribus autem infra dimidiam libram, quantum res assimilari possit et iudicibus rectum videtur, accipiat[b]. De orphanis autem vel ceteris pauperibus, qui exsolvere[c] hoc non possunt, in providentia comitis sit, ut nequaquam inde aliquid accipiat. Notarius autem hoc iurare debet, quod nullum scriptum falsum faciat nec in occulto aliquod scriptum faciat[d] nec de uno comitatu in alio scribat, nisi per licentiam illius comitis, in cuius comitatu stare debet. Si vero necessitas itineris[e] aliquem[f] compulerit aut infirmitas gravis, secundum capitulare donni[g] ac[g] nostri genitoris[72] faciat[h]. Quodsi[i] aliter fecerit, inanis[k] et vacuus[k] appareat[l].

Glossae: de maioribus scriptis] veluti venditio donatio commutatio et similia. 4. — *de minoribus]* scil. ut sunt libelli et ceteri. 4. — *Notarius autem]* SN[m]. 5. 7. Recordatur kapitulum *(Loth.* 98 *in medio)* Similiter et notarii legibus eruditi. 4. — Kapitulum istius *(Loth.* 98.*)* De iudicibus concordat. 5. 7. 8.

72. De cartis[a] quae a quibusdam personis[b] falsae appellantur constituimus, ut[c], si notarius suprafuerit[d] et testes, ipsi eas[e] veras[f] et idoneas[f] faciant, et[c], si testes mortui fuerint et notarius supervixerit[g], cum 12 iuratoribus ipsam[h] cartam veram et idoneam[h] faciat[i].

Glossa: De cartis] Non est Romanus. 7. N. R. 5.

73. (70.) Placuit nobis, ut haec[a] capitula quae excerpsimus de capitulari bonae memoriae avi nostri Karoli ac[b] genitoris nostri Lodoici imperatoris his omnibus sanctae[c] Dei aecclesiae et nostris fidelibus[c] in regno[d] Italiae consistentibus pro lege teneantur et serventur[e]. Et quicumque horum capitulorum contemptor extiterit, 60[f] solidos componat[f].

74. (71.) Quicumque[a] liber homo a[b] comite suo[c] ammonitus aut a ministris eius[b] ad patriam defensandam ire neglexerit, et exercitus supervenerit ad istius regni vastationem vel contrarietatem fidelium nostrorum, capitalem[d] subiaceat[e] sententiam[d]. Similiter[f] observandum[f] est, si vocati fuerint audito inimicorum nostrorum adventu, et[g] contigerit, quod[h] hostis[h] non[i] supervenerit[k]: hi[l] qui vocati fuerint et venire noluerint, unusquisque secundum suam[m] legem emendet.

Glossae: Quicumque] Vacuum per kapitulum Widonis (4.) Si igitur, quia, si fuerit preceptum imperiale, widrigild componat. 7. 8. — *suam legem emendet]* id est bannum. 9.

Expositio: In eo quod hic habetur: „capitali subiaceat sententie“ a Widonis capitulo quod est: „Si[73] igitur[n] ex precepto[o]“ rumpitur, in quo widrigild componere iubetur.

75. (72.) Ut[a] si cuiuscumque* servus liberam feminam sibi ea consentiente in coniugio copulaverit[b], et infra anni spatium secundum legem[c] ad vindictam traditi non fuerint, sicut lex tales personas[d] nostro fisco sociat[e], ita nostra liberalitate concedimus, ut in potestatem et in[f] servitium domini illius cuius servus fuerit ambo revertantur.

* *Longobardi.* 7—9.

Glossae: Ut si cuiuscumque] NR.[g] 5. — *secundum legem]* Rotharis (221.) Si servus liberam. Lex Liuprandi (24.) Si mulier libera. 5—8.

Maria[h] *cum Dominico tuo tutore, te appellat*

Cap. 70. *e codd.* 3—9; *cfr. cap. Karol. M.* 123 *et quae ibi de loco quo hoc cap. in codd. invenitur adnotavi.* a) preterito tempore *add.* 6. b) pro ipsa dilatatione 6. c) esse *add.* 4. d) aliorumque amicorum post XXX. 4.

Cap. 71. *e codd.* 3—9. a) cancellarius 7—9. b) accipiet 7—9. c) solvere 7. 8. d) falsum *add.* 7—9. e) in itinere 7—9. f) *sic* 5; aliqua 4; aliquo 9; aliquid 6—8. g) *desunt* 4. 6. h) fiat 4. 9. i) quis *add.* 4. 5. k) *sic* 3. 4; inane et vacuum *rell.* l) apparebit 5. m) Capit. novum? *cfr. gloss. ad Loth.* 98.

Cap. 72. *hoc loco invenitur in solo codice* 6; *in cod.* 5 *item quidem inter Lotharii capitula, sed loco* 102; *in codd.* 7—9 *Widonis capiti sexto postpositum est, quo eodem loco etiam in cod.* 6 *iteratur et in cod.* 4 *recentiori manu scriptum est; omnino deest capitulum in cod.* 3 *et prima manu* 4, *item in edit. Mur. Duas huius capitis litteras quae in codice* 6 *exstant indicavi numeris* 6[a] *et* 6[b]. a) etiam vel quibuscumque scriptionibus *add.* 6[a]. *cfr. Wido* 6. b) *deest* 5. c) ut si.....faciant et *om.* 7—9. 6[b]. 4. d) vixerit 6[a]. e) *deest* 6[a]. f) veram et idoneam 6[a]. g) supererit 7—9. 4. h) *sic* 6[a]; ipsas cartas veras et idoneas 5; ut (ut *om.* 4.) veram et idoneam cartam (ipsam c. 4.) 7—9. 6[b]. 4. i) faciant 6[a]; iuret *add.* 7—9. 6[b] *et supra lineam* 4.

Cap. 73. *e codd.* 4—9; *abest a cod.* 3; *in cod.* 5 *exstat loco* 101 *inter Lotharii capita, sed in ipsius codicis margine capiti* 74 *adscripta sunt:* Hic debet esse: Placuit nobis, ut cap̄. a) haec *om.* 6—9. b) domni *add.* 5. c) et fidelibus nostris et sanctae Dei aecclesiae 7—9. d) nostro *add.* 5. e) conserventur 5. 6. f) LX solidorum poena multetur sicut in kapitulare praedicti avi nr̄i continetur 4.

Cap. 74. *e codd.* 3—9. a) enim *add.* 5. b) ammonitus a comite suo vel ministris eius 6; a comite suo aut a ministris eius ammonitus 7—9; a comite suo aut ad ministros eius 5. c) fuerit *add.* 4. d) capitali s. sententiae 5. 6. e) subeat 4. f) Simili modo servandum 4. g) et ita 4. h) ut hostes 5. 6. i) non *om.* 5. k) supervenerint 5. 6. l) hii 7—9. m) *deest* 7—9. n) quis *cod.* o) cepto *cod.*

Cap. 75. *e codd.* 3—9. a) Ut *om.* 5. 9. b) sociaverit 6. c) aedictum 5. d) olim *add.* 7—9. e) sociabat 7—9. f) in *om.* 5. 6. g) non Romanum. h) *e codd.* 7. 8; *deest* 9. 10.

71) Liutp. 99. 72) Lud. P. 11. 73) Wido 4.

Martinus, quod tu es sua ancilla et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Libera sum nascendo. — Hoc dico ego, quod tu te sciente sociasti te in coniugio cum Donato meo servo, et est transactus annus. — Probet aut taceat.

Expositio: Capitulum hoc, non de alia nisi de Longobarda femina et de cuiuscumque servo proloquens, Liuprandi legem, que est „Si[74] qua mulier“ partim corrumpit et reducit memorie.

76. (74.) Similiter concedere volumus cunctis liberis personis, ut nullus iudex[a] publicus seu[b] ministri publici[c] eas contra legem audeant pignerare in bovibus, quia audivimus multa[d] danna atque afflictiones propter hoc populum[e] nostrum[f] sustinere[e]. Neque cogantur ad placita venire praeter ter[g] in anno, sicut in capitulari continetur, exepto scabinis et causatoribus et testibus necessariis: quia[h] omnia volumus auferre, ut populus noster pacifice sub nostro regimine vivere possit.

Glossae: contra legem] Rotharis (250.) Si quis caballos domitos. 5—8. N.R.[i] 5. — *in capitulari continetur]* De placitis *(Lud. P.* 39.*).* 5.7.8.

Expositio: Rotharis lex quae est „Si[75] homo liber qui debitor est alias[k]“ ab hoc confirmatur capitulo.

77. (73.) Concedimus etiam gastaldiis nostris curtes nostras providentibus[a], si[b] proprio eorum pretio res emerint aut quolibet iusto adtractu adquisierint, sicut lex illas ad nostram partem concedit[c], ita nos eas illis concedimus, si in servitio nostro fideles inventi fuerint.

Expositio[d]: Rotharis lex que est „Si[76] gastaldius vel actor“ ab hoc partim rumpitur capitulo.

78. (75.) Si quis aliquem de aliquo mallaverit negotio, et ille qui mallatus fuerit dixerit[a]: „ideo ei respondere nolo quia servus alterius sit“, aut si testimonia produxerit, et similiter dixerit, quod ea recipere non debeat, quia[b] aliquis eorum servus sit alterius, nominet dominum eius et sic det wadiam[c] de eo ad placitum adducendo[d]; et[e] posito[f] placito[f], in quantum ire, ubi eum invenire credit, et reverti possit[g], ut[h] iudices dixerint[i]. Si[k] in placito constituto dominum non adduxerit, praebeat sacramentum, quod pro nulla dilatione[l] iustitiae eius hoc dixerit, nisi pro certo ita verum esse crediderit[m]. Quod si iurare ausus[n] non fuerit[n], quia pro occasione prolongandae iustitiae hoc dixerit, componat illi[o] bannum nostrum[p] et iustitiam plenissimam faciat. Si vero aliquem adduxerit, qui se dominum eius dicat[q], et illum quem de servitio appellavit replicare ad servitium non valuerit[r], tunc ille qui se dominum eius dixit[s] bannum nostrum illi[t] componat, eo[u] quod pro conculcanda[v] iustitia ingenium[w] tale[w] facere ausus fuit[x]. Crimina vero, si super eum pro dilatanda iustitia imponere voluerit, probare cogatur. Et si probare non potuerit, et[z] iustitiam faciat et insuper bannum nostrum pro tanta calliditate componere cogatur.

Glossae: Si quis] Legum destructio. 7.8.

<table>
<tr><td colspan="3" align="center">Actorum</td></tr>
<tr><td colspan="2" align="center">aliis respondent rei</td><td align="center">aliis non, nisi velint;</td></tr>
<tr><td>aliis respondent, set excipiunt.</td><td>aliis respondent, nec excipiunt nec indignantur.</td><td>ut eis quibus obiecerint aliorum esse servos.
ut eis quibus obiecerint esse suos servos.
ut eis quibus obiecerint crimen. 7.8.</td></tr>
</table>

Petre[a], te appellat Martinus, quod tu occidisti Dominicum suum patrem. — Non tibi respondeo, quia tu es servus de Paulo de Cremona. — Da sibi vadimonium de illo domino ad placitum adducendum in Kalendis Marciis[b]. — Et posito placito imminente[c] dic: „Domne comes, hoc dicit Petrus, quod in tali die appellavit eum Martinus, quod ipse habebat occisum suum patrem, et ipse dixit, quod nolebat ei respondere, quia erat servus de Paulo de Cremona, et dedit vadia de adducendo[d] dominum ad placitum, et ecce dominus“. — Si non potuerit adducere[e], iuret, quod per occasionem prolongandae iustitiae non dixit.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsam terram[f] possessam habeo per 30 *annos. — Potes probare? — Sic possum. — Da vadia de probare. — Non recipiam ipsum testem, quia est servus de Dominico de Mediolano. — Et sic fiat, ut dixi. Si dixerit, appellatorem vel testes esse periurum vel raptorem, probet aut emendet bannum.*

Expositio: In hoc capitulo non est intelligendum, ut ad servitutem appellatus dicere possit, se non responsurum, eo quod appellatorem suum vel alterius servum esse dicat, quod in subsequenti tertio capitulo[77] liquet, in quo ad servitutem appellatus libertatem suam iubetur defendere: appellatorem servum suum vel alterius servum dicere non[g] est[g] libertatis defensio[h]. — §. 2. Quod hic habetur: „crimina vero, si super appellatorem vel testem pro dilatanda iustitia imponere voluerit“, intelligunt quidam ea tantum crimina, quibus aliquis ignominiosus vel infamis dampnabatur, ut in Institutis quarti libri hac lege precipitur, in qua

Cap. 76. *e codd.* 3—9, *in cod.* 9 *postpositum capiti* 77. a) *deest* 4. b) aut 7—9. c) *deest* 4.6.8. d) quod multa 5.7—9. e) populus noster sustineret 7—9. f) *deest* 6. g) tria 7—9. h) quae 5.7—9. i) non Romanum. k) ab *cod.*

Cap. 77. *e codd.* 3—9, *in cod.* 9 *antepositum capiti* 76. a) previd. 5.6. b) ut si 4. c) concedebat 7—9. d) *haec expositio etiam Widonis capiti* 8 *falso adscripta est.*

Cap. 78. *e codd.* 3—9. a) dicit 4. b) quod 7—9. c) vadia 7—9. d) *sic* 5; ducendo 6; adducendum *rell.* e) et *om.* 7—9. f) positum placitum 5. g) posse 4. h) ut *om.* 5.6. i) dixerunt 7—9. k) Et si 7—9. l) dilatatione 5.6.8; ratione 9. m) credidit 5.6. n) noluerit 7—9. o) ei 7—9. p) illi *add.* 7.8. q) dixerit 6; esse *add.* 5.6. r) potuerit 6. s) dicit 5.6; esse *add.* 5. t) *deest* 4.5. u) pro eo 5.7—9. v) culcanda 4.7.8. w) tale ing. 5.6.9. x) fuerit 5.6.8. z) et *om.* 5.6. a) *e codd.* 7—10. b) mai. 10. c) die *add.* 9. d) adducendum 9; adducere 10. e) dominum *add.* 7. f) mea propria est *add.* 7. g) nomine *cod.* h) defensione *cod.*

74) Liutp. 24. 75) Roth. 251. 76) Roth. 376. 77) Loth. 80; cfr. cap. 79 in fine.

habetur: „ex quibusdam iudiciis dampnati ignominiosi fiunt“ [78]. Sed convenientius est, appellatum dicere, appellatorem adversus se crimen commisisse gravius, quod in nono Codicis libro, „Qui accusare non possunt“ titulo: „Prius est, ut criminibus que tibi graviora ab adversario obiciuntur, cedis atque vulneris, respondeas et tunc ex eventu cause iudex estimabit[i], an tibi permittendum sit eundem accusare[i], tametsi prior inscriptionem deposuisti“ [79].

79. (76.) Si forte quispiam aliquem mallaverit, et ille qui mallatus fuerit[a] dixerit, eum suum servum esse, vel alius in ipsa altercatione veniens eum ad servitium mallaverit, iubemus ut praesentaliter[b] se wadient[c] ut[d] ad primum vel[e] secundum vel[f] tercium placitum causam ipsam deliberent[g]. Inter placitum[h] et placitum sint dies quindecim; tertium[i] vero[k] quando comes placitum habuerit, si infra unum comitatum est, sint[l] dies 15[l], sin autem in alio, sint dies 20, ne pro tali occasione eius iusticia[m] prolongetur[m]. Quod si in his tribus placitis ille qui quaerit venire neglexerit, excepto servitio[n] regis aut inevitabili necessitate[n], et comes placitum habuerit, ille quoque alius[o] ad suam libertatem probandam paratus fuerit, tunc comes ipsam causam finiat, veluti si ipse qui quaerit praesens fuisset, et ultra ille[p] qui quaesierit[q] facundiam de servitio[r] illius[r] dicendi[s] non habeat[s], et insuper bannum nostrum illi componat ac iustitiam plenissimam faciat. Et sunt aliqui, qui, dum alios in[t] servitio[t] mallant, et ipsi de sua libertate probanda wadiam[u] dant, in tantum eos mutando placito[v] lacerant, ut vix per suam paupertatem evadere possint: unde tertium capitulum[w] addere placuit[w].

Glossae: si infra unum comit. est] scilicet cum litigatoribus. 4. — *inevitabili necessitate]* id est servitio regis vel infirmitas vel sumnis. 4. — *bannum nostr. illi comp.]*

Bannorum

alia pertinent ad publicum ius
- ut caetera.

alia ad privatum
- ut eius, qui non adduxerit dominum ad placitum.
- ut domini adducti, per quem appellabatur ad servicium et non replicavit.
- ut mallati, qui dicit mallantem suum servum et non exercet. 7.8.

Petre[x], te appellat Martinus, quod tu fecisti sibi unam plagam in capite. — Non tibi respondeo, quia tu es servus meus. — Liber sum nascendo. — Potes probare tuam libertatem? — Sic possum. — Da vadia de probare, et tu da vadia de contra placito, si potes; et vadiate vos[y], ut ad primum vel ad secundum aut ad tertium placitum causam definiatis.

Domne comes, hoc dicit Petrus, quod in Kalendis Augusti[z] appellavit Martinus[a], quod ipse fecit sibi unam plagam in capite; et ipse dixit, quod nolebat ei respondere, quia erat suus servus; et ipse dixit, quod erat liber nascendo, et dedit vadia de probare suam libertatem, et ipse dedit vadia de contra placito, et vadiaverunt, quod ad primum vel secundum vel tercium placitum causam diffinirent; et ipse fuit ad omnia[b] tria[c] placita, et ipse noluit venire. Modo est paratus in vestra praesentia ad diffiniendum placitum, sicut dedit vadia.

Petre, te appellat Martinus, quod tu es suus servus et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Non tibi respondeo, quia ego appellavi te, quod tu habebas michi factam unam plagam in capite, et tu dixisti, quod ego eram tuus servus; et dedi vadia de probare meam libertatem, et tu dedisti vadia de contra, et vadiavimus, quod ad primum vel ad secundum vel ad tertium placitum causam diffiniremus; et ego fui ad omnia[b] tria placita, et tu neque ad unum, et comes recepit meos testes. — Non fuit quod tu dicis inter me et te, aut comes non habuit placitum. — Tunc ille qui appellatus est ad servitium, probet. Si dixerit ipse qui appellavit: „ego fui paratus ad unum placitum, aut fui infirmus“, probet. Sed melius est, ut dicat, quod non misit neglegentiam.

Expositio: Dicens hoc capitulum: „presentialiter se wadient, ut ad primum aut secundum vel tertium placitum causam deliberent“ patefecit, omnino causa casurum, si ad hec placita tria venire neglexerit. Unde patet, ad servitutem appellatum, qui libertatem probandi wadiam dederit, ita causa cadere, si ad placita tria venire neglexerit, sicut hic de appellatore precipitur.

80. (77.) Si vero aliquis[a] alium ad servitium[a] mallaverit, et ille qui mallatus fuerit wadiam[b] de sua probanda libertate dederit[b], iubemus ut supra: ad[c] primum aut ad[d] secundum vel[e] tertium placitum causam[f] deliberent. Inter placitum et placitum sint dies 15; tertium[g] vero, quando comes placitum habuerit, si infra unum comitatum est[h]; sin autem in alio, sint dies 20. Et si in his tribus placitis ipse qui quaerit venire contempserit[i], anteposito[k] quod supra anteposuimus, et comes placitum habuerit, ille namque alius cum suis testibus paratus fuerit, tunc comes ipsos testes recipiat et causam diffiniat[l], veluti si ipse qui quaerit praesens fuisset, et ultra ille qui quaesierit[m] tacitus de servitio illius permaneat.

Glossa: venire contempserit] placita heremodicia. 4.

i) estimabit.....accusare *in cod. nostro omissa e lege citata supplevi.*

Cap. 79. *e codd.* 3—9. a) fuit 7—9. b) presentialiter 5.6.9. c) vadient 7—9. d) aut *add.* 7.8. e) aut 7.8. f) aut 5.6.9. g) diffinient 4. h) vero *add.* 4. i) tertio 4.7—9. k) autem 4. l) sint d. XV *om.* 4.5. m) iusticiae prolongentur 7—9. n) servitium r. a. inevitabilem necessitatem 5. o) cum suis testibus *add.* 5. p) *deest* 5.6. q) quęsierat 4. r) illius servitio 5.6.9. s) non hab. dic. 7.8. t) ad servitium 5.6. u) vadia 7—9. v) placitum 5; placita 7—9. w) addere cap. pl. 4. x) *e codd.* 7—10. y) inter vos 10. z) Mai. 10. a) eum *add.* 10. b) tota 10. c) *deest* 8.9.

Cap. 80. *e codd.* 3—9. a) alium ad serv. aliquis 5.6.9. b) probanda sua lib. vadia dederit 7—9. c) ut ad 7—9. d) ad *om.* 4. e) ad *add.* 7—9. f) ipsam *add.* 7—9. g) tertio 4.7—9. h) fuerit 5.6; sint dies XV *add.* 7—9. i) neglexerit 5. k) exep̃ 5. l) finiat 6—8. m) quesierat 5.6.

78) §. 2. Inst. de poena temere litig. (IV, 16.) 79) L. 1. C. loc. cit. (IX, 1.)

Petre[n], *te appellat Martinus, quod tu es suus servus et malo ordine subtrahis te de suo servitio. — Liber sum nascendo. — Det vadia de*[o] *probanda sua libertate*[o], *et dent vadia de finienda*[p] *intentione ad primum vel secundum vel tertium placitum; et si alterutra persona non venerit, finiatur ut supra dictum est. Si vero appellatus probare suam libertatem non potuerit, tunc appellator approbet eum suum servum esse; et si non potuerit probare, tunc appellatus iuret suam libertatem*[q].

Expositio: Quamquam hic habeatur: „et ipse wadiam ad probandam libertatem dederit", non tamen, ut cogendus sit, datur intelligi, quod in Codicis 7. libri exprimitur capitulo: „Ingenuum[r, 80] se contendendo[r] nec probando non amittat[s] libertatem". — §. 2. Ad servitutem appellatus, quia, donec ad placitum finiatur, est habendus pro libero, velut liber in placito obligationem facere non prohibetur, declarante Codicis 7. libri capitulo: „Lite[81] ordinata in possessione libertatis is de cuius libertate agitur et queritur, constituitur liber, et interim[t] pro[t] libero habetur". — §. 3. Si de impuberis servitute contigerit querimoniam fieri, donec quattuordecim sit annorum, placiti sunt dande inducie, 6. libri Codicis hoc dicente capitulo: „Si[82] tibi ac[u] filio tuo status controversia movetur", in quo sic habetur: „Servitutis vero questionem in tempus differri[v] pubertatis". Si vero servitutis appellator probandi wadimonium dederit, non has est habiturus inducias, que appellato ab hoc conceduntur capitulo, sed[w] eas que in Rotharis iubentur lege „Si[83] quis alii wadiam de sacramento dederit". Si autem alterius legis est, iuxta legem suam sunt concedende indutie[84].

81. (78.) Volumus ut, si quaelibet persona in finibus regni nostri ignem in silvam convivare ausa[a] fuerit, diligenter inquiratur; et[b] si[b] servus comprobatus fuerit hoc fecisse, aut dominus eius eum ad flagellandum et caput[c] tondendum[c] tradat, aut pro eo, quicquid dampnietatis[d] fecit, emendare cogatur. Si[e] quoque libera persona[e] hoc fecisse probata fuerit, penitus emendare cogatur, et insuper bannum nostrum componat; et si non habuerit unde componat[f], flagelletur. Quodsi factum fuerit, per meliores loci illius inquiratur. Si[g] in qualibet persona suspectio fuerit, si servus est, ad[h] iuditium dominus eius mittat[h, i], aut ipse pro eo sacramentum faciat; quodsi libera persona fuerit, proprio sacramento se idoneum[k] reddat[k].

Glossa: De hoc incendio nec pugna fit *(cfr. Liutpr. 70.)*, nec cum testibus probatio *(cfr. Loth. 27.)*. 5. 7. 8.

Petre[l], *te appellat Martinus, quod tu convivasti focum in unam suam silvam, et habuit damnum 100 solidorum per ipsum focum, aut Marcoardus tuus servus*[m].

82. (79.) Auditum[a] comperimus, in[b] finibus Tusciae talia scripta esse[c] prolata, quae absque mense et die mensis sunt: de quibus volumus, ut, si deinceps prolata fuerint, nullum habeant vigorem.

83. (80.) De his personis, quae res suas ideo in alteram personam[a] delegant[b], ut ad placitum venire non compellantur, ut[c] mala quae facta habent non emendent: quodsi apparuerit[d] ideo[e] delegasse, ne iustitiam facerent, volumus, ut ipsae res in bannum mittantur, quousque illi[f] qui eas habent[g] auctorem ad placitum adducant[h] et isdem[i] malefactor iustitiam faciat[i].

Glossa: Concordat cum kapitulo istius (25.) De liberis hominibus qui in alienam potestatem suum. 4.

Expositio: Capitulum hoc, dicens de rebus in bannum trasactandis, non diffiniens terminum, patefecit a parte publica tenendas: alioqui cogetur nullo modo.

84. (81.) Qui sponsam alienam ipsa non consentiente rapuerit, licet cum ea concubuerit, reddat ei[a] eam[a] cuius sponsa est, et is ducat eam, si velit, quia vim[b] passa potius quam violata videtur; quodsi eam ducere noluerit, accipiat[c] alteram[c] feminam. Tamen si et[d] ipsa nubere voluerit, excepto raptori[e], cui voluerit alteri legitime copuletur; raptor vero adulterii criminis reus teneatur. Quodsi ipsa[f] consenserit, similiter ut raptor a nuptiis alterius prohibeatur, et is qui eam accepturus[g] erat aliam qualem voluerit accipiat.

Glossa: raptor vero] id est ut numquam nuptias contrahat. 4. 5. 7. 8. et a nuptiis alterius prohibeatur. 5. 7. 8.

Expositio: Lodoyci „Si[85] quis sponsam alienam", patri sponsam reddi precipiens, ab hoc rumpitur capitulo; Caroli vero „De[86] disponsatis puellis", sponso reddendam esse iubens, ab hoc confirmatur capitulo.

85. (82.) De liberis hominibus, qui super alterius terram resident et usque nunc a ministris rei publicae contra legem ad placita[a] protrahebantur et ideo pignerabantur, contituimus, ut secundum legem patroni eorum eos ad placitum adducant.

n) *e codd.* 7—10. o) de probare suam libertatem 10. p) diffinienda 10. q) et ita secundum asinos (a. 9.), sed aliter est secundum valentes *add.* 9. 10. r) ingenium sed tũ dñdo *cod.* s) admitti ad *cod.* t) intantum, *om.* pro, *cod.* u) a *cod.* v) diffinire *cod.* w) sed *om. cod.*

Cap. 81. *e codd.* 3—9. a) ausus 6—9. b) Si vero 4. c) capite tundendum 7—9. d) dampni 5. 6. e) Si vero libera quaelibet pers. 7—9; *cod.* 3 *inde ab iis verbis novum incipit capitulum.* f) *deest* 5. g) autem *add.* 4. h) aut dominus eius mittat eum (eum *om.* 5.) ad iud. 5. 6. i) eum mittat 8; mittant eum 9. k) idoneat 9; idoneam 6. l) *e codd.* 7—10. m) fecit *add.* 10.

Cap. 82. *e codd.* 3—9. a) Auditu 5. 7. 8. b) quod in 5. c) essent 5.

Cap. 83. *e codd.* 3—9. a) partem 7—9. b) delegunt 4. 5. c) et 5. d) apparuerint 7—9. e) eas *add.* 7—9. f) ille 5. 6. g) habet 5. 6. h) adducat 5. i) idem malefactores i. faciant 4.

Cap. 84. *e codd.* 3—9. a) eam ei 4. b) vim *om.* 5. 6. c) aliam accipiat 5. 6. d) et *om.* 5. 6. 9. e) raptore 7—9. f) et ipsa 4. g) recepturus 5. 6.

Cap. 85. *e codd.* 3—9. a) placitum 4. 6.

80) L. 13. C. ingen. manum. (VII, 14.) 81) L. 14. C. liberali causa (VII, 16.). 82) L. 1. C. carbonar. edicto (VI, 17.). 83) Roth. 362. 84) Cfr. expos. §. 6 ad Lud. P. 15. 85) Lud. P. 14. 86) Karol. M. 122.

Et si quis eos contra hanc nostram auctoritatem et eorum legem pignerare aut distringere[b] praesumpserit, patrono eorum[c] omnia cum lege emendet et insuper pro ipsa[d] praesumptione bannum nostrum componat.

Glossae: secundum legem] kapitulum Karoli (99.) Ut servi aldiones. 4.7.8. — *patroni]* id est domini in quorum terra resident. 4. — *cum lege emendet]* id est sibi nonum, si est Longobardus, vel in quadruplum, si est Romanus, vel secundum legem eius. 5.7.8.

86.(83.) Ut omnis[a] episcopus abbas et comes[a], excepto infirmitate[b] vel nostra iussione[b], nullam excusationem habeat[c], quin[d] ad placitum[e] missorum nostrorum veniat[f] aut talem vicarium suum[g] mittat[h], qui in omni[i] causa[i] pro illo[k] rationem reddere possit*.

* *excepto comite, aliquando* per kapitulum Ottonis *(I. 8.)* „Nullum". 7—9.

87.(84.) Si quis episcopus aut propinquitatis affectu aut muneris ambitione aut causa amicitiae senodochia aut monasteria vel baptismales aecclesias suae aecclesiae pertinentes cuilibet per emphiteuseos[a] contractus[b] dederit, se suosque successores poena[c] mulctandos[d] conscripserit, potestatem talia mutandi rectoribus aecclesiarum absque poenae conscriptae solutione concedimus.

Expositio: Lotharii capitulo „De[87] precariis quoque" hoc concordat capitulum.

88.(85.) Statutum est ut, si quis[a] liber[a] homo per consensum episcopi sui aecclesiam in sua construxerit proprietate, fontesque in eadem[b] ab episcopo[c] fuerint consecrati, ideo non perdat[d] suam[d] hereditatem[e]. Sed si episcopus voluerit, officium sacri baptismatis in suam transferat aecclesiam: ipsa vero a qua transfertur in constructoris maneat iure.

Glossa: Statutum est] N.R.[f] 5.

Expositio: Romana lex[88], in eo quod neminem in proprio suo ecclesiam habere posse insinuat, ab hoc capitulo rumpitur.

89.(86.) Si quis adulter cum adultera comprehensus[a] fuerit[a], et secundum edictum legis Longobardorum marito adulterae ambo ad vindictam traditi fuerint, si eos quispiam emerit eosque coniunctos in eodem scelere habere repertum fuerit, ipsos fiscus adquirat.

Glossa: Si quis] N.R.[b] 5. — Iste capitulum memorat edictus Rothari (212.) Si quis cum uxorem suam alium fornicantem invenerit. 3.

Expositio: Lotharii „Si[89] quis homo alienam uxorem" et Liuprandi „Si[90] quis dixerit coniugi suae" istud concordat.

90.(87.) Si quis liber homo uxorem habens liberam propter aliquod crimen aut debitum* in servitio alterius se subdidit, eademque coniunx[a] manere cum ipso voluerit, ipsorum procreatio quae de tali coniugio nata[b] fuerit[b] libertatis statum non amittat. Si vero ea defuncta secunda uxor et tamen libera tali se sciens[c] iunxerit coniugio, liberi illorum servituti subdantur.

* *vel aliquibus causis.* 7—9.

Glossae: Concordat cum kapitulo istius *(Loth. 1.)* Si quis homo. 4—8. N.R.[d] 5.

91.(88.) Statuimus ut, si femina vestem habens[a] mutatam moecha[b] deprehensa fuerit, non tradatur genitio[c], sicut usque modo, ne forte, quae prius cum uno, postmodum cum pluribus locum habeat moechandi: sed eius possessio fisco redigatur, et ipsa episcopali subiaceat iuditio[d].

Glossae: Statuimus] Lex Liuprandi (29.) De feminis ab hoc partim rumpitur. 4.6. — N.R.[e] 5. — *sicut usque modo]* Rotharis (221.) Si servus. 5.7.8.

92.(89.) De homicidio[a], unde lex pro simplicitate probationem trium testium quaerit, et testes habere non potuerit, concedimus, ut cum 12 iuratoribus iuret et, ab[b] eadem simplicitate[c] absolutus, proprium[d] non amittat.

Glossae: De homicidio] N.R.[e] 5. — *pro simplicitate]* id est homine simpliciter stante occiso, qui per legem mori non debet. 5.7.8.

Expositio: Capitulum hoc, superveniendo occidentem Longobardum res suas perdere iubens, Liuprandi legem „Si[91] liber homo se defendendo" affirmat cunctasque leges eam rumpentes[92] rumpit.

93.(90.) Sanctitum[a] est, ut nullus deinceps quamlibet examinationem crucis[b] facere presumat, ne Christi passio quae glorificata est cuiuslibet temeritate contemptui[c] habeatur.

Expositio: Lodoyci „Si[93] duo testimonia"

b) distinguere 5.7.8. c) eius 7—9. d) *deest* 5.7—9.

Cap. 86. *e codd.* 3—9. a) omnes episcopi abbates et comites 5.6. b) infirmitatem vel nostram iussionem 5. c) habeant 5.6. d) ut 5; quod non 4. e) placita 7—9. f) non veniant 5; veniant 6. g) suorum 5. h) mittant 5.6. i) omnibus causis 5. k) illis 5.7; eis 6.

Cap. 87. *e codd.* 3—9. a) *deest* 5; emphiteusis 7—9. b) contractum 7—9. c) poenam 4.5. d) mutando 5.

Cap. 88. *e codd.* 3—9. a) quislibet 4.7.8. b) ea 6—9. c) eo 7.8. d) suam perdat 7—9. e) proprietatem 5.6. f) non Romanum.

Cap. 89. *e codd.* 3—9. a) comprehensi fuerint 7—9. b) non Romanum.

Cap. 90. *e codd.* 3—9. a) coniux 5.6. b) procreata fuerit 5; nati fuerint 6.7. c) sciente 5.7—9. d) non Romanum.

Cap. 91. *e codd.* 3—9. a) habet 7.8. b) et moecha 7—9. c) geniceo 7—9. d) periculo 7. e) non Romanum.

Cap. 92. *e codd.* 3—9. a) homicida 9 *et corr.* 4. b) ab *om.* 5.6. c) sit *add.* 4.6.7. d) tamen *add.* 4.6. e) non Romanum.

Cap. 93. *e codd.* 3—9. a) Sanctum 7; Sancitum 5. b) cruce 7—9. c) contemptu 6 *et pr. man.* 4.

87) Loth. 21. 88) Cfr. §. 7. 8. Inst. rer. divis. (II, 1.) 89) Loth. 2. 90) Liutp. 129. 91) Liutp. 20. 92) Karol. M. 20. Pip. 10. Ludov. P. 10.12.18. 93) Ludov. P. 3.

et Caroli „Si[94] auctor venerit“ partim rumpuntur a capituli huius sententia.

94. (91.) Ut[a] terminum habeat unaquaque[b] aecclesia, de quibus villis decimam recipiat[c].

95. (92.) Nulli liceat excepto[a] causa[b] fornicationis adhibitam uxorem relinquere et deinde[c] aliam copulare, alioquin transgressori[d] priori convenit sociari coniugio. Sin[e] autem vir et uxor divertere[f] pro[g] sola religiosa inter se consenserint vita[g], nullatenus sine consensu episcopi fiat, ut[h] ab[i] eo[i] singulariter proviso constituantur loco. Nam uxore nolente aut altero eorum etiam pro tali re matrimonium non solvatur.

Glossa: Nam uxore] Huic reclamat divina sententia, nam hoc kaput hereticum est. 5.7.8.

Expositio: Liuprandi lex que est „Si[95] quis amodo inventus fuerit“ feminam venumdari iubens, pluresque leges Romane[k] propter[k] fornicationis causam coniugium dissolvi concedentes ab hoc rumpuntur capitulo.

96. (93.) Nulli liceat, uno tempore duas habere uxores[a], uxorem[b] vero[b] et concubinam: quia, cum domui[c] non sit lucrum, animae fit detrimentum. Nam sicut Christus castam observat aecclesiam, ita vir castum debet custodire coniugium.

97. Ut sponsam alterius nemo recipiat.

Expositio: Rotharis lex, que est „Si[96] quis puellam aut viduam“, ex hoc quod dicit: „et mundium eius qualiter steterit faciat“, ab hoc partim rumpitur capitulo.

98. (94.) De iudicibus inquiratur[a], si nobiles et sapientes et Deum timentes constituti sunt: iurent[b], ut iuxta suorum intellegentiam rectum iudicent, et pro muneribus vel humana gratia iustitiam non pervertant nec differant, et quod iudicaverint, confirmare[c] sua subscriptione[d] non dissimulent. Ubi autem tales non sunt, a missis nostris constituantur et idem sacramentum facere cogantur. Quodsi viles personae et minus idoneae[e] ad hoc constitutae[f] sunt, reiciantur. Similiter et notarii legibus eruditi et bonae opinionis constituantur et iusiurandum praebeant, ut nullatenus falsitatem vel colludium scribant; et qui hoc fecisse praeterito tempore inventus fuerit, praesentaliter[g] dampnetur.

Glossae: De iudicibus] Concordat cum kapitulo Lotharii *(71. in medio)* Notarius. 7.8. — *nobiles]* Nobiles sunt, quorum maiorum parentum suorum nemo servituti subiectus sit. 7. — *sua subscriptione]* Per hoc subscribunt se iudices in cartis. 4. — per hoc dicitur: „rogatus subscripsi“. 5.7.8. — *Similiter et]* S.N.[h] 8.

Expositio: Superioribus: „Omnibus[97] igitur episcopis“, „Notarius[98] autem hoc iurare“ istud concordat capitulum. — §. 2. Iudicem iudicium scripto oportet statuere, Codicis septimi libri dicente capitulo: „Statutis generalibus iussimus, ut universi iudices, quibus reddendi iuris in provinciis permisimus facultatem, cognitis causis, ultimas diffinitiones de scripti recitatione[i] proferant. Huic addicimus, ut sententia, que dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem sententie habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum[k] appellationis sollempnitas requiratur“[99].

99. (*Lud. II.* 8.) De[a] his[b] coniunctionibus[b], quae[c] secundum canones[d] aut aedictum esse[e] non possunt copulatae[e], placuit nobis, ut[f] separentur ab invicem[g].

100. (95.) Ut per triginta annos servus liber fieri non possit[a], si pater illius servus aut[b] mater illius ancilla fuit[c]. Similiter de aldionibus[d].

Glossa: servus aut mater] Varia est hic lectio, nam est[e] cum kapitulo Lodoici (55.) Placuit nobis[1]; sed adversatur lex Grimoaldi (2.) Si servus[2]. 5.7.8.

101. (96.) Ut episcopi diversique[a] sacerdotes habeant advocatos. Quia episcopi et[b] universi[b] sacerdotes ad solam laudem Dei bonorumque operum actionem constituuntur, debet ergo unusquisque eorum tam pro aecclesiasticis causis quam etiam[c] propriis actionibus suis, excepto publico videlicet crimine* habere advocatum, non malae[d] famae[d] suspicatum sed bonae opinionis et lauda

Cap. 94. *e codd.* 3—9. a) Ut *om.* 6. b) unaquaeque 5.9. c) accipiat 5.

Cap. 95. *e codd.* 3—9. a) *sic* 3.5; excepta *rell.* b) causam 5. c) et *add.* 7.8. d) transgressorem *corr.* 4. e) Si 6—9. f) devertere 7—9. g) *sic* 5.6; inter se pro sola religiosa consenserint 4; pro sola vitae religione inter se consenserint 7—9. h) ut *om.* 5.6. i) ambo, alter habeo, 7. k) rotharis praeter *fortasse corrigend. est (cfr. Roth.* 202.*).*

Cap. 96. *e codd.* 3—9. a) *deest* 6. b) *sic* 4.5.7—9; vero *om.* 6; uxoremve *recte conciliorum editio.* c) domus 5.7—9.

Cap. 97. *e solo codice* 6, *abest a rell. omnibus, item deest in editt. anterioribus.*

Cap. 98. *e codd.* 3—9. a) inquirantur 4.5. b) et iurent 5.6.9. c) *deest* 5. d) scriptione 5.9. e) idonei 6—9. f) constituti 7—9. g) presentialiter 5.6. h) Capit. novum? *Cfr. gloss. ad Loth.* 71. i) rationem *cod.* k) decreatorem *cod.*

Cap. 99. *abest a cod.* 3, *rec. man. additum in cod.* 4, *inter supplementa invenitur in cod.* 5, *hoc loco in cod.* 6, *binis autem locis (Karol. M.* 150. *Lud. II.* 8.*) receptum est in codd.* 7—9. *(*7[a]. 7[b]. *rell.)* a) Ut de 5.7[a]—9[a]. b) ea coniunctione 5.7[a]—9[a]; coniunctione 4. c) qui 7[a]—9[a]. d) ecclesiae *add.* 5. e) *sic* 6; esse non potest 4; copulatae esse non possunt 5.7[b]—9[b]; esse non possunt copulati 7[a]—9[a]. f) copulati *add.* 4. g) *in editionibus hic adduntur:* et qui de nostris iudicibus neglexerit causam istam ad iudicandum aut distringendum, componat widrigild suum. *Haec tamen in nullo nostro codice, nec in Estensi, hoc loco inveniuntur et primo in Lombardae editionibus occurrunt: desumpta sunt cum toto capitulo ex Astulfi lege* 8. *Cfr. supra pag.* 197.

Cap. 100. *e codd.* 3—9. a) potest 6—8. b) et 6. c) fuerit 5. d) aldiis 5. e) et *corr.?*

Cap. 101. *e codd.* 3—9. a) universique 6. b) universique 7.8. c) pro *add.* 8. d) mala fama 4.5.

94) Karol. M. 130. 95) Liutpr. 120. 96) Roth. 190. 97) Ludov. P. 56. 98) Loth. 71. medio. 99) L. 3. C. sententiis ex periculo recit. (VII, 44.) 1) „de ingenuo patre et matre“. 2) Cfr. expos. §. 4 ad Grim. 2.

bilis artis inventum, ne, dum humana lucra attendunt, aeterna praemia perdant.

* *et*[3] *pro omnibus placitis in sacramento.* 7—9.

Glossa: excepto publ. vid. crim.] ge per kapitulum secundi Henrici (1.) In legibus cautum. 5—7.

Expositio: Superiori „Omnibus[4] igitur episcopis" concordat huius kapituli sententia. — §. 2. De crimine publico, velut est adulterium homicidium ceteraque de quibus sancti precipiunt canones, episcopum presbiterum diaconum advocatum habere non expedit. Sed episcopus cum 12 episcopis, presbiter cum 12 presbiteris, diaconus cum 12 diaconibus, velut in canonibus[5] legitur, se purificet.

102. (97.) De notariis qui cartulas recipiunt[a] ad scribendum, si eas non scripserint aut si[b] eas perdiderint, restaurent ipsas[c] res cui[d] ipsae cartulae esse debent[d]. Et[e] si[f] negaverint, quod ipsae cartae eis[g] traditae non fuissent[e], iurent cum suis sacramentalibus.

Glossa: De notariis] N. R.[h] 5.

103. (*Lud. II.* 2.) De[a] viduis[a] et pupillis et[b] orphanis coecis et claudis: tuitionem atque aminiculum imperciamus iuxta possibilitatem nostram vel vires, sicut in praecepto domni regis[c] continetur.

Glossa: domni regis continetur] Kapitulum Pipini (5.) Ut viduae. 7. 8.

Imperat[a] *hic divus nobis alter Lodoycus*[b].

104. (*Lud. II.* 1.) Dictum est nobis, ut[c] in quibusdam locis episcopi et comites ab incestuosis et his qui decimas non dant wadias[d] accipiunt et[e] a[e] presbiteris quibusdam neglegentibus, et inter se pecunias[f] dividunt: quod penitus abolendum decrevimus[g], ne forte avaritiae locus detur, et constituimus ut incestuosi[h] iuxta canonicam sententiam poenitentia multentur[i]. Qui vero decimam post tres ammonitiones et[k] praedicationem[k] sacerdotum dare neglexerit, excommunicetur. Iuramento vero eum constringi nolumus propter periculum periurii[l].

Expositio: Dicitur a quibusdam, in eo quod incestuosus hic penitentiae tantum subicitur, in superiori vero „Placuit[6] nobis, ut si pro quibuslibet culpis" litigari excommunicarique precipitur, illud ab hoc rumpi capitulo.

105. (*Lud. II.* 3.) De[a] raptoribus vero, antiquorum patrum statuta sequentes[b], hoc tenendum censuimus[a], ut, si eas rapuerint, quae[c] cum sponso pariter benedictione sacerdotali initiatae sunt[c], licet easdem[d] corruperint, abstrahantur tamen ab ipsis et propriis sponsis reddantur: quae vero vel viduae sunt vel adhuc sponsae non fuerint et absque ipsarum et parentum voluntate rapiuntur, nichilominus parentibus vel propinquis restituantur et aliis si voluerint nubant; nam[e] ipsis a quibus raptae sunt legitimae demum uxores nullatenus esse possunt[e]. Ipsos[f, g] autem raptores eisque auxilium praebentes[f], quamquam[h] anathematizandos antiqui canones praecipiunt, in ultimo tamen constitutis, si devote postulaverint, sacrae communionis viaticum pro[i] misericordia[i] non denegamus[g]. Quodsi aliquis de ordine clericali huiusmodi[k, l] transgressor vel cooperator exstiterit[k], proprii gradus honore carebit.

Glossae: et absque ipsarum et parentum] alter „aut". 5. 7. *(Cfr. expos. §. 2. ad Roth.* 188.*)* — *transgressor vel cooperator]* alter: transgressoribus cooperatur. 7. 8.

Expositio: Lodoyci capitulum „Si[7] quis sponsam alienam", sponsam patri reddi iubens, ab hoc rumpitur capitulo, Caroli vero „De[8] disponsatis puellis" roboratur, sponso reddendam esse precipiens. — §. 2. Rotharis[9] „Si quis violento nomine", „Si quis rapuerit puellam aut viduam", mundium de rapta posse fieri precipientes leges, ab hoc rumpuntur capitulo precipiente, de raptore raptaque nullum fieri posse coniugium. — §. 3. Non putandum est, Codicis noni libri capitulum: „Raptores[10] virginum" ab hoc rumpi capitulo, quamquam raptor illic interfici, hic vero anathematizari iubeatur. Sed intelligendum est, ut prius anathematizentur, sicut hic precipitur, postea vero interficiantur, velut illic[m] iubetur.

106. (102.) Comperimus, quod ab his qui se-

e) partim obiit.

Cap. 102. *e codd.* 3—9. a) accipiant 3. b) si *om.* 5. 6. c) *deest* 5. d) ei cuius cartae eis traditae fuissent 7—9. e) Si vero negaverint fuisse (fecisse 7. 9.) traditas 7—9. f) ipsi *add.* 4. g) sibi 5. h) non Romanum.

Cap. 103. *e codd.* 6—9; *abest a codd.* 3—5. a) Ut vidue 6. b) et *om.* 7. 8. c) Caroli *add.* 6.

Cap. 104. *e codd.* 5—9; *abest a codd.* 3. 4; *in codd.* 7—9 *constituitur in hoc capite initium Ludovici secundi capitulorum, quibus versus hexameter supra exhibitus praefixus est.* a) *versum hexametrum exhibent codd.* 7—9 *et rec. man.* 5. b) Loduycus 5; lodovicus 9; *in cod.* 7 *adduntur:* Explicit liber quartus incipit quintus. c) quod 6. d) vadia 7—9. e) pro 6. f) pecuniam 5. 7—9. g) decernimus 5. h) incestuosus 7. 8. i) mulctetur 7—9. k) *desunt* 5. l) Expliciunt capitula Lotharii regis *subscriptio in cod.* 5.

Cap. 105. *e codd.* 3—9; *in cod.* 3 Karolo Magno, *in codd.* 7—9 Ludovico secundo *tribuitur, in codd.* 4. 6 *inter Lotharii capita recensetur, in cod.* 5 *in folio postea addito suppletur.* a) Hoc censuimus tenendum de raptoribus, sequentes statuta antiquorum patrum 5. 6. b) nos seq. 7—9. c) quae pariter cum sponso sunt initiate sacerdotali benedictione 5. 6. d) eas 6—9. e) nam ad ultimum nullatenus possunt esse legitimae uxores ipsis a quibus sunt raptae 5. f) *sic* 4. 6; Ipsis a. raptoribus eisque a. praebentibus 7—9. g) Quamquam antiquę canones precipiunt anathematizari ipsos raptores et prebentes auxilium ipsis, tamen constitutis in ultimo viatico, si postulaverint devote, sacram communionem pro misericordia non denegamus 5. h) eos *add.* 7—9. i) pro mis. *om.* 7—9; dandum *add.* 6. k) existerit cooperator huiusmodi transgressionis 5. l) praecepti *add.* 4. m) hic *cod.*

Cap. 106. *e solo codice* 6.

3) Cfr. Pip. 6; Heinr. II. 1. 4) Lud. P. 56. 5) Coniuratorum numerus in purgatione canonica adhibendorum in aliis iuris canonici fontibus alio modo statuitur: episcopi cum septem vel duodecim, presbyteri cum quinque vel sex, diaconi cum tribus collegis plerumque sese purificare iubentur. Glossatoris nostri sententia canonibus non consentanea videtur. Cfr. Karl Hildenbrand: „Die Purgatio canonica und vulgaris". München 1841. pag. 54 sqq. 6) Loth. 15. 7) Ludov. P. 14. 8) Karol. M. 122. 9) Roth. 187. 191. 10) L. unica C. raptu virgin. (IX, 13.).

cundum mundanam legem viduarum et orphanorum tutelas sibi vendicant, non solum negleguntur, sed etiam aliquotiens opprimuntur: quibus ecclesiastica solicitudine succurrendum esse censemus. Et si huiusmodi oppressores ab episcopi ammonicione corrigi voluerint, gradulandum his est; sin autem in obstinationis impietate duraverint, suggerendum est clementissimo imperatori, quatinus ipse efficacem tutorem tribuat, ut et illi remuneratio reddatur a Deo, et de inutili scilentio sacerdotalis ordo non[a] dannetur.

Expositio[b]: Non[c] intelligendum est Liuprandi „Continet[11] autem" et Rotharis „Si[12] quis mundium puelle" ab isto rumpi capitulo precipiente, ut imperatori notificetur ipseque pupillo vel vidue alium tutorem instituat, quandoquidem canonum hoc est capitulum.

107.(98.) De incestis coniunctionibus hoc[a] praecipimus[a], ut nullus deinceps propinquam nec quam propinquus habuit uxorem ducat[b].

Glossa: propinquam] id est usque ad septimum. 7.8.

Imperat[a] ista bonis regalis sermo Widonis[b].

1. Placuit nobis etiam summopere[a] statuere, ut episcopi et comites uniti sint in suis parochiis[b] et comitatibus pro pace et salvatione in omnibus[c] honoribus[d] suis habitantibus[d], ita ut nullum praedonem raptorem vel incestum permittant[e] morari[e] in suis sedibus vel concessis honoribus; et si intellexerint, ex[f] alia parte per eorum terminos velle[g] aut debere[g] transire exteros[h] ad[i] istius regni vastationem[i], obviam eis missos communitorios dirigant, ut pacifice sine[k] praeda per eorum transeant terram; vendere autem eis[l] quae necessaria sunt faciant, non plus[m] carum sed[l] secundum usum et consuetudinem terrae. Si vero noluerint adquiescere sed praedas et rapinas exercuerint, quicquid alteri rapuerint, legaliter cum banno nostro ab[n.o] episcopo et comite[n] eiusdem loci emendare cogantur: quodsi exequi noluerint, statim ab episcopo excommunicentur. Postea vero si contigerit, ut comes loci populusque terrae super ipsos praedones venerint et eos impedierint[p] et fuerint[q] mortui[q], neque[r] faida inde[r] crescat neque compositio aliquando requiratur pro his qui ibidem occubuerint. Et si comes eiusdem loci hoc adimplere neglexerit, proprio honore privetur; et si oportuerit et necesse fuerit, ut in suo auxilio vicinum[s] advocet comitem[t], et[u] ille se subtraxerit, similiter[v] proprio privetur honore et insuper 30 libras argenti comiti persolvat.

Expositio: Martine comes, hoc te appellat Iohannes partis publice advocatus, quod tu, sciens exteros regni ad devastationem venire, commonitorios cum episcopo tuo nuntios, ut pacifice venirent, eis mittere neglexisti.

§. 2. Martine comes, hoc te appellat Iohannes comes, quod, exteris ad regni devastationem venientibus, invitatus ab eo, ut sibi contra eos succurreres, ei succurrere neglexisti.

§. 3. Caroli[13] „Volumus ut episcopi et comites", „Sed et hoc volumus ut comites" hoc concordat capitulum.

2.[a] Quicumque igitur[b] ex laicali ordine, tam liberi quamque servi homines, in comitatu commanentes a proprio comite vel a publica parte, id est ab eis[c] qui rem publicam agunt, ammoniti fuerint, si se subtraxerint ab adiutorio sui[d] comitis[d] et eum non adiuvaverint infra ipsum comitatum contra praedones[e] supervenientes[f] in suo[g] comitatu[g], tertiam partem liberi ex suis mobilibus componant, servi autem 60 ictus[h] accipiant[i]; si tamen[k] probatum fuerit, quod eis[l] denuntiatum fuisset.

Petre[m], te appellat Martinus, quod tu occidisti suum patrem. — Non occidi, quod per legem emendare debeam.

Petre comes, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu intellexisti, quod extranei homines debeant[n] transire ad vastationem istius regni, et habuisti neglegentiam de transmittere cum tuo episcopo obviam eis missos communitorios, ut pacifice transirent per vestram terram.

Petre comes, te appellat Martinus comes, quod ipse invitavit te, quod[o] tu[o] adiuvasses[p] eum de extraneis, qui veniebant vastare suum comitatum, et tu te subtraxisti.

Petre, te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu fuisti ammonitus a tuo comite, quod tu adiuvares eum infra comitatum contra supervenientes praedones, et te subtraxisti.

a) non *om. c.* b) *haec expositio, praefixis verbis* Comperimus quod ab his, *expositioni capitis* 105 *in cod. Branc. continuo adnexa est.* c) Nec *cod.*

Cap. 107. *e codd.* 4. 6—9; *abest a codd.* 3. 5. a) *sic* 6; hic (hoc 7) praecipitur 7—9; *desunt* 4. b) *sic* 4. 6; accipiat in coniugio, et uxoris parentella ita sit viro sicut et propria parentella 7—9. *(Cfr. Leges I,* 525. *c.* 11.*)*.

a) *Versum hexametrum exhibent codd.* 7—9 *et rec. man.* 4. 5. — *In codd.* 3. 4 *haec Widonis capitum inscriptio servatur:* Incipit kapitula quae domnus wido imperator addit in kalendas madias (madii 4) civitate Ticinensi anno imperii eius primo indicione IIII. (VII. 4.) — Incipiunt capitula domni Widonis *inscriptio in cod.* 5. *In cod.* 6 *deest inscriptio, una tamen linea vacua relicta.* Explicit quintus. incipit sextus *inscr. in cod* 7. b) gidonis 7—9.

Cap. 1. *e codd.* 3—9. a) quod *add.* 3. b) paroechiis 4. c) hominibus *add.* 4. 7—9. d) habitantibus honoribus suis 5; hon. in suis hab. 7—9. e) perm. mor. *post* honor. *ponunt* 5. 6. 9. f) ut ex 4. g) ut eant aut debeant 5. h) extraneos 6. i) istius regni vastatores, *om.* ad, 3. 7—9; ad *om.* 6. k) et sine 5—9. l) *deest* 5. m) amplius 4. n) ad episcopum et comitem 6; episcopo et comiti 5. o) ad 3. p) impendierint 7—9. q) mort. fuer. 7. 8. r) precipimus nec faida inde 3; neque faida inde praecipimus 4. s) suum *add.* 4. t) comes 3. 4. u) si *add.* 5. 6. v) *deest* 6.

Cap. 2. *e codd.* 3—9. a) *in codd.* 7. 8, *item in formulario codicis* 10 *hoc cap. anteriori coniunctum.* b) *deest* 6. c) his 4. d) suo proprio comite 3; sui proprii comitis 7—9 *et rec. man.* 4. e) praedones *post* comit. *ponit* 4. f) venientes 5. 8. g) suum comitatum 6—9. h) hictibus 4; ictos 3; a propriis dominis *add.* 5. 6. i) vapulēt 3; vapulent̄ 4. k) *deest* 3. l) ipsis 4 *et in marg.* 3. m) *e codd.* 7—10; *prima tamen placiti forma abest a cod.* 7. n) debebant 10. o) ut, *om.* tu, 10. p) adiuvisses 9.

11) Liutp. 119. 12) Roth. 197. 13) Karol. M. 59. 67.

3. Neque[a] comes neque loco positus[b] neque sculdasius[c] ab arimannis suis aliquid per vim exigat praeter quod legibus constitutum est; sed neque per suam forciam in mansionem[d] arimanni sui[e] applicet[f] aut placitum teneat, aut aliquam violentiam faciat. Si vero de praedictis personis publicis[g] hoc irritum fecerit, honore proprio sive ministerio privetur et secundum legem emendet[h].

Glossae: praeter quod legibus const. est] ut bannum componat et pontes et stratas faciant. 4. — id[14] est ut faciat tria placita et pontes et vias et opera legalia facere. 5.7.8. — *in mansionem applicet]* id est albergat. 3.

Petre[i] comes, te appellat Martinus tuus arimannus, quod tu albergasti per virtutem in casam[k] suam[k] et tulisti sibi per virtutem unum porcum qui valebat solidos 10. — *De torto me[l] appellas[l].* — *Da sibi vadimonium, ut, si te recordatus fueris, ut emendes: si non, ut te exdicas.*

Cuius placiti sacramenta sunt, appellatoris: „de hoc unde te appellavi, me sciente de torto te non appellavi, si Deus"; appellati: „de hoc unde tu me appellasti, de torto me appellasti, si Deus". Poena est appellatoris quidem: decima pars litis aliquando; et appellati victi[m]: semper ut honore aut ministerio privetur, ut bannum persolvat et secundum legem appellatoris emendet malum.

4. Si igitur ex praecepto imperiali comes loci ad defensionem patriae suae[a] suos[a] arimannos hostiliter properare monuerit, aut per se aut per suum missum, et aliquis eorum remanserit, exceptis[b] his quos episcopus in[c] sua elegerit necessitate[c] aut comes dimittere voluerit, nisi aliquis sunnis[d] et ceteris impedimentis quae legibus continentur detentus fuerit, widrigild suum componat. Et hoc nullus comitum aut publicus[e] potestatem habeat[e] exigendi[f], nisi cum misso de palatio imperatoris.

Petre[g], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod comes tuus per praeceptum imperiale ammonuit te, quod hostiliter pergeres ad defensionem patriae et ad casam remansisti. — Non placeat Deo. — Tunc appellatus det vadium[h], ut[h] si se recordatus fuerit ut[i] emendet, sin autem, quod se exdicat.

Cuius placiti sacramenta sunt ita, ut advocatus non iuret, sed tantum appellatus: „comes meus per praeceptum imperiale non ammonuit me, nec per se nec per suos missos, ut hostiliter pergerem ad defensionem patriae, si Deus", aut: „ego ad casam non remansi, si Deus". — Poena quidem est, ut widrigild suum tribuat.

5. De cartis[a] vero interdicimus: nemini[b] liceat alienas res praesumptive invadere occasione cartulae ab eo factae, qui vestituram[c] legitimam non habens dignoscitur invasisse; sed[d] si quis adquisitor extiterit, non antea[e] invadere alienas[f] res, vel[g] ecclesiae vel cuiuspiam hominis[h], praesumat, antequam auctor cartulae[i] legali et iudiciali diffinitione eas vendicet: et tunc demum cui vult[k] liberam tradendi habeat facultatem. Et si quis ipsas[l] sine lege invaserit, non solum ipsas[m] res amittat, sed insuper bannum nostrum componat.

Glossae: De cartis] Bonum[n]. 4. — *cartulae ab eo factae qui]* Non est Romanus factor, set patiens est omnis legis. 7.8. — *dignoscitur invasisse]* scilicet ipse homo et fecit ipsam cartam. 4. — Hoc est: quidam invasit et aliquo fortuito casu rem amisit et post alii inde cartam fecit, et emptor idem eandem rem occasione eius cartae invasit; quia ex voluntate legis colligitur, si aliquis, cuius res iuste sint, alicui cartam fecerit, quod ille qui habet cartam optime potest eam invadere. 5.7.8. — *eas vendicet]* id est probet sua esse. 5.

Petre[o], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est. — Quid tibi pertinet? — Ecce carta, quam michi fecit Dominicus. — Ipsa carta nichil michi nocet, quia ipse qui fecit tibi ipsam cartulam michi invasit ipsam terram. — Probet ipse qui appellavit, et ipse qui tenet perdat terram et emendet bannum. Si vero appellator probare non potuerit, nisi falsaret[15], aut adversa probatione superatus fuerit, refutet terram et camphioni ex parte eius dextra mannus amputetur; ceteri vero ex parte eius manus suas redimant[16]; ipse[p] widrigild[q] tribuat.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per successionem mei patris, et quid tibi pertinet? — Ecce carta quam michi fecit Marcoardus. — Vis dare auctorem, an vis stare loco auctoris? — In loco auctoris volo stare. — Non debes tu stare in loco auctoris, quia ipse qui tibi vendidit invasit michi ipsam terram. — Et ita probet, si vero probare non potuerit, nisi falsaverit cartam, rem perdat, bannum[r] persolvat. At si probare voluerit, et adversa probatione superatus fuerit, terram perdat, bannum[r] solvat; camphio eius manu curtetur, ceteri falsi testes manum redimant, et ipse qui duxit falsos widrigild tribuat.

Expositio: Si quis terram alienam invaserit et alii vendiderit, et emptor sciens esse invasam

Cap. 3. *e codd.* 3—9. a) Nemo 3. b) prepositus 3; eius *add.* 3 *et pr. man.* 4. c) sculdascius 3.8.9; sculdachius 6. d) mansione 4. e) *deest* 7—9. f) *sic* 6.9; se applicet 4; amplicet 3.5.7.8. g) aliquis *add.* 7—9. h) ei quod hoc fecit *add.* 6; hoc quod ei fecit *add.* 7—9. i) *e codd.* 7—10. k) casa sua 10. l) *desunt* 10. m) *deest* 10.

Cap. 4. *e codd.* 3—9. a) suae *om.* 5.6; suos *om.* 4.8. b) excepto 3. c) eleg. in sua nec. 6—9; in sua *om.* 3. d) somnis 5. e) *sic* 4; puplicorum potestatem habeat 5; publice, *corr.* publicam, potestatem habeat 3; publica potestas habeat licentiam 6—9. f) exigendum 4; exiendnm, *rec. man.* exquirendi, 3. g) *e codd.* 7—10. h) vadiam, *om.* ut, 10. i) ut *om.* 9.

Cap. 5. *e codd.* 3—9. a) kartis 4. b) ut nemini 5—9. c) investituram 6—9. d) et 6—8. e) ante 6.7. f) *deest* 4. g) aut 5.6; *deest* 4. h) liberi hominis 4.9; hominis liberi 6—8. i) kartulae 4. k) voluerit 4. l) res *add.* 4. m) *deest* 4.5. n) B. *cod.* o) *e codd.* 7—10. p) et ipse 7. q) suum *add.* 10. r) et bannum 10.

14) Cfr. gloss. ad Loth. 10. 15) id est falsam dixerit cartam. 16) Lud. P. 15.

se intromiserit, et ipse cui fuerit invasa eum voluerit appellare, sic dicat:

Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu tenes ei terram in tali loco malo ordine. — Respondet: non est verum, quia ipsa terra mea propria est per cartam quam Dominicus michi fecit. — Illa carta nichil michi nocet, quia ipse michi eam invasit et tu sciens esse invasam emisti. — Respondet Petrus: non est verum, quod tibi invasisset. — Tunc probet Martino[s] Petrus, Dominicum[s] sibi invasisse. — Probatione peracta Petrus respondeat: licet invasisset, tamen perdere non debeo, quia eum invasisse ignorabam. — Secundum quosdam probare debet[17], quod se sciente ab invasore non emit, sed secundum melius sentientes Martinus[t] probare debet Petro[t], quod se sciente emit ab invasore. Et si probare potuerit, tunc Petrus rem amittat, et insuper bannum componat, et adversus suum venditorem de duplo[18] carte agere non possit. Et si probare non potuerit, tunc Petrus iuret, quod se sciente ab invasore non emisset, deinde reddat possessionem Dominico[u], Dominicus[u] vero Martino iuxta Lodoyci capitulum „Legatio[19] missorum nostrorum hec est", quia ibi legitur, quod res iniuste ablate restituantur quibus iniuste auferuntur. — Postea sit placitum inter Dominicum et Martinum, et si Dominicus legaliter adquirere potuerit, reddat Petro; si vero adquirere non potuerit, duplum quod in carta legitur Petro det, et insuper bannum componat iuxta Pipini legem que est „Ut[20] nullus alteri presumat" et cetera.

§. 2. Aliter: si quis terram alienam invaserit et alii vendiderit, et ipse emptor se non intromiserit, emptor sic eum inde appellet:

Rainalde[v], hoc te appellat Anselmus[v], quod tu tenes ei terram in tali loco malo ordine. — Respondet: hec terra mea propria est, et tibi quid pertinet ad requirendum? — Bene, quia ecce carta, quam Albertus[w] fecit[x] michi. — Dicat[y] Rainaldus Anselmo[y]: vis stare auctoris loco vel vis auctorem dare? — Auctoris loco stare volo. — Non potes, quia in hoc quod hec lex dicit, quod non deberes te intromittere, antequam auctor carte vendicet legaliter, ostendit, quod auctorem dare debes. — Igitur det[z] Anselmus Albertum[z] auctorem et sit placitum inter Rainaldum[a] et Albertum[a]; et tunc, si Albertus[b] eam legaliter adquirere potuerit, Anselmus[c] eam habebit; sed si adquirere non potuerit, det Anselmo[d] duplum carte et insuper bannum componat.

§. 3. Notandum est, quod hec lex de primo invasore Romanam legem debilitat et legem Longobardam affirmat; de secundo vero invasore legem Romanam affirmat et Longobardam infirmat. Hec lex de primo invasore in hoc legem Romanam debilitat, quod precipit in hoctavo Codicis titulo de tertio capitulo: „Si[21] quis in tantam pervenerit audaciam", et manifeste denotat, invasorem[e] sue rei proprietatem amittere, aliene rei ipsam restituere[f] et alia tantumdem de suo proprio componere. Et hec lex primum invasorem propter invasionem non facit proprietatem ammittere, immo per invasionem dat[g] ei[g] licentiam requirendi proprietatem legali et iudiciali diffinitione: unde Longobardam legem in Rothare affirmat, ubi dicit: „Si[22] quis exaraverit campum alienum"; nam in hoc quod ipsa lex dicit: „si non potuerit suum probare, pro presumptione 6 solidos componat", ostendit, si potuerit suum probare, quod propter invasionem non debet ammittere nec compositionem facere, et alias[23] quam plures, id est: „Si quis molinum in terra aliena" et „Si quis fossatum" et „Si sepem". De secundo vero invasore, in hoc quod hec lex dicit, quod propter invasionem non solum rem ammittat sed insuper bannum componat, affirmat Romanam legem que pro sola invasione facit proprietatem ammittere, sive invasor primus sit vel secundus, et rumpit predictas leges edicti ab hac eadem lege de primo invasore affirmatas, in hoc quod non faciunt invasores, quicumque sit aut primus aut secundus, proprietatem ammittere, si legaliter rem potuerint conquirere, immo per intellectum concedunt. — §. 4. Item si quis terram alienam invaserit et alii non tradiderit, sed sibi tenuerit, queritur, quid debeat inde fieri? Antiqui[w] dicebant, quod hec lex nichil inde preciperet, ideoque iuxta Romanam legem, que omnium est generalis, hoc esse diffiniendum censebant, que iubet invasorem proprietatem ammittere[21]. Sed male dicebant; quia, cum hec lex invasori concedit legali et iudiciali diffinitione adquirere, cum alii vendiderit, multo melius, cum sibi retinuerit. Ad hoc quidam contra dicebant dicentes: non per argumentum tibi credimus, nisi specialem legem ostendas. Quibus dici potest: si argumento credere non vultis, legem specialem habeatis, quia in hoc quod hec lex dicit, quod invasor primus post[h] invasionem rei rem acquirere potest diffinitione legali, respexit legem Lodoyci que est „Legatio[19] missorum nostrorum" et cetera, que ostendit, invasorem propter invasionem rem non ammittere, sive teneat sive vendat, si legaliter poterit acquirere, ubi dicit[24]: „Volumus autem de his libertatibus et rebus reddendis, quae in nostra investitura sunt, ut primum, id[i] est ante restitutionem[i] investiture, per optimos quosque rei veritas proprietatis inquiratur", scilicet cui ipsa proprietas pertinuerat vel non: per quod dat intelligi, quod de privatis intelligere debemus, quod rei veritas post restitutionem, id est postquam in possessionem fuerit missus, inquiratur. — §. 5. Item si quis terram alienam invaserit et alii vendiderit, et[k] ipse emptor, sive[k] sciat invasam esse sive non, se intromiserit sed alii vendiderit, et ipse secundus emptor se intromiserit, sive sciat fuisse invasam sive

s) M. P. D. *cod.* t) M. probare debet P. *cod.* u) D. Dominicus *cod.* v) R. anselmus, *om.* hoc t. a., *cod.* w) *sic plenis litteris cod.* x) feci *cod.* y) Dic̄. R. a. *cod.* z) ds aa. *cod.* a) r. et a *cod.* b) a. *cod.* c) a. *cod.* d) anselmum *cod.* e) per invasionem *c.* f) ꝑ respuere *cod.* g) det et *cod.* h) prius *cod.* i) i. tū institutionem *cod.* k) sive ipse emptor *cod.*

17) Petrus scilicet. 18) propter evictionem; cfr. L. 2. Dig. eviction. et stipul. duplae (XXI, 2.). 19) Ludov. P. 35. 20) Pip. 23. 21) L. 7. C. unde vi (VIII, 4.). 22) Roth. 355. 23) Roth. 151; Liutp. 45. 46. 24) Lud. P. 36.

non, tamen perdere non debet; quia hec lex alium non facit perdere nisi illum, qui emit a presumptivo invasore et scit, terram fuisse invasam. Sed tamen invasori investitura reddatur, et ipse reddat eam cui invasit, et placitum sit inter invasorem et illum cui invasa fuerit iuxta Lodoyci legem quae est „Legatio[25] missorum nostrorum“ et cetera; et si ipse voluerit legaliter eam acquirere et[l] potuerit, ei[m] reddat a quo investituram acceperat; et si acquirere non potuerit[m], det ei duplum carte, quod duplum ei promiserat, cum ipse ea vendiderat. — §. 6. Item si quis terram alienam invaserit et alii vendiderit, et ipse emptor alii vendiderit et ipse secundus tertio, et ipse tertius quarto: etiamsi centum sint, omnes invasores dicuntur, ut dicit lex Lotharii que est „Quicumque[26] rem alienam cuilibet vendiderit“ et cetera, ubi dicit: „is vero qui easdem res invasit primum et iniuste vendidit necnon et emptor, hoc quod fraudulenter ammiserit, infra patriam emendare cogantur“, et insupra fruges, sicut lex ipsorum est, et bannum componat et insuper rem. — §. 7. Item dicebant antiqui, hanc legem tantum loqui de duobus Longobardis in hoc quod lex dicit: „quod auctor[n] cartule legali et iudiciali diffinitione eas vendicet“ post invasionem, cum nullus preter Longobardum rem possit adquirere post invasionem. Sed male dicebant; quia hec lex generaliter de omnibus loquitur, quod videri potest in hoc quod dicit: „non antea invadere alienam rem ecclesiae vel cuiuspiam hominis liberi presumat“. Nam in hoc quod dicit de ecclesia, cum iam ecclesia ad legem Romanam vivebat iuxta Lodoyci capitulum quod est „Omnis[27] ordo“, per similitudinem ecclesie et per hoc quod dicit: „cuiuspiam hominis“, universaliter intelligere possumus de omni genere hominum liberorum. — §. 8. In hoc quod lex dicit: „nemini liceat res alienas presumptive invadere“ et inferius dicit: „quod invasor legali et iudiciali diffinitione eas acquirere potest“, ostendit, quod, licet res proprie sint invasoris, tamen eas vocat „alienas“, idcirco quia alius eas possidet; per quod possumus videre, quod nos debemus intelligere, in lege Pipini que est „Nullus[28] alteri presumat res suas tollere aut invadere“ et cetera referendum esse „res suas“ ad „alteri“ non ad „nullus“[29]. — §. 9. Notandum est quoque, quia in hoc quod hec lex dicit, illum qui terram invadit et alii vendidit vendicare illi cui vendidit, multo melius, si eam invaserit et sua propria fuisset et alii vendiderit, sibi defendere debet. Hoc argumentum ab hac lege non est colligendum, cum hec lex in alio casu non loquatur, nisi quando terram invadit et alii vendidit. — §. 10. In hoc quod hec lex dicit, quod auctor carte „tunc demum cui vult habeat liberam tradendi facultatem“, dicunt quidam, quod[o] ostendat[o], nullum habere liberam facultatem tradendi terram suam, nisi in eiusdem terre fuerit possessione. Sed male dicunt, quia hec lex vel[p] ideo dicit: „tunc demum habeat liberam tradendi facultatem“, quando habet liberam facultatem tradendi ius et actionem suam, sicut lex Romana precipit, sed ideo dixit: „tunc demum habeat liberam facultatem tradendi“, quia tunc tantum ipse invasor post adquisitionem liberam habet facultatem emptorem mittendi in possessionem. — §. 11. Item in hoc quod dicit: „tunc demum cui vult“ dicebant[q] antiqui[q], quod invasor post adquisitionem non est constrictus eam reddere cui vendiderit, sed cuilibet tradere potest. Sed male dicebant; quia „vult“ non est hic positum in sua propria significatione, immo pro „potest“ scilicet: „tradat cui potest“, id est cui ante[r] adquisitionem[r] vendiderat. Petenti exemplum, ubi „vult“ invenitur pro „potest“, detur eius in Liuprando, ubi dicit: „Si[30] quis puellam ante 12 annos“, in hoc quod ipsa lex dicit inferius: „nubat cui voluerit“, scilicet cui potuerit[s].

6. De cartis[a] etiam vel quibuscumque scriptionibus[b] quae a quibusdam personis falsae appellantur statuimus, si[c] notarius vixerit et testes, ut idem notarius cum legitimis sacramentalibus[d] 12 simul et[e] cum ipsis testibus qui in eadem carta scripti sunt ipsam cartam veram et[f] idoneam[f] faciat[g]; similiter et cartae ostensor cum 12 sacramentalibus[d], sicut legitime iurare valeat, ipsam cartam veram et idoneam faciat. Interpellator autem primum iuret, quod se sciente nichil aliud nisi verissimam et[h] in omnibus iustam rationem exquirat[h, i]. Si autem notarius se subtraxerit et cartulam suo[k] scriptam[k] nomine idoneam minime confirmare potuerit, nulla redemptio ei concedatur, sed manum propriam amittat: et ostensor ipsius[l] post rerum amissionem widrigild suum componat. Et[m] si[m] notarius defuerit et testes supervixerint[n], ipse ostensor cartulae cum ipsis testibus et cum 12 sacramentalibus[o], sex suis propinquis et[p] ipse sit septimus[p], et quinque aliis idoneis, ostensis primum duabus aliis cartis manus collatione ab eodem notario descriptis[q], ipsam tertiam[r] cartam per sacramentum veram et idoneam faciat.

Glossae: De cartis] Bonum. 4. Non est Romanus. 7. N. R. 5. — Concordat cum legibus Liuprandi (114. 62.) Si quis possederit qualemcumque rem, Si quis testimonium falsum. 5—8. Si quis per cartam ingenuus *(Lud. Pius* 5.*)* partim ab hoc rumpitur. 6. — *et ostensor ipsius]* Similiter[s] intelligitur de cartis libertatis, quamvis[t] hic legitur: „et[u] ostensor ipsius post rerum amissionem widrigild suum componat“. 5. 7—9. — *sex suis propinquis]* et si ostensor parentes non habuit, tamen non debet perdere causam, sed cum aliis sacramentalibus iuret. 5. 7—9. — *ostensis primum duabus]* Si notarius numquam scripsit cartam antea, sed illa prior est, fiat comparatio etiam ex alia sua scriptura, ut legi-

l) et *om. c.* m) ei reddat.....non potuerit *bis deinceps in codice leguntur.* n) actor *cod.* o) que ostendit *cod.* p) non *corrigendum videtur.* q) di. a. *cod.* r) tamen inquisitionem *cod.* s) voluerit *cod.; cfr. expos. §.* 8 *ad Liutp.* 12.

Cap. 6. *e codd.* 3—9. a) kartis 4. b) inscriptionibus 4. c) ut si 6. d) suis *add.* 6—9. e) et *om.* 6—9. f) *desunt* 3. 4. g) faciant 4. 6—9. h) et iusta racionibus in omnibus exquirat 3; et iustam rationem exq. in o. 7—9. i) requirat 5. 6. k) cum suo subscriptam 4. l) cartulae *add.* 4. m) Si autem 4. n) superadvixerit 3. o) suis *add.* 5—9. p) *sic* 3. 4; et se septimo 5; se septimo 7—9; septimo 6. q) scriptis 6—9. r) *deest* 5. s) *in cod.* 9. *haec glossa cum sequentibus textui ipsi inserta est.* t) quamvis *rell. om.* 9, *sed eorum loco habet:* etsi ostensor non solvat widrigild. u) et ostensor *rell. om.* 5.

25) Ludov. P. 35. 26) Lothar. 60. 27) Ludov. P. 53. 28) Pip. 23. 29) Cfr. expos. §. 1 ad Pip. 23. 30) Liutp. 12.

tur in novellis *(Iul. novell.* 44, 2.*).* 5.7—9. — *manus collatione]* De collatione si fuerit altercatio, iuret collator, deinde faciat comparationes, ut legitur in novella per legem „Est quedam constitutio" *(ibidem)* 5.7—9. — *veram et idon. faciat]* Si vero notarius est absens vel aliqua iusta causa in iudicium impeditus venire, faciat ostensor quod debet facere, si notarius est mortuus, ut[v] videtur in novella[v] *(Iul. nov.* 66, 7.*).* 5.7—9. — *E codd.* 5.7.8:

Personarum

aliae quae possunt cartas vocare falsas,	aliae quae non possunt,
ut ipse qui dicitur fecisse, ut heredes, ut emptor secundus, ut ille cuius interest cartam ostensam non esse factam, ut successor, ut acceptor secundus, ut prior acceptor.	ut ceteri preter adversos.

Cartarum[31]

aliae sunt quarum anteriores vocant posteriores falsas,	aliae, quarum posteriores vocant anteriores falsas,
veluti dum fit notitia rei missae in bannum et tractae, veluti si res universaliter obligatae particulariter distrahantur, veluti si quis res alicui aecclesiae post suum decessum legaverit et post inde aliquid alicui alienaverit, veluti dum fit notitia prior ad salvam querelam et post altera alteri, veluti si quis ita rem ordinaverit, ut in se reservet potestatem alienandi per breve receptorium et post per illud breve alienaverit.	veluti si quis rem alicui vendiderit per cartam et post alii, veluti si quis alii rem donaverit per cartam et post alii, et ceterae infinitae quae inter se adversantur.

Petre[w]*, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartulam quam michi fecit Marcoardus, et tibi quid pertinet? — Per cartulam quam michi fecit Marcoardus. — Ipse qui habet posteriorem cartulam dicat anteriorem falsam.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine unum suum servum. — Ipse servus meus proprius est per cartulam quam tu michi fecisti. — Falsa est ipsa carta. — Vis ut clarefacta fiat per sacramenta? — Volo. — Da ei vadimonia de facere eam veram secundum capitulum Widonis. — Et terminus constituatur; et cum venerit terminus, dic: Donne comes, hoc dicit Petrus, quod in tali die appellavit eum Martinus, quod ipse tenebat sibi malo ordine Marcoardum suum servum; et ipse dixit, quod suus proprius erat per cartam quam sibi fecit, et ipse appellavit eam falsam, et ipse dedit vadium de facere veram secundum capitulum Widonis: modo est paratus ad implendum sicut dedit vadium. — Dicis tu ita? — Sic dico. — Et tu recepisti ita vadium? — Sic feci[x]*. — Tunc fiant facta sacramenta ita; appellator iuret: „de hoc unde cartam hanc falsam appellavi, me sciente nichil aliud nisi verissimam et iustam rationem exquiro in omnibus modis, si Deus"; appellatus: „haec carta vera et idonea est, si Deus"; notarius*[y]*: „haec carta vera et idonea est, si Deus"*[y]*; sacramentales: „quod ipse iuravit, verum iuravit, si Deus"; testis unus: „haec carta vera et idonea est, si Deus"; caeteri: „quod ipse iuravit, verum iuravit, si Deus". — Si dixerit notarius, quod non scripsit ipsam cartam, aut testis dixerit, quod non fuit testis, probet ostensor, eam notarium scripsisse, et eos fuisse testes. Si vero probare non potuerit, iurent cum suis sacramentalibus, et quaeratur alter notarius et alius testis. At si se subtraxerit notarius, sit ut legitur in lege, et sit similiter, si se subtraxerit ostensor. Si dixerit ipse qui appellavit falsam cartam: „alius scripsit ipsam cartam", aut „alius fuit testis", probet. Poena vero imminet falsatori, si sibi satisfactum fuerit, et rem refutet, et secundum obligationem cartulae emendet — si ipse fecit, vel si est eius heredes, qui eam fecit, vel bonorum possessor — ostensori. Si uterque, id est notarius et ostensor, se subtraxerit, notarii manu abscisa, testibus widrigild mulctatis, ipse ostensor rem amittat, widrigild*[z] *tribuat. Et si est rogator falsae cartulae testis, widrigild tribuat bannumque persolvat, si est appellatus. Si vero alteruter, vel notarius vel ostensor, se subtraxerit, tunc sapientia iudicis rideatur, quis eorum sit melior et verus, ut eius sententia precellat; et malus et mendax, constrictus potestate et boni sententia convictus, aut in sententiam veri vadat, aut bono evadente, vel non, quod iustius videtur, malus et mendax suomet gladio feriatur. Similiter de testibus previdendum est*[a].

Expositio: Carta debemus intelligere de maioribus, scriptiones de minoribus. — §. 2. Cartarum[32] alie sunt, quarum anteriores[b] vocant falsas posteriores, alie sunt, quarum[c] posteriores vocant falsas anteriores. Que vocant falsas posteriores non sunt nisi quinque: secundum legem tres et secundum usum due.

§. 3. Prima que est per legem, vocans posteriorem falsam, est talis ut dicit lex Liuprandi que est „Si[33] quis alii cautionem fecerit". Nam ibi legitur: quod, si quis hoc ordine res suas debitori suo obligaverit, ut, si infra constitutum terminum debitum non persolvat, transacto termino de rebus suis, quascumque invenerit, accipiat, et, si eo modo obligaverit, infra constitutum terminum omnes res suas alii vendiderit et debitum non persolverit, et ipse cui vendiderit se intromiserit, et ille qui hanc accepit obligationem, cum scilicet emptorem appellavit, sic dicens:

Martine, hoc te appellat Iohannes, quod tu tenes ei terram in tali loco malo ordine. — Re-

v) per usum 9. w) *e codd.* 7—10. x) recepi 10. y) notarius.....Deus *om.* 9. z) et widr. 10. a) De coll. si fuerint altercatio, iuret collator per usum *add.* 9. b) actiones *cod.* c) *deest cod.*

31) Cfr. expos. §. 2—9. 32) Intellige ita: inter complures cartas diverso tempore de eadem re factas, si invicem sibi contradicunt, ea plerumque praevalet quae prior tempore est; in quinque tamen casibus posterior praevalet carta, ut prior tunc tantum valere possit, si posterior falsa dicta et probata fuerit. 33) Liutp. 66.

spondet: non est verum, hec terra mea propria est, et tibi quid pertinet ad requirendum[d]? — Respondet: inde quia ecce carta cautionis[e], quam michi Petrus fecit. — Respondet: illa carta cautionis nichil michi nocet, quia ecce carta venditionis quam Petrus michi fecit infra terminum positum[f], quam cartam[g] predicta lex confirmat. — Ad quod Iohannes respondet sic dicens: carta venditionis, quam ostendis, falsa est.

Hic videri potest, quod anterior vocat posteriorem falsam[h]; ideo scilicet, quia, si posterior vera fuerit, anterior nichil valebit; sed si falsam probare potuerit, anterior valebit[34].

§. 4. Secunda que est per legem, vocans posteriorem falsam, est talis ut Lodoyci capitulum, quod est „Si[35] cuiuscumque hominis proprietas", quia ibi legitur: si proprietas cuiuslibet ob crimen aliquod in bannum fuerit missa et inde notitia fuerit facta, et ipse cuius fuerit proprietas in bannum missa infra annum ad comitem venerit et iustitiam fecerit, et comes eius proprietatem foras bannum miserit et exinde notitiam fecerit, et ipsam notitiam non recuperavit, qua[i] eius proprietas in bannum fuerit missa, et postea comes vel quislibet eius minister eam repererit et comes per advocatum suum eum de eadem proprietate appellavit sic dicens:

Robberte, hoc te appellat Refredus[k] advocatus partis publice, quod tu tenes parti publicae, unde ipse est advocatus, terram[k*] in tali loco malo ordine. — Respondet Robbertus[k]: hec terra mea propria est per successionem parentum meorum, et parti publice quid pertinet ad requirendum? — Respondet: bene, quia ecce notitiam quam michi fecit, que manifestat, illam in bannum fuisse missam ob crimen quod fecisti. — Respondet: dicta illa notitia nil michi nocet, quia ecce notitia, qua legitur, de banno postea fuit tracta[l].

Hic anterior potest posteriorem falsam vocare, quia, si posterior in rei veritate esset facta, anterior non valeret.

§. 5. Tertia, que est per legem, vocans posteriorem falsam talis est, ut dicit Lotharius in capitulo suo quod est „Volumus[36] ut res que a liberis personis", quia ibi legitur, quod, si quis ad ecclesiam tradiderit et sibi usumfructum et ordinationem reservaverit apud se, et postea alii ecclesie eodem[m] modo[m] tradiderit et ipsa ecclesia se intromiserit: hic anterior[n] secundum ordinem aliarum supradictarum vocat posteriorem falsam, quia, si posterior valet, anteriori noceret.

§. 6. Prima, que est per usum, vocans posteriorem falsam, talis est, ut legitur in cartulario[o, 37], hoc modo scilicet, quodsi quis res suas in manus sacerdotis tradidit, et ipse sacerdos per breve receptorium hoc modo eas res ordinaverit, ut ipse usumfructum ex eis rebus, quandiu vixerit, habeat, et insuper easdem res pro anima sua iudicandi seu donandi sive vendendi vel[p] quolibet modo alienandi licentiam habeat, et quantum post eius obitum indatum remanserit habeant heredes ipsius; et si alii ante mortem vendiderit vel alio modo alienaverit de rebus suis et cartam illi[q] exinde fecerit, si aliqua intentio exinde orta fuerit, anterius breve receptorium potest posteriorem cartam falsam appellare, sicut supra legitur de aliis cartis; quia[r], si posterior carta in veritate facta esset, anterior carta, scilicet breve receptorium, non valeret quantum ad heredes.

§. 7. Secunda, que est per usum, vocans posteriorem falsam, talis est, ut in cartulario contineretur[38], hoc modo scilicet, quod, si quis se reclamaverit ad comitem de aliquo, et ei comes mandaverit, ut ad iustitiam faciendam veniat, et iam non venerit, et ipse qui se reclamaverit a comite petierit, ut eum de illius rebus ad salvam querelam investiat, et super hoc petiit, ut bannum mittat, ut, si quis de suprascriptis rebus eum disvestisset, antequam ipse cuius res fuerit ad iustitiam faciendam veniret, ut solidos mille componeret, et ipse comes ad salvam querelam illo modo quod ipse petierit investituram fecit, et ipse de[s] quo reclamavit ad iustitiam faciendam ante comitem venerit, et comes ei qui reclamationem fecit mandavit, ut veniret iustitiam suscipere, et ipse non venerit, et ipse qui ad iustitiam faciendam venerit a comite petierit, ut de rebus que primitus sue fuerint, ei investituram faceret, et ipse comes ei investituram fecerit et ipse intromisit: tunc qui accipit investituram ad salvam querelam potest posterius[t] breve[t] posterioris investiture falsum esse appellare, si contentio emerserit[u], sicut supra legitur de aliis cartulis.

§. 8. His quinque casibus[v] anteriores falsas appellare possunt posteriores, sed omnibus aliis modis posteriores vocant falsas anteriores: veluti si quis aliquod castrum pretiosum habet[w] et[w] sacerdoti cartam inde fecerit, et ille sacerdos taliter[x] fecit ordinationem, ut ille qui sibi cartam fecit heredesque eius licentiam exinde habeant vendendi si voluerint et usufructum habendi sed nichil inde suis uxoribus dare possint, et si postea contigerit, quod ipse moritur et ipsa post mortem eius quartam[39] de ipso castro cum aliis rebus quesierit sic dicens adversus ipsius heredes:

Petre, hoc te appellat Alberga[y] cum Alberto[y] tutore suo, quod tu tenes sibi malo ordine quartam partem ipsius castri. — Respondent[z] heredes[z]: non facimus, quia tantum illud castrum nostrum proprium est, et tibi quid pertinet ad perquirendum? — Respondet: bene, quia ecce carta quarte, quam memoria meus michi fecit de omnibus rebus suis. — Respondet: illa carta nichil michi nocet, quia ecce iudicatum quod prius fecerat factum, ut

d) rem querendum *cod.* e) venditionis *cod.* f) posuit *cod.* g) carta *cod.* h) vocat *cod.* i) quia *c.* k) *sic plenis litteris codex.* k*) tam *cod.* l) *sic legendam esse credidi codicis litteram:* oc̄cta; *cfr. expos.* §. 5 *ad Lud. P.* 16. m) eum non *cod.* n) anteriorem *cod.* o) cartula *cod.* p) per *cod.* q) illis *cod.* r) qui *cod.* s) de *om. cod.* t) posterioribusve *cod.* u) emiserit *cod.* v) *verbum deest, spatio vacuo relicto.* w) haberet *cod.* x) aliter *cod.* y) *sic plenis litteris cod.* z) R̄dit heredsº *cod.*

34) Cfr. form. prim. ad Liutp. 66. 35) Ludov. P. 16. 36) Loth. 17. 37) Cfr. additio tertia, cartae forma decima. 38) Cfr. additio tertia, cartae forma vicesima. 39) morgincap; cfr. Liutp. 7 et supra pag. 445. not. 32.

nulla mulier ex illo castro quartam haberet. — Alberga habens quartam portionem respondeat: illud iudicatum falsum est.

Et ita posterior carta anteriorem cartam falsam appellat, quia, si anterior in veritate facta esset, posterior non valeret.

§. 9. Item hoc ordine omnes posteriores carte preter supradictas vocant[a] anteriores falsas[a].

Iohannes, hoc dicit Martinus, quod tu tenes ei terram in tali loco malo ordine. — Respondet: hec terra mea propria est, quia ecce carta, quam Dominicus michi fecit. — Respondet: tua carta nichil valet, quia ecce anteriorem cartam, quam ipse Dominicus michi fecit. — Iohannes respondeat: „illa anterior carta falsa est", quia, si falsa probata fuerit, posterior valebit.

§. 10. In hoc quod hec lex dicit: „que a quibusdam personis false appellantur", secundum Wilihelmum debemus intelligere per usum de his personis, que venerunt ad successionem illorum, quos appellati dicant de terra illa, unde est intentio, sibi cartam fecisse; secundum vero Ugonem in hoc quod „a quibusdam personis", debemus intelligere de illis personis, quibus interest cartam esse falsam.

§. 11. In hoc quod hec lex inferius dicit: „ostensor ipsius carte post rerum amissionem widrigild suum componat" dicebant[b] antiqui[b], quod, si quis esset ostensor scriptionis, licet illa scriptio probetur esse falsa, tamen[c] ostensor non debet rem amittere neque widrigild componere, quia lex secundum illorum dictum non facit alium ostensorem rem ammittere, widrigild componere, nisi ostensorem carte. Sed errabant, quia mos est Longobarde legis, generaliter incipere et specialiter finire, et quod vult de speciali dicto, illud idem vult de generali. Cuius rei detur exemplum lex Rotharis que est „Si[40] quis magistrum commacinum", quia in hoc quod ipsa lex generaliter incipit de domo et casa et inferius specialiter dicit: „quod si aliquis ex ipsis commacinis ex ipsa casa mortuus fuerit, quod non requiratur" eodem modo intelligendum est, quod, si mortuus fuerit ex domo, non debet requiri: et ad hunc modum debemus intelligere, quod licet hec lex dixisset, quod ostensor carte post rerum ammissionem widrigild debet componere, tamen[c] eodem modo intelligendum est, si fuerit ostensor scriptionis.

§. 12. Item per usum dicitur, quod, si carta falsa appellata fuerit et inducie placiti[d] date fuerint, sicut leges[41] precipiunt, quod potestas eam sigillari debet[e] et ab eo retineatur ne quid minuatur vel addatur interim quod carta idonea facta fuerit[e]. Si fuerit Longobardus, indutias per 12 noctes habere debet, si Romanus 20[42].

§. 13. In hoc quod hec lex dicit, quod notarius cum 12 iuratoribus debet cartam idoniare et ostensor similiter, queritur ut si idem fuerit ostensor et notarius, quomodo cartam idoniare debeat? Sunt enim quidam, qui dicunt, quod in hoc, quod ipse est notarius, debet iurare cum 12; alii vero dicunt, quod tantum cum 12 iurare debet. Et hac ratione, quia, cum hec lex facit notarium iurare cum 12 et ostensorem similiter, debemus intelligere, quod persona notarii diversa erat a persona ostensoris. — §. 14. Dubitabant quidam, quomodo hoc fieri posset, ut idem esset notarius et ostensor? Quod leviter videri potest: velut si notarius venerit ad successionem illius cuius cartam fecit, veluti si emerit illam terram unde cartam fecit ab illo cui illam cartam fecerat.

§. 15. Si quis[f] cartam venditionis de petia de terra alicui loco pignoris fecerit, et debitum infra constitutum terminum vel ad ipsum terminum creditori suo persolverit, et cartam illam non recuperaverit, et creditor eam apud se retinuerit et post, eum scilicet qui cartam ei fecerat, de predicta terra appellaverit et suprascriptam cartam ostenderit, tunc ipse qui falsam eam cartam fecerat appellare potest, non quod in veritate falsa sit — ipse enim rei veritate fecerat eam — sed hoc: quod ipse qui[g] cartam fecerat prius iurat, quod se sciente nichil aliud nisi verissimam et iustam rationem exquirat in omnibus, bene iurat; et in hoc, quod ipse qui ostendit cartam iurat, quod sit vera et idonea, male iurat, quia idonea non est secundum promissionem, quam illi fecit, a quo cartam illam recepit, quia in ipsa promissione dictum est, si debitum infra constitutum vel ad constitutum[h] terminum fuerit solutum, deinde vacua permaneat. Alia ratio, quare vacua sit; nam Codex dicit: postquam debitum fuerit solutum, quod carta inanis et vacua permaneat[43].

§. 16. Item si alicuius carta falsa appellata fuerit et ostensor eiusdem carte notarium ad eam purificandam duxerit, et ipse notarius habens[i] eum odio, vel pro aliquo colludio, quod fecisset cum alio ex hoc ut ipse ostensor rem eam ammittat, cartam illam sciens esse veram falsam esse dixit, ideoque aliquis inferet sibi: „ergo tu manum perdere debes, quia cartam falsam scripsisti", et illi volenti se exinde purificare concederetur iurare, quod se sciente cartam falsam non scripsisset, iurare quod posset et salvum faceret sacramentum, et ideo ostensor rem illam ammitteret. Quod iniustum apparet; quapropter bonorum iudicum decrevit clementia, ut, si notarius propter ostensoris inimicitiam esse falsam, vel[k] pro alicuius causa conludii cum alio facta cartam falsam esse dixit, prius probet eam falsam esse, postea iuret, quod se sciente cartam falsam non scripsisset. Quod sacramentum fit secundum Lotharii capitulum quod est „Ut[44] nullus cancellarius", in hoc quod dicit: „notarius iurare debet, quod se sciente nullum scriptum falsum faciat". Ibi intelligendum est, quod

a) vocantur posteriores falsam *cod.* b) di. ā. *cod.* c) ante *cod.* d) placita *cod.* e) *hic locus, cum in codicis nostri margine iam partim resecto prima manu additus sit, codicum Vat.* 3845. *Pal.* 772 *ope restituendus erat, in quibus glossa nostrae similis ita se habet:* carta falsa appellata sigillatur et a comite vel sequestre retinetur, ne quid addatur vel detrahatur. *In codicis autem nostri margine talia servantur:* ..... atur neque minuatur vel addatur vel ī t̄ri qui ..... donec facta fuerit. f) quis *om. cod.* g) qui *om. cod.* h) sub *add. cod.* i) bn̄s *cod.* k) vel *om. cod.*

40) Roth. 145. 41) Roth. 362; Liutp. 60. 42) Cfr. expos. §. 6 ad Lud. P. 15. 43) Cfr. L. 2. C. condict. ex lege (IV, 9.), L. 25. C. solution. (VIII, 43.) 44) Loth. 71.

si fuerit appellatus, quod se sciente falsam scripsisset, iurare debet se sciente falsam non scripsisse. Item si ostensor carte, quando ad cartam purificandam venit, ipsam falsam esse dixit et rem perdere et widrigild suum componere dixit, propter odium quod in notario habuit, ut ipse propter cartam falsam manum perdat: non ideo manum perdere debet, si se potuerit purificare, quod se sciente cartam falsam non scripsisset[l].

§. 17. Item antiqui[m] dicunt[m], quod hec lex tantum loqueretur de duobus Longobardis, ideo scilicet, quia hec lex dicit, quod „ostensor carte cum 12 suis iuratoribus sicut legitime iurare valeat, ut ipsam cartam veram et idoneam faciat", cum hec lex alium non facit iurare cum 12 preter Longobardum. Sed male dicunt, quia, si diceretur, quod hec lex tantum de duobus Longobardis loqueretur, ideo scilicet quia ostensorem facit iurare cum 12, eadem causa possumus dicere, quod capitulum[n] Octonis id est „Si[45] de prediis contentio" de duobus loquatur Longobardis, quia in hoc quod dicit: „sin[o] aliter, secundum priora capitula determinentur" respicit ad hoc capitulum, ut purificatio[p] carte[p] secundum hoc fieret capitulum. Et si dixerint, re vera „Si de prediis" tantum de duobus loquitur Longobardis, sic inde possumus argumentari[q]: non est verum; quia capitulum Octonis quod est „Quacumque[46] lege, sive etiam Romana" ostendit, „Si de prediis" de omnibus universaliter loqui, in hoc quod dicit: „omnia, ut in his capitulis per pugnam decrevimus observare, precipimus"; et hoc est, quod „Si de prediis" universaliter loquatur: cum „De cartis etiam" ab eo sit affirmatum, eodem modo „De cartis etiam" universaliter loquitur.

§. 18. Item in hoc, quod hoc capitulum dicit, quod ostensor cartule, postquam fuerit falsa probata, rem debet ammittere et in hoc quod prologo Octonis legitur: „ut cartarum inscriptio que constabat ex prediis", di.[47] do.[47], quod hoc capitulum de carta predii loqueretur. Sed male di.[r], quia hec lex generaliter incipit de omnibus cartis, licet in cartis predii videatur finire se specialiter, et licet Octonis prologus nominatim dicat tantum de cartis predii, tamen universaliter de omnibus intelligere voluit; quia legis usus est, generaliter incipere et specialiter finire. Et tamen universaliter est intelligendum, cuius dicti aliud subdatur exemplum ut in Rotharis lege „Si[48] quis caballum aut quodlibet peculium"; hec lex generaliter incepit de omnibus peculiis et specialiter se finivit in solo caballo; quod voluit de caballo, voluit de ceteris peculiis.

§. 19. Item in hoc quod hoc capitulum dicit, quod ostensor post rerum ammissionem widrigild componeret, dicebant[s] antiqui[s], quod de carta libertatis non loqueretur; ideo scilicet, quod, si carta falsa probaretur esse, servus conprobatus esset et ita non haberet unde widrigild componeretur, cum lex Romana dicat, quod servus nichil sui iuris habeat[49]. Sed male dicebant[s'], quia hec lex generaliter incipit de omnibus cartis, et licet se finiret in illis cartis, pro quibus comprobatis falsis ostensor rem debet ammittere et widrigild componere, tamen loquitur de libertatis cartis; quia, cum is widrigild non possit componere, tamen rem quam potest ammittat, libertatem scilicet. Et si[t] hac causa non vis, ut de cartis libertatis dicat — ideo[u] scilicet quod ille qui fuit probatus servus widrigild non possit componere — eadem causa dicere posses, quod hec lex non loqueretur de cartis predii alicuius liberi hominis pauperis, eo quod post probatam cartam falsam non haberet, unde widrigild componeret. — §. 20. Item si alicuius carta falsa appellata fuerit, et ostensor notarii[v], qui[v] in carta legitur, auctoritatem ducere voluerit, tunc notarius aut cogatur legitime iurare, cartam idoneam esse ac veram, aut iuret, quod numquam sibi tradita fuisset ad scribendum, ut legitur in Lotharii capitulo, quod est „De[50] notariis qui cartas accipiunt ad scribendum". — §. 21. Item si testes fuerint advocati ad cartam idoneam faciendam et dixerint, se inde testes non esse, aut probent, quod numquam testes inde fuissent, aut cogantur idoneam facere. — §. 22. Item in hoc quod hoc capitulum dicit: „si notarius fuerit mortuus, quod ostensor debet iurare cum testibus et cum 12 iuratoribus suis, ostensis primum duabus aliis cartis manu collatione ab eodem notario scriptis", dicebant[w] antiqui[w], quod si ipse notarius alias cartas preter illam que falsa appellatur non scripsisset, vel si scripserit, reperiri tamen non possent: quod carta non possit idoniari. Sed male dicebant[s'], quia hec lex non ideo dixit, ostensorem[x] alias debere ostendere cartas ab eodem notario scriptas, quod ei vetaret cartam que sibi falsa appellatur alio modo idoniare, sed ideo dixit, ut ille qui superscriptas cartas habere potuerit eas ostendat. Alia ratio, quare male dicebant: quia si alius non valeret cartam idoniare, nisi qui alias cartas ad suam idoniandam ostenderet, eodem modo dicere possent, quod alius ostensor cartam idoniare non posset, nisi qui[y] parentes habuerit, cum quibus legitime suam cartam idoniare valeret. Quod non est intelligendum, scilicet quod alius ostensor non possit suam idoniare cartam, nisi ille qui haberet parentes, quia hac occasione quam plures terram suam ammitterent.

§. 23. Hic archiepiscopus Lanfrancus Bonifilio iudici questionem posuit sic dicens: si ostensor cartam sibi falsam appellatam idoniare voluerit, notarius et testes mortui fuerint, quomodo eam purificare debet? — Cui Bonifilius respondit: per usum ostensor carte cum 12 iuratoribus et cum duabus aliis cartis eam purificare debet. — Ad hoc Lanfrancus: habeturne alius usus in hac lege preter istum? — Bonifilius: non. — Lanfrancus: ergo hic usus contra legem est; et, quod sit contra legem, prologus Octonis declarat, ubi dicit: „Qua[z]

l) scripsisti *cod.* m) ā. dī. *cod.* n) culpabilis *cod.* o) sed *cod.* p) purificaret carta *cod.* q) argui *cod.* r) dicebat? dicebant? s) di. ā. *cod.; cfr. expos.* §. 2 *ad Roth.* 1. s') di. *cod.* t) si *om. cod.* u) et ideo *cod.* v) notarium quod *cod.* w) di. ā. *cod.* x) ostendere *cod.* y) quia *c.* z) Quia extremos destabile et *cod.*

45) Otto I. 1. 46) Otto I. 9. 47) dicebant antiqui? Cfr. autem expos. §. 7 ad Ott. I. 1. 48) Roth. 342. 49) Cfr. §. 3. Inst. per quas personas (II, 9.). 50) Loth. 102.

ex re mos detestabilis[z] inprobusque in Italia non imitandus inolevit". — Contra hoc vultu verecundo et inclinato capite recessit. Quod Wilihelmus non parvi ingenii sic determinavit: in hoc quod prologus Octonis dicit: „mos inprobus et detestandus inolevit" non respexit ad supradictum usum, sed ad hoc respexit, quod erant quidam cupidi alienorum ostendentes cartulas, scilicet factas de alienis rebus: dum eae falsae appellarentur, quia concessum erat eis per sacramentum defendere se, per periurium[a] cupidi alienorum alterius bona adipiscebantur. Idcirco rex excellentissimus Octo ita statuit[51], ut si ille qui cartam falsam appellaverit per pugnam declarare voluerit, sit ei licentia; sin[b] aliter[b], ostensor per sacramentum defendat. — §. 24. Item in hoc quod hec lex dicit: „post ammissionem rerum widrigild componat" debemus intelligere, quod si ostensor fuerit Longobardus, widrigild medietatem debet componere ei, contra quem cartam ostendit, et aliam medietatem regi, ut dicit lex Liuprandi que est „Si[52] quis falsum testimonium"; vel si Romanus et cuiuslibet nationis fuerit, totum widrigild componat.

7. Volumus praeterea atque sanctimus, ut si quis[a] liber[a.]* homo legitimae uxori suae, dum vixerit, res[b] suas per scriptum ad usumfructum[b] dederit et filios duos vel plures habuerit, et unus ex ipsis vel duo mortui fuerint et filios[c] vel filias[d] reliquerit[e], aequaliter ipsas res[f] quas usufructuario[g] praedicta uxor habuerit filii defuncti cum patruis suis, sicut ceteram hereditatem ita ipsum[h] usumfructum, dividant.

* *Longobardus* per legem Astulfi (5.) „Si quis Longobardus". 7—9.

Glossae: Volumus] N.R.[i] 5. — *dum vixerit]* scilicet uxor. 4.5.

8. Concedimus etiam[a], ut sicut* mulieres cum viris suis venundare et donare res suas possunt, ita et commutare valeant ac familiam suam liberam facere[b].

* *Longobardae.* 7—9.

Glossae: Concedimus] N.R.[c] 5. — Concordat cum kapitulo Pipini (34.) Placuit etiam nobis et lege Liuprandi (22.) Si qua mulier. 4—8. — Ut[53] mulier Langobarda, si viro abuerit, non potest facere nullum scriptum qui pertinet ad hereditandum sine interrogaciones parentes; et si[d] viro non abuerit, potest facere cum consensu mundoaldo sine interrogatione parentes; et si fuerit Romana et viro non abuerit, potest facere sola. 3.

9. Si quis iudicibus nostris in iudicio residentibus minas aut etiam convicia intulerit eosque verbis aut factis turpiter dehonestaverit, widrigild illi componat[a] quem leserit[a]. Si vero aliquis[b] ex ipsis iudicibus nostris pro ipso iudicio falsidicos[c] dixerit et[d] pro ipsa intentione[e] et[f] causa quemlibet hominem[f.g] interfecerit, quinquaginta libras auri optimi componat, medietatem primum heredibus interfecti iudicis et alteram medietatem camerae nostrae[h].

Glossae: Si quis] N.R.[i] 5. — *quemlibet hominem]* id est iudicem. 8.

Petre[k], te appellat Martinus iudex, quod tu minatus es ei, dum residebat in iudicio, aut tu eum conviciando cum verbis aut factis turpiter dehonestasti. — De torto me[l] appellas[l]. — Da sibi vadimonium[m], si te recordatus fueris, quod emendes; si non, ut te exdicas secundum tuam legem.

Petre, te appellat Martinus, quod tu occidisti Dominicum suum patrem iudicem[n] in iudicio. — Cuius placiti sacramenta sint, iudicis vel propinqui sui requirentis eius mortem ita: „de hoc quod ego te appellavi, me sciente de torto te non appellavi, si Deus". Appellati: „de hoc unde tu me appellasti, de torto me appellasti, si Deus". Sacramentales: „hoc quod ipse iuravit, verum iuravit, si Deus". — Poena quidem est appellati, si confessus fuerit aut non fuerit ausus iurare, ut iudici widrigild suum tribuat, et bannum solvat; et propinquo et regis camerae 50 libras auri componat, et bannum tribuat potestati.

Antiquis[a.b] est institutum temporibus, ut, si cartarum conscriptio[d], quae constabat ex praediis, falsa ab adversario[e] diceretur, sacrosanctis[f] evangeliis tactis veram[g] esse[g] ab ostensore probabatur sicque sibi predium deliberatione iudicum[h] vendicabat. Qua ex re mos detestabilis in Italia improbusque non imitandus inolevit, ut[i] legum specie iureiurando adquirerent[k], qui Deum non timendo minime periurare[l] formidarent[m]. Tempore igitur quo piissimus rex Otto Romae unctionem suscepit imperii, residente[n] in synodo[54] summa et universali papa[o] domno[p] Iohanne terciodecimo[p] ab Ita-

a) plurium *cod.* b) sine *cod.; forte* sine ostensoris per sacramentum defensione *corrig. est.*
Cap. 7. *e codd.* 3—9. a) quislibet 5.7—9; quis 6. b) rei suae per scr. us. 4; ad *om.* 3. c) legitimos *add.* 6—9. d) legitimas *add.* 6. e) reliquerint 5.6. f) res *om.* 6—8. g) nomine *add.* 4. h) *deest* 3.5. i) non Romanum.
Cap. 8. *e codd.* 3—9. a) *deest* 6—8. b) faciant 6; faciat 7—9. c) non Romanum. d) si *om. c.*
Cap. 9. *e codd.* 3—9. a) quem les. componat 5.6.9. b) aliquem 5; aliquos 7—9. c) falsidicum 5. d) vel 3.4. e) contentione 5. f) vel alia causa quemlibet iudicem 4. g) *deest* 5. h) Expliciunt capitula domni Widonis *subscr. in cod.* 5. i) non Romanum. k) *e codd.* 7—10. l) *desunt* 10. m) vadium 10. n) iudicantem 7.
Prologus ad Ottonis capita e codd. 4—9; *abest omnino a cod.* 3. a) Incipiunt capitula domni Ottonis. Sed incipit primum prologus eiusdem *inscriptio e cod.* 5. Incip̄ kap̄ quae instituit domnus otto gloriosissimus imperator et item otto filius eius gloriosus rex una cum summis principibus id sunt episcopis abbatibus iudicibus seu cum omni populo. Actum sub urbem veronense loco qui dicitur insula sancti zenonis IIII. kl. novembrium anno dominicae incarnationis DCCCCLXVII. imperii domni ottonis VI. indicione XI. *in cod.* 4. b) Antiquitus 5. d) *sic* 5; inscriptio 4; ascriptio *rell.* e) adversariis 5. f) sanctis 5. g) vera, *om.* esse, 4. h) iudicis 5.6. i) ut sub 5. k) adquireret 4. l) *deest* 5. m) formidaret 4. n) residens 7; residentis 6.8.9. o) papae 7—9. p) *sic* 4.5; domni Iohannis terciodecimo anno 6—9.

51) Otto I. 1. 52) Liutp. 62. 53) Cfr. Roth. 204; Liutp. 22. 54) anno 967. mense Ianuario Romae in basilica S. Petri. Murat. Antiq. Ital. med. aevi, V, 465.

liae proceribus est adclamatum[q], ut imperator sanctus mutata lege facinus indignum destrueret, per quod, si corpore quisquam[r] dives fieret, anima[s] periret et pauper[s] in aeternum maneret. Iudicio[t] itaque domni papae piissimique augusti expectatum est ad[u] illam usque[u] synodum, quae parva post intercapedine habita est Ravennae[55]. Cumque ibidem ex eadem re[v] proclamatio[v] repeteretur, ob quorundam procerum absentiam usque ad id tempus est expectatum, quo[w] gloriosissimus[x] augustus Otto rex et Otto gloriosus filius[x] et Chuonradus[y] Burgundiae rex Italiam properantes Veronae colloquium cum omnibus Italiae proceribus habuerunt[56]. In hoc itaque, cum ab omnibus imperatoriae aures magnis questibus[z] pulsarentur, ut mutata lege fraudem banc tam diram ab Italia tolleret, convenientibus[a] cunctis et consentientibus[a] legem huiusmodi secundum inferiora promulgavit capitula*.

* *Otto secundus.* 8.9.

Glossa: promulgavit capitula] scilicet ipse Otto. 5.

Nos belli dono ditat rex maximus Otto.

1. Si de prediis contentio emerserit, et utraque pars sive altera cartis seu scriptionibus[a] praedium sibi vendicare voluerit, si ipse[b] qui cartam falsam appellaverit per[c] pugnam declarare voluerit, ut ita decernatur: sin aliter, secundum priora capitula determinetur edicimus.

Glossa e codd. 5.7.8:]

Certantium

alii perdunt manum aut redimunt	alii minime
ut omnes bello convincti.	ut qui certant solummodo sacramento.

decernatur] ab eo cuius actio est. 5.

Petre[d], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam quam tu michi fecisti. — Falsa est ipsa carta. — Vis ei ardire? — Volo. — Vadiate pugnam.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam, quam michi fecit Dominicus. — Et ecce carta quam michi fecit ipse Dominicus. — Tunc qui habet anteriorem cartam dicat: „tua carta nichil michi impedit, quia contra legem est, quia postquam michi fecit unam traditionem, non potuit tibi facere alteram". Tunc ipse qui habet posteriorem cartam dicat anteriorem falsam et faciat pugnam, si voluerit.

Sed secundum valentes ita:

Petre, te appellat Martinus, quod terra quae est in tali loco sua est, quam tu tenes sibique contradicis. — Quid ad te pertinet? — Tu michi eam vendidisti cum scripto. — Ostende scriptum. — Ecce. — Illud falsum est. — Vis ardire? — Volo. — Et tu, vis defendere? — Volo. — Vadiate pugnam.

Petre, te appellat Martinus, quod terra quae in tali loco est sua est, quam tu tenes sibique contradicis. — Quid[e] ad se pertinet? — Marcoardus, cuius erat, sibi scripto vendidit. — Hoc michi non nocet, quia prius michi scripto tradidit[f] eam, et alteri eam post tradere non potuit. — Illud scriptum michi non nocet, quia falsum est. — Quomodo vis ut declaretur? — Per pugnam.

Cuius placiti sacramenta sunt ita, falsatoris[57]: „De hoc quod ego appellavi, hanc cartam esse falsam, me sciente nichil aliud nisi verissimam et iustam rationem exquiro in omnibus modis"; ostensoris ita: „haec carta vera et idonea est, si Deus". — Poena est utrique: falsatori victo, ut rem refutet, manum perdat aut redimat et secundum obligationem cartulae emendet, si ipse fecit vel est eius heres qui fecit aut successor; et si cartulae certant inter se, et falsator fuit appellatus et est convictus, tunc rem refutet, manum perdat aut redimat, bannum persolvat: et etiam aliquando secundum obligationem cartae comprobatae[g] emendet, si forte est heres eius qui eam fecit; ostensori victo: si est appellatus, rem perdat, widrigild tribuat, manum perdat, bannum persolvat; si est appellator, rem refutet, suum widrigild tribuat, manum perdat. — Si vero falsator Longobardus noluerit, ut per bellum res agatur sed tantum per sacramentum lis finiatur, tunc fit ut superius diximus in capitulo Widonis[58].

Expositio: Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu tenes ei in tali loco terram malo ordine. — Respondet: haec terra mea propria est, quia ecce cartam, quam Dominicus michi fecit. — Respondet: tua carta nichil valet, quia ecce carta quam ille Dominicus michi fecerat prius. — Respondet Petrus: tua carta falsa est.

§. 2. Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu tenes ei terram in tali loco malo ordine. — Respondet: hec terra mea propria est, quia ecce carta quam michi Dominicus tuus avus fecit.

§. 3. In hoc quod hoc capitulum tantum de prediis mentionem facit, oritur talis questio: si carta facta libellario nomine falsa appellatur, utrum per duellum diffiniri debeat, veluti de predii carta, vel non? Ad quod Wilihelmus respondit: inde bellum non fieri dicere est leve, quomodo vero fiat dicere, non est inane. Nunc quomodo non fiat, ponatur: veluti, si cuiuslibet ecclesie advocatus quemlibet appellaverit, scilicet quod ipse ad partem ecclesie terram malo ordine teneat, et appellatus

q) declamatum 5. r) quis etiam 7. s) animae vero pereunte pauper 4. t) Iudicium 4. u) usque ad illam 5.6. v) reclamatione 5. w) quod 5. x) *sic* 4.5; gloriosissimi augusti ottonis rex otto gloriosus filius 6—9. y) *sic* 4; chunradus 5; chonradus 6'; cunradus 7.8; conradus 9. z) questionibus 5.6. a) conv. vel cons. cunctis 4; et cons. *om.* 5.

Versum hexametrum exhibent codd. 7—9 *et rec. man.* 5, *in formulario etiam* 10. Explicit liber sextus incipit setimus, *suprascribitur in cod.* 7. Cap. primo. Incipit capitulo domño Otto impr̃ *in cod.* 3.

Cap. 1. *e codd.* 3—9. a) inscriptionibus *corr.* 4. b) ille 6—9. c) ad 6—9; et a 3. d) *e codd.* 7—10; *prima tamen placiti forma abest a cod.* 10. e) Qui 7—9. f) vendidit 9. g) comprobare 8.10.

55) medio mense Aprili a. 967. Cfr. Jaffé, Reg. pont. 56) exeunte mense Octobri a. 967. 57) ex capitulo Wid. 6. 58) Wido 6.

respondet: „non malo ordine teneo, quia ecce libellum, quod ipsa terra michi ad tenendum est concessa ad partem illius ecclesie", licet advocatus hic dicat, factum esse libellum, non[h] tamen debet esse duellum; quia capitulum hoc non in alio casu concedit pugnam fieri, nisi quando utraque pars sive altera predium sibi vendicare voluerit. Sed hic neutra pars sibi predium vendicat, cum utraque predium esse concedat ecclesie; per sacramentum ergo diffiniatur.

§. 4. Hoc modo bellum fieri potest: si cuiuslibet ecclesie advocatus quemlibet appellavit, quod[i] ad partem ecclesie unde ipse est advocatus terram malo ordine[k] retineat, si appellatus dixerit, terram suam propriam esse per successionem suorum parentum, et advocatus dixerit: „non est verum, quia ecce libellum, quomodo tibi concessa est ad tenendum a parte ecclesie", et appellatus illum libellum falsum esse appellavit: per pugnam potest declarari, quia advocatus ad ecclesiam vult vendicare, et appellatus sibi. — §. 5. Item hoc modo bellum[l] inde fieri potest: si quis terram suam propriam, alienam esse existimans, libellario nomine a quolibet suscepit et cognita re censum inde postea persolvere noluerit, et ipse a quo libellum suscepit dixerit[m]: „Petre, tu michi terram malo ordine tenes", et ipse dixerit: „mea propria est per successionem meorum parentum", et appellator dixerit: „non est verum, quia ecce libellum, quomodo tibi libellario nomine concessi", si appellatus libellum falsum esse dixerit, potest inde pugna fieri; quia in hoc quod ille qui libellum falsum appellaverit iuravit: „quod se sciente nichil nisi veram et iustissimam rationem exquirat in omnibus"[59], licet libellus in veritate esset factus, bonum[n] faciet sacramentum; in hoc quod adversarius iuravit, quod verus et idoneus sit libellus, falsum faciet sacramentum, licet in rei veritate factum fuisset. Dicit enim Codex in quarto libro: „Quicumque rem suam existimans esse alienam conduxerit, nichil sui iuris detrahit"[60]. — §. 6. In hoc quod hec lex dicit, quod „utraque pars sive altera cartis sive scriptionibus predium sibi vendicare voluerit", dat intelligere, quod quislibet sola carta potest predium adquirere, licet non sit in possessione: et in hoc legem Romanam rumpit, que ostendit: „rerum dominium non posse adquiri, nisi usucapionibus et traditione"[61], id est si fuerit missus in possessionem. — §. 7. In hoc quod hoc capitulum dicit: „sin aliter, secundum priora capitula determinentur edicimus" respexit Widonis capitulum quod est: „De cartis"[59], et ideo Da.[62] precipit, quod eadem sacramenta, que fuerint in „De cartis etiam", ab ostensore et ab illo qui cartam falsam appellaverit in hoc fiant capitulo, cum carta appellata falsa per duellum certificari debet. Sed secundum Ugonem aliter iurabunt: nam ostensor secundum eum simpliciter iurabit, illam esse veram, appellator iurabit tantum, illam esse falsam. Hac ratione hoc dicens: quia, si illud sacramentum facerent, evenire posset, quod ambo bene iurarent, veluti si quis amico suo terram vendiderit et ei cartam inde fecerit, et emptor venditorem amicitie gratia in eiusdem terre possessionem dimiserit, et interim ambo mortui fuerint, et emptoris heres de suprascripta terra venditoris heredem appellaverit, et heres venditoris dixerit, illam terram suam propriam esse successione, et emptoris heres dixerit: „male dicis, quia ecce cartam, quam antecessor tuus patri meo fecit", et heres venditoris dixerit, illam cartam falsam esse, et ipse iuret: „in hoc quod appellavi falsam, me sciente non exquiro nisi verissimam et iustam rationem in omnibus", bene iurat, cum ita credit, et in hoc quod ille qui ostendit cartam dictam[o] cartam veram esse et idoneam, similiter bene iurat, cum in rei veritate vera sit et idonea. Et hac de causa Ugo non laudat, sacramenta que leguntur in „De[59] cartis" et in hoc fieri duello, quia per sacramentum nullus illorum caderet, cum uterque salvum sacramentum faciat secundum Ugonem. Sed secundum Wilihelmum faciant sacramenta, que in „De[59] cartis etiam", et exinde ad pugnam tendant: Deus[63] enim, qui est iustus iudex, iustitiam providebit. — §. 8. In hoc quod hec lex dicit: „quod si carta falsa appellata fuerit, si actor[p] ad pugnam declarare voluerit, ita decernatur", et in hoc quod inferiores leges dicunt[64], quod nullus laycorum preter comitem, viduas, nisi quos iuvenilis aut decrepita etas aut infirmitas pugnare prohibuerit, pro se ad pugnam camphionem ponere potest, videtur, quod appellatus cogitur pro se pugnam facere, nisi comes fuerit vel infans et nisi fuerit in decrepita etate vel infirmus. Sed si quis hoc bellum evitare voluerit, hoc modo evitare potest. Veluti existimavit, appellatum se fore de terra: priusquam appellatio fiat, tradat eam per cartam in manum sacerdotis sine[q] defensione, et postea accipiat cartam de eadem terra a predicto presbytero sub dupla defensione factam[64*]. Deinceps si inde appellatus fuerit, det predictum presbyterum auctorem, et si ipse presbyter interrogatus fuerit, quid ei pertinuerit, eam dare, sic respondere potest: „bene, quia ecce cartam, quam ille michi fecerat, quem prius appellasti". — „Vis dare auctorem, vel in loco auctoris stare?" — Respondet presbyter: „stare in loco auctoris volo, cum namque auctorem dare non valeo, quia michi cartam sine defensione fecit". — Item si dixerit eidem presbytero: „et illi, qui pertinuerit, tibi cartam facere?" respondeat presbyter: „bene, quia ecce cartam, quam pater tuus ei fecit". — „Falsa est ipsa carta". — Et si ipse qui cartam falsam appellaverit ad pugnam declarare voluerit, ita decernatur, ut ipse presbyter det camphionem suum per capitulum Lotharii quod est „Ut[65] episcopi universique sacerdotes" et per capitulum quod est „Laycorum[66] vero", quia cum dicit: „laycorum vero nullum preter comitem advocatum habere permit-

h) habet *add. cod.* i) quo *cod.* k) non *add. cod.* l) libellum *cod.* m) et dixerit *cod.* n) tamen *cod.* o) victam *cod.* p) auctor *cod.* q) si non *cod.*

59) Wido 6. 60) L. 20. C. locato et conducto (IV, 65.). Cfr. expos. §. 1 ad Roth. 227, ubi eadem lex ac quidem eodem modo mutata allegatur. 61) L. 20. C. pactis (II, 3.). 62) Cfr. expos. §. 18 ad Wid. 6. 63) Cfr. Psalm. 7, 12. 64) Otto I. 8—10. 64*) Cfr. cartularium in additione III, carta 3 et 2. 65) Loth. 101. 66) Otto I. 8.

timus", dat intelligere, quod clerici omnes advocatum habere debent. Et si ipse camphio convictus fuerit in duello, manum ammittat, si[s] se sciente periurium fecerat, per legem Pipini que est „Si[67] quis periurium fecerit", aut redimat, si se nesciente fecerit, per legem Liuprandi que est „Si[68] quis falsum testimonium", et ipse qui fuerit in possessione ammittat suprascriptam terram, et ostensor carte widrigild suum componat per Widonis capitulum quod est „De[69] cartis etiam". — §. 9. Si alicui terram a[t] quo[t] possidenti quislibet de ea controversiam posuerit et appellator possessori pro quolibet conventu finem exinde fecerit et penam posuerit[68*], si eum exinde causaverit, et deinde penam suprascriptam timens sub alio nomine eum exinde causa odii appellaverit, et appellatus dixerit: „non tibi respondere debeo, quia ecce finem, scilicet cartam refutationis, quam[u] michi fecisti", si appellator dixerit, eam falsam esse, dicit[v] Bonifilius[v], eam per pugnam declarari debere secundum hanc legem, si actor voluerit. — Contra quem Wilihelmus[w]: „male dicis, quia lex ex illa carta falsa appellata non facit bellum fieri nisi de illa, post quam ostensor carte predium sibi vendicare voluerit; sed hic ostensor non vult per hanc cartam refutationis predium vendicare, sed aliis rationibus quas ipse habebat". — Bonifilius[x]: „male dicis, quia hac refutationis carta potest predium adquiri in hoc quod per hanc cartam de duplo agere potest". — Wilihelmus[y]: „male dicis, quia donec probata fuerit, de duplo non potest, et, etiamsi vera probata fuerit, si de duplo agere noluerit, non cogitur, cum „nullus invitus agere vel accusare cogatur"[70]; igitur per pugnam, Bonifili[z], refutationis carta probari non debet, immo per sacramentum iuxta Widonis capitulum quod est: „De[69] cartis etiam".

2.(3.) De aecclesiarum rebus, ut per advocatos fiat similiter, iubemus.

Petre[a], te appellat Martinus, quod pars monasterii sancti Petri[b] unde tu es advocatus tenet sibi terram malo ordine in tali loco. — Ipsa terra propria est de monasterio per cartam quam fecit pater tuus, et ecce carta. — Falsa est ipsa carta. `.

Petre, te appellat Martinus, quod pars monasterii sancti Petri[b] unde tu es advocatus tenet sibi terram malo ordine in tali loco. — Ipsa terra propria est de monasterio per cartam quam fecit Paulus, et ecce carta, et tibi quid pertinet? — Per cartam quam michi fecit ipse Paulus. — Tunc qui habet anteriorem cartam dicat: „tua carta contra legem est, quia, postquam fecit michi unam traditionem, non potuit facere alteram". — Tunc ipse qui habet posteriorem cartam dicat de anteriore: „falsa est ipsa carta".

Petre, te appellat Martinus, quod pars monasterii sancti Petri[b] unde tu es advocatus tenet malo ordine terram in tali loco ad partem aecclesiae sancti Syri[c] unde ipse est advocatus. — Ipsa terra propria est de monasterio per cartam quam fecit Dominicus, et quid pertinet ad aecclesiam sancti Syri[c]. — Per cartam quam fecit ipse Dominicus. — Ipse qui habet posteriorem cartam dicat anteriorem falsam. Tunc ille cuius carta falsa vocata est dicat: „quomodo vis ut clarefacta fiat"? Si adversarius responderit: „per pugnam", interrogetur: „vis ei adardire, ut illa carta sit falsa?" — Volo. — Et tu, vis eam defendere? — Volo. — Vadiate pugnam. — Et quae vadimonia debent esse, tacita poena, cum fideiussoribus.

Cuius placiti sacramenta sunt: falsatoris vero, ut ponens cartam supra messale dicat: „de hoc quod ego appellavi, hanc cartam esse falsam, me sciente nichil aliud nisi verissimam et iustam rationem exquiro in omnibus modis, si Deus"; falsati ita quidem: „haec carta vera et idonea est, si Deus". Poena imminet utrique: falsatori victo, ut rem refutet et secundum obligationem cartae persolvat, nisi aliquando, si intentio fuerit inter duas cartas, manum perdat aut redimat, et si est appellatus, bannum tribuat; falsato victo, ut rem amittat, widrigild suum componat, bannum solvat quando est appellatus. Si vero falsator voluerit, ut res per sacramentum finiatur, sit ut superius diximus[e].

Expositio: In hoc quod hoc capitulum dicit: „similiter", possumus videre, quod respexit ad „Si[71] de prediis contentio", in hoc quod ibi legitur: „ut utraque pars sive altera" et in hoc quod ibi legitur: „si actor[f] ad pugnam declarare voluerit, ut ita decernatur" et in ceteris rationibus, que ibi dici possunt.

3.(2.) De investitura praedii si contentio fuerit[a], similiter ut[b] per[c] pugnam decernatur, edicimus[d].

Glossa: decernatur] ab eo cuius actio est. 5.

Domne[e] comes, hoc dicit Petrus, quod de terra quae iacet in tali loco investitus est ad proprium. — Hoc dico ego, quod ego sum investitus ad proprium de ipsa terra, non ipse. — Iurent, sicut dicunt, et faciant pugnam, et ut nullus alteri debeat ardire[f].

Petre, te appellat Martinus, quod ipse fuit investitus ad proprium de sexta parte unius petiae de terra, quae iacet in tali loco, et tu malo ordine eum disvestisti. — Hoc dicit Petrus: vigesima pars de sexta parte de illa petia[g] de[g] terra, quam tu dicis, sua propria est, et ipse te malo ordine, nec de illa vicesima nec de aliis partibus illius sextae, non[h] disvestivit. Vis ei adardire[i]? — Volo. — Et tu vis te defendere? — Volo. — Vadiate pugnam.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse fuit investitus de petia una de terra quae iacet in tali

s) si *om. cod.* t) aqui *cod.* u) quia *cod.* v) dič. b. *cod.; cfr. autem not.* x. w) W. *cod.; Wilihelmum dictum esse credo, cum idem saepius contra Bonifilium altercetur et sub fine expositionis ad Roth.* 221 *sententiam suam eodem e Codicis libro loco adhibito defendat, quem huius paragraphi sub fine W. allegat.* x) *sic plenis litteris cod.* y) W. *cod.* z) ƀ. *cod.*

Cap. 2. *e codd.* 3—9. a) *e codd.* 7—10. b) Ruphini 9. c) Petri 9. d) de pęna 10. e) secundum capitulum Vidonis (6.) „De cartis" *add.* 10. f) auctor *cod.*

Cap. 3. *e codd.* 3—9. a) emerserit 6. 9. b) ut *om.* 6—9. c) per *om.* 5. d) precipimus 3. e) *e codd.* 7—10. f) audire 9. g) *desunt* 8. 10. h) te non 9. 10. i) adramire 7. 9.

67) Pipin. 43. 68) Liutp. 62. 68*) Cfr. cartul. in addit. III, cart. 5. 19. 69) Wido 6. 70) L. unica C. ut nemo invitus (III, 7.). 71) Otto I. 1.

loco, et tu malo ordine eum disvestisti. — Hoc dicit Petrus, quod de ipsa terra ipse est investitus, et te malo ordine non disvestivit, vel[k]*: ipsa terra sua propria est, et te malo ordine non disvestivit*[k].

Petre[l]*, te appellat Martinus, quod pars monasterii sancti Ruphini*[m]*, unde est advocatus, fuit investita ad proprium de una petia de terra quae iacet in tali loco, et pars monasterii sancti Petri, unde tu es advocatus, disvestivit eam malo ordine. — Ipsa petia de terra quam tu dicis propria est monasterii partis sancti Petri, unde ego sum advocatus, et ipsa malo ordine partem sancti Ruphini*[m]*, unde tu es advocatus, non disvestivit.*

Petre, te appellat Martinus, quod ipse fuit investitus ad proprium de petia una de terra quae iacet in tali loco, et tu malo ordine eum disvestisti. — Terram habeo in ipso loco, sed nescio de quali[n] *tu dicis. — Det vadium*[o] *de consignare, et ipse reus*[p] *in iudicium reverti.*

Petre, te appellat Martinus, quod de terra quae iacet in tali loco fuit ipse investitus ad proprium, et tu malo ordine eum disvestisti. — Ipsa terra michi concessa est per usumfructum aut per libellum, et ego malo ordine te non disvestivi[q].

Petre, te appellat Martinus, quod ipse fuit investitus de petia una de terra quae iacet in tali loco, quae est per mensuram iugera tanta, et habet coherentias tales. — Terram habeo in ipso loco, sed nescio de quali tu dicis. — Ego dico tibi mensuras et coherentias, non oportet consignare. — Ego habeo duas petias de terra in ipso loco vel tres quae habent ipsas coherentias: nescio, de quali tu dicis. — Non potest evadere, quod non vadat consignare.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse fuit investitus de quanta terra tu tenes in Regabus[r]*, et tu malo ordine eum disvestisti. — Terram habeo in isto loco, sed nescio de quali tu dicis, quia habeo in ipso loco terram per allodium et beneficium et per libellum. — Vadat consignare.*

Petre, te appellat Martinus, quod ipse vel filius suus, agendo causam eius sui filii vel suae uxoris, quod ipsa sua uxor fuit investita, vel filius suus fuit investitus ad proprium de petia una de terra quae est in tali loco, et tu malo ordine eum disvestisti, vel uxor tua vel filius tuus vel servus tuus. — Ea terra quam tu dicis mea propria est, vel uxoris meae vel filii mei, et ego te malo ordine non disvestivi vel uxor mea vel filius meus vel servus meus.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse fuit investitus ad proprium de pecia una de terra quae iacet in tali loco, et tu malo ordine eum disvestisti. — Non tibi respondeo, quia ipsa terra non est mea sed est de meo barbano. — Fac michi inde finem. — Non faciam, quia, si ipse fuerit mortuus, ego debeo venire ad successionem. — Vel ita: ipsa terra non est mea, sed est Marcoardi, et ego te malo ordine non disvestivi.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse fuit investitus ad proprium de petiis tribus de terra quae iacent in tali loco, et tu malo ordine eum disvestisti. — Non tibi respondeo, quia ecce carta quam tu michi fecisti aut pater tuus.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse fuit investitus ad proprium de una petia de terra quae iacet in tali loco, et tu malo ordine eum disvestisti. — Ego habeo ipsam terram venditam ad Marcoardam. — Probet, quod habet venditam, et dicat, quod ipsa hora quando vendidit sua propria erat, et malo ordine eum non disvestivit.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse fuit investitus ad proprium de una casa solariata cum area, ubi extat[s]*, cum scala petrea iuxta se habita, cum curte et puteo seu broilo*[t]*, omnia in uno tenente*[u]*, quae iacet in tali loco, et tu malo ordine eum disvestisti. — Non tibi respondeo, quia tu fuisti iudicatus ad mortem*[72]*, aut fecisti raptum aut furtum aut incendium aut periurium*[73] *aut es servus*[74] *de Dominico aut fecisti homicidium aut michi inde finem fecisti. — Aut probet, aut emendet bannum et respondeat. De ceteris quidem exceptionibus similiter.*

Cuius placiti vadimonia per usum debent esse cum fideiussoribus, tacita[v] *poena. Sacramenta quidem ita; appellator iuret: „de hoc unde te appellavi, quod ego fui investitus ad proprium de una petia de terra quae iacet in tali loco, et tu malo ordine me disvestisti, me sciente de torto te non appellavi, si Deus"; appellatus ita: „ea terra unde tu me appellasti mea propria est, et ego te malo ordine non disvestivi, si Deus"; vel ita: „de hoc unde Martinus*[w] *appellavit Iohannem*[w]*, quod ipse Martinus fuisset investitus ad proprium de petia una de terra quae iacet in tali loco, et Iohannes eum disvestisset malo ordine, se sciente eum de torto non appellavit, si Deus". „Ea terra, unde Martinus appellavit Iohannem, propria est Iohannis, et ipse Iohannes eum Martinum malo ordine non disvestivit, si Deus". — Poena quidem est talis: appellatori, si victus fuerit, ut terram refutet, widrigild solvat et secundum legem victoris saepe emendet; appellato, ut bannum persolvat, widrigild donet et secundum legem appellatoris emendet*[x].

Glossa e codd. 7. 8 *ad ultimi placiti formae verba „non tibi respondeo"]* Utitur iis reus exceptionibus,

si actor fuerit iudicatus ad mortem,
si fecit raptum aut furtum aut incendium,
si periurium, homicidium,
si est invasor,
si finem fecit[75],
si tacuit per tempus, et multis innumerabilibus modis qui sacris constitutionibus continentur et in Digestis.

k) vel.....disvest. *om.* 10. l) *in cod.* 10 *hoc placitum tale est:* P., te appellat M., quod pars monasterii sancti Petri, unde tu es advocatus, disvestivit eum de una pecia de terra quae iacet in tali loco. — Ipsa pecia de terra quam tu dicis propria est monasterii partis sancti Petri, unde ego sum advocatus, et te malo ordine non disvestivi. m) Petri 7. 8. n) qua 7. o) wadiam 7. 10. p) det vadium *add.* 10. q) Ita tamen, ut ostendat, qualiter sibi sit concessa per usumfructum, et post bellum faciat de malo ordine *add.* 9. 10. r) antinasco 10. s) estat 7—9. t) brolo 7. 8. u) texente 7. v) taciti 7. 8. w) m. appellavit i. 7. 8. 10; me appellasti id est 9. x) ostendet 9.

72) Karol. M. 45. 73) Expos. §. 2 ad Loth. 78. 74) Loth. 78. 75) exceptio rei iudicatae vel transactae.

Expositio: In hoc quod capitulum indifferenter dicit, si fuerit litigium de investituris, sive possessor tenuisset per longum tempus sive non, quod debet per pugnam determinari, rumpit Rotharis legem, que est „Si[76] quis comparaverit terram“ in hoc quod dicit: „et 5 annos possederit“ et inferius dicit: „nichil aliud faciat emptor nisi prebeat sacramentum secundum qualitatem pecunie“, et rumpit legem Grimoaldi que est „Si[77] quis per 30 annos“ in hoc quod dicit: „post 30 annorum curricula pugna non perveniat, nisi cum suo sacramento se defendat“, et rumpit Liuprandi legem que est [„Si[y][78] quis cartam donationis“ in hoc quod dicit[y]:] „si per 30 annos aut super possessio fuerit, non habeat adversus eum qui possidet, facundiam loquendi, nisi ipse firmiter possideat“, et „De[79] possessione quam aliquis de publico habeat“ in hoc quod dicit: „si per 60 annos quietus possedit, sine aliqua molestatione possideat et inantea“, et „Si[80] inter fratres per 40[z] annos“ in hoc quod dicit, quod ille debet iurare qui possederit per 40[z] annos, quod habeat factam suam per[a] comparationem, aut quomodo presumpserit dicere, et rumpit Astulphi legem, que est „Si[81] quis Longobardus“ in hoc quod dicit: si possederit per 30 annos et ut claruerit, possideat et inantea. Sed hoc modo salvantur: quia, licet[b] hec lex indeterminate precipiat, pugnam de investitura fieri, tamen intelligendum est, hanc debere fieri infra determinationes predictarum legum, et ut Romanorum possessiones valent, ita Longobardorum. Sed tamen antiqui[c] has salvationes fieri nolunt, tum ideo quia hec lex indeterminate de investitura predii fieri precipit, tum ideo quia se vidisse pugnam factam esse dicebant rebus iam per 100 annos possessis, ante illum scilicet Leonem[81'] Vercellensem episcopum, qui hoc capitulum ante imperatorem composuit, et illos cecidisse qui possessiones habuissent.

§. 2. Domne comes, hoc dicit Martinus, quod ipse est investitus de terra que est in tali loco. — Et Iohannes eodem modo dicit: domne comes, et ego sum investitus de eadem terra. — Et ita iurent, deinde pugnam faciant.

§. 3. Petre, hoc dicit Martinus, quod ipse fuit investitus ad proprium de terra que est in tali loco, et tu eum malo ordine disvestisti. — Per usum in arbitrio iudicis indutie ponantur, in quantum ipse ire et redire et predictam terram consignare possit. Deinde hoc ordine ei respondeat: de terra illa, de qua tu dicis, ego ad proprium sum investitus et te malo ordine non disvestivi. — Tunc interrogetur appellator a comite vel a iudice: vis ei ardire per pugnam? — Volo. — Et tu, vis defendere per pugnam? — Volo. — Deinde wadientur pugnam usque ad terminum lege constitutum, et postquam ad constitutum terminum veniret, iuret ipse qui alium appellavit, quod ipse ad proprium fuit investitus de terra supradicta, et ille eum malo ordine disvestivit; appellatus vero iuret, quod ipse sit investitus ad proprium de terra et eum malo ordine non disvestivit. Deinde vadant ad pugnam. Et hoc ordine fiant sacramenta in subsequentibus appellationibus.

§. 4. Petre, hoc dicit Iohannes, quod ipse ad proprium fuit investitus de terra, que est in tali loco et que huiusmodi coherencias habet, scilicet ex una parte et ex alia, vel de terra publica. — Per usum indutie dentur et terra consignetur, ut supra dictum est; quia evenire posset, quod appellatus haberet aliam terram easdem habentem coherentias. Deinde appellatus respondeat: ego ad proprium de terra illa sum investitus et te malo ordine non disvestivi.

§. 5. Petre, hoc te appellat Iohannes, quod ipse ad proprium fuit investitus de omni terra quam tu tenes in tali loco, et tu eum malo ordine disvestivisti. — Per usum indutie dentur, et terra consignetur de qua dicit, ut supra dictum est; quia evenire posset, quod ipse haberet ibi, quam per feudum[d] tenet vel per precariam vel per libellum vel alio modo; et ideo oportet, ut ei consignetur terra de qua appellatur. Ea consignata respondeat: de illa terra, de qua dicis, ego ad proprium sum investitus et te malo ordine non disvestivi.

§. 6. Petre, hoc dicit Martinus, quod ipse fuit investitus de omni terra, quia tu tenes in tali loco ad proprium, que pertinet ad curtem Alixii[e], et tu eum malo ordine disvestivisti. — Hic non est usus, quod terra consignetur, quia satis patet, quod ad eius curtem pertineat. — Appellatus respondeat: ego ad proprium de terra illa sum investitus et te malo ordine non disvestivi.

§. 7. Martine, hoc te appellat Iohannes, quod ipse fuit investitus de terra illa que iacet in tali loco, et tu malo ordine disvestivisti. — Et per usum indutie dentur et terra consignetur, ut supra dictum est. Et appellatus respondeat: hec terra quam tu dicis propria est de tali ecclesia, et michi ab eadem ecclesia per libellum concessa est. — Dicebant[f] antiqui[f], quod exinde pugna fieri non debeat, ideo scilicet, quia appellatus dicit, terram illam esse propriam ecclesie, et cum non dicat, se ad proprium esse investitum et eum malo ordine habere disvestitum. Sed male dicebant, quia in hoc quod ipse qui appellat dicit, quod ipse eum disvestivisset, oportet appellatum se defendere de disvestitura, licet ille dicat, terram non esse suam sed[g] ecclesie; quia, si ideo dicetur, pugnam non debere fieri ideo quia dicat propriam esse ecclesie et non suam, numquam eveniret, quod pugna de investitura fieret. Nam si aliquis sciret, ei fieri debere appellationem de terra, et sua propria non esset, antequam inde appellatus esset, ab aliqua ecclesia eam libellario nomine acciperet et hoc modo bellum non fieret. Et ideo affirmatur, quod inde bellum fieri debet.

§. 8. Petre, hoc dicit Martinus, quod ipse ad proprium fuit investitus de terra que est in tali loco, et tu eum malo ordine disvestivisti. — Respondet: hanc terram, quam tu dicis, ego non habeo, quia ego vendidi. — Deinde antiqui[h] eum iurare faciebant, quod in illo die, in quo eam ven-

y) Si quis.....dicit *in codice omissa coniectura supplevi.* z) LX *cod.* a) per *om. cod.* b) scilicet *cod.* c) ā *cod.* d) fēndum *cod.* e) ali XII. *cod.* f) dī. ā. *cod.* g) ei *cod.* h) ā. *cod.*

76) Roth. 227. 77) Grim. 4. 78) Liutp. 53. 79) Liutp. 77. 80) Liutp. 69. 81) Astulf. 9. 81') Cfr. praefatio mea.

didit ipse ad proprium erat investitus et eum malo ordine non disvestivit. Sed male dicebant, quia evenire posset, quod numquam eam vendidisset; et si rei veritas esset, quod numquam ei vendidisset, bonum sacramentum faceret, cum illud sacramentum hoc ordine fiat: scilicet, quod in ea die, in qua eam vendiderit, ad proprium investitus erat et eum non disvestivit; quod est dicere: neque vendidit, neque in illa die ad proprium inde investitus fuit, neque in illa die disvestivit eum, cum numquam illa dies fuit, in quo eam vendidisset, quia eam numquam vendidit, sed adhuc eam habet. Sed ut hoc evitetur, iuret ita appellatus: scilicet quod eam vendidit, et illa die quo eam vendidit ad proprium erat inde investitus et eum malo ordine non[i] disvestivit. Deinde vadat ad pugnam, ut de aliis supra diximus.

§. 9. Petre, hoc dicit Martinus, quod ipse ad proprium fuit investitus de terra que est in tali loco, et tu malo ordine eum disvestivisti. — Respondet: terra, de qua tu dicis, ego ad proprium sum investitus de septima portione de tribus partibus de illa terra, neque de illa septima, neque de tribus, neque de reliqua te malo ordine disvestivi. — Et „reliquum" dicit pro quarta. — Et si ipse qui appellat dixerit: quare facis has divisiones? — respondet: ideo scilicet, quia feci quartam uxori mee de rebus meis[82], et michi remanserunt tres partes, et de his tribus partibus feci septem partes, et ad sex filios meos quos habeo dedi sex partes, et michi remansit septima de tribus supradictis partibus.

§. 10. Petre, hoc dicit Martinus, quod ipse fuit investitus ad proprium de septima portione de tribus partibus terre que est in tali loco, et tu malo ordine eum disvestisti. — Respondet: ego de illa septima ad proprium sum investitus et te malo ordine non disvestivi. — Et appellator ideo dixit: „de septima portione de tribus partibus", quia, quando accepit uxorem, ei fecit quartam[82] de omnibus rebus suis, et unicuique sex filiorum quos postea habuit dedit suam partem de his tribus partibus que sibi remanserant, et de[k] eisdem tribus septimam sibi tenuit; et ideo non potuit esse[l], quod ipse eam disvestisset, nisi de septima portione. — Deinde supradicto ordine vadant ad pugnam; et si appellatus fuit convictus, quemadmodum ammittat septimam portionem, unde appellatus fuerit, ita per usum reliquas partes ammittant, et ipse eas habeat cuius fuerant. — Quod, scilicet „per usum reliquas partes ammittant", intelligendum est in omnibus appellationibus que fient per diminutionem.

§. 11. Si quis habuerit uxorem, cui quartam[82] fecisset et filios sex, quibus supradicto modo partes dedisset, et appellavit alium, similiter uxorem et filios sex habentem, ita dicat:

Petre, hoc te appellat Iohannes, quod ipse fuit investitus ad proprium de septima portione de tribus partibus terre que est in tali loco, et tu malo ordine eum disvestisti. — Respondet: de illa terra de qua tu dicis ego ad proprium sum investitus de septima portione septime partis de tribus partibus illius terre, et te malo ordine de septima septime et reliquis aliis partibus non disvestivi.

§. 12. Si decem homines investituras terre abstulerint 20, et unus ex 20 unum ex[m] decem appellaverit, sic dicat:

Petre, hoc dicit Iohannes, quod ipse fuit investitus ad proprium de decima porcione vicesime partis que est in tali loco, et eum malo ordine disvestisti. — Hec appellatio ita diminuitur, quia, licet iste qui appellat de tota vicesima parte ad proprium investitus fuisset, non[n] potest eum appellare nisi de decima portione vicesime partis, cum decem eum disvestissent, et unusquisque illorum non habet inde, nisi decimam porcionem illius vicesime. — Respondet: de illa terra, de qua dicis, ego ad proprium sum investitus de decima porcione vicesime partis et te malo ordine non disvestivi.

§. 13. E contrario, si 20 disvestiverunt 10, et unus ex 10 unum[o] ex 20 appellaverit, sic dicat:

Petre, hoc dicit Martinus, quod ipse ad proprium fuit investitus de vicesima portione decime partis illius terre, que in tali loco iacet, et malo ordine eum disvestisti. — Respondet: de illa vicesima portione decime partis illius terre, de qua dicis, ego ad proprium sum investitus et te malo ordine non disvestivi. — Et si[p] ad hunc modum cetere investiture ob gentium multitudinem diminutiones facere nequiverunt, tunc homines de civitate illa vel illa, quae appellare voluerit, dent uni soli investituram ad proprium, et illi de civitate illa vel illa, que appellari debet, similiter faciant. Deinde inter illos duos sit placitum investiture, et sic diminutiones evitabunt et salva sacramenta facere possunt.

§. 14. In hoc quod appellatio prior est talis quod unus dicebat: „ego sum investitus" et alius dicebat similiter: „ego sum investitus", dicebat Sigefredus, inde pugnas fieri non debere, cum hec talis appellatio non sit intentio, quia esset intentio, si[p] unus alteri aliquid imponeret, quod, scilicet quando aliquis alicui aliquid imponit, rhetorica intentionem appellat, veluti: fecisti furtum; — non feci. — Sed male dicebant; magis enim credere debemus Romane legis auctoritati quam rhetorice; legitur enim in quarto Institutionum libro, que in illa tali appellatione superdicta ingeñs[q] et intentio[q]; et ideo pugnas fieri inde asserunt.

§. 15. Queritur, quali lege hoc vocabulum, scilicet: „proprium", in supradictis appellationibus ponatur? — Huic questioni antiqui[r] hoc modo respondebant: non secundum legem, sed secundum usum „proprium" ponendum esse dicimus. — Sed male dicebant, quia hic usus contra legem, cum

i) non *om. cod.* k) de *om. cod.* l) deesse *cod.* m) ex *om. cod.* n) et non *cod.* o) et exunus *cod.* p) si *om. c.* q) *quomodo hic locus corruptus sanari possit, nescio; vir b. m. Merkel emendare voluit:* „in genus est intentio", *ac sane credendum est, auctorem quid de actionum generibus dixisse. Non enim dubito, quin noster titulum Institutionum de actionum generibus (IV, 6.) spectaverit, eaque potissimum verba paragraphi primae:* actiones in rem sunt, veluti si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet et possessor dominum se esse dicat: nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est. r) à *cod.*

82) Cfr. Liutp. 7.

lex Romana[s] prius facit de possessione agere, postea de proprietate[83]; sed usus qui contra legem est, non valere ideo debet iuxta Pipini capitulum quod est „Placuit[84] nobis inserere“. Moderni vero questioni supradicte ex contrario respondent: affirmant enim, in supradictis appellationibus „ad proprium“ fuisse adpositum non per usum, sed per hanc eandem legem, id est „De investitura predii“, cum predium sit alodium, et alodium sine proprietate esse non potest. Petentibus exemplum, quod predium sit alodium, datur eis in Caroli capitulo quod est „De[85] incestuosis hominibus“ in hoc quod inferius dicit: „si predium id est alodium habuerit“, predium quod iure dominii possidetur. — §. 16. Sciendum quoque est, in qua appellatione: „proprium“ sit apponendum, in qua vero non. In hac appellatione „proprium“ debet apponi, veluti si quis invaserit terram alienam et si alius[t], cui[t] invasa fuerit, invasorem appellavit; sed in tali appellatione „proprium“ non debet apponi, veluti si quis terram alienam possederit et ille, in cuius veritate est terra, invaserit et alii scienti esse invasam vendiderit, et se intromiserit, et ipse cui invasa fuerit eum appellavit. — §. 17. Notandum est quoque, qualiter „malus ordo“ in predictis appellationibus ponatur: nam sicut[u] infra Lodoici capitulum quod est „Legatio[86] missorum nostrorum“ apponitur in hoc quod inferius dicit: „iniuste ablatis“, hoc est malo ordine.

§. 18. Notandum est quoque, quod Bagelardus dicebat, pugnam evitari posse ab appellato in predictis appellationibus, si appellatus sic responderit: non denego, quin tu et alii quam plures de terra illa, de qua dicis, fuisses investitus, sed si vis michi imponere, quod ego te disvestissem, de hoc me per[v] sacramentum defendam, quia hec lex non facit inde pugnas fieri, nisi quando litigium de investitura fuerit. Sed hic secundum Bagelardum[w] de investitura non est litigium, cum appellatus non denegat, appellatorem fuisse investitum. Sed e contrario W.[x] dicebat: cum appellator dicat, quod ipse eum disvestisset, de investitura est litigium, cum disvestire non sit nisi investituram tollere, et ideo dicit, per bellum determinari debere.

4. Si quis per se ipsum aut suum[a] nuncium quicquam[b] alicui deposuerit et depositum cupiditate victus[c] denegaverit[d], si 20 solidorum pretium fuerit, ut[e] per pugnam veritas decernatur, precipimus[f].

Glossae: Depositum — aliud depositum, aliud pignus. 7.8. — *decernatur]* ab eo cuius actio est. 5.

Petre[g], *te appellat Martinus, quod ipse deposuit tibi tanta*[h] *mobilia quae valebant solidos* 160[i]. — *Viginti solidos tantum michi deposuisti, sed non plus.* — *Hoc sciatis, quia in hoc quod dixit: „tantum michi deposuisti, sed non plus“, si illud quod negaverit fuerit pretii* 20 *solidorum aut eo amplius, tunc per bellum lis finiatur; si vero subtus* 20 *solidos fuerit, tunc per sacramenta res currat*[k].

Petre, te appellat Martinus, quod ipse deposuit tibi per unum[l] *suum missum tanta sua mobilia, quae valebant solidos* 20. — *De torto.* — *Vis ei adardire?* — *Volo.* — *Vadiate pugnam.*

Petre, te appellat Martinus, quod suus pater Albertus aut sua uxor Alberga aut Marcoardus suus servus aut Andreas[m] *suus filius deposuerunt tibi per se ipsos*[n] *aut suos nuncios* 20 *solidos.* — *De torto me*[o] *appellasti*[o]; *aut:* 10 *michi deposuerunt, plus non.* — *Potes ei probare, ut totos* 20 *solidos ei deposuisses?* — *Si dixerit: „possum“*[p], *approbet; si vero: „non“, tunc appellatus det ei vadimonia, si se recordatus fuerit, quod emendabit ut rectum est; si non, ut se exdicat. Quae vadimonia debent esse cum fideiussoribus, tacita poena.*

Cuius placiti sacramenta sint ita; appellator: „de hoc unde te appellavi, quod ego deposuissem tibi per me vel per meum nuntium 20 *solidos, vel quod uxor mea vel filius meus vel servus meus tibi deposuissent per se ipsos aut suos nuntios* 20 *solidos me sciente, de torto te non appellavi, si Deus“; appellatus iuret: „de hoc unde appellasti me, quod tu vel uxor tua vel filius tuus vel servus tuus deposuissetis per vos vel per missos vestros* 20 *solidos michi, de torto me appellasti, si Deus“. Poena vero utrisque imminet; appellatori victo quidem, si Romanus est appellatus, ut mulctetur decima parte litis; ceteri quidem, et idem Romanus appellator, victi widrigild (per manus incisionem, causa extante periurio) poena feriantur. Appellatis quidem, si Romanus est victor, ut depositum duplicent, si inficiantur dolum ex quattuor casibus depositi*[87]; *ceteris, item et Romano, ut bannum persolvant, widrigild tribuant et depositum secundum legem victorum emendent.*

Expositio: Nuntium hic intelligere debemus, tam liberum[q] quam servum.

§. 2. Petre, hoc te appellat Martinus, quod ipse deposuit tibi per se aut per suum nuntium tantum de mobilibus quod valebat solidos 20. — Respondet: non est verum. — Deinde actor[r] interrogetur, si illud voluerit per pugnam ardire. Si dixerit: „volo“, tunc uterque wadietur pugnam, et illi detur spatium secundum legem, et postea pugnam faciant.

§. 3. Et si appellatus fuerit convictus, dicebat Bonifilius, eum debere componere debitum, sicut ille qui res alienas malo ordine tulit iuxta Liuprandi legem que est „Si[88] quis porcos“, si ipse qui deposuit Longobardus fuerit; et si Romanus fuerit, debet depositum componere pro furto, per similitudinem cuiusdam legis que est in primo Institutionum libro. Nam ibi legitur: „Si anseres tui vel galline turbati turbateve evolaverint, et aliquis eos vel eas rapuerit lucrandi animo, furtum committit“[89]. Quam[s] similitudinem sapientes non lau-

s) r. *cod.* t) alicui *cod.* u) sed *cod.* v) per *om. cod.* w) balardum *cod.* x) Wilihelmus?
Cap. 4. *e codd.* 3—9. a) *deest* 4. b) quicquid 5. 9. c) convictus 4. d) negaverit 3. 6—9. e) ut *om.* 3. 6—9. f) edicimus 5. g) *e codd.* 7—10. h) sua *add.* 10. i) CXL 7; CX 10. k) curat 7—9. l) unum *om.* 9. 10. m) I. 10. n) *deest* 10. o) *desunt* 10. p) non possum 7—9. q) libertum *cod.* r) auctor *cod.* s) quia *cod.*

83) §. 4. Inst. interdictis (IV, 15.). 84) Pipin. 33. 85) Karol. M. 5. 86) Ludov. P. 35. 87) §. 17. 23. Inst. actionibus (IV, 6.). 88) Liutp. 150. 89) §. 16. Inst. rerum divis. (II, 1.)

dant, ideo scilicet, quia lex[t] illa loquitur de turbatis anseribus, sed hoc non loquitur de illis, scilicet de turbatis. — De Longobardis item male dicebat, in hoc scilicet, quia illa lex, scilicet „Si[90] quis porcos“, loquitur de rebus ablatis, hoc de depositis; et alia de causa, quia sunt quidam, qui dicunt: „sicut ille qui malo ordine tulit“, non esse generalem regulam. Sed si affirmetur generalis esse, possemus dicere, depositi compositionem a Longobardo per illam legem fieri posse. Sed Ugo et pater eius[91] in hac permanent sententia, quod depositi compositio secundum legem Romanam fiat, sive sint Longobardi, sive Romani, cum omnium est generalis. Nam in Codice legitur in titulo depositi, quod, si aliquis alicui aliquid deposuerit et depositum negaverit et postea probatum fuerit, quod ei deposuisset et illud depositum consumpsisset, ut pro furto illud reddat[92]; et si non consumpserat, illud tantum reddat, si illud apud se habuerit; excepto si ille causa metus deposuit, vel causa ruine, vel causa incendii, vel causa naufragii: quia si pro his quattuor causis illico deposuerit, et dispensum habuerit, auctori sit licentia, depositum pro furto petere aut in duplum, et si dispensum non[u] fuerit in duplum tantum[93]. — §. 4. Bagelardus[v] dicebat, quod si quis alicui deposuerit valens solidos 20 et eum cui deposuerit ex deposito appellavit et appellatus id[w] depositum[w] fuisse non negaverit, sed dixerit: „non denego, quin tu illud michi deposuisses, sed non debeo tibi respondere“, per hanc legem pugnam[x] debere fieri. — Cui Bonifilius dixit: male dicis, quia hec lex in alio casu de deposito pugnam fieri non precipit, nisi quando depositum negant; sed hic nichil negatur, igitur inde pugna fieri non debet. Et hoc, scilicet quando depositum non negatur, quod pugna inde fieri non debet, a Wilihelmo affirmatur. Sed tantum, si ille qui suscepit depositum dixerit: „non debeo tibi emendare“, rationes debet apponere, quare ei emendare non debeat.

§. 5. Wilihelmus Bonifilio has questiones posuit sic dicens: si quis alii 20 solidos deposuerit et postea depositori 20 solidos negaverit et alios 20 manifestaverit deposuisse, debet inde pugna fieri? — Cui respondit Bonifilius: debet. — Item hanc aliam questionem eidem posuit: si quis ab alio 30 solidos mutuaverit et postea illi negaverit et 15 reddere voluerit, debet ipse defendere cum 12 sacramentalibus? — Cui Bonifilius respondit: debet, quia litigium non[y] est 20 solidorum. Item, si quis alium plagaverit in capsum et denarios composuerit[z], nisi[a] 5 solidos qui ad compositionem[b] faciendam desunt, licet compositio[c] est 20 solidorum[94], ut[d] ipse, qui predicto ordine negaverit debitum, non debeat se defendere cum 12 sacramentalibus[95], similiter et ipse qui depositum supradicto ordine negaverit non defendat se per pugnam. Nam in hoc quod hec lex dicit: „depositum cupiditate victus negaverit“ et postea dicit: „si 20 solidorum fuerit“, debemus intelligere de negato deposito, scilicet quod illud depositum, quod negatur, sit valens viginti solidos: [nam[e] si non sit valens viginti solidos], non determinatur[f] per pugnam, sed per sacramentum.

§. 6. Notandum est quoque, quod „Si quis“ debet intelligi de libero et servo, et „alicui“ de libero et servo. Et si servus alicui deposuerit, dominus pro eo appellationem faciat per legem Rotharis que est „Si[96] quis servo alieno vel ancille viam antesteterit“; „nam in hoc quod inferius dicit: „20 solidos domino eius componat“, dat intelligere, quod dominus pro servo appellationem faciat. Et si servus de deposito appellatus fuerit, dominus eum defendat per legem Liuprandi, que est „Si[97] servus dum in fuga est furtum fecerit“, in hoc quod inferius dicit: „si dominus eiusdem servi negaverit, quod servus eius non fecisset ipsum furtum, tunc per pugnam vel per sacramentum se defendat, si potuerit“ et per capitulum Caroli quod est „Iubemus[98] ut per districtionem“; nam inferius dicit: „ut domini pro servis suis in omnibus causis rationem reddant, sicut lex iubet“.

5. Si quis dixerit, quod per vim de praedio cartam alicui fecerit[a], ut[b] per pugnam veritas[c] decernatur[d], edicimus.

Glossa: decernatur] scilicet ab eo cuius actio est. 5. 7. 8.

Petre[e], te appellat Martinus, quod tu tenes sibi[f] malo ordine terram in tali loco. — Ipsa terra mea propria est per cartam quam tu michi fecisti, et ecce carta. — Ego feci ipsam cartam, sed per virtutem. — Non fecisti. — Vis ei probare[g]? — Volo. — Vadiate pugnam. — Quae vadimonia debent esse cum fideiussoribus, tacita poena[h].

Cuius placiti sacramenta sunt ita; appellator ita iuret, ponat cartam iuxta messale[i] et tangens dicat: „ego hanc cartulam per virtutem feci, si Deus“. Appellatus ita: „hanc cartam tu per virtutem non fecisti, si Deus“. Interea donec ipsi bellaverunt, carta commendetur potestati[k] ea conditione, ut, si appellator vicerit, carta incidatur; si vero appellatus[l], carta ei reddatur, et ostendens cartulam in iudicio per notitiam securitatem accipiat, vel per promissionem refutationis[99]. Et si carta perdita apud potestatem fuerit, tamen uterque iustitiam suam consequatur. Si vero appellatus dixerit: „ecce carta quam pater tuus michi fecit“, et appellator dixerit: „illa carta nichil michi impedit, quia pater meus fecit eam per virtutem“, approbet appellator hoc ita esse. Si vero probare non potuerit, et appel-

t) res *cod.* u) non *om. cod.* v) Balardus *cod.* w) inde positum *cod.* x) non *add. cod.* y) non *om. cod.* z) compositionis *cod.* a) et *add. cod.* b) componerem *cod.* c) componere *cod.* d) in *cod.* e) *haec uncis inclusa coniectura supplevi.* f) determinate *cod.*

Cap. 5. *e codd.* 3—9. a) faceräe 3; faceret 8; fecisset 7. 9. b) ut *om.* 7—9. c) *deest* 6. d) inveniatur 5. e) *e codd.* 7—10. f) *deest* 9. g) ardire *corr.* 10. h) dę poena 10. i) messalem 7. 8. k) comiti 10. l) vicerit *add.* 10.

90) Liutp. 150. 91) Wilihelmus. 92) Cfr. l. 3. C. depositi (IV, 34.). 93) Cfr. §. 17. Inst. actionib. (IV, 6.); l. 1. §. 1—4; l. 18. D. depositi et contra (XVI, 3.). 94) Roth. 59. 95) Roth. 359. 96) Roth. 28. 97) Liutp. 11. 98) Karol. M. 70. 99) Cfr. cartular. in addit. III, carta 17 et 5.

latus iuraverit, illam cartam per virtutem non esse, vel probare appellator quidem incipiens et contraria probatione victus fuerit ipse appellator, sit ut superius diximus. At si appellator dixerit, cartam esse falsam, sit ut superius diximus. — Poena quidem utrisque immineat: appellatori quidem, ut emendet secundum obligationem cartae et widrigildi[m] *poena feriatur pro manus incisione: appellato vero, ut rem et pretium perdat, bannum persolvat et widrigild tribuat.*

Expositio: Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu tenes ei terram in tali loco malo ordine. — Respondet: non est verum, quia ecce cartam, quam michi fecisti. — Respondet: illa carta nichil michi nocet[n], quia ego feci eam per vim. — Deinde qui per vim cartam fecisse dixerit interrogetur, si voluerit ardire per pugnam, et si[o] dixerit: „volo", wadientur per pugnam, et detur illi spatium secundum legem, et postea vadant ad pugnam. Et si convictus fuerit qui cartam ostendit, si infra annum in quo carta per vim facta fuerit et per contumaciam restituere noluerit, terram in quadruplum debet emendare; et si appellatio fuerit facta post annum, illud debet emendare in simplum, id est illam tantum perdere, ut lex Romana precipit[1]. Videlicet si infra annum conventus visus restituere contumax extiterit, in quadruplum condempnandum est; si vero post annum convenietur et iussu iudicis restituere noluerit, in lite iurabitur[2].

§. 2. Queritur, si heres illius, qui per vim cartam fecerit, appellationem fecerit adversus eum, qui per vim cartam fieri fecit, si intra eos pugna fieri debeat? Non, quia hec lex non facit alium[p] dein[p] pugnare, nisi tantum illum, qui cartam per vim fecit. Sed, licet heredi illius qui per vim cartam fecit de vi pugnam facere ab hac lege non concedatur, inde, si voluerit cartam illam per vim factam appellare falsam, facere potest; quia, licet in rei veritate carta illa facta fuisset, tamen potest eam appellare falsam, quia in hoc quod ipse iurabit: „quod se sciente non exquirat, nisi veram et iustissimam rationem in omnibus"[3] in hoc quod cartam falsam appellaverit, bene iurabit. Nam capitulum Lotharii quod est „De[4] oppressione pauperum liberorum hominum" ostendit, cartam per vim factam non esse idoneam, in hoc quod dicit: „ut non fiant a potentioribus per aliquod ingenium contra iustitiam oppressi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant"; per hoc dat intelligere, ut, si coacti res suas vendiderint, quod non valet venditio nec carta facta. Inde potest igitur eam falsam appellare et pugnam inde facere per „Si[5] de prediis". Et si ostensor carte victus fuerit, eodem modo componatur, ut supra[6] diximus, infra annum in quadruplum, post annum in simplum, et insuper widrigild per „De[3] cartis etiam". — §. 3. Notandum quoque est, quod „per vim" secundum diversos diversis modis[q] intelligitur. Sunt enim quidam, qui dicunt, vim talem esse potentiam, veluti, si quis res suas propter minas alicuius potentioris alii vendiderit, sive sustineat cruciatum corporis sive non, hoc confirmando per capitulum Lotharii quod est „De[4] oppressione pauperum", in hoc quod dicit: „et non fiant a potentioribus oppressi" et non ponit differentiam, sive sustineant corporis cruciatum sive non. Sed Ugo atque pater[7] hanc aliam sententiam magis confirmant, scilicet quod „per vim" magis intelligatur anime periculum corporisque cruciatus, ut lex Romana precipit in secundo libro Codicis[8].

6. De furto aut scacho[a], si ultra 6 solidos fuerit, similiter ut[b] per pugnam veritas inveniatur, precipimus[c].

Petre[d]*, te appellat Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu fuisti fur de tanto suo mobili, quod valebat solidos* 6 *et unum denarium, aut collega furis.*

Petre, te appellat Martinus, quod tu tulisti sibi ad scachum tanta sua mobilia quae valebant solidos 6 *et unum denarium. — De torto me appellas. — Vis ei ardire*[e]*? — Volo. — Et tu vis te defendere? — Volo. — Vadiate pugnam. Quae vadimonia habent fideiussores, tacita poena.*

Cuius placiti sacramenta ita sunt; appellator iuret ita: „de hoc quod[f] *te appellavi, non quaero te asto*[g] *animo per pugnam fatigare, sed me sciente habeo certam suspectionem, quod tu tulisti michi furtive tantum, vel quod fuisti collega furis de tanto, si Deus"; appellatus: „de hoc unde tu me appellasti, ego tibi furtive non tuli vel non fui collega, si Deus". Hoc, si*[h] *Longobardus*[i]*; ceteri vero omnes de furto et scacho*[k]*, Longobardus de solo scacho*[l]*, iurent: „De*[9] *hoc unde te appellavi, quod tu fuisses fur aut collega furis de tanta mea substantia quae valebant* 20 *solidos, aut quod tulisses michi ad scachum*[m] *tanta mea mobilia, quae valebant* 10 *solidos me sciente, de torto te non appellavi*[n]*, si Deus"; appellatus ita: „de hoc unde tu me*[n] *appellasti, quod ego fuissem fur tanta de substantia tua, quae vale-*

m) widrigild 7—9. n) nam *cod.* o) si *om. cod.* p) aliumdem *cod.* q) in omnis *cod.*
Cap. 6. *e codd.* 3—9. a) scasco 3; schacho 5.6. b) ut *om.* 4.7.9. c) edicimus 7.8. d) *e codd.* 7—10. e) adardire 7. f) unde ego 9. g) astu 9. h) est *add.* 10. i) *supple:* iurare debet in appellatione de furto facta. k) schacho 7; scasco 9. l) schacho 7.9. m) schachum 7. n) appellavi.....tu me *om.* 7.8.

1) Cfr. pr. Inst. vi bonor. raptor. (IV, 2.); l. 4. C. de his, quae vi metusve (II, 20.). 2) Cfr. l. 2. §. 1. D. iuram. in lit. (XII, 3.). 3) Cfr. Wido 6. 4) Loth. 68. 5) Otto I. 1. 6) Expos. §. 1. ad hoc caput. 7) Wilihelmus. 8) L. 4.7. C. de his quae vi metusve (II, 20.). 9) Inter hoc et antedictum sacramentum tale discrimen est, ut in anteriori actor iuret: „habeo certam suspectionem", quae verba in secundo sacramento desiderantur. Primum sacramentum secundum Liutp. legem 70 compositum est: quae cum de Langobardis tantum et de criminibus in illo capitulo vel ante idem capitulum dictis valeat, hoc quoque loco solus Langobardus in furti appellatione ex lege Liutprandi sacramentum praestat, non autem ceterae nationes, neque Langobardus de scacho agens, quia de eo crimine ante Liutprandi legem latam nondum actum erat. Cfr. gloss. ad Liutp. 70; expos. §. 1 ad Liutp. 120.

bant decem solidos, aut collega furis aut ego ad scachum[n*] *tulissem tibi, de torto me appellasti, si Deus". Poena vero talis est*[o]*: actoris*[o]*, si victus fuerit, widrigild porrigat et secundum legem appellati saepe emendet; appellato, si latro est, ut poenam corporalem sustineat, aut oculi aut nasi aut mortis*[10]*. Uterque, et latro et scachator*[p]*, bannum solvat, widrigild tribuat, et saepe furtum et scachum secundum legem ipsius, cui neglegentiam commisit, emendet.*

Expositio: Petre, hoc dicit Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu fuisti fur vel collega furis de tantis rebus suis que valebant ultra 6 solidos. — Respondet: „non est verum". — Deinde actor interrogetur, si voluerit ardire per pugnam. Si dixerit: „volo", wadient pugnem et detur ei spatium secundum legem. Deinde ad pugnam tendant; et si ille de furto convictus fuerit, sive sit collega furis, pro periurio manum ammittat; et si illud fuerit primum furtum[q], oculum ammittat, et si fuerit secundum, nasus eius cappelletur, et si tertium fuerit, moriatur. — Et illius mors furta excludat, ut Caroli dicit capitulum quod est „Si[11] quis latro de uno furto". Ex duobus furtis, unde oculum et nasum perdere debet, componat sicut lex est, id est, si ille qui appellaverit Longobardus est, sibi nonum componat iuxta Liuprandi legem que est „Si[12] quis porcos", in hoc quod dicit: „sicut qui res alienas malo ordine tulit"; et si ille qui appellaverit Romanus fuerit, ipse latro componat ei, si furtum fuerit manifestum, in quadruplum, et si fuerit nec manifestum, in duplum extra rei persecutionem ut legitur in titulo „De[13] obligationibus que ex delicto nascuntur". — §. 2. Et quod collega debeat poni in superdicta appellatione, his rationibus a Wilihelmo confirmatur. Dicit enim, si ille qui appellaverit Longobardus fuerit, per legem Rotharis que est „Si[14] quis caballum emerit", in hoc quod dicit, quod ille qui appellatur iurare debet, „quod nec fur sit nec collega furis"; et si ille qui appellatur Romanus fuerit, per legem quarti libri Institutionum in superscripto titulo „de obligationibus"[15], in hoc quod dicit: „interdum furti tenetur ipse qui furtum non fecit, qualis est cuius ope et consilio furtum factum est"; et per hanc eandem legem, scilicet „De furto aut scacho": quia in hoc quod dicit: „quod per pugnam veritas decernatur", et non ponit differentiam, sive ille qui appellatur sit fur, sive collega furis. Et si quis dixerit, ut Ugo dicit, quod collega non debeat apponi in superdicta appellatione, per hanc legem, scilicet „De furto aut scacho", cum hec lex de collega mentionem non facit, eadem ratione dicere possumus, quod „fur" vocabulum non sit apponendum in superdicta appellatione, cum exinde mentionem non faciat; quia, si quis appellaverit alium, quod fur sit vel collega furis, de furto litigium erit. — §. 3. Notandum est quoque, superdicta appellatio in hoc tantum viciatur a Wilihelmo, quod ibi dicitur: „tu[r] fuisti fur de rebus suis", quia contingere potest, quod fur fuit non de rebus suis et tamen emendare debet[r] ei, ut legitur in Liuprando in lege „Si[16] quis commendaverit res suas", in hoc quod dicit: si[s] res commendate furto fuerint ablate, quod ipse cui[t] commendate[t] fuerint, contra latronem habeat actionem, nec ille cuius res fuit: ideoque sic fiet appellatio: Petre, hoc te appellat Martinus, quod ipse habeat certam suspectionem, quod tu ei tulisti furtive valens ultra 6 solidos. — Cetera vero non mutantur. — §. 4. Sciendum est quoque, quod per istam legem in superdicta appellatione positum est „quod ipse habet certam suspicionem": nam per legem Liuprandi que est „Si[17] quis alium astu appellaverit de pugna", in hoc quod dicit: „et dicat iuratus, quod non astu eum per pugnam fatigare querat, nisi quod certam habeat suspectionem".

§. 5. Petre, hoc dicit Martinus, quod ipse habet certam suspectionem, quod tu tulisti ei a[u] scacho valens ultra 6 solidos. — Non est verum. — Interrogetur actor[u*], si vult ardire per pugnam. — Si dixerit: „volo", wadietur pugnam et detur spatium secundum legem. Et si ille victus fuerit qui de scacho appellatus fuerit, propter periurium manum ammittat et componat ipsas res, sicut ille qui res alienas malo ordine tollit: si ille, cui res fuerunt scacho ablate, fuerit Longobardus, sibi nonum[12], et si Romanus fuerit, in quadruplum.

§. 6. Queritur, si quis presbyter fuerit appellatus de furto aut scacho, utrum pugna inde fieri debeat vel non? Dicebant antiqui, pugnam inde fieri non debere per capitulum Lotharii quod est „Ut[18] episcopi universique sacerdotes habeant advocatos", in hoc quod dicit: „debet ergo unusquisque eorum tam pro ecclesiasticis quamque in propriis actionibus excepto publico videlicet crimine"... numquam[v] datur ei advocatus[v]... et dicebant, non esse laudabile, ut propter personas suas pugnam faciant. Sed male dicebant: quod videri potest per capitulum Caroli quod est „Volumus[19] primo, ut neque abbates", in hoc quod dicit: „de personis suis et de actionibus in personis factis ad publica vel secularia iudicia". Quod capitulum, istud quod est „Ut episcopi", per easdem litteras et eodem ordine factum[w] fuit[w] in canonibus[20]: iuxta illud

n*) schachum 7. o) imminet utrique. Appellatori vero 10. p) schachator 7—9. q) fuerit *cod.* r) *ita et supplendam et emendandam esse censui hanc codicis nostri litteram:* tu fuisti fur quia contingere potest quod fur fuit de rebus suis et tamen emendare non debet. *Secundum Liutprandi enim legem hoc loco allegatam furti actio domino rerum furtivarum non competit, sed ei cui res furtim ablatae sunt, etiamsi non domino, sed commodatario tantum. Commodatarium autem aliosve non dominos per appellationem initio expositionis propositam agere non posse Wilihelmus ideo affirmat, quoniam de non domino agente dici non possit:* tu fuisti fur de tantis rebus suis, *tamen autem qui non domino res furtive abstulerit secundum Liutprandi legem de furto emendare debeat. Quare illius formulae initium a Wilihelmo paullo post ita mutatur, ut verba* „de rebus suis", *quippe quae non dominus furti experiens dicere non possit, deleantur.* s) sed *cod.* t) fuit cui inde date *cod.* u) a *delendum videtur.* u*) auctor *c.* v) numq. dat. ei adv. *prorsus delenda esse crediderim; nisi fortasse complura hoc loco exciderunt.* w) facta sunt *cod.*

10) Cfr. Karol. M. 44. 84. 11) Karol. M. 84. 12) Liutp. 150. 13) §. 19. Inst. h. t. (IV, 1.). 14) Roth. 232. 15) §. 11. Inst. l. c. (IV, 1.). 16) Liutp. 130. 17) Liutp. 70. 18) Loth. 101. 19) Karol. M. 98. 20) Concilium Romanum anni 826. c. 19. Mansi XIV, 1005.

capitulum est aliud capitulum[x], quod[x] specialiter dicit publica crimina, et dicit furtum publicum crimen esse[21]. Igitur per capitulum istud quod est „Ut episcopi“ de furto advocatum debet habere. Item per capitulum Octonis quod est „Laycorum[22] vero“ episcopi universique clerici advocatum habere debent, non quod specialiter dicat, sed per eius intellectum habemus. Bellum igitur per suum advocatum fiat. — §. 7. Sed ante[y] quem[y] fieri debeat, sciendum est. Dicunt enim, quod tantum ante comitem[z] fieri debeat; sed male dicunt, quod videri potest per Caroli capitulum, quod est „Volumus[23] primo, ut neque abbates“, in hoc quod dicit: „de personis suis et de actionibus in personis suis factis ad publica vel secularia iudicia trahantur vel distringantur, sed a suis episcopis iudicati iustitiam faciant“. Quod, scilicet quod ante episcopum tantum pugna fieri debeat, non est tenendum; sed est tenendum, ut ante utrumque fieri debeat per capitulum Widonis quod est „Placuit[24] nobis, summopere statuere, ut episcopi et comites uniti sint in suis parrochiis et comitatibus pro pace et salvatione in omnibus honoribus suis habitantibus“, indeque, quia sunt uniti, debet fieri ante eos. — §. 8. Et si advocatus presbyteri cadet de pugna, sciendum est, quis illorum presbyterum iudicare debeat? Et si aliquis dixerit: comes eum iudicabit per capitulum Caroli quod est „De[25] vindicta et iudicio facto in latronibus testimonio episcoporum absque peccato comites facere possunt“, male[a] dicet[a]: quia istud capitulum, quod est „De vindicta“, non facit comites distringere[b] alios latrones nisi laycos et qui erant districti in legibus, sed de presbyteris nichil dictum erat in legibus, et ideo episcopi non potuerunt dare testimonium comitibus, quod distringerent[c] alios latrones, nisi qui continentur in lege. Licet in capitulo Caroli quod est „De[25] vindicta et iudicio“ non contineatur lege de presbyteris latronibus, tamen comes distringere[b] debet per legem Romanam, que dicit: si presbyter fuerit periuratus, quod statim est degradandus[26], et per capitulum Pipini quod est „Ut[27] pontifex ordinet et disponat“, in hoc quod dicit: „et si quis pontifex suum clericum ordine canonico distringere noluerit, et ille ad secularem pertransierit habitum, quod canones clericum facere prohibent, comes qui in loco ordinatus fuerit distringat illum in omnibus ad suam partem sicut alium exercitalem“. — §. 9. Notandum est quoque, quod hoc rumpit quamplures predictas; sed qualiter rumpantur, qualiter salventur, superius dictum est[28].

7. Si quis equum suum vel cetera animalia sive rem suam super aliquem repererit et ipse warentem[a] dare se[a] dixerit, statim iuret ut ad certum warentem eum conducat[b], et super tertium warentem et tertium comitatum non procedat. Et si hoc facere noluerit, rem perdat et secundum legem componat.

Glossa: Actio concepti hic est. 5.7.8.

Petre[c], te appellat Martinus, quod ipse interciavit tibi unum suum caballum aut aliam rem. — Non michi interciasti. — Si potest, approbet[d] appellator, si non, iuret appellatus quod ipse sibi non interciavit. Si dixerit: „interciasti michi“, statim iuret, quod ad certum warentem eum conducat. Interea vadat ad warentem et dicat sibi interciaturam rei, quam sibi tradiderat ille. Tunc warens det ei[e] vadimonia de stando in auctoritate et reddendo pretio; hic vero det ei wadimonium de conducendo interciatorem ad eum ad placitum appellando et reddendam rem. Et hoc fit, si confessus fuerit warens se tradidisse. Si vero non fuerit, tamen hic vadat cum intertiatore ad eum cum re. Et cum venerit ad warentem, interroget: „tradidisti michi hanc rem“? Si dixerit: „non“, campo contendat vel approbet cui res interciata est; et post vadat placitum, veluti si statim confessus fuerit, se esse warentem. Sed campo contendere vel probare si non potuerit, tunc ille qui warens dicebatur iuret se non tradidisse. Tunc ille cui res intertiata est componat ut latro, nisi alium warentem dederit. Si vero dixerit: „warens sum“, tunc accipiat rem reddito pretio; tunc intertiator dicat ad warentem: „quid tibi pertinet?“ — „Paulus michi vendidit“. Similiter paene per secundum sit usque ad tertium. Postea interroget tertium: „quid tibi pertinet“? — „Habeo warentem Marcoardum“. — „Hoc dico: non debeo ire supra tertium warentem et tertium comitatum“. Tunc appellator iuret, quod suus proprius est, nec vendidit nec donavit quod per legem perdere debeat, sed furtive ei abstractus est. Tunc tertius warens iuret, quod nec latro fuit nec collega latronis, sed cum suo proprio pretio comparavit, et reddat rem. Si vero responderit, equum esse natum de suo iumento, approbet et retineat vel solus iuret et retineat; et hoc per usum. Si vero approbatione ceciderit vel iurare noluerit, teneatur ut latro nisi reversus fuerit ad warentem. Et tunc sit ut supra dixi. Hoc omne fit secundum quosdam vanos[29].

Glossa: Placita secundum a. 7.8.

Expositio: Hec lex secundum diversos diversas habet materias, quarum prima hec est: si quis equum suum vel rem suam super aliquem repperit et ipse warentem dare dixerit, statim iuret, ut ad certum warentem eum conducat, et prestito sacramento ambo vadant ad auctorem et ipse auctor, si dixerit se vendidisse, per usum reddat pretium cui vendiderit equum et ab eo recipiat equum. Et si ipse auctorem dare dixerit, tunc ille qui intertiat et ille super quem prius intertiatus fuerit cum eo vadant ad auctorem; et si ipse secundus auctor[f] dixerit, se ei vendidisse, per istum usum pretium reddat

x) capitula que *cod.* y) antequam *cod.* z) communem *cod.* a) male dicet *coniectura supplevi.* b) destruere *cod.* c) destruerent *cod.*

Cap. 7. *e codd.* 3—9. a) se war. dare 5.6.9. b) ducat 3. c) *e codd.* 7—10. d) probet 10. e) *deest* 7.8. f) tutor *cod.*

21) Quae si recte glossator dixit, tantum ad inscriptionem capituli 31. eiusdem concilii referri possunt, quae talis est: *De criminalibus causis et furtis ceterisque similibus die dominico inventis.* 22) Otto I. 8. 23) Karol. M. 98. 24) Wido 1. 25) Karol. M. 83. 26) Cfr. Iul. nov. 115,33. 27) Pipin. 2. 28) Cfr. Roth. 342. 348; Liutp. 11. 29) Cfr. plac. form. ad Roth. 232 sub fine.

et equum recipiat et ipse prior[g] auctor domum revertatur, si voluerit. Et si ipse secundus auctor auctorem dare dixerit, tunc ille super quem equus intertiatus fuerit et ille qui intertiaverit cum eo ad 5 alium auctorem vadat; et si ille tertius auctor dixerit se ei vendidisse, per usum pretium reddat et equum recipiat: tunc ipse super quem equus repertus fuerit et secundus auctor domi revertatur, si voluerit. Et si ipse tertius auctor auctorem dare 10 dixerit, tunc ipse qui equum intertiaverit vadat cum eo ad auctorem et ipse quartus auctor pretium reddat et equum recipiat et ipse tertius auctor domi revertatur, si voluerit. Et si ipse quartus dixerit dare auctorem, tunc ipse qui equum inter- 15 tiavit vadat cum eo ad auctorem. Et hoc ordine qui equum intertiavit vadat usque ad illum, qui[h] auctorem dare nequiverit. Et cum ad illum venerit, statim ille qui intertiavit per usum iuret, quod ipse suus proprius est, neque vendidit neque alienavit, ut per 20 legem perdere debeat, et ipse qui auctorem dare nequiverit iuret similiter per usum, quod non fuit fur nec collega furis et per similitudinem legis Rotharis que est „Si[30] quis caballum emerit", in hoc quod dicit: „prebeat sacramentum emptor, quod 25 neque fur sit neque collega furis et postea sine pena furti equum restituat". Et si ausus non fuerit se defendere, scilicet quod nec fur nec collega furis, pro furto eum reddat, sicut lex est; et idem intelligendum est de aliis animalibus et aliis rebus 30 mobilibus. Et sciendum est, quod, si aliquis ex suprascriptis auctoribus dixerit, rem illam propter quam auctor datus fuerit, non dedisse, tunc per pugnam se defendat per Caroli capitulum quod est „Si[31] res intertiata fuerit ablata" in hoc quod 35 dicit: „si auctor venerit et rem intertiatam recipere noluerit, campo vel cruce contendat". — §. 2. Secunda est talis: si quis repperit equum suum vel cetera animalia sive rem suam super aliquem et ipse warentem se dare dixerit, statim iuret, ut ad 40 certum warentem eum conducat, et prestito sacramento ambo vadant ad auctorem et, si dixerit se vendidisse, per usum reddat pretium et accipiat equum; et ipse apud quem intertiatus fuit revertatur domum, si voluerit. Et si ipse auctor waren- 45 tem dare dixerit, tunc ipse qui intertiavit vadat cum eo ad ipsum auctorem, id est ad ipsum warentem, quem dare dixerit; et si ipse secundus auctor dixerit se ei vendidisse, per usum reddat pretium et accipiat equum; et ipse qui dedit eum 50 auctorem revertatur domum, si voluerit[i]. Et si ipse secundus warentes dixerit dare warentem, tunc ipse qui equum intertiavit similiter vadat cum eo ad warentem, et ipse tertius similiter reddat pretium et accipiat equum, et ille qui 55 intertiavit ultra hunc tertium warentem non procedat. Sed si ipse tertius warentes non fuerit ausus iurare, quod nec fur sit nec collega furis, sicut supra dictum est, componat equum vel rem pro furto ut supra legitur, et si ausus fuerit iurare, reddat tantum caput. Et si aliquis ex ipsis auctoribus negaverit, equum vel rem se vendidisse, fiat pugna sicut superius dictum est. — §. 3. Tertia materia talis est secundum Ugonem. Si quis super aliquem repperit equum suum vel rem suam et ipse warentem se dare dixerit, statim iuret[k], certum warentem suum esse Vercellis; ambo illuc vadant; et cum ipse venerit illuc et dixerit: „non est hic, sed Novare est", ambo illic iterum vadant; et item cum ipse venerit illuc et[l] dixerit: „non est hic, sed Mediolani est", iterum Mediolanum vadant. Et postquam illuc veniunt, si iterum dixerit: „non est hic, sed Papie", tunc ipse qui eum intertiavit non ultra Mediolanum ire cogatur. Sed ipse, qui warentem dare dixerit, iuret per usum, quod non sit fur nec collega furis, et si ausus non fuerit iurare pro furto, componat sicut superius dictum est. — §. 4. In hoc quod hoc capitulum dicit: „si quis equum suum", di. M̃.[m], quod ipse qui intertiavit prius debet probare suum, quam ipse apud quem repertus erit ei respondeat. Sed male di., quia hec lex non ideo dixit „suum", quod prius debeat suum probare, sed ideo dixit „suum", quia ipse qui intertiavit dicebat, suum esse. Et si aliquis quesierit, ubi tale dictum repperiatur, detur ei in Rotharis lege que est „Si[30] quis caballum emerit", in hoc quod dicit: „et venerit certus homo, qui ipsum caballum suum esse dicat", non ideo „certus", quod in veritate certus esset, sed[n] quia dicebat se certum esse; et quod ipse non esset certus, inferius declaratur in hoc quod dicit: „et alter proprius et certus auctor venerit, qui ipsum caballum suum faciat". — §. 5. In hoc quod hec lex dicit: „et ipse warentem se dare dixerit", dicebant[o] antiqui[o], quod si ipse super quem res reperta fuerit non dixerit se dare warentem, licet dare possit, tamen dare non debet. Sed male dicebant, quia hec lex non ideo dixit: „et ipse dixerit, se dare warentem", quin dare debeat si dare potest, licet non dixerit se dare, sed ideo dixit secundum[p]... ad[q] differentiam[q] illius, qui dare non potest; veluti ille qui equum illum et ab alio non habuit, sed ex equa sua natus fuerit, vel qui auctorem ignoraverit.

8. Laicorum vero nullum preter comites[a] in solis aecclesiasticis rebus advocatorem habere ullum[b] permittimus.

Glossa: solis ecclesiasticis] Alii soli ecclesiastici, quod melius est. 5.7.8.

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „nullum laycorum preter comitem in solis ecclesiasticis rebus advocatum habere permittimus" ostendit, quod clerici advocatum habere debent. — §. 2. Hoc capitulum rumpit capitulum Liuprandi quod est „Recolimus[32] hoc, quod statuimus cum nostris iudicibus"

g) secundus *add. cod.* h) qui *om. cod.* i) *in cod. nostro hic adduntur, errore ex anterioribus repetita:* et si ipse 60 auctor warentem dare dixerit se ei vendidisse, per usum reddat pretium et accipiat equum; et ipse qui dedit eum auctorem revertatur domum si voluerit. k) ut ad *add. cod.* l) et *om. cod.* m) *quale nomen hoc siglum indicet, nescio.* n) inferius declaratum, *omisso* sed, *cod.* o) di. ã. *cod.* p) alios *fortasse omissum.* q) ad diffãm *cod.*

Cap. 8. *e codd.* 3—9. a) comitem 5.6 *et corr.* 4.7; comes 7—9. b) *deest* 4.6.9.

30) Roth. 232. 31) Karol. M. 129. 32) Liutp. 117.

et legem Rachis „Si[33] quis alterius causam agere" et capitulum Pipini „De[34] universali quidem populo" et capitulum Caroli „Et[35] quia sunt nonnulli qui sine proprietatibus". Sed qualiter rumpantur, dictum est retro[36]. Et rumpit legem Romanam in hoc quod dicit, quod layci possunt habere curatores et procuratores, et ipsi tutores procuratoresque[c] seu curatores pro eis possunt agere ac conveniri. Sed lex Romana et alie leges ita salvantur ab Ugone, quod debemus intelligere advocatum pro camphione posuisse, quod est dicere „Nullus laycorum".

9. (10.) Quacumque lege, sive[a] etiam Romana, in omni regno Italico homo vixerit, haec omnia, sicut[b] in his capitulis per pugnam decrevimus, servare precipimus[c]: ita tamen, ut si eorum unum[d] iuvenilis aut decrepita aetas seu infirmitas pugnare prohibuerit, liceat ei pro se pugnatorem imponere[e] et alteri[f] similiter facere*.

* *Si[g] dubitatio sit de infirmitate, iuret, quod talem infirmitatem habet propter quam pugnare non valet* per usum. 7—9 *et in marg.* 5.

Glossae: decrepita aetas] id est senectus quae incipit a septuagesimo anno, usque quo vivit senectus deputatur. 4. — *seu infirmitas]* vel morborum vel sexus. 5.7.8.

Expositio[h]: In hoc quod hec lex dicit: „si infirmitas pugnare prohibuerit, liceat pro se pugnatorem ponere et alteri similiter", queritur, si dubium fuerit de infirmitate, quid debeat inde esse, cum hec lex nichil inde dicat. Dicitur igitur, quod per usum iurare debet, quod talem infirmitatem habeat, propter quam pugnare non valet. — §. 2. In hoc quod hec lex dicit: „et alteri similiter facere", volebant antiqui[i] dicere, quod illud „alteri" sic esse intelligendum, ut[k] infirmus esset aut iuvenilem vel decrepitam etatem habuisset.

10. (11.) Aecclesiae[a] et[b] comites seu viduae lites suas de his quae in suprascriptis[c] capitulis continentur per consimiles advocatos[d] pugna dirimant. Ceteri[e] homines natura liberi secundum legem pristinam per semet ipsos respondeant et determinent.

Glossae e codd. 5.7.8.]

Hominum

alii bellare possunt,	alii non,	alii si velint, sin aliter, non
ut ceteri preter adversos.	ut pupilli, ut pauperes, ut decrepiti, ut quidam infirmi, ut mulieres, ut clerici, ut servi, ut libertini.	ut comites cum ecclesiis, cum viduis, comitibus.

Bellorum

alia fiunt ab actoribus,	alia a reis adardita,
ut in ceteris.	ut de striatus affirmatura[37], ut de fornicatus affirmatura[37], ut de argae affirmatura[38].

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „per consimiles advocatores pugnam dirimant", dicebant[f] antiqui[f], si comes haberet litigium et cum vidua, et comes quendam capitaneum pro se camphionem poneret, quod vidua pro se camphionem poneret capitaneum. Sed male dicebant, quia similiter possumus dicere, si vidua pauperem camphionem pro se poneret, quod comes pro se pauperem camphionem debet componere. Quare non hoc[g] cum[g] causa dixit, sed ideo dixit, ut vidua similiter habeat advocatum, quemadmodum comes. — §. 2. Item in hoc quod hec lex dicit: „ceteri homines natura liberi secundum legem pristinam per semet ipsos respondeant et determinent", dicebant[f] antiqui[f], si essent libertini, quod possent pro se camphionem ponere. Sed male dicebant, quia, licet hec lex dicat de omnibus, qui sunt natura liberi[h], tamen illud idem intelligendum est de libertinis, cum lex superius posita que est „Laycorum[39] vero" eis prohibuit pro se camphionem ponere, et cum maius privilegium tunc daretur libertino, quam libero nascendo.

11. (13.) Diaconorum presbyterorum episcoporum filios notarios sculdascios[a] comites iudices fieri omnibus[b] modis[b] prohibemus[c].

Festorum[a] placito[a] rex tertius invidet Otto.

Cotidie contra leges agitur, cotidie mali ma-

c) procuratores quod *cod.*

Cap. 9. *e codd.* 3—9. a) seu 6—9. b) *sic* 6—9; q; 3; *deest* 4.5. c) *deest* 5.6. d) *deest* 7—9; aut *add.* 3.5. e) opponere 5.6. f) alterum 3.4. g) Si dub. fuerit de infirm. *add. etiam* 6. h) *haec expositio praefixis verbis* Quacumque lege et cetera *subnexa est expositioni capitis octavi.* i) Ā. *cod.* k) vel *cod.*

Cap. 10. *e codd.* 3—9. a) De ecclesias 3. b) et *om.* 6—9. c) istis 5.6. d) advocatores 7—9 *et corr.* 4. e) vero *add.* 6—9. f) dī. ā *cod.* g) hac ex *corrig.?* h) libertini *cod.*

Cap. 11. *e codd.* 3—9. a) *sic* 6—8; sculdaxios 3; sculdassios 5; sculdasios 4.9. b) omni modo 5.6. c) *in cod.* 5 *haec exstat subscriptio, quam conferas cum prologi inscriptione supra p.* 567 *in notis e cod.* 4 *exhibita:* Actum sub urbe veronensi in loco qui dicitur insula sancti zenonis. quarto kl. novemb. anno dominicae incarnationis DCCCCLXVIII Imperii domni ottonis serenissimi imperatoris augusti ex. regni vero filii eius domni ottonis sex inditione undecima. Expliciunt capitula domni Ottonis.

Versum hexametrum exhibent codd. 7—9 *et rec. man.* 4.5. Incipit kapitulum domni Ottonis tercii imperatoris piissimi augusti *inscr. in cod.* 4. Incipiunt capitula Ottonis tertii imperatoris *inscr. in cod.* 5. — *Ottonis tertii capitulum unicum exstat in codd.* 3—9, *in cod. autem* 3 *quasi ultimum Ottonis primi numeratum.* a) Romae syndonico 4.9.

33) Rachis 7. 34) Pipin. 7. 35) Karol. M. 127. 36) Expos. ad Rachis 7; expos. §. 9 ad Pip. 7. 37) Roth. 198. 38) Roth. 382. 39) Otto I. 8.

lum[b] facere non verentur. Ideo hac[c] lege[c] omne per evum divinitate propicia[d] valitura edicimus, ut toto anni tempore liceat iudicibus causas agere, lites dirimere, tumultus quaestionum[e] terminare et diffinire, ut qui cotidie legi[f] offendunt cotidie legis sententia feriantur. Nec enim tempore messium vel vindemiarum legis edictum debent[g] effugere qui in[h] nullo tempore peccare desierunt. Bene enim facere, verum dicere, iustitiam amare, recte[i] iudicare omnibus[k] omni[k] tempore licet semperque licebit, quia a bonis nunquam, a malis[l] operibus semper requiescendum esse catholice didicimus, et[m] iugiter conservandum Deo auctore imperiali maiestate decrevimus[m]. David[n] autem rex et propheta dicit[n]: „beati[40], qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore". In natali vero Domini, in epiphania, in[o] diebus quadragesimalibus[p], in pasca[q], in ascensione[r], in pentecostes[s], in diebus dominicis et in festis precipuis[t] et[u] in constitutis ieiuniorum diebus[u] iudiciarios motus exequi, publicas questiones appeti, ut omni[v] vigilantia solempnitates, quod[w] christianorum est[x], celebrentur, penitus prohibemus.

Glossae: festis precipuis] Haec sunt festivitates precipue in anno quae per omnia venerari debent. Natalis Domini, sancti Stephani, sancti Iohannis evangelistae, innocentum, octavae Domini, octavae epiphaniae, purificationis sanctae Mariae, pascae dierum octo, letaniae maioris, ascensionis Domini, pentecostes, sancti Iohannis baptistae, octavae apostolorum, maxime tamen sanctorum Petri et Pauli, dedicationis sancti archangeli Michaelis, sancti Martini, assumptionis sancte Mariae. 7—9.

Festivitatum

aliae habent octavas	aliae non,
ut natalis Domini, ut epiphania, ut pascha, ut festivitates apostolorum Petri et Pauli.	ut ceterae preter adversas. 7.8.

Expositio: In hoc quod dicit: „toto anni tempore liceat iudicibus causas agere, lites dirimere, tumultus questionum" et cetera, rumpit legem Romanam, que vetat iudicibus causam agere, lites dirimere tempore messium vel vindemiarum[41].

Explicit[y] capitularius.

Henricus[a] gratia[b] Dei miserationis[b] Romanorum imperator augustus[c]. Omnibus nostris fidelibus praesentibus etiam et futuris notum fieri volumus, quod, semper rei publicae providentes, quae digna sunt probabilium personarum[d] nostri imperii fidelium[d] acceptione disponimus. Cum tempore autumni[e] in parte Elisantiae[f] nostri regni pro utilitate multimoda moraremur[g] in civitate Argentina quae vulgari nomine Straburge[h] vocatur, multorum perlatum[i] est[k] ad nos relacione[k], quod plurimi tunc erant qui sub occasione his periculis laborabant. Unde etiam digna provisione omnibus succurrentes attestatione laudis[l] quam plurium nobis adstantium fidelium, archiepiscoporum Mediolanensis videlicet et Ravenensis[m], episcoporum quoque Tranburgensis[n] Placentini Cumani Vercellensis Parmensis Aquensis[o] Lunensis[p] Vulterrensis[q], marchionum quoque et comitum Italiensium, nobilium vero multorum vassallorum sapientium et iudicum, inter multa quae rei publicae congruebant tria capitula inseruimus. Quae ut ab omnibus nostri[r] imperii[r] observentur stabilique observatione teneantur, amodo et deinceps statuimus[s], iubemus[t] et firmiter praecipimus. Haec sunt, quae inviolabiliter observari iubemus.

Regis Henrici[a] laetantur lege mariti.

1. Quicumque ex quacumque natione legitimam uxorem accepit[b] vel[c] acceperit[c], si eam mori contigerit sine filiis[d] eorum amborum, vir suae uxori succedat et omnia bona eius percipiat.

Glossa: omnia bona] Hic loquitur de paraphernis mulierum. 5.7.8.

Expositio: In hoc quod hec lex dicit: „si contigerit eam mori sine filiis eorum amborum" ostendit, quod filii debuerint ei succedere, non pa-

b) mala 4; male 3. c) hanc legem 3.5. d) propria 7.8. e) quaestiones 3. f) leges 3; legem 7.8. g) debeant 7 *et pr. man.* 4; debuit 6; debebunt 8. h) in *om.* 4.6.7. i) rectum 5.6.9. k) omnibus *om.* 3.7—9; omni *om.* 5. l) autem *add.* 4. m) et iug... decrev. *om.* 9. n) David autem rege et propheta teste qui dixit (dicit 7) 6—9. o) in d. q. *om.* 3.4. p) et in statutis ieiuniorum diebus *add.* 6. q) pascha 4.7. r) domini *add.* 5. s) pentecosten 4.5. t) principalibus 4.5. u) et in... dieb. *om.* 6, *cfr. not.* p. v) cum *add.* 4.7—9. w) quod *om.* 4. x) est *om.* 3.4. y) *sic* 3 (capitulariis *cod.*) *additis verbis:* Secundus notarius scripsit oc manus suas. *Ea quae post Ottonis III capitulum in cod.* 3 *scripta sunt, recentiori manu addita videntur.* Expliciunt capitula domni tertii Ottonis *subscr. in cod.* 5.

Prologus e codd. 3.4.6—9; *abest a cod.* 5. Explicit liber Ottonis. Incipit liber Enrici (*corr.* Henrici) imperatoris. Incipit prologus kapitulorum domni Henrici augusti imperatoris *inscriptio in cod.* 4. a) *sic* 3.9; Enricus 4; Heinricus 6—8. b) *sic* 3; dei gratia 4; dei gratia miseratione 6; dei gratiae miseratione 7—9. c) Prologus *add.* 3. d) person.... fidelium *om.* 6.9. e) optumni 3, *in marg.:* et est indic̄. III. *cod.* 3. f) *sic* 3.4; eriasantię 6; erisantiae 8.9; herisantię 7. g) demorar. 4. h) *sic* 3; transburgiae 4; transburg 6—9. i) prolatum 3; perlatu 4. k) *sic* 3; ad nos relatum est 4; relacione *om.* 6—9. l) *deest* 3. m) traverensis 3. n) *sic* 3.4.8; transb. 6.7; Tramburg. 9. o) Ianuensis *add.* 4. p) *deest* 6. q) *deest* 3.9. r) nostro subiectis imperio 4. s) Cap. primo *add.* 3. t) *deest* 4.

Versum hexametrum exhibent codd. 7—9 *et rec. man.* 4.5. Incipiunt capitula domni Henrici imperatoris *inscriptio in cod.* 5. a) *sic* 9; Heinrici *rell.* b) accep̄. 4; acceperunt 3.7.8; acceperit 5.9; acceperint 6. c) *sic* 3 *et corr.* 4; *desunt* 5.6 *et prim. man.* 4; vel acceperint 7—9. d) filiabus *add.* 3.

40) Psalm. 106, 3. 41) Cfr. L. 1.3. D. feriis (II, 12.).

ter, si[e] filii fuerint, et in omni parte rumpit legem Liuprandi que est „Si[42] sorores in casa patris" in hoc quod dicit: „tunc ille ei succedat, qui eam per mundium suam fecit", et in parte affirmat, scilicet in eo casu quando filii non fuerint. Sed secundum quosdam lex predicta salvatur ita. Dicunt enim quidam: „Quicumque ex quacumque natione" non loquitur de illis viris nec de illis mulieribus, de quibus „Si sorores in casa patris" est locuta, cum hec lex, scilicet „Si sorores", loquitur de mundiatis mulieribus, illa vero, scilicet „Quicumque ex quacumque natione", loquitur de non mundiatis. Quod in prologo ibidem facto videri potest, in hoc quod ibi legitur: „prolatum est ad vos, quod plurimi tunc aderant, qui sub occasione bis laborant periculis", scilicet quod eas non mundiaverint, et ob hanc occasionem eis non succedebant, pro quibus, scilicet subter[f] hoc periculo laborantibus, rex hanc legem que est „Quicumque" illis taliter constituit. — Quod Wilihelmus non laudat, quia, quamvis prologus ostendat, hanc legem que est „Quicumque" factam esse sub predicto periculo laborantibus, tamen facta est tam aliis quam illis. Quod potest videri per hoc quod dicit universaliter: „Quicumque ex quacumque natione", sive Romana sive Longobarda seu alia qualibet natione, et non posuit differentiam sive sit mundiata vel non. — §. 2. Licet ex intellectu istius legis filii succedant et appellatione filiorum filie contineantur et equaliter[g] parentibus succedant, lege Romana statuente[43], tamen, si Longobardus fuerit et filios masculini sexus reliquerit, ipsi succedant exclusis filiabus. Quod patet per legem Liuprandi que est „Si[44] quis Longobardus". Et non tantum per legem Romanam filii pro[h] filiabus[h] dicuntur sed in hac; ut legitur in capitulo Widonis quod est „Volumus[45] preterea", ubi dicit: „filii defuncti". — §. 3. Notandum est quoque, quod „filii" hic accipiuntur pro omnibus descendentibus; et inde detur exemplum in Liuprandi lege que est „Si[46] quis Longobardus" in hoc quod dicit: „nam si ipse frater neque filios neque filias habuerit, aut si habuerit et ante eum mortui aut mortuae fuerint absque filiis filiabus" eodem modo intelligendum est de omnibus descendentibus. — §. 4. In hoc quod hec lex dicit: „et omnia eius bona percipiat" debemus intelligere de quarta, de antifacto et contrafacto et hereditate si habuerit; et erant quidam, qui dicebant et de tertia, quia dicebant, tertias esse de bonis suis. Sed male dicebant; quia lex Romana precipit de tertia, quod mulier non debet inde proprietatem habere nisi usufructum tantum, quia et aliquibus precipit: mortuo usufructuario extinguitur ususfructus[47].

2. Quicumque[48] propter cupiditatem rerum patrem aut matrem aut fratrem aut sororem vel nepotem vel alium[a] propinquum suum per se aut per alium interfecerit, hereditas interfecti ad alios suos[b] legitimos heredes perveniat. Interfectoris[c] vero hereditas[c] in[d] fiscum[d] redigatur, ipse vero ordinante episcopo publicae[e] poenitentiae subdetur[e]. Quodsi ille qui crimine arguitur negare voluerit, per se pugnam faciat, nec[f] liceat ei camphionem pro se dare[f], nisi[g] decrepita aetas aut iuvenilis aut infirmitas pugnare[h] prohibuerit[h].

Glossae: Hoc capitulum rumpit legem Liuprandi (17.) Si frater fratrem in peccatis. 4. — Concordat cum capitulo Karoli (104.) Si quis de libertate sua fuerit interpellatus. 4.

Petre[i], te appellat Martinus, qui est advocatus de parte publica, quod tu occidisti Marcoardum tuum patrem per cupiditatem aut interfici[k] fecisti[k]. — Non placeat Deo. — Vis ei adardire[l]? — Volo. — Vadiate pugnam. — Quae vadimonia debent esse cum fideiussoribus, tacita poena.

Cuius placiti sacramenta ita esse debent, advocatus iuret: „De hoc unde te appellavi me sciente de torto te non appellavi"; appellatus ita: „de hoc unde tu me appellasti, de torto me appellasti". Et haec responsio debet esse tantum, dum advocatus adardit ei bellum; si vero advocatus non vult ei adardire, tunc appellatus iureiurando secundum suam legem se defendat, ita ut advocatus antea non iuret. Et hoc per usum. Et hoc debet esse in omnibus appellationibus ubi utraque[49] esse possunt. Si vero tantum sacramenta esse debent, tunc appellatus iuret secundum legem absque sacramento advocati.

Petre, te appellat Martinus, quod tu occidisti Marcoardum suum patrem et tuum per cupiditatem, aut interfici fecisti. — De torto me appellasti. — Vis ei adardire[l]? — Volo. — Et tu vis de defendere? — Volo. — Vadiate pugnam. — Si autem appellator is noluerit adardire[l], tunc iuret ut supra dictum est, et appellatus similiter ut supra. Sacramentales vero iurent: „hoc quod M.[m] appellatus iuravit, verum iuravit, si Deus". Poena vero imminet utrisque talis: advocato victo, ut manum perdat aut redimat, et propinquo[n] similiter; appellato,

e) s. f. f. *om. cod.* f) subiit *cod.* g) equalis *cod.* h) prohabet *cod.*

Cap. 2. *e codd.* 3—9. a) *sic* 4. 5; aliquem *rell.* b) illius 5. 9; *deest* 6—8. c) *sic* 3. 7. 8; Her. vero (autem 4.) interfectoris *rell.* d) in fisco 3; fisco, *om.* in, 7.8. e) publicam agat poenitentiam 4; p. p. detur 5. f) et sibi camphionem pro se d. non liceat 6—9. g) si eum *add.* 4. h) prohibeat, *om.* pugnare, 6—9. i) *e codd.* 7—10. k) *sic* 9; interfecisti *rell.* l) ardire 10. m) *sic* 10; *deest* 7; I. 8. 9; P. *recte scribendum erat.* n) actori *add.* 10.

42) Liutp. 14. 43) Cfr. Iulian nov. 109, 1. 44) Liutp. 1. 45) Wido 7. 46) Liutp. 3. 47) Quid expositionis auctor de tertia disserere voluerit, non satis intelligo, cum neque in Langobardorum neque in Romanorum legibus tertiae portionis uxori deputatae mentio fiat: nam quod secundum Astulfi cap. 5. maritus decedens uxori suae certo quodam casu usumfructum in tertia substantiae parte delegare potest, ad haec glossatoris verba referri vix possunt. Sed in legibus Burgundionum saepius de tertia substantiae mariti parte agitur, quam „mulier defuncto sine filiis coniuge suo, si ad secunda vota non ierit, usque ad diem mortis suae secura possideat, sic tamen ut post transitum eius ad legitimos mariti heredes omnia revertantur" (Lex Gundob. XLII, 1. LXXIV, 1. 2. LXII, 1. 2.). Forsan simile quid apud Langobardos quoque valebat usu, quem glossator hic alludit, simul respiciens usumfructum viduae indotatae secundum Romanas leges concessum (Iulian. nov. 47, 6. 108, 3.). 48) Cfr. Loth. 59. 49) vel pugna vel sacramenta.

ut non habeat hereditatem interfecti, suam quidem perdat, bannum solvat, manum amittat aut redimat, id est ut widrigild tribuat, et ordinante episcopo publicae poenitentiae subdetur. Si vero lis per sacramenta ab utrisque finiatur, nulla poena eis immineat; si vero advocatus vel parens iuraverit, et reus se purificare ausus non fuerit, tunc supradictam poenam sustineat praeter widrigild.

3. Qui vero[a] infra treuvam vel[b] datum pacis osculum aliquem hominem interfecerit et negare voluerit, pugnam per se faciat, nec camphionem[c] pro se dabit[c] nisi ut dictum[d] est superius[d]. Si vero convictus fuerit, manum qua[e] homicidium fecit amittat[f].

Petre[g], te appellat Martinus, quod tu occidisti Dominicum suum patrem infra treuvam vel infra datum osculum pacis. — De torto me appellasti. — Vis ei adardire[h]? — Volo. — Et tu, vis te defendere? — Volo. — Vadiate pugnam. — Cuius placiti sacramenta ita sunt, appellator iuret: „de hoc unde te appellavi, quod tu occidisti Dominicum meum patrem infra treuvam vel infra datum osculum pacis, me sciente de torto te non appellavi, si Deus"; appellatus ita: „de hoc unde tu me appellasti, quod ego occidissem patrem tuum infra treuvam, de torto me appellasti, si Deus". Si vero appellator noluerit adardire, tunc lis finiatur per sacramenta, ut superius diximus[50]. Poena vero utrisque imminet, appellatori vero, si victus fuerit, ut manum perdat aut redimat; appellato, ut bannum solvat, manum perdat et homicidium secundum legem emendet.

Expliciunt[i] capitula domni Henrici imperatoris seu ceterorum.

In nomine sanctae[a] et individuae Trinitatis. Chonradus Dei gratia Romanorum imperator augustus.

Omnibus sanctae Dei aecclesiae nostrisque fidelibus tam praesentibus quam et futuris notum esse volumus, quod nos ad reconciliandos animos seniorum et militum, ut ad invicem semper inveniantur concordes et ut fideliter et perseveranter nobis et suis senioribus serviant devote, praecipimus et firmiter statuimus, ut nullus miles episcoporum abbatum abbatissarum aut marchionum vel comitum vel[b] omnium[b] qui beneficium de nostris publicis bonis aut de aecclesiarum praediis nunc tenent[b*] aut tenuerint[b*] vel actenus iniuste perdiderint[c], tam de nostris maioribus vavassoribus[d] quam[e] eorum militibus, sine certa et convicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum consuetudinem antecessorum nostrorum[f] et iudicium parium suorum. Et si contentio emerserit inter seniores[g] et milites[g], quamvis pares adiudicaverint, illum suo beneficio carere debere, si ille dixerit, hoc iniuste vel odio factum esse, ipse suum beneficium teneat, donec senior et ille quem[h] culpat[h] cum paribus suis ante[i] nostram praesentiam veniant[i] et ibi causa iuste terminetur. Si autem pares eius[k] culpati in iudicio senioribus[l] defecerint[m], ille qui culpatur suum beneficium teneat, donec ipse cum suo seniore et paribus[n] ante nostram praesentiam veniant. Senior vero aut miles qui culpatur, qui ad nos venire decreverit, sex hebdomadas[o] antequam iter incipiat ei cum quo litigavit innotescat. Hoc autem de maioribus vavassoribus[p] observetur[q]. De minoribus vero in regno aut ante seniores aut ante nostrum missum eorum causa finiatur. Praecipimus[r] etiam, cum aliquis miles sive de maioribus sive de minoribus de hoc seculo migraverit, filios eius beneficium tenere. Si vero filios non habuerit et abiaticos[s] ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeant, servato usu maiorum vavassorum[t] in dandis equis et armis suis senioribus. Si forte abiaticum[u] ex filio non reliquerit et fratrem legitimum ex parte patris habuerit, et seniorem offensum habuit et sibi vult satisfacere et miles eius effici, beneficium quod patris sui fuit habeat. Insuper etiam omnibus modis prohibemus, ut nullus senior de beneficio suorum militum cambium aut precariam aut libellum sine eorum assensu facere presumat: illa vero, quae tenent proprietario iure aut per praecepta sive per rectum libellum sive per precariam, nemo iniuste disvestire eos audeat. Fodrum[v] vero quod nostri antecessores habuerunt habere volumus, illud vero quod non habuerunt

Cap. 3. *e codd.* 3—9. a) vero *om.* 3. b) post *add.* 4. c) liceat ei camphionem pro se dare 5—9. d) dictum est supra 5; supra dictum est 6—9. e) qui 6; quae 5.7—9. f) Deo gratias *add.* 4. g) *e codd.* 7—10. h) ardire 10. i) *subscriptio e cod.* 5.

Conradi capitulum a. 1037 *datum e codd.* 4—9; *abest a cod.* 3. *In cod.* 9 *et rec. man.* 4 *capiti superscribitur:* Conradus *et versus hexameter:* Hec lex conradi (chonrady 4.) circumdata milite vadit. *In cod.* 5 *verba ab initio capitis posita quasi rubrica scripta sunt, ita scilicet:* In n. s. et i. tr. cunradi gratia dei romanorum regis capitula incipiunt. a) domini 7—9. b) *desunt* 5.9. b*) *sic* 5.6; tenet aut tenuerit 4.7—9. c) *sic* 5; perdiderit 8.9; perdidit 4.6.7. d) *sic* 4.9; vavasoribus 5.8; vasvasoribus 6; vassalloribus 7. e) quamque 5.9. f) suorum 5. g) *sic* 4.5; seniorem et militem 6—9. h) qui culpatur 5; qui culpat 6. i) veniant a. n. pr. 7—9. k) eius *om.* 5. l) seniorum 4; *deest* 5. m) defuerint 4.6. n) *hoc verbum ultimum est in cod.* 5, *reliqua desiderantur.* o) *sic* 6; ebdogmadas 7; ebdomadas *rell.* p) *sic* 4; vasvassoribus 6; vavasoribus 7—9. q) teneatur 4. r) *in cod.* 6 *hoc loco novae legis initium.* s) *sic* 4; abbiaticum 6.7; abbiaticos 8; habbiaticos 9. t) *variant lectiones ut supra not.* p. u) *sic* 4; abbiat. *rell.* v) Frodum 8.9.

50) in placiti forma ad Heinr. I, 2.

nullo modo exigimus. Si quis hanc nostram iussionem preterierit, auri libras centum componat, medietatem camerae nostrae et medietatem cui dannum illatum fuerit. At[w] si quis aurum non habuerit, nostra sententia feriatur, ut nobis placuerit.

Glossa e codd. 7.8.]

Culparum

- alie sunt pro quibus homines perdunt
  - ut qui dimiserint seniorem in bello.
- alie pro quibus non perdunt beneficium.

---

1. Heinricus[a] divina pietate secundus Romanorum imperator augustus omnibus.

In legibus cautum est, ut nemo clericorum iurare praesumat; alibi vero reperitur scriptum, ut omnes principales personae in primo litis exordio subeant iusiurandum calumniae. Nonnullis legis peritis venit in dubium, utrum clerici iusiurandum praestare debeant, aut alii[b] personae hoc officium liceat delegare. Quia enim illud constitutionis edictum, ubi clerici iurare prohibentur, a Theodosio augusto Tauro prefecto pretorio[51] de Constantinopolitanis clericis promulgatum fuisse videtur, idcirco ad alios clericos pertinere non creditur. Ut haec ergo dubietas omnibus penitus auferatur, illam divi Theodosii constitutionem ita interpretari decernimus, ut ad omnium aecclesiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cum divus Iustinianus iure decreverat, ut canones patrum vim legum habere oporteat et nullis patrum canonibus reperitur, ut clerici iurare audeant, dignum est, ut totus clericalis ordo a praestando iureiurando immunis esse procul dubio censeatur. Quapropter nos utriusque, divinae videlicet et humanae, legis intentione[c] decernimus et imperiali auctoritate inretractabiliter diffinimus, ut non episcopi non presbyteri non cuiuscumque ordinis clericus non abbas non aliquis monachus vel sanctimonialis in quacumque controversia sive criminali sive civili iusiurandum compellatur qualibet ratione subire, sed suis idoneis advocatis hoc officium debeant[d] delegare.

Glossae: In legibus] ut in Codice per legem que incipit Cum[52] clericis. 7. 8. — *alibi vero reperitur scriptum]* ut in Novella[53] omnes litigatores. 7.8. — *a Theodosio augusto]* aliter a Marco augusto Constantino. 8. — *divi Theodosii]* aliter Marci[e]. 7.8. — *divus Iustinianus]* ut in Novella h. c. in primo capite[54]. 7.8.

2. Heinricus divina pietate secundus Romanorum imperator augustus omnibus Longobardis[a].

Decet imperialem sollertiam ita rei publicae curam agere, ut sic sollicitetur erga praesentia[b], quatenus ea quoque diligenter provideat, quae posteris sint utilia ac profutura. Id autem tunc satis competenter agitur, cum bonis virtutum praemium, impiis autem digna ultio sibi ad vindictam, aliis ad exemplum recompensetur. Sed quoniam omnia quae mundus habet humanum genus excellit, de eius salute tanto praecipue curandum est quanto manifestius constat, quod omnipotens quoque Deus pro eius redemptione unigenitum suum ab aeterna sede divinitatis suae in terras misit. Quapropter quoniam plerosque, pro[c] dolor! veneficio ac diverso genere furtivae mortis perire audivimus, super hoc, dum Turegi universali conventu Longobardorum sederemus, huiusmodi legem episcoporum marchionum comitum aliorumque multorum nostrorum fidelium consensu et auctoritate probari sanctimus.

3. (2.) Quicumque veneficio seu quolibet modo furtivae mortis aliquem peremerit aut inde consentiens fuerit, mortis sententiam incurrat omniumque suarum rerum mobilium seu immobilium facultatem amittat, ita tamen ut pretium decem librarum[a] pro legitimo widrigildo propinquis perempti[b] primum inde detur, reliqui rursus medietas eisdem propinquis veniat[c], altera autem medietas[d] ad fiscum accedat. Si quis vero, praedicti criminis aut de facto aut de consensu accusatus, negare voluerit, aut per duellum — si liber est, si vero servus, per iudicium — se defendat aut similem sententiam incidat. Ad hoc autem volumus nostraque imperiali auctoritate sancimus, ut quicumque hominibus praedicti reatus noxiis refugium aut subsidium aliquod praebuerit, omnis eius possessio in publicum veniat: ipse vero nostram omniumque nostrorum indignationem incurrat, nisi[e] se defenderit ut diximus.

w) *haec quae sequuntur in omnibus codd. nostris* 4.6—9 *et in compluribus codd. Lombardae librum continentibus exstant, desiderantur autem in codd. iuris feudalis et pro additiliis indicantur in codd.* 7.8 *littera a verbo* at *superscripta.*

Heinrici II. capita e codd. 4.6—9; *in cod.* 9 *post verba* Henricus secundus *praefiguntur versus hexametri:* Ne clerici iurent lex precipit ista secundi Regis henrici huic regi clerus dicto parte đ. *In cod. autem* 4: — Rex Heinricus patriae pater atque maritus. Ne iurent clerici lex precipit ista secundi Regis Heinrici.

Cap. 1. *e codd.* 4.6—9. a) Henricus 9. b) *sic* 4; aliae *rell.* c) servata *add.* 9. d) liceat 7.8. e) *corr.* Marciani.

Cap. 2. *e codd.* 4.6—9. a) *deest* 6. b) presentiam 6. c) proh 4.

Cap. 3. *e codd.* 4.6—9, *in codd.* 7—9 *coniunctum anteriori.* a) auri *add.* 9. b) parentibus 6.9. c) deveniat 4. d) pars 4. e) *haec quae sequuntur in omnibus quidem libri Papiensis codicibus adsunt, desiderantur autem in alio codice, quo haec capitula servantur (Vindob. iuris civ. 39), et pro additiliis significantur in codd.* 7—9 *littera a superimposita verbo* nisi.

51) In editionibus codicis Iustinianei lex 25. Cod. I, 3 ab Heinrico imperatore spectata inscriptionem offert: „Imperator Marcianus augustus Constantino prefecto praetorio". „Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Taurum P. P." inscriptio est legis 20. C. l. c. Cfr. autem glossae ad hanc legem in codd. 7. 8 scriptas et Savigny, historia iuris Romani in medio aevo, tom. II. pag. 224 annot. d. 52) L. 25. C. episcopis (I, 3). 53) Iul. nov. 122, 1. 54) Iul. nov. 119, 1.

4. (3.) Heinricus[a] divina pietate secundus Romanorum imperator augustus omnibus.

Quoniam nobis divinae pietatis providentia imperialis officii curam commissam credimus, nos[b] 5 quoque erga ea quae ad christianas religiones[b] et ad cultum iustitiae pertinent iugiter sollicitari[c] debemus. Quapropter cum Turegi universali conventu nostrorum fidelium Italicorum sederemus, orta quaestione de illicitis coniugiis, consilio no- 10 strorum principum archiepiscoporum episcoporum marchionum comitum ac iudicio iudicum seu consensu omnium iudicantium huiusmodi sententiam diffinivimus[d], omnia scilicet quae sancti canones vel sacrae leges nostrorum praecessorum inde sta- 15 tuerunt summa auctoritate confirmavimus et inde etiam nostro imperiali iure addimus.

5. (4.) Ut quicumque seu in legitima aetate sive infra legitimam aetatem uxorem duxerit vel desponsaverit[a], si morte praeventus fuerit, nulli propinquorum suorum liceat viduam vel desponsatam illius uxorem ducere. Quodsi quis hoc fecerit, tam mulier quam vir ex hac lege exheredati sint, omniumque bonorum eorum medietas ad fiscum deveniat, altera vero medietas propinquis parentibus legitimis hereditario iure deveniat; et quicumque ex huiusmodi coniugio natus fuerit, ipse quoque sicut et parentes sui, ex hac lege exheredatus sit.

Glossae: in legitima aetate] et r. *(recordatur)* Illud preterea *(Karol. M.* 140.*)*. 7. — *uxorem duxerit]* scilicet legaliter. 8.

6. Heinricus divina pietate secundus Romanorum imperator augustus omnibus. Decet imperialem solertiam, contentorem suae praesentiae capitali dampnare sententia.

Explicit[a] lex Longobarda. Deo gratias. Amen.

Cap. 4. *e codd.* 4. 6—9. a) Henricus 4. 9. b) nos quoque.....religiones *om.* 7. 8. c) sollicitare 4. d) *sic* 4; 20 diffinimus *rell.*

Cap. 5. *e codd.* 4. 6—9, *sed in codd.* 7—9 *anteriori iunctum.* a) *in hoc verbo finis est codicis* 4.

Cap. 6. *e codd.* 6—8. a) *subscriptio haec in cod.* 7 *recentiori manu scripta invenitur.*

ADDITIONES
AD LIBRUM LEGIS LANGOBARDORUM PAPIENSEM DICTUM.

ADDITIO PRIMA.

CAPITULA EXTRA LIBRUM PAPIENSEM VAGANTIA. 5

1. De vindicta et iudicio facto[a] in latronibus testimonio episcoporum absque peccato comites facere possunt: ita tamen, ut absque invidia aut occasione mala et nichil aliud ibi interponatur, nisi veram iusticiam ad perficiendam et pacem confirmandam. Et si per odium aut malum ingenium nisi per iusticiam faciendam hominem diffecerit, honorem suum perdat et legibus contra quem iniuste fecit secundum poenam quam intulit emendet.

Glossae: De vindicta] Haec non reperitur in Lombarda. AP̄.[b] — *vindicta]* id est sematione membrorum. — *iudicio]* id est morte. — *testimonio]* id est ut episcopi dent testimonium de hoc. — *comites facere]* scilicet ipsam iusticiam.

2. (*Karol. M.* 34.)[1] De his vero personis quae longe a palatio quasi in via remaneant[a] expectantes seniorem suum et depraedationes fecerint, comes aut minister eius, quicquid contra legem fecerint, absque ulla excusatione emendare faciant. Si vero de iniustitia contendere voluerint, constringat[b], aut velint vel nolint, ut iustitiam faciant. Si vero quisquam in sua superbia adeo contenderit, ut ibidem interfectus sit, incompositus iaceat; et neque senior neque propinquus eius pro hoc nullam[c] faidam portet aut commotionem faciat; et si fecerit, nobis et populo nostro inimicus annotetur.

3. (*Karol. M.* 79.) Quicumque res suas pro anima sua ad casam[a] Dei aut ad parentes suos sive ad alios[b] homines tradiderit, et in hostem aut in servitium Dei iturus fuerit, aut ad mortem traditus[c], si in ipso itinere aut de ipsa infirmitate mortuus fuerit, habeat ipse ipsas res cui traditae sunt. Et si mortuus non fuerit in ipso itinere aut de ipsa infirmitate, recipiat res suas quas tradiderit, si voluerit, et habeat in suo iure sicut antea habuit.

4. De iustitiis ecclesiarum Dei[a], viduarum[b], orphanorum, pupillorum, ut in publicis iudiciis non dispiciantur clamantes sed diligenter audiantur. 10

5. (*Karol. M.* 109.) Homo regis[a], id[b] est fiscalinus[b], vel aecclesiasticus vel lidus interfectus 100 solidis componatur.

Glossae: Homo regis] Kapitulum de Rubuensi lege. 4. Kapitulum de lege Ribuaria. 7. — *vel aecclesiast.]* Obiit 15 per kapitulum Pipini *(Ludov. P.* 53.*)* Omnis ordo. 4.

6. (*Karol. M.* 128.) Ut non per aliquam occasionem nec pro wata[a], nec de scara nec de warda, nec pro heribergare, nec pro alio banno heribannum comes exactare praesumat, nisi missus noster prius 20 heribannum ad partem nostram recipiat et ei suam terciam partem exinde per iussionem nostram donet. Ipsum vero heribannum non exactetur neque in terris neque mancipiis, sed in auro et argento paulus[b] atque armis et animalibus atque pecudibus 25 sive talibus speciebus quae ad utilitatem pertinent.

7. (*Karol. M.* 137.) Unusquisque presbiter res, quas post diem consecrationis adquisierit proprias, aecclesiae relinquat.*

* *id est quae canones prohibent.* 7.8 *et in marg.* 5. 30

Glossae: Unusquisque] Ap̄.[a] 4. — Vacuum per kapitulum *(Lud. P.* 53.*)* Ut omnis ordo secundum quosdam. 5.8.

8. (*Karol. M.* 141.) De illis qui non fiunt secundum regulam pulsati praecipimus, ut pulsantes hoc 35 deinceps emendent et pulsent secundum regulam.

Cap. 1. *e cod.* 4. a) facta *corr.* 4. b) *cfr. supra pag.* 485. *lin.* 59.
Cap. 2. *e codd.* 7—9. a) remanserint 9. b) constringant 9. c) ullam 9.
Cap. 3. *e codd.* 7—9, *in cod.* 5 *inter supplementa invenitur.* a) causam 9. b) liberos 9. c) fuerit *add.* 7.
Cap. 4. *e codd.* 5. 6. a) *deest* 5. b) *deest* 6. 40
Cap. 5. *e codd.* 4. 5. 7—9 *et rec. man. in marg.* 3, *omnino abest a cod.* 6. a) regius 3. 4. b) *sic* 5. 9; vel fisc. 3; sive fisc. 4; aut fisc. *sed posita post* lidus 7. 8.
Cap. 6. *e codd.* 7—9. a) wacta *recte corr.* 9. b) *sic* 7. 8; palus 9; pannis *corr.* 7 *(cfr. Karol. M.* 23*)*.
Cap. 7. *e codd.* 7—9; *in codd.* 4. 5 *inter supplementa invenitur.* a) *cfr. gloss. ad cap.* 1 *extra librum Pap. vag.*
Cap. 8. *e codd.* 7—9. 45

1) Numeri uncis inclusi Muratorianam editionem spectant.

9. (*Karol. M.* 142.) Ut qui commendaverit pecuniam, pecuniam recipiat; si vero speciem aliam, eandem speciem quam dedit accipiat.*

* *nisi*[2] *aliud pro alio solverit consentiente creditore vel commendatore.* 7—9.

10. (*Karol. M.* 146.) Ut episcopus vel quilibet ex clero sine consilio vel litteris episcoporum vel metropolitani non audeat regalem dignitatem pro suis causis clamare, sed in communi episcoporum consilio causa examinetur.

11. (*Karol. M.* 147.) Ut nec episcopi nec abbates nec comites nec vicarii nec iudices nullusque omnino sub mali occasione vel malo ingenio res pauperum[a] vel minus potentium nec emere nec vi tollere audeat; sed quisquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico coram idoneis testibus et cum rationibus hoc faciat. Ubicumque autem aliquid inventum fuerit factum, hoc omnino emendetur per iussionem nostram.

12. (*Karol. M.* 148.) Ut[a] longa consuetudo, quae ad[b] utilitatem publicam[b] non impedit[c], pro lege servetur[d], et[e] quae diu servatae sunt permaneant[e].

13. (*Karol. M.* 149.) Placuit nobis de orphanis et pupillis et pauperibus, qui debitam[a] vel indebitam dicuntur amisisse hereditatem paternam vel maternam iuris[a] ad se pertinentis, si alicubi inventum fuerit, quod patres vel matres propter traditiones illos exheredes fecerint, aliorum scilicet suasionibus vel petitionibus vel aliquo ingenio, volumus atque decernimus[b] emendari, quantum ad nos vel ad nostram pertinet potestatem, iuxta voluntatem Dei et[c] nostram factam ammonitionem[c] et considerationem, ut, si forte extra officium nostrum alicubi inventum fuerit, ammonere[d] addimus nostra clementia[d], ut emendetur.

14. (*Karol. M.* 150.) Ut[a] de ea coniunctione, qui secundum canones aut aedictum esse non possunt copulati[a], placuit nobis, ut separentur ab invicem.

15. De sacris vasis ecclesiae, quae in pignus a nonnullis in quibusdam locis dari comperimus, prohibitum est, ne deinceps a quoquam fieri presumatur, nisi solummodo necessitate redimendorum captivorum compellente.

16. Precipimus, ut nemo usuras[a] de aliqua causa exigere audeat. Quicumque hoc fecerit, bannum persolvat.

17. Si quis pro alterius debito se pecuniam suam promiserit redditurum, in ipsa promissione est retinendus.

18. De illis hominibus vel sacerdotibus aut quibuslibet per regnum nostrum, qui[a] propter premia aut parentelam de nostra iustitia inquirentibus aut emendantibus iustitiam[b] veritatem obfuscare volunt missis vel fidelibus nostris et se in periuria mittunt, iubemus atque precipimus, ut, si suspectio fuerit, quod homo periurasset, ut postea sive campo vel cruce iudicetur, ut ipsa veritas vel periurium fiat declaratum. Et si Dei fuerit voluntas, quod in ipso iuditio veritas aut periurium declaretur, tunc volumus atque iubemus, ut, si sacerdos vel clericus fuerit, dupliciter bannum nostrum persolvat, sicut supra[3] decrevimus, et postea secundum canones iudicetur; si autem laicus fuerit, widrigild suum ad partem nostram persolvat.

19. Ut postquam hoc kapitulum anotare iussimus, ut[a] peregrinus noster[a] cuiquam nostra iussione commendatus fuerit, et alio modo fecerit nisi quod nobis et nostris fidelibus placitum est, quiscumque nostram iussionem in dispectionem habuerit, bannum nostrum dupliciter ad partem nostram componat, et postea ipse reus appareat in sancta synodo et secundum canones iudicetur[b].

20. (*Pip.* 49.) Neque decennii neque vicennii aut 30 annorum praescriptio religiosis domibus opponatur, sed sola 40 annorum curricula terminentur, non solum in ceteris rebus sed etiam in legatis et in hereditatibus.

Glossa: Istis capls deinceps (*cap.* 20. 21.) usque a cap. lo. (*Lud. P.* 1.) „Si quis in aliena patria" non sunt in ceteris cplās. 3.

21. (*Additam. alterum ad leges Ludovici II imperatoris.*) Incipit capitula scd̄m lodoici imper̄is filius lothari imp̄r.

Sequuntur hanc inscriptionem in cod. 3. *capita quadraginta tria Legum tomo I. pag.* 524—527 *edita.*

22. De tradicionibus seu comparacionibus: ut nullus in absconso faciad.

Cap. 9. *e codd.* 7—9. *Cap.* 10. *e codd.* 7—9.
Cap. 11. *e codd.* 7—9. a) pauperorum 7. 8.
Cap. 12. *e codd.* 7—9; *in cod.* 5 *invenitur initio capitum Lotharii nomine recensitorum.* a) Ut *om.* 5. b) utilitati regni nostri 5. c) inpendit 7. 8. d) teneatur 5. e) et quae *rell. om.* 5.
Cap. 13. *e codd.* 7—9. a) debite vel indebite dic. am. her. paterni vel materni iuris *in canonibus conciliorum.* b) decrevimus 7. c) et vestram sanctam ammon. *in can. conc.* d) ammonere vestram clementiam audeamus *in can. conc.*
Cap. 14. *e codd.* 7—9; *in codd.* 4. 5 *inter supplementa invenitur.* a) De coniunct. quae sec. can. aut aed. esse non possunt 4.
Cap. 15. *e cod.* 5.
Cap. 16. *e codd.* 4. 5. a) usuram 5.
Cap. 17. *e cod.* 5.
Cap. 18. *e cod.* 5. a) qui *om. c.* b) vicia *recte in cod. Epored.* 34.
Cap. 19. *e cod.* 5. a) et per regnum nostrum *recte codd. Epor. et Ambr.* b) Expliciunt capitula Karoli regis *add.* 5.
Cap. 20. *e cod.* 3.
Cap. 22. *in margine cod.* 3 *invenitur.*

2) Cfr. l. 2. §. 1 in fine Dig. rebus creditis (XII, 1.). 3) In cap. nostro 19, quod in capitulari genuino huic capiti 18 antepositum est.

23. (*Lud. P.* 59.) Homo[a] de statu suo pulsatus[a], si is qui eum pulsat ad vincendum illum procinctos habuerit, adhibeat sibi 8 legittimos iuratores[b] ex ea parte unde pulsatur, sive illa paterna sive materna sit, et quattuor aliunde non minus legittimos et iurando vendicet libertatem suam. Quod si procincti[c] defuerint, assumat[d] undecumque 12 liberos homines et iurando[e] ingenuitatem suam defendat.

Glossae: Homo de statu] Obiit per kapitulum Lotharii[f] (80.) Si quis aliquem[g] ad servitium. 4.7.8. — *procinctos]* id est propinquos iuratores secundum quosdam. 4. — *ex ea parte]* Hic videtur, quod actor[h] debet dicere, unde aliquis sit servus. 4.

24. (*Lud. P.* 60.) Inter duos fratres anni[a] curricula non computentur[b], sed semper aequaliter dividant, quia[c] de uno patre et[d] matre nati sunt. Et haec curricula usque in tertium sequantur[e] gradum.

Glossa: Inter duos] ap̄. 4.[f]

25. (*Lud. P.* 61.) Ut[a] pueri adultae feminae non coniungantur[a]. Inventi sunt enim[b] multi, maxime[c] de rusticis, qui adultas feminas sub nomine[d] parvulorum suorum filiorum in[e] domos suas induxerint[e] et postmodum ipsi soceri nurus suas adulterasse convicti sunt. Idcirco inhibendum[f] committimus[f], ut nullus deinceps cum parvulis pueris adultas feminas coniungat. Sed postquam adulescentes in aetatem[g] venerint, tunc legittime possunt[h] se matrimonio copulare[h].

26. Volumus etiam atque iubemus sicut apostolus filiis auī ideo in capitulo liber appellantur ad servis quia sicut servus in potestatem domini suo filius in potestate eē patris ideo etiam filios si mancipato vel si libero patre sicut servo manūmissio vel in alio modo secundum lex ut sit libera domno suo.

27. (*Loth.* 25.) Homo ingenuus, qui mulctam quamlibet solvere non potuerit et fideiussorem non habuerit, liceat ei semet ipsum in vadia[a] ei[b] cui debitor[c] est mittere[d], usque dum mulctam quam debuit[e] persolvat.

Glossa: qui mulctam] id est debitum vel poenae obligationem. 4.

28. Volumus firmiter omnibus imperio nostro nobis a Deo commisso notum fieri, ut nullus tholoneum exigat nisi in mercatibus ubi communia comertia conveniunt, neque in pontibus nisi ubi antiquitus tholoneum exibeatur[a], neque in ripis aquarum ubi tantum naves solent aliquibus noctibus manere, neque in silvis, neque in stratis, neque in campo, neque sub ponte transeuntibus, nec alicubi, nisi tantum ubi aliquid emitur aut venditur qualibet causa ad communem aut[b] pertinens. Et ubi emptor cuiuslibet utitur herba aut lignis aut aliis ilaticis[c] commodis, cum eo cuius sunt quibus utitur a[d] iusta extimatione usus quod[d] iustum est de tali re illi exsolvat. Quod si aliqua[e] constituta mercata fugiens, ne tholoneum solvere cogatur, et extra predicta loca aliquid emere voluerit, et huiusmodi inventus fuerit, constringatur et debitum tholoneum solvere cogatur. Et si quis huiusmodi ista[f] tholonea solvere declinantem susceperit sive celaverit, secundum legem emendare compelletur, is tamen qui celavit debitum tholoneum persolvat. Ceterum, sicut superius dictum est, nisi in memoratis locis nemo a quolibet exigat tholoneum; et si quis fecerit contra haec nostra precepta, sciat se esse dampnandum cum 60 solidis.

29. De feminis cum presbiteris cohabitantibus placuit nobis, ut[a] eiciantur penitus[a], nec ulterius cum his de[b] quibus suspicetur[b] ullo modo conversationem habeant; et si post[c] primam contestationem[c] episcopi[d] sui aut secundam vel tertiam idoneis testibus convincitur prevaricasse[d], proprii gradus periculo subiaceat.

30. Qui possessor ad iudicium venit, non est cogendus dicere[a], unde tenet, nec probationis necessitas ei debet inponi, sed hoc officium magis est petitoris, ut rem quam repetit ad se doceat pertinere.

31. (*Loth.* 99.) Consobrinam, neptem[a], novercam, fratris uxorem* vel etiam de propria coniunctione, aut quam cognatus habuit, nullus audeat in coniugio copulare. Si quis huic tali nefario coniugio se copulaverit et in eo permanserit[b], sciat se episcopali auctoritate anathematis vinculo esse innodatum et nullus sacerdos illi tribuat communionem. Si vero conversus fuerit et divisus ab

Cap. 23. *e codd.* 6—9; *in codd.* 4.5 *inter supplementa invenitur, abest a cod.* 3. a) Si h. d. st. s. p. fuerit 4. b) testes id est iur. 4. c) procinctos 6; procinctus 4; precincti 5. d) adsumant 6.9. e) iureiurando 5. f) Wi. 7.8. g) aliquem ad serv. *om.* 7.8. h) auctor *cod.*

Cap. 24. *e codd.* 3.6—9; *inter supplementa invenitur in codd.* 4.5 *et iterum in cod.* 3. a) annorum 3. b) conputetur 5.7.8. c) qui 4. d) de una *add.* 3. e) sequatur 3.5.9. f) *cfr. supra gloss. ad cap. extrav.* 1.

Cap. 25. *e codd.* 3.7—9; *inter supplementa invenitur in cod.* 4, *abest a codd.* 5.6. a) Ut..... coniung. *om.* 4. b) *deest* 3. c) et maxime 4. d) *deest* 3.4. e) coniugio ind. 4; in domibus suis introd. 3. f) nubendum commendamus 4. g) legitima aetate 4. h) possunt cum matrimonia nubia copularet 3; possī matrimonii conubia copulari 4.

Cap. 26. *e cod.* 3.

Cap. 27. *e codd.* 4.7—9; *inter additamenta invenitur in cod.* 5, *abest a codd.* 3.6. a) wadia 4; wadiam 5. b) ei *om.* 4. c) debitum 4. d) pro servo mittere 4. e) debet 4.

Cap. 28. *e cod.* 5. a) exigebatur *corr.* b) usum *codd. a Pertzio Leg. I. p.* 228 *adhibiti.* c) villaticis *corr.* d) agat iuxta aestimationem usus et quod *codd. a P. adhibiti.* e) aliquis *corr.* f) iusta *corr.*

Cap. 29. *e codd.* 4.5. a) ut eas penitus eitiant 5. b) de q. susp. *om.* 5. c) a prima contestatione 4. d) ēp̄s suaserit usque ad tres idoneos testes convincatur prevaricasse 4; *cfr. Leg. I. pag.* 250. *c.* 5.

Cap. 30. *e cod.* 4. a) *ita corr.*, ducere *prima manu.*

Cap. 31. *e codd.* 7—9. a) nepotem 7.8. b) permiserit 7.

illicita copulatione, dignae poenitentiae summittatur, ut sacerdotes loci consideraverint.

* *et sponsam* per decretum secundi[c] Heinrici[c] (*II.* 5.) 7-9.

Glossa: de propria coniunctione] usque ad septimum gradum, ut dicit beatus Ysidorus[4]. 7.8.

32. (*Loth.* 104.) De is vero personis, qui apsque senioribus per diversa loca moram et predaciones faciunt, ministri rei publici eos conpreendere et ad nostram presentiam ducere studeant. Si quis se defendere voluerit et ibidem interfectus fuerit, incompositus iacead.

Glossa: Non[5] sunt in ceteris. 3.

33. (*Loth.* 105.) Et hoc damus in mandatis, ut, quicumque homo ab ac presenti die 20. diē mensis Februarii res venumdare aut alienare voluerit, in omnibus eorum permanead potestatem. Tantum sic faciad sicut lex eorum fuerit.

34. (*Loth.* 106.) De donacione vel vindiccione, que in loca venerabilia facta sunt, suspendi iuximus dum enim conpensaverimus in sinodum cum episcopis et comitibus, comodo fieri debeant. Et oc iubemus, ut illis partibus iustum procedant iudicium, ubi nos aut nostra ostis fuerimus, pro illut quod supra scriptum est. Et oc statuimus, ut cartulas illas, que in tempore Desiderio facte fuerint per districcionis famis aut per qualecumque ingenio, ut ista causa non computetur et iusta lege ipsorum exinde procedat iudicium. Unde, qualiter nobis complacuit, presenti deliberacione noticia pro amputandas intenciones fieri iuximus, et nobis relegere fecimus et volumus ut sicut procedat iudicium; si facta noticia anno dominorum nostrorum tercio.

35. (*Ludov. II.* 4.) De iudicio autem iudicis ideo tam frequenter rememoramus, quia omnino consuetudinem iudicandi iniuste iudicibus offerre volumus. Sed tantum secundum scripturam iudicent, ut nullatenus audeant secundum arbitrium suum iudicare, sed dicant pleniter legem scriptam. De quo autem non est scripta, hoc nostro consilio habeatur[a].

36. (*Ludov. II.* 5.) Sanctitum[a] est, ut nullus quislibet aecclesiasticus ab his personis res deinceps accipere praesumat[b], quarum liberi aut propinqui hac inconsulta oblatione[c] rerum propriarum exheredari possent[d]. Quodsi aliquis deinceps hoc facere temptaverit, ex[e] hac re a[e] sinodali[f] ac[g] imperiali sententia omnimodis feriatur, et res ad exheredatos redeant[h].

37. (*Ludov. II.* 6.) Volumus ut omnis inquisitio de rebus aecclesiasticis vel ad ius fisci nostri pertinentibus, quae facienda est, non per testes qui producti fuerint, sed qui in eo comitatu meliores et veraciores esse cognoscuntur, per[a] illorum testimonium inquisitio fiat: et iuxta quod illi testificati fuerint vel contineantur vel reddantur ipsae res.

Glossa: Volumus] secundum quosdam. 7.8.

38. (*Ludov. II.* 7.) Ut episcopi, qui res aecclesiae circa propinquos suos expendunt, reprehensionem caveant, et discretionis[a] modum teneant. Quoniam multi episcoporum amore propinquorum suorum de rebus sibi commendatis suo aut quolibet amicorum nomine praedia et mancipia emunt et ut in suorum propinquorum ius concedantur statuunt. Et ob hoc iura aecclesiastica convelluntur, et ministerium sacerdotale fuscatur immo ab subditis decontrahitur et contempnitur. Placuit itaque nobis omnibus, ut deinceps hoc avaritiae genus caveatur, fixumque abhinc et in perpetuum mansurum esse decrevimus, ut episcopus de rebus sui iuris, quas ante episcopatum aut certe in episcopatu hereditaria successione adquisivit, secundum auctoritatem canonicam quicquid vult faciat et cui vult[b] conferat. Postquam autem episcopus factus est, quascumque res ex aecclesiae facultatibus suo aut alterius nomine qualibet condictione comparaverit, decrevimus, ut non in propinquorum suorum, sed in aecclesia cui praeest iura deveniant. Similiter de presbiteris vel diaconibus, qui de aecclesiarum rebus quibus praesunt praedia et mancipia eo modo emunt, faciendum statuimus; quoniam multos presbiteros occasione taliter emptarum rerum aecclesias quibus praesunt disparasse et offendisse et spoliasse et suum ministerium multis modis exorbitasse et diabolo se mancipasse, et hac occasione multos laicorum in scandalum damnationis et perditionis deperisse comperimus: et ideo non debemus ante tempus per suspectionem iudicari sed pacienter expectari, donec ipsa veritas manifestata fiat, utrum[c] magis audiendi an inprobandi[d] simus[d].

39. (*Otto II.* 9.) Si quis alium ad servitium appellaverit, ut[a] per pugnam veritas inveniatur, edicimus.

40. (*Otto II.* 12.) Si servus propter appetitum libertatis liberum se vocaverit, liceat domino, si sibi ita melius visum fuerit, propter difficultatem approbationis insidiose aut per se aut per suum camphionem litem dirimere. Liceat autem servo pro se camphionem dare, si morbus aut etas eum pugnare prohibuerit.

c) S. H. *codd.*

Cap. 32. *e cod.* 3. *Cap.* 33. *e cod.* 3. *Cap.* 34. *e cod.* 3.

Cap. 35. *e codd.* 7—9; *in cod.* 4 *tali modo mutatum invenitur:* De iudicii consuetudine. Ut consuetudinem iniuste iudicandi iudicibus omnino volumus auferre. Sed tantum ut scriptura iudicent et nullatenus audeant aliter secundum arbitrium suum iudicare nisi sit iudicium legibus consentaneum. Sed discant pleniter legem scriptam et ita iudicent. Quae autem scriptae non sunt nostro auxilio offerantur. a) in quibusdam (*supple:* codicibus hoc caput invenitur) *add.* 7—9.

Cap. 36. *e codd.* 4. 5. 7—9. a) Statutum 5. b) praesumant 7—9. c) obligatione 4. 5. d) possunt 4; possint 5. e) ex hac re a *om.* 4. f) ex sacro sinod. 5. g) vel 4. 5. h) redantur 4.

Cap. 37. *e codd.* 7—9. a) et per 8.

Cap. 38. *e codd.* 7—9 *et inter supplementa* 5. a) descriptionis 5. 7. 9. b) faciat vel *add.* 7. c) verum 7. 8. d) non probandi simus 5; inprobandissimus 7. 8.

Cap. 39. *e codd.* 9. 10. a) ut *om.* 9. *Cap.* 40. *e codd.* 9. 10.

4) Cfr. Isidori opera ed. Arevalo II. p. 73. III, 535.

5) Capp. scilicet 32—34 non exstant in reliquis codicibus.

ADDITIO SECUNDA.

QUAESTIONES AC MONITA.

Textus in cod. 3 *servatus.*

Qstione de lege romana omo q̧ ad placitū wadiā dederīt et n̄ abet fideiusor paratos c̄pendāt et mitant ī carcere q̧ lex romana p̄cepit si q̧s fideiusor n̄ abuerīt si debet iurare s iustū iudicatū post decessū lei genetris mea meū p̧p̄ū ēē d̄bet et ti malo ordine n̄ devestivit tc̄ vadet ad certam̄ qd̄si util fuerit qd̄ ipsa fem̄a ad vestita fuerit et altercapcione venerit et sacram̄tū facere d̄bet tc̄ de fem̄a dicat q̧a iusta istū iudicatū investitū fuis, tam̄ n̄ ē et dicere p̧p̄ū ibi īfanti ītra etate et ēē et abuerit avius d̄ paī tutor si n̄ abuerit et abuerit patriu itē fr̄ d̄ paī si d̄ matern̄a Supcexio lege salicha si ohmo d̄ceserit et reling;rit filiū et filiā equal̷ succedat et si relinq;rit fi liam et filia et neptu filio de suo filio equal̷ sucedat. Si vō isti n̄ fuerīt et relinq;rit paī vł mat ipsi sucedant. Si auī n̄ abuerit et ille q̧ moriens relīq;rit fr̄ vł soror sive s̄ g̊g̊ sive n̄ ipsi sucedat. Si vo isti p̄dictos n̄ abuerit et abuerit amita soror de suo paī ipsi sucedāt et si isti nō abuerit et abuerit maī et sororem d̄ sua maī ipsa supcedāt. Qdsi nullus d̄ istis p̧sonis fuerit tc̄ q̧cūq; p̧pincus fuerit masculu d̄ paīna generacione ipse sucedat. Set alias fem̄as nō vocaī ad supcexione de omo salichu nisi illas quas sup̄ dixi. Supcexione lege roma. Si homo deced̄rint et relinq;rit filiū vł filia et nep filio d̄ suo filio vł filia equal̷ sucedant. Simil̷ ome supcedant illi q̧d̄ inferiori linea venerit sive s̄ p̧nepatens vł p̧nepote vł ind̄ inceperit sive s̄ nati iī qua parens fuerit mortuus sive s̄ postum ei q̧ fuerit nati post deces parenti q; si nulli de supteriore linea fuerit et abuerit paī et maī et fr̄ g̊g̊ et soror g̊g̊a om̄s qual̷ supcedat et si abuerit tantū matre vł paī et fr̄ g̊g̊ vł soror g̊g̊a. et filiū vl filia d̄ alio fr̄ vł soror g̊g̊a simil̷ equal̷ sucedant. Si vō relinq;rit fr̄ vł soror germana et[a] fr̄ et soror grm̄a[a] et fr̄ vł soror q̧n̄ s̄ g̊g̊ g̊g̊ supcedant. Si auī relīq;rit fr̄ vł soror q̧ n̄ s̄ g̊g̊ et filiū vł filiā d̄ fr̄ aut d̄ sorore q̧ fuerīt g̊g̊ fr̄ vł soror g̊g̊ sucedant. Qd relīq;rit fr̄ vł soror grm̄ et filii vł filias d̄ fr̄ vł d̄ sorore q̧ fuerint simili g̊g̊ equal̷ supcedat et si isti n̄ abuerit et abuerit avus vł avia et paī vł maī paī vł maī supcedat q̧ prosimiores bravi s̄. Qdsi nullu d̄ p̧sonis sup̄dictis fuerīt tūc q̧cūq; prosimior fuerit sive masculu sive fem̄a sive d̄ paīna generacione sive d̄ maīna ipse supcedat. Si vō fuerīt parentes equali gradu d̄ paīna et d̄ maīna generacione equal̷ supcedat. Si auī fuerīt plu p̧picu d̄ paīna vł d̄ maīna generacione is q̧ fuerīt prosimior gradu ipse supcedant q̧ sic p̄cepit lex Romana ī libro q̧ vōaī novella q; egit justinian īperatorib; suis.

PRIMA Ē; SI INTENCIONES VNDE P LEGE POTES HRI PV̄GA,

si alicui fuerīt misū crim̄ q̧ ipse īfid̄les regis; Secd̄a si omo clamaverit fornicari a muliere q; in alteriū mundiū ē et p̧severaverit in ipso malo; T̄cio si omo miserit crim̄ suo uxoris q; tractaset in morte sua:. IIII. si omo miserit crim̄ alii d̄ sua uxore q; fornicaset cū ea: V. Si q̄ miserit crim̄ sui mulierisq̄; fornicaset cū alio VI. Si q̄ aliū miserit crim̄ d̄ sua uxore q; c̄versasset cū ac̄piī VII. Si omo appellaverit alliū argā et p̧severavērt in ipso malo;

Textus restitutus.

§. 1. Quaestio de lege Romana. Homo qui ad placitum wadiam dederit et non habet fideiussores paratos, comprehendatur et mittatur in carcere, quia lex Romana precipit: si quis fideiussorem non habuerit[6] .....

§. 2. ... sic[7] debet iurare: „secundum istum iudicatum post decessum lei genetricis meae meum proprium esse debet, et te malo ordine non devestivi". Tunc vadat ad certamen. — Quodsi utile fuerit, quod ipsa femina advestita fuerit et altercatio evenerit, et sacramentum facere debet, tunc de femina dicat: „quamvis iuxta istum iudicatum investita fuisset, tamen non debes dicere proprium". —

§. 3. Si[8] infans intra aetatem esset et habuerit avium de patre, tutor sit; si non habuerit et habuerit patruum, fratrem de patre, item sit; de matre non. —

§. 4. Successio lege Salica. Si homo decesserit et reliquerit filium et filiam, equaliter succedant; et si reliquerit filium et filiam et nepotem, filium de suo filio, equaliter succedant. Si vero isti non fuerint et reliquerit patrem vel matrem, ipsi succedant. Si autem non habuerit, et ille quidem moriens reliquerit fratrem vel sororem, sive sunt germani sive non, ipsi succedant. Si vero iste predictos non habuerit et habuerit amitam, sororem de suo patre, ipsa succedat, et si iste non habuerit et habuerit materteram, sororem de sua matre, ipsa succedat. Quodsi nullus de istis personis fuerit, tunc quicumque propinquus fuerit masculus de paterna generacione, ipse succedat. Sed alias feminas non vocant ad successionem hominis Salici nisi illas quas supra dixi.

§. 5. Successio lege Romana. Si homo decesserit et reliquerit filium vel filiam et nepotem, filium de suo filio vel filia, aequaliter succedant. Similiter omnes succedant illi qui de inferiori linea venerint, sive sint proneptes vel pronepotes vel in ......?......, sive sint nati antequam parens fuerit mortuus, sive sint postumi, id est qui fuerint nati post decessum parentis. Quodsi nulli de subteriore linea fuerint et habuerit patrem et matrem et fratres germanos et sorores germanas omnes aequaliter succedant, et si habuerit tantum matrem vel patrem et fratrem germanum vel sororem germanam et filium vel filiam de alio fratre vel sorore germana, similiter aequaliter succedant. Si vero reliquerit fratrem vel sororem germanam et fratrem vel sororem qui non sunt germani, germani succedant. Si autem reliquerit fratrem vel sororem, qui non sunt germani et filium vel filiam de fratre aut de sorore qui fuerint germani, fratris vel sororis germani filii vel filiae succedant. Quod si reliquerit fratrem vel sororem germanam et filios vel filias de fratre vel de sorore qui fuerint similiter germani, aequaliter succedant. Et si istos non habuerit, et habuerit avum vel aviam et patrem vel matrem, pater vel mater succedat qui proximiores gradu sunt. Quodsi nullus de personis supradictis fuerit, tunc quicumque proximior fuerit, sive masculus sive femina, sive de paterna generatione sive de materna, ipse succedat. Si vero fuerint parentes aequali gradu de paterna et de materna generatione, aequaliter succedant. Si autem fuerint plures propinqui de paterna vel de materna generatione, is qui fuerit proximior gradu ipsi succedat. Quia sic praecipit lex Romana in libro qui vocatur Novella[9], quae egit Iustinianus imperator temporibus suis.

§. 6. Intentiones, unde per legem potest haberi pugna.

Prima est, si[10] alicui fuerit missum crimen, quod ipse infidelis regis. Secunda, si[11] homo clamaverit fornicariam mulierem, quae in alterius mundio est et perseveraverit in ipso malo. Tercia, si[12] homo miserit crimen suae uxori, quod tractasset in morte sua. IIII. Si[13] homo miserit crimen alii de sua uxore, quod fornicasset cum ea. V. Si[14] quis miserit crimen suae mulieri, quod fornicasset cum alio. VI. Si[15] quis alii miserit crimen de sua uxore, quod conversasset cum ea turpiter. VII. Si[16] homo appellaverit alium argam et perseveraverit in ipso malo.

a) et fr. et s. g. *delenda videntur.*

6) Vide infra §. 19. 7) Vide infra §. 11. 20. 8) Cfr. infra §. 12. 9) Iulian. nov. 109. §. 1—3. 10) Loth. 32. 11) Roth. 198. 12) Roth. 202. 13) Roth. 213. 14) Grim. 7. 15) Liutp. 120. 16) Roth. 382.

Textus in cod. 3. servatus.

VIII. Si q̄ appellaverit filiū qđ paī eiͣ fuiset đbitorē suū. VIIII. Si surrexerit ītencio īt creditorē et đbitorē at q; fiđiusorē. X. Si q̄ malaverit aliū đ incendio ipse feciset. XI. Si omo malaverit aliū q; ipse occidiset suū ꝑp̄ū aliū p venenū. XII. Si omo voluerit reci perere rē īīciata. XIII. Si dua testimonia đ qua libet rē dāt testimoniū et discordāī īt se. XIIII. Đ carł falsa apellata si voluerit ipse q apellavit fal sā eā. XV. Si q̄ apellaverit aliū qđ deposuiset ei aut ipse aut p suū nūciū valente XX sol. aut āpliuˀ XVI. Si aliq apellaverit aliū qđ ipse đvestiset eū de res inmobile. XVII. Si omo venerit in iudicio et di xerit abeo et teneo ad meā ꝑpetatē pecia una đ ī ra ī loco tał et tał. Omo simil; dicat ipsa īra q; tu di cit ego abeo eā et teneo ad meā ꝑpetatē. XVIII. Si q̄ dixerit đ carł facta đ p̄cio q; fecit eā p vtutē. XVIIII. Si omo miserit crim̄ alii qđ tuliset ea furtū valente pluˀ aliqt de VI sol. XXI. Si omo apellaverit aliū đ scachū qđ sit a valente ultra VI sol. XXII. Si omo malave rit aliū q; ipse fuiset et colega furis đ aliqū res fur tivā colega sit. XXIII. Si omo malaverit q; ī sua pote state veniset aliquā res furtiva se scientē quā ea fuiset furatā. XXIIII. Si q̄ malaverit aliū q; suū servū feciset et ei furatū aut uxorē illis vł filiū ipˀ q; in eiˀ potestate est; qstio romāna si vō fecerit furtū rē datū quađpł ad omo ro mano et o culpam pdat et bannū rex si evenerit q c̄ ipso c̄pesuˀ n̄ fuerit et ī post īventus fuerit ī duplū cop̄; Posexi ex lege Langobarda tał s̄ p XXX annos tał s p XL tał s p LX p XXX s īt duos om̄es exstraneos aut īt om̄e ecla per XL s īt II frs aut īt barba et nepˀ vł īt c̄sup nis vł īt duos ecle et si aliqt abierit carł đ unˀ ex istis parentib; aut đ una ecla et ītencionał cū alio đ ips parentib; vł cū alia ecla e vłis tare ī locū warentis p LX s illas si o aliq abuerit intencionē đ res mobił cū pars publica. Si omo com̄daverit a servo abeo ali quas res et postea ipsū servū fuerat dimisū lib ut ve nies ille q ipsa res c̄mđđ reqrere eas res ille ab illo die quādo tu me com̄dasti servo erit patris mei et ipse dn̄s m̄ m̄ tulit comodo posit c̄tradicere q; dn̄s m̄ era ille res tc̄ aut lib ē servo et m̄ redat. Lex est ut posquā ipse manifestaq; com̄daset redat eiq; dicit Si ille omo aliquā ma LꝒX ad res alienas com̄data si acceperit la fecerit quā servuˀ dm̄ apellat quando ad sacram̄tū venerit si đbead iurare iusta istū iudicatū p̄ đcesum illa genetris mea meū ꝑp̄ū ēē đbet et malo or dine n̄ đvestiti et sacram̄tū facere đbet đ fem̄a dicat iu sta istū iudicatū īvestita fuerat tam̄ n̄ đbet dicere ꝑp̄ū. Si īfans ītra etate s et abuerit avius đ paī tutor sit đ maī n̄ Si omo īvenerit scazo ī īra aliena medietatē abead q īvenit ac medietatē cuiˀ īra ē qa lex romana dicit Recordare si ep̄cs comutaverit īra et pˀ apellaverit ipse c̄ cuiˀ comutaverit et ipse mostraverit car̄ et ipsepī dixe rit nihil inpendiad q et c̄tra lege facta ē et ipse dixerit n̄ ut si exstimatores vivi fuisent veniāt et ipsorͭ testimoniū firmēt. Si ipsi noluerint firmare et dixerit qa nescimˀ quando comutacio facte fuerit pegior peiorata res recipi ad casa đi iustū ē ut unˀ q̄q;cop̄ suū widrigđ et licead ipse alios testes c̄tra eos aponere si potuerit et veraci testimo

Textus restitutus.

VIII. Si[17] quis appellaverit filium, quod pater eius fuisset debitor suus. VIIII. Si[18] surrexerit intentio inter creditorem et debitorem atque fideiussorem. X. Si[19] quis mallaverit alium de incendio, quod ipse fecisset. XI. Si[20] homo mallaverit alium, quod ipse occidisset suum propinquum astu per venenum. XII. Si[21] homo noluerit recipere rem intertiatam. XIII. Si[22] duo testimonia de qualibet re dant testimonium et discordantur inter se. XIIII. De[23] cartula falsa appellata, si voluerit ipse qui appellavit falsam eam. XV. Si[24] quis appellaverit alium, quod deposuisset ei aut ipse aut per suum nuncium, valente 20 solidos aut amplius. XVI. Si[25] aliquis appellaverit alium, quod ipse devestisset eum de re immobili. XVII. Si[26] homo venerit in iudicium et dixerit: „habeo et teneo ad meam proprietatem peciam unam de terra in loco tali", et alius homo similiter dicat: „ipsa terra, quam tu dicis, ego habeo eam et teneo ad meam proprietatem". XVIII. Si[27] quis dixerit de cartula facta de praedio, quod fecit eam per virtutem. XVIIII. Si[28] homo miserit crimen alii, quod tulisset ei furtim, valente plus aliquid de 6 solidis. XX. Si[28] homo appellaverit alium de scacho, quod sit ei, valente ultra 6 solidos. XXI. Si[28] homo mallaverit alium, quod ipse fuisset collega furis de aliqua re furtiva. XXII. Si[29] homo mallaverit, quod in sua potestate venisset aliqua res furtiva se sciente, quae ei fuisset furata. XXIII. Si[30] quis mallaverit alium, quod suum servum fecisset ei furari, aut uxorem illius vel filium ipsius, qui in eius potestate est. §. 7. Questio[31] Romana: si homo fecerit furtum, reddat in quadruplum[32] ad hominem Romanum[33] et pro culpa nasum perdat[34] et bannum regi; si evenerit quod cum ipso comprehensus non fuerit et in post inventus fuerit[35], in duplum[36] componat. §. 8. Possessionum ex lege Langobarda aliae sunt per 30 annos, aliae sunt per 40, aliae sunt per 60. Per 30 sunt inter duos homines extraneos aut inter hominem et ecclesiam[37]. Per 40 sunt inter duos fratres aut inter barbam et nepotem, vel inter consobrinos[38] vel inter duas ecclesias[39], vel si aliquis habuerit cartulam de uno ex istis parentibus aut de una ecclesia et intentionem habuerit cum alio de ipsis parentibus vel cum alia ecclesia et velit stare in loco warentis[40]. Per 60 sunt illae, si homo aliquis habuerit intentionem de rebus immobilibus cum parte publica[41]. — §. 9. Si[42] homo commendaverit servo alieno aliquas res, et postea ipse servus fuerat dimissus liber, et veniens ille qui ipsas res commendavit requisierit eas, respondeat ille: „ab illo die, quando tu mihi commendasti, servus eram patris mei et ipse dominus meus michi tulit. Quomodo potes contradicere, quod dominus meus erat ille?" Respondeat: „nunc autem liber est servus, et mihi reddat". Lex est ut postquam ipse manifestavit, quod commendasset, reddat ei quod dicit lex[43]. — §. 10. Si ille homo aliqua mala fecerit et res alienas commendatas si acceperit quando servus fuerit, dominus appellatur. — §. 11... Quando[44] ad sacramentum venerit, sic debeat iurare: „Iuxta istum iudicatum post decessum illa genitricis meae meum proprium esse debet, et malo ordine non devestivi te" ... et sacramentum facere debet, tunc de femina dicat: „quamquam iuxta istum iudicatum investita fuerat, tamen non debes dicere proprium". §. 12. Si[45] infans intra aetatem sit et habuerit avium de patre, tutor sit, de matre non. — §. 13. Si homo invenerit scazo in terra aliena, medietatem habeat qui invenit ac medietatem cuius terra est, quia lex Romana dicit[46]. §. 14. Recordare: si episcopus commutaverit terram et post appellaverit ipse eum cui commutaverit, et ipse monstraverit cartulam, et ipse episcopus dixerit: „nihil impediat, quia contra legem[47] facta est", et ipse dixerit: „non"? Iustum est ut, si aestimatores vivi fuissent, veniant et ipsorum testimonium firment. — Si ipsi noluerint firmare et dixerint: „quia nescimus, quando commutatio facta fuerit, nec si peioratam rem receperit[48] casa Dei"? Iustum est, ut unusquisque componat suum widrigild, et liceat ipsi alios testes contra eos opponere, si potuerit, et veracium testimo-

17) Roth. 366. 18) Roth. 367; sed secundum hanc Rotharis legem intentio non per pugnam sed per sacramentum „ad evangelia aut ad arma" praestandum finitur; quaestionum auctor verba „ad arma" male de pugna intellexisse videtur. 19) Liutp. 70. 20) Liutp. 117. 21) Karol. M. 130. 22) Lud. P. 3. 23) Otto I. 1. 24) Otto I. 5. 25) Otto I. 3. 26) Otto I. 1. 27) Otto I. 5. 28) Otto I. 6. 29) Roth. 260. 30) Roth. 259. 31) Haec quaestio in margine codicis adscripta est. 32) §. 25. Inst. actt. (IV, 6.). 33) Cfr. Karol. M. 143: „quando componunt, iuxta legem cui malum fecerint componant". 34) Kar. M. 44. 84. 35) supple: *furtus*, i. e. res furtim ablata. 36) §. 23. Inst. cit. 37) Grim. 4; Ast. 9. 38) Liutp. 69. 39) Astulf. 9. 40) Cfr. placita ad Liutp. 69. 41) Liutp. 77. 42) Cfr. infra §. 24. 43) Savigny, hist. iuris Rom. II. §. 86. not. g, ad hanc quaestionem allegat l. 1. §. 18; l. 21. §. 1. D. depositi (XVI, 3.). 44) Cfr. supra §. 2. 45) Cfr. supra §. 3. 46) §. 39. Inst. rer. divis. (II, 1.). 47) Cfr. Ast. 7; Loth. 52. 48) Ast. 7: „et fuerint inter tales homines tres quorum fides ammittitur, et res meliorata eis apparuerit tunc, quando ipsa commutatio facta fuerit".

Textus in cod. 3 servatus.

nium dicere et si non potuerit apbet p se ipse ħo pdat
rem si n̄ potuerit ep̄s ꝑbare ipse ħo iuret tc̄ quādo co
mutacio facta fuerit scđm legē facta fuerit et meliorata
recipiad casa đi; S q̄ com̄daverit aliqua res cuilibet et
ipse pdiderit p oste aut p ī cendio aut ꝑ iustum ē nihil
rendat aut si fuerit tulta p ips̓ forfactum ꝗ comenđđ ni
hil rendat et si p ipso ꝗ recepit Iustū ē ut rendat capitan
tū; Recordar̄ de danosū debitū debet dicere a quat̄ wi
sa fuit dānatū et modo debitū n̄ debet dicere a quat̄ wi
sa Recordar̄ qm̄ si unū fr̄ refustaverit ad duos suoꝝ por
cione et manifestaverit in ipsa ꝑmisio qđ fuiset iure suoꝝ
pat̄ Istū ē ut ipsi fr̄ nihil molestia ipsū fr̄ ꝗ refudavit de
suā porcionē et si manifestaverit ipsa pmisio qđ iu
ri suorum fr̄ fuiset iustū ut de illa porcionē pmanead ta
cit̓ et de sua porcionē si ipsi sui fr̄s volvoluerit divi
dat cū ipsis suis frib; Recordare si ħo malaverit ali
ūq; ipse tulliset ad furtū car̄ qđ c̄tinebat̆ de tantas res
q; valebāt sup VI sot̄. Iustū ē nihil respōđad si n̄ apella
verit qđ car̄ ipsa valebat sup VI sot̄ et ħo romananus
Lex ē ut si pdiderit qd alit̄ căr ipsa rendere debet
caput tantum̄ res; Questio si roman̓ ħo ad placitū wa
diā đderit et nō abet fidesiusores paratos com̄s pren
dat et faciad mitere ī carcere ꝗ lex romana p̄cepit
Si q̄ fideiusores nō abuerit nō despicitur carcere tā
de langobardo .. non posuim̓ ꝗ lex p̄cipit ut abet
a III dies sine culpa quando ad sacram̄tū venerit.
Illo notarius ꝗ caput scripsit et exemplavit
Sic debet firmare·: Ego ill̄ not̓ autentico hu
ius exēplar manib; meis scripsi et sic inibi
c̄tinebat̆ sicut ic ℊ exēplar litera plu̓ mi
nu̓ve et hanc exēplar manib; meis exēplavi;·
Ille not̓ ꝗ n̄ scripsit caput et exēplavt; Ego
illo not̓ autentico uiu̓ exēplar vidi lei et
sic inibi c̄tinebat̆ sicut ic ℊ et exēplar
manib; meis exēplavi; Testes sic debet fir
mare·; Ill̄ autentiquo uiu̓ exēplar vidi
legi et sic inibi c̄tinebat̆ sicut ic ℊ et exēplar
et me in ipso autentiquo ꝛ83 ꝓꝓubsi·; Ille no
tarius ꝗ scrips caput et n̄ exēplavi set exēpla̓ firmavt·;
Ego ill̄ not̓ autentico uius exēplar manib; meis
scripsi et sic inibi c̄tinebat̄ sicut ic ℊ et exēplar
litera plu̓ min̓ve INCP DE ЄTaTЄ
Prima ꝗ ꝑ vigilia primū tēp̓ ē .l. puer› ei
a scđa adulescencia vt̄ iuvenciu̓ ꝗ octori
tate sacy alo ꝗ iuvenū s lectare iuvenis
adulescentia tua ī cia aut senectu̓ acci
pit̄ ex ea etas ꝑ calore iuventis đfic̄ si vō ora ē
ea etas q; decrepitas vt̄ veterana đr vt̄ n̄
et iecit valde n̄ gerōtas sed pb̄ros apellāt ut
plu̓ quā senes ēē īsinuet̄ quos ꝑfectiores vo
cāt dicit umelia lecciones bede iusta om̄s
natura ꝑficiebat etate qa đ īfancia ad pu
ericia de puericia ad iuventute c̄suetudo
om̄ib; crexendi . . . . . ordine pveni scđa
libro veteris pma etas ē īfancia ꝗ ē VII an
nis Scđa puericia simil VII annis Tcia adulexen
cia ꝗ ē XIIII annis. Quarta iuvent̓ ꝗ ē XXVIIII
annis Quinta senectu̓ Sesta decrepita etas
Set scđm liberis divini Infancia et puericia ꝑ

Textus restitutus.

nium dicere[49]; et si non potuerit approbare, ipse homo perdat rem. Si non potuerit episcopus probare, ipse homo iuret: tunc quando commutatio facta fuerit, quod secundum legem facta fuerit et melioratam rem receperit casa Dei. §. 15. Si[50] quis commendaverit aliquam rem cuilibet, et ipse perdiderit per hostem aut per incendium? Iustum est, nihil reddat; — aut si fuerit tulta per ipsius forfactum qui commendavit? nihil reddat; — et si per ipsum qui recepit? Iustum est ut reddat caput tantum. §. 16. Recordare de damnoso debito? modo debitor debet dicere, a quali wifa[51] fuerit damnatum, et modo debitor non debet dicere, a quali wifa. — §. 17. Recordare, quoniam si unus frater refutaverit ad duos suam portionem et manifestaverit in ipsa promissione, quod fuisset iure sui patris? iustum est ut ipsi fratres nihil molestent ipsum fratrem qui refutavit de sua portione; — et si manifestaverit ipsa promissio, quod iure suorum fratrum fuisset? iustum, ut de illa portione permaneat tacitus et de sua. Si ipsi sui fratres voluerint, dividant cum ipsis suis fratribus. — §. 18. Recordare: si homo mallaverit alium, quod ipse tulisset ad furtum cartulam, qua continebatur de tantis rebus, quae valebant super 6 solidos? Iustum est, nihil respondeat, si non appellaverit, quod cartula ipsa valebat super 6 solidos[52]; — et homo Romanus? Lex est ut, si perdiderit quidem aliter cartulam ipsam, reddere debet caput tantum rei[53]. §. 19. Quaestio: si Romanus homo ad placitum wadiam dederit, et non habet fideiussores paratos, comes prendat et faciat mittere in carcere, quia lex Romana[54] precipit: si quis fideiussores non habuerit, non despicitur carcere. Tamen de Langobardo hoc non posuimus, quia lex praecipit[55], ut habeat „tres dies sine culpa". — §. 20. Quando ad sacramentum venerit[56]..... §. 21. Ille notarius, qui caput scripsit et exemplavit, sic debet firmare: „Ego ille notarius autenticum huius exemplaris manibus meis scripsi, et sic inibi continebatur, sicut hic legitur exemplar, littera plus minusve, et hoc exemplar manibus meis exemplavi." Ille notarius, qui non scripsit caput et exemplavit: „Ego ille notarius autenticum huius exemplaris vidi, legi, et sic inibi continebatur sicut hic legitur, et exemplar manibus meis exemplavi." — Testes sic debent firmare: „Ille autenticum huius exemplaris vidi, legi, et sic inibi continebatur, sicut hic legitur et exemplar, et me in ipso autentico rogatus subscripsi." — Ille notarius qui scripsit caput et non exemplavit sed exemplar firmavit: „Ego ille notarius autenticum huius exemplaris manibus meis scripsi, et sic inibi continebatur, sicut hic legitur et exemplar, littera plus minusve." — §. 22. **Incipit de aetate.** Prima quidem infantia primum tempus est, id est pueritia; secunda adolescentia vel iuventus, quae auctoritate sacri Leonis[57] pro una sunt: „Laetare, iuvenis, adolescentia tua". Tertia autem senectus accipitur: est ea aetas qua calor iuventutis deficit. Si vero homo est ea aetate, quae decrepita vel veterana dicitur et facit invalidos, non gerontas sed presbyteros appellant, ut plus quam senes esse insinuentur, quos profectiores vocant. Dicit homelia lectionis Bedae[58]: „iuxta hominis naturam proficiebat aetate, quia de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuventutem consueto hominibus crescendi ordine pervenit". Secundum libros veteres prima aetas est infantia, quae est 7 annis; secunda pueritia, similiter 7 annis; tertia adolescentia, quae est 14 annis; quarta iuventus, quae est 29 annis; quinta senectus; sexta decrepita aetas. Sed secundum libros divinos infantia et pueritia pro

49) Ludov. P. 15. 50) Savigny in hist. iuris Rom. II. §. 86. not. b. quaestionum auctorem l. 1. §. 4. D. obl. et actt. (XLIV, 7.), l. 5. §. 4. D. commod. (XIII, 6.) alludere dicit. 51) Wifa signum fuisse videtur a magistratu publico debitoris rebus impressum, quo signo magistratus rebus wifatis creditori interdicebat. Cfr. Liutp. 147. Loth. 43. Liutp. notitia ad actt. c. 2 (supra pag. 181). Rach. cap. 2 in brevi (supra pag. 193). Caeterum hoc monitum non satis intelligo. 52) Otto I. 6. 53) Savigny, hist. iur. Rom. II. §. 86. not. i, l. 27. pr. 32. pr. D. furtis (XLVII, 2.) in memoriam reducit. 54) Quamnam iuris Iustinianei legem quaestionis auctor spectaverit, ignoro, ignoravit ipse Savinius. Cfr. leges in ipsius historia iuris Romani II. §. 86. not. l. laudatas et l. 3. Dig. custod. reor. (XLVIII, 3.), l. 6. Cod. h. tit. (IX, 4.). Verba „non despicitur carcere" corrupta videntur; „mittatur in carcere" vel simile quid auctorem scripsisse puto. 55) Liutp. 127. 56) Haec verba ad monitum pertinere videntur supra §§. 11 et 2 positum. 57) Cfr. Eccle. XI, 9. In Leonis operibus haec verba non inveni. 58) Homel. XVII. (Bedae opp. ed. Giles V, 123.) Cfr. Lucas II, 52.

Textus in cod. 3 servatus.

una reputabiť Iusta qđ dic̄ đ XP̄O in p̄facio ꝗ
nať ē īfans et d̄s ē Et ewangl̄ia dic̄ In octava
dī vener̄ circūcidr̄enť puer simił adulexenci
5 a vł iuventuꝰ iusta octoritate sacri leo ꝗ unū
x īdicantis litere iuvencis adulexentia tua
.2. post evienit senectuꝰ Q incipit ad c̄pletos LVIII annis
et de etate dir̄ scđm ic đclaret et iusta il
lut q; dic̄ ī lege romana In libro ꝗ vōať institu
10 ta de iscomisaruꝰ in lege ꝗ īhoat sic nunc tran
se ā fidēcomissa Et in ipsa lege q; sic p̄cipit
ut sup̄ dictū ē om̄e fidīciē ipsā attiq tēpo
rib; firmā ēē estimo ut omo ipsiuꝰ quā pve
nēr ad etate ꝗ voť senectis ꝗ īcipit LVIII
15 annis ut p se pugna facere n̄ đb set suū pugnatorē
ꝑ se mitere Iđo ꝗa đ tantis virt̄u deficȩ Ergo
si virtus .I. Infirmitatis corporis đficȩt infirmꝰ ē;·
Recordare si q̄ appellaverit aliū ad serviciū et
ipse dixerit n̄ servū ēē qđ libera matre nati s̄ iustū ē
20 ut ꝑbet qđ dic̄ et si ipse n̄ potuerit ꝑbare ꝑbet ipsū ꝗ a
pellat et si n̄ potuit laxet ipsū et faciad finē et si ipse
servū Dedit wadia đ ꝑbare n̄ potuerit facere
ꝗ liber sit comens debead dare ꝑ servo iliuꝰ ꝗ apellat
et si ꝑduxerit ꝑba et int̄ se discordaverit unꝰ q̄q; cop̄ suū
25 widrigiđ et ipse ꝑ servo simił fiad dat, et si ipse ꝗ dic̄ ēē
suū dn̄m n̄ potuerit ꝑbare nihil cop̄·; Si q̄ com̄daverit
aliqua res cuilibet servū nesciente suo dn̄o et eos dn̄s lib
taverit postea et voluerīt ipse cuiꝰ res fuerit apellare
dn̄s nihil ei redead nā ipse cui res com̄đđ ipse rendat
30 et si p c̄sensū dn̄ī sui com̄daverit dn̄s responđad·; Re
cordare qm̄ si servuꝰ ābulaverit a mansione alteriuꝰ
et dixerit omo ille mandet vobis dn̄o meo p̄statđ rem
et p̄staverit et ipser servuꝰ fugierit et ipse servuꝰ res
fuerit pulsaverit dn̄s iustū ē dn̄s nihil eis rendat ni
35 si p̄bead sacram̄tū nec sue voluntatis nec c̄sencia
eiꝰ fuiset qđ servū suū oc malū feçset set fiat soluť et si vo
luerit abet spaçū ad reqrendū cū abere·; Recorda
re si h̄o mundiaverit sua mundoalda et si avene
rit ipsa moriens iustū ē Ita mariť succedat ī tantū
40 qđ lui pt,nuerit ꝗ mundias ex eapnitella cū de
fensio đbet esse et langobarduꝰ usq; ad annos XII et
n̄ voluerit abead postea ab̄ad curator uꝰq; ad an
nos X. Recorđar qm̄ si h̄o apellaverit aliū qđ ip
se đvestiset đ res īmobiles et ipse xerit qm̄ đ ꝑp̄ico meo
45 parente s̄ si ipse đceserīt absq; filiis filiab; Ego vo
lo sucere iustū ē nec refudat nec pugna facere in
đ nec ītromittat nec ītromisit et si dixerit qđ đvestiset
et ipse dixerit qđ ꝑtinet inp libellū et ego tibi maló or
dine n̄ đvestivit iustū ē ut faciad pugna·; Recorđar
50 si h̄o vendiderit suas r.. res ad pb̄ri in eo tinore ut
ipse debeať usufructū ab̄r et p̄ eiꝰ đcessū et at ali ꝑpri
etatē debet venire et fuerit mortuuꝰ sine filii filiab; aut
nō fecerit aliqt đ ips reb; iustū ē ita ipsū pb̄r veniad ꝑpri
etatē ꝗa n̄ đderit aliis ipse ī se retinebat Iustū ē ut h̄o
55 de adulteruꝰ nať vivat quał lege volebat et si ipse
mortuus fuerit sine filiis filiab; aut sine testam̄tū
Iustū ē ut ipsi ꝗ plus ꝑpīcus fuerit sive parte paī
sive parte maī ips sucedāt qđsi equales parentes
fuerīt simił sucedāt.
60 Succexio et lege langobarda si h̄o decesserit et
relīq;rit filiū et filias fils tantū sucedāt. Si auī ille
ꝗ moriens relīq;rit filiū et nep̂ filio de suo filio
quał barba et nep̂ sucedat u Si vō ipse ꝗ mori
ens filios n̄ relīq;rit et abuerīt filias ipsa suce
65 dat Si aūt ipse ꝗ moriens relīq;rit filia et nep̂ filio

Textus restitutus.

una reputabitur iuxta quod dicitur de Christo in praefatione[59]: „qui natus est infans et deus est", et evangelia[60] dicunt: „in octava die venerunt circumcidere puerum". Similiter adolescentia vel iuventus iuxta auctoritatem sacri Leonis[57] pro una sunt, dicentis: „Laetare, iuvenis, adolescentia tua". Post evenit senectus, quae incipit a completis 58 annis. Et de aetate dicitur secundum quod hic declaratur et iuxta illud quod dicitur in lege Romana in libro qui vocatur Instituta: „De fideicommissariis" in lege quae inchoat sic: „Nunc transeamus ad fideicommissa"[61]. Et in ipsa lege quae sic incipit ut supradictum est: „Omnia fideicommissa a n t i q u i s temporibus i n f i r m a esse"[62]. Aestimo ut homo ipse, si pervenerit usque ad aetatem quae vocatur senectus, quae incipit 58 annis, ut per se pugnam facere non debeat, sed suum pugnatorem pro se mittere, ideo quia de tanta virtute deficit, ergo si virtus, id est firmitas corporis, deficit, i n f i r m u s est. — §. 23. Recordare: si quis appellaverit alium ad servitium, et ipse dixerit, se non servum esse, quod libera matre natus sit?[63] Iustum est, ut probet[64], quod dicit, et si ipse non potuerit probare, probet ipse qui appellat; et si non potuerit, relaxet ipsum et faciat finem. Et si ipse servus dederit wadiam de probare et non potuerit facere quod liber sit, comes debeat eum dare pro servo illius qui appellat. Et si produxerit testimonia probandi et inter se discordaverint[65], unusquisque componat suum widrigild, et ipse pro servo similiter fiat datus. Et si ipse, qui dicit esse suum, dominum se non potuerit probare, nihil componat. — §. 24. Si[66] quis commendaverit aliquas res cuilibet servo, nesciente suo domino, et eum dominus libertaverit postea, et voluerit ipse cuius res fuerit appellare, dominus nihil ei respondeat, nam ipse cui res commendatae fuerint ipsi respondeat; et si per consensum domini sui commendaverit, dominus respondeat. — §. 25. Recordare, quoniam si servus ambulaverit ad mansionem alterius et dixerit: „homo ille mandat vobis, domino meo praestare talem rem", et prestiterit, et ipse servus fugerit, et ipse cuius res fuerit pulsaverit dominum? Iustum est, dominus nihil ei respondeat, nisi praebeat sacramentum, quod nec suae voluntatis nec consentiens ei fuisset, quod servus suus hoc malum fecisset, et fiat solutus; et si voluerit, habeat spacium ad requirendum eum habere. — §. 26. Recordare, si homo mundiaverit uxorem suam mundoaldam, et si evenerit ipsa moriens? Iustum est ita: maritus succedat in tantum quod lui pertinuerit per mundium ex ea parentela cui defensio debet esse[67]. — §. 27. Et Langobardus usque ad annos 12[68], et si noluerit habere postea mundoaldum, habeat curatorem usque ad annos 18[69]. — §. 28. Recordare, quoniam si homo appellaverit alium, quod ipse devestisset de rebus immobilibus et ipse dixerit: „quoniam de propinquo meo parente sunt", — si ipse decesserit absque filiis filiabus — „ego volo succedere"? Iustum est, nec refutet, nec pugnam faciat inde, nec intromittatur. Et si dixerit, quod devestisset, et ipse dixerit, quod pertineat ei per libellum, et ego malo ordine non devestivi? Iustum est, ut faciat pugnam[70]. — §. 29. Recordare: si homo vendiderit suas res ad presbyterum in eo tenore, ut ipse debeat usumfructum habere, et post eius decessum ut ad alium proprietas debeat venire, et fuerit mortuus sine filiis filiabus, aut non fecerit aliquid de ipsis rebus? Iustum est ita: ad ipsum presbyterum veniat proprietas, quia non dedit aliis qui in se retinebat[71]. — §. 30. Iustum est, ut homo de adulterio natus vivat quali lege voluerit; et si ipse mortuus fuerit sine filiis filiabus aut sine testamento, iustum est, ut ipse qui plus propinquus fuerit, sive parte patris sive parte matris, ipsi succedat; quodsi aequales parentes fuerint, similiter[72] succedant. —

§. 31. S u c c e s s i o e x l e g e L a n g o b a r d a. Si homo decesserit et reliquerit filium et filias, filius tantum succedat; si autem ille, qui moriens reliquerit filium et nepotem, filium de suo filio, aequaliter barbas et nepos succedant; si vero ipse, qui moriens filios non reliquerit et habuerit filiam, ipsa succedat; si autem ipse, qui moriens reliquerit filiam et nepotem, filium

59) Quid de hac sit praefatione, nescio; in bibliis sacris (prophetae?) verba allegata non occurrunt. 60) Luc. 1, 59. 61) Iust. Inst. II, 23. 62) §. 1. l. c. Haec Institutionum verba ad explicandam vocem
70 „infirmus" allegantur, quare tollitur dubitatio, quam movit Savigny II. §. 86. not. c. 63) Cfr. Lud. P. 55 et exp. §. 1. ad Grim. 2. 64) De onere probandi cfr. gloss. ad Grim. 2, expos. §. 1. ad Ast. 13, placiti forma ad Loth. 80. 65) Lud. P. 3. 15. 66) Cfr. supra §. 9. 67) Cfr. Liutp. 14. 68) Cfr. Roth. 155. 69) Cfr. Liutp. 19. 70) Otto I. 1. 71) scil. potestatem dandi. Cfr. Loth. 17. 72) aequaliter.

Textus in cod. 3 servatus.

de suo filio equalꝭ succedāt Si ħo decesserit et n̄ re
līq;rit filiū neq; filia et abuerit neꝑ aut nepta filiuˀ aut
filias de suo filio ipse sucedat Si nō fuerit abiaticus aut
abiatica de filio et abuerit abiaticus aut abiatica de sua
filia ipsi succedāt Similꝭ om̄es q̄ veniūt de īferiori li
nea. Si aūt ipsi q̄ moriens n̄ reliq;rit nulluˀ de supteriore
linea Si abuerit paī ips succedāt Si aūt n̄ abuerit
paī et relīq;rit fr̄s et soror de paī soror succe
dat. Si vō n̄ abuerit sororem fr̄s sucedat Si ipse
q̄ moriē sororē ī capillo filia Similꝭ ī capillo
equalꝭ succedāt Si soror nutu tradita fuerit filia
tantū succedat Si vō ipse q̄ decidēs relīq;rit
soror tātū de mat et de fr̄ fr̄s sucedāt Si soror e ꝯ de
ciderit et abuerit mariť q̄ ei sit mundoał maritū
succedat Si nō abuerit maritū vł si abuerit et n̄ fuerit
mundoał eiˀ et ipse q̄ moriens relīq;rit fr̄ et soror soror
sucedad et mundoald eiˀ abead mundiū de ea sol
XX. Si aūt ipse q̄ decidēs relīq;rit amita ī ca
pello et soror equalꝭ succedāt Si fem̄a moriens
et relīq;rit amita đ parte paī et barba barba
sucedat eoq; in eiˀ mundie ē Q̄ si nulluˀ ex ipꝭꝭ
fuerīt iī cū q; pluˀ ꝑpĭcū fuerit sive ex par
te patre sive ex parte matre succedat Iu
sta lege rotharii īchoante om̄s parentella
Qđ si ipse qui decesserit relīq;rit equales paren
tes ex parte patre aut de parte matre equalꝭ sucedant.
Recordare ī quantis modis suc
cescio a lege romana se dividūt Pma si
ħo deceserit et relīq;rit filiū et filias ipsi
sucedāt equalꝭ Si n̄ relīq;rit filiū neq; filia et
abuerit abiaticˀ et abiatica de filii vł đ filia
ipsi sucedāt equalꝭ et si isti n̄ fuerit et relīq;rit
besabeaticˀ massculi sive fem̄a ipsi in eredita
te optinead q̄si nec nullis ex đ istis vł supl̃ fue
rit et abuerīt paī et maī fr̄s et sorores ğğ et ger
manas equalꝭ sucedāt et si isti n̄ fuerit relīq;
rit fr̄ ğğ unū aut plures et alios fratres q̄ ggˀ n̄ ē ger
mano succedat et si isti n̄ fuerit et si sorores
relīq;rit g̅g̅a et fr̄ similꝭ q̄ ggā ē soror ggā su
ceda et si relīq;rit fr̄ q̄ ggˀo n̄ ē et nepotū q̄
si fild ğğ et sorores g̅g̅as nepotū succedat et re
līq;rit nepˀ et nepta filii de fr̄ ğğ aut de soro
res g̅g̅as et relīq;rit fr̄ g̅g̅a unū aut plures
equalꝭ succedat et si isti n̄ fuerit et abuerit
aviuˀ et maī maī succedāt.

Textus restitutus.

de suo filio, aequaliter succedant. Si homo decesserit et non reliquerit filium neque filiam, et habuerit nepotem aut neptem, filium aut filiam de suo filio, ipsi succedant; si non fuerit abiaticus aut abiatica de filio et habuerit abiaticum aut abiaticam de sua filia, ipsi succedant; similiter omnes qui veniunt de inferiori linea; si autem ipse, qui moriens non reliquerit nullum de subteriore linea, si habuerit patrem, ipse succedat; si autem non habuerit patrem et reliquerit fratres et sororem de patre, soror succedat; si vero non habuerit sororem, fratres succedant; si ipse qui moriens sororem in capillo, filiam similiter in capillo, aequaliter succedant; si soror nuptui tradita fuerit, filia tantum succedat; si vero ipse, qui decidens reliquerit sororem tantum de matre et fratres, fratres succedant; si soror decesserit et habuerit maritum, qui ei sit mundoaldus, maritus succedat; si non habuerit maritum, vel si habuerit et non fuerit mundoaldus eius, et ipse quae moriens reliquerit fratrem et sororem, soror succedat et mundoaldus eius habeat mundium de ea, solidos 20; si autem ipsa quae decedens reliquerit amitam in capillo et sororem, aequaliter succedant; si femina moriens et reliquerit amitam de parte patris et barbam, barbas succedat, eo quod in eius mundio est. Quodsi nullus ex ipsis fuerit, ille quicumque plus propinquus fuerit, sive ex parte patris sive ex parte matris, succedat iuxta legem Rotharis inchoantem: „Omnis[73] parentela". Quodsi ipse qui decesserit reliquerit aequales parentes ex parte patris aut de parte matris, aequaliter succedant. — §. 32. Recordare, in quantis modis successio e lege Romana se dividat. Primo, si homo decesserit et reliquerit filium et filias, ipsi succedant aequaliter; si non reliquerit filium neque filiam et habuerit abiaticum et abiaticam de filio vel de filia, ipsi succedant aequaliter, et si isti non fuerint et reliquerit bisabiaticos[74] masculos sive feminas, ipsi in hereditate obtineant. Quodsi nec ullus ex istis, ut supra legitur, fuerit, et habuerit patrem et matrem, fratres et sorores germanos et germanas, aequaliter succedant, et si isti non fuerint et reliquerit fratres germanos unum aut plures et alios fratres qui germani non sunt, germani succedant; et si isti non fuerint et si sorores reliquerit germanas et fratrem similiter qui germanus non est, soror germana succedat; et si reliquerit fratrem qui germanus non est et nepotes qui sunt fratris germani et sororis germanae, nepotes succedant; et si reliquerit nepotes et neptes, filios de fratre germano aut de sorore germana et reliquerit fratrem germanum unum aut plures, aequaliter succedant, et si isti non fuerint et habuerit avium et matrem matris, succedant.

73) Roth. 153. 74) pronepotes.

ADDITIO TERTIA.

C A R T U L A R I U M.

INCIPIT[a] LIBER CARTULARII[b].

1. Traditio[a] donationis propter nuptias.

Martine[b], trade per hanc pergamenam cartam de morgincap ad Albergam[c] de quarta portione omnium rerum quae nunc habes aut inantea aquistare[d] potueris, tam rerum mobilium quamque inmobilium seu familie, ut ipsa faciat heredesque vestri[e] secundum legem quod facere velint. — Dicis ita, Martine[f]? — Dico. — Ita trade ei et huic notario ad scribendum. Dic: omnes vos rogo. — Si est Romanus vel Salichus, dic: „cartam dotis", et „de tercia porcione". Et dic in Salicha: „proheredes". Et dic insuper: „mitte poenam stipulationis nomine, que est mulcta auri optimi uncias quattuor, argenti[g] pondera octo, si[h] hanc cartam volueris rumpere aut infrangere[h]". Et hec adde in fine traditionis Salichae, cetera enim omnia sunt similia superiori; et[i] mitte atramentarium[k] super cartam.

2. Traditio[a] venditionis cum defensione.

Martine[b], trade[c] per hanc pergamenam cartam venditionis sub dupla defensione[d] de petia[e] una[e] de terra quae est tui iuris, que[f] est in tali loco[f], que est per mensuram tantum et habet coherentias tales ad Iohannem[g], quod dehinc[h] inantea a presenti die proprietario nomine faciat ipse et sui heredes aut cui ipsi dederint quicquid voluerint sine omni[h] contradictione tua et tuorum heredum. Et insuper esponde[i] te[i], vos[k] ab omni homine defensare; quodsi defendere non potueritis, aut si vos[l] aliquid per quodvis ingenium subtrahere quaesieritis, tunc in duplum illis[m] eandem venditionem restituatis[n], sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub aestimatione[n] in consimili loco[o]. — Dicis ita? — Dico. — Sic trade ei ad proprium et huic notario ad scribendum. — Habes precium iusta cartam? — Habeo. — Dic: „totos[p] vos rogo tangere". Si est Romanus, similiter dic; sed si est Salichus, si est Roboarius[q], si[r] est Francus[r], si est Gothus vel Alamannus venditor: „pone cartulam in terram, et super cartam mitte cultellum, festucam notatam, wantonem et wasonem[s] terrae et ramum arboris et atramentarium[t]" et in Alamanna[u] wandilanc[v], et levet[w] de terra; et eo cartam tenente dic traditionem ut supra diximus. Et adde in istorum cartulis et Baioariorum et Gundebadorum[x] — nam in Baioaria et Gundebada[y] non ponitur insuper cultellum —: „proheredes" et „repetitione", et[z] tolle: „esponde[a] te[a]", et mitte: „obliga[b] te[b]". Et in omnium fine traditionis adde: et insuper mitte poenam stipulacionis nomine, que est multa auri optimi uncias quattuor[c], argenti pondera octo[d], quam inferatis ad illam partem contra quam exinde litem intulleritis et quod repetieritis vendicare non valeatis"; et adde: „warpi[e] te[e]", caetera sunt similia. Si[f] vero fit per missum, dic tantum in fine: „et ita trade ei per hunc missum et huic notario ad scribendum".

3. Traditio[a] vendicionis[a] sine defensione.

Martine[b], trade per hanc pergamenam cartam venditionis sine tua[c] defensione atque restauratione de una petia de terra que est tui iuris, quae est[d] in loco tali, quae est per mensuram[e] tantum, que habet coherentias tales ad Iohannem[f], quod dehinc inantea a presenti die proprietario nomine faciat ipse et sui heredes aut cui ipsi dederint quicquid[g] voluerint[g] sine contradictione tua et tuorum heredum. Et si apparuerit ullum datum aut factum aut scriptum aut aliqua firmitas, quae in alia parte facta habeatis, et clarefactum fuerit, tunc de illa parte unde hoc apparuerit promittatis[h] ab omni homine defensare. Quodsi defendere non potueritis aut si vos[i] aliquid per quodvis ingenium subtrahere quaesieritis, tunc in duplum illis eandem venditionem restituatis, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub estimatione in consimili loco. Et si non apparuerit ullum datum aut factum aut scriptum aut aliqua firmitas quae in alia parte facta habeatis, nec promittatis[k] illi defendere nec restaurare, anteposito[l] sicut supra diximus. — Dicis ita? — Dico. — Sic trade sibi[m] cartam venditionis[n] sine tua defensione atque restauratione[n] ad proprium, et huic notario ad scribendum. — Dic:

a) *inscriptio e solo codice Brancatiano.* b) carturiarii *cod.*

Traditionis forma prima e codd. 6—8 *et e cod. Brancatiano (B.).* a) *inscriptio e codd.* 7.8. b) M. 6—8; *deest B.* c) A. 6—8; R. *B.* d) adquirere *B.* e) nostri 7 *et prima manu B.* f) M. 7.8. *B.; deest* 6. g) et arg. 7; arg. vero *B.* h) si... infrangere *om. B.* i) et mitte *rell. om.* 6. k) atramentum *B.*

Traditionis forma 2. *e codd.* 6—8 *et e cod. B.* a) *inscr. om.* 6; Traditionis venditiones *B.* b) M. *codd.* c) ita trade 6. d) nominative *add. B.* e) una petia 7.8. f) quae est posita in loco tali 6; quae hac et (*lege:* iacet) in tali loco *B.* g) I. *codd.* h) *deest B.* i) *ita correxi (cfr. plac. form. ad Roth.* 143*)*; et sponde 6; espondete 7.8; spondete *B.* k) *deest* 6. *B.* l) exinde *add.* 6. m) *deest B.* n) restituatis... aestimatione *om.* 6. o) restituas *add.* 6. p) omnes 6. q) rubuarius 8. r) si est fr. *om. B.* s) *sic* 7; vasonem 6; clebam 8; globam *B.* t) atramentum *B.* u) alamanni 6.7. v) vandilâc 6; wandelabc 7; wandilaut 8; wans utiã delac *B., cfr. Grimm, Rechtsalterthümer p.* 196. 557. w) leva 6; levetur *B.* x) gundebardorum 6; gundebaldorum *corr.* 7; gondobadorum *B.* y) gundaebada 7; gondobada *B.* z) et tolle... traditionis *om.* 6. a) *ita correxi;* espondete 7; et spopondite 8; et spondete *B.* b) obligate *codd.* c) decem 6. d) viginti 6. e) warpire 6; warpuate *B.* f) Si vero *rell. om. B.*

Traditionis forma 3. *e codd.* 6—8 *et B.* a) Trade cartula *B.* b) M. *codd.* c) *deest B.* d) posita *add.* 7. e) iustam *add.* 6. f) I. *codd.* g) *desunt* 6.8. h) promittit *B.* i) exinde *add.* 7. k) promittis *B.* l) praeter *B.* m) ei *B.* n) vendit..... restauratione *om. B.*

„habes pretium iuxta[o] cartam"? — „Habeo". — Dic: „totos vos rogo". — De Romano vero similiter. De caeteris similiter sed[p] cum additluris[1]. Si vero fiunt ante parentes vel comitem, antequam dicat: „omnes vos rogo", interrogetur mulier, si facit suo velle[2].

4. De Donationibus.

De donationum cartulis omnino similiter preter: „habes pretium?" nam in his dicitur: „habes launechild"? — Habeo[a].

5. De[a] promissionibus refutationum.

Petre[b], promitte et esponde[c] te et tuos heredes[d] nominative de una petia de terra quae est sui iuris, quae est in tali loco, quae habet tales coherentias, si[e] amodo[e] unquam in tempore habeatis agere aut causare tu aut tui heredes[f] contra illum aut suos heredes aut cui ipsi dederint, et si apparuerit ullum datum aut factum quod in alia parte factum habeatis, et clarefactum fuerit, et omni tempore non permanseritis taciti et contempti, ut componatis duplam querimoniam[g] et insuper poenam argenti libras decem. — Dicis ita? — Dico. — Sic trade tu huic cartam promissionis[h] refutationis[h], et huic notario ad scribendum. — Habes launechild? — Habeo. — Dic: „totos vos rogo". — Si Romanus est, similiter; si Salichus, et caeteri ut dixi[3]: „pone atramentarium super cartam", et ita levet de terra; et adde „proheredes", et „poenam stipulationis nomine quae est mulcta auri optimi uncias 3[i], argenti pondera 6", et dic: „promitte et sic te obliga[k]".

6. Traditio[a] venditionis[a] infantuli pro fame vel debito.

Domne comes, hoc dicit Petrus[b] infantulus cum Dominico[c] suo tutore, quod patitur necessitatem famis, vel quod pater suus Albertus[d] dimisit sibi debitum 10 librarum, et non habet de mobilibus rebus, unde istud tempus necessitatis famis evadere possit vel debitum sanare possit; pro qua causa requirit vobis, ut pro Deo et anima donni imperatoris ac vestra mercede tribuatis ei licentiam et auctoritatem publicam ad venundandum unam petiam de terra iuris sui quae est in tali loco. — Et cum iste talia dixisset, tunc comes ex subgestione legali iudicum[e] mittat missum suum ad domum eius, qui previdea trem ita esse, ut dixit[f], quamvis modo non sit nisi fictitie, vadit enim tantum foras. Qui cum reversus fuerit, tunc tres estimatores iussu presidis vadant super terram et estiment eam, quamvis modo sit fictitie. His reversis, tunc comes dicat: „habeas licentiam et auctoritatem publicam ad venundandum illam petiam de terra". Et postea fit carta venditionis ut cetere, et comes firmet illam cartulam.

Glossa in marg. 7.] Haec talis venditio fit per legem Liuprandi (148.) quae incipit „Item de infantibus".

7. Traditio[a] libellorum[a, 4].

Domne abbas, trade per hanc pergamenam[b] libellario nomine ad Iohannem[c] unam petiam de terra quae est iuris monasterii sancti Petri, unde tu es abbas, quae est in tali loco, quae est per mensuram tantum, quae habet coherentias tales, ut habeat ipse Iohannes[d] ad fictum sub censu reddendo libellario nomine usque ad annos viginti novem expletos ea ratione, ut faciat ipse et sui heredes usque ad prefatos annos de fruge et redditu ipsius terrae quicquid voluerint sine omni contradictione tua tuorumque successorum vel partis ipsius monasterii, ita ut per[e] eum sit meliorata et non peiorata[e], et persolvere exinde debeat ipsi et sui heredes singulis annis per omnem missam sancti Martini aut[f] tres dies antea aut tres postea 10 denarios, sic ut ipsi denarii in predicto monasterio consignentur ipsi[g] abbati aut suis successoribus vel illorum[h] misso, aut super altare ipsius monasterii ponantur[g] per se[i] aut per suos heredes aut per suos missos, ita ut alia superimposita non faciatis. Et[k] insuper poenam mittite inter vos, si vos ante prefatum tempus volueritis[k] ei tollere, aut ipsi laxare voluerint, ut componat pars parti fidem servanti poenam argenti libras 10, et post poenam solutam libellus permaneat in suo vigore. — Dicis tu, abbas, ita? — Dico. — Et[l] tu ita, Petre[m]? — Dico[l]. — Ita tradite pars alteri inter vos duos libellos in uno tenore et huic notario ad scribendum. Dicite vos[o] ambo[n]: „omnes[o] vos rogo".

8. Traditio[a] cartulae[b] libertatis.

Martine[c], trade per hanc pergamenam cartam libertatis et absolutionis ad Marcoardum[c] qui est servus tui iuris, ut amodo a presenti die sit liber et absolutus ab omni vinculo servitutis iuxta legem pro animae tuae mercede, et habeat licentiam et potestatem de quattuor viis ambulare aut[d, e] cohabitare[e] ubi voluerit[d], et neque a te neque a tuis

o) illam *add.* 6.8. p) sed cum *rell. om. B.*

Traditionis forma 4. *e codd.* 6–8. — *In cod. B. tantum inveniuntur verba:* De donationis carta similis. a) dato launechild 7.8.

Traditionis forma 5. *e codd.* 6—8 *et B.* a) Trade refutationis *inscr. in cod. B.* b) P. *codd.* c) sponde 8. *B.* d) contra I. (D. 6.) et suos heredes *add.* 6.7. e) quod si *B.* f) aut per tuam submissam personam *add.* 8. g) unde vos agetis *add. B.* h) refutationis atque promissionis *B.* i) quattuor 6. k) et dic: quod repetieritis, non valetis. *add. B.*

Forma 6. *e codd.* 6—8 *et B.* a) Trade carta *B.* b) P. *codd.* c) D. *codd.* d) A. *codd.* e) *ita correxi;* iuditio 7; iudicium 6.8. *B.* f) dixi 8. *B.*

Forma 7. *e codd.* 6–8. *B.* a) Trade libelli *B.* b) cartam *add. B.* c) *sic* 6; I. 7.8; M. *B.* d) I. 6—8; M. *B.* e) per eum non peioretur *B.* f) infra *add.* 7.8. g) ipsi abb.... ponantur *om. B.* h) vestro 7.8. i) M. *B.*; se I. 8. k) Et insuper... volueritis *om. B.* l) et tu... Dico *om. B.* m) *sic* 6; P. 7.8. n) *desunt B.* o) toto *B.*

Forma 8. *e codd.* 7.8 *et B.* a) Trade *B.* b) *deest* 7.8. c) M. *codd.* d) aut cum quo vel ubi voluerit habitare *B.* e) et abitare 7.

1) supra in forma traditionis secunda dictis. 2) Cfr. Liutpr. 22. 3) Cfr. forma 2. 4) Cfr. Ast. 7.

heredibus ullam habeat repetitionem[f] nec conditionem[g] servitutis sed in perpetuum permaneat in sua potestate et congrua libertate, et[h] sicut illi qui in quadruvio in quarta manu traditi sunt et amont[i] facti sunt[5] vel sicut illi qui per manus sacerdotis circa sacrum[k] altare[k] ad liberos dimittendos[l] deducti sunt[6] pro animae tuae mercede; et insuper concede sibi ad gratiam suae libertatis omne suum conquistum quod nunc habet, aut inantea adquirere potuerit, ita ut faciat exinde a presenti die proprietario nomine quicquid voluerit pro animae tuae mercede. — Dicis ita? — Dico. — Ita trade huic[m] cartam libertatis et[n] absolutionis, et[n] huic notario[o] ad scribendum. — Dic: „omnes vos rogo". — Si est[p] Salichus et caeteri[7], elevent atramentarium tantum super pergamenam de terra, si[q] non tribuunt eis terram; si vero tribuunt, tunc elevent cultellum et caetera[7] exceptis Baioariis et Gundebadis[q]; et adde: „proheredes", et pone „peculiare"[8]; et adde: „insuper mitte poenam stipulationis nomine, quae est mulcta, auri optimi uncias quattuor[r], argenti[s] vero[s] pondera octo[t] quam inferatis ad illam partem contra quam exinde litem intulleritis, et quod repetieritis vendicare non valeatis, si hanc cartam libertatis pro[u] quolibet ingenio[u] frangere volueritis. Si est Romanus, adde illic ubi dicis „deducti sunt[v]": „cives Romani, portas[w] apertas, eat[w] ac pergat et, qua parte voluerit ambulare, discedat"[9]. Similiter in Salicha et in omnibus aliis. Caetera vero sunt similia in omnibus.

9. Traditio[a] promissionis pro[b] debito[b].

Martine[c], modo promitte et sponde te et tuos heredes Petro[d] et suis heredibus[e], quod si Petrus aut sui heredes tibi aut tuis heredibus dederint aut sanationem[f] fecerint de[g] 100 solidis[g] ab hac die usque ad Kalendas tales in civitate Papia[h] in domo habitationis tuae, reddatis ei cartam illam venditionis quam in vobis emisit de petia una de terra, que iacet in tali loco, quae[i] habet coherentias tales[i], capsatam et taliatam, ut in se nullum obtineat robur[k]. Quod si tu ipse aut tui heredes sibi aut suis heredibus distuleritis praedictam cartam venditionis capsatam et taliatam reddere in eodem constituto ut supra dictum est, tunc componatis poenae nomine eandem peciam de terra in duplum, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub estimatione in consimili loco. Et si ipse Petrus aut sui heredes distulerint[l] tibi[m] aut tuis heredibus[m] in predicto constituto predictum precium adimplere, ut diximus, tunc[n] eadem carta venditionis in suo maneat robore et facias tu et tui heredes dehinc inantea de ipsa pecia de terra proprietario nomine quicquid volueritis. — Dicis ita? — Dico. — Ita trade huic cartam promissionis et huic notario ad scribendum. — Habes launechild[o]? — Habeo. — Dic: „omnes vos rogo". Si est Romanus, similiter. Si est Salichus et caeteri[10], allevent cartam de terra cum atramentario, et adde „proheredes", et mitte „obliga te", et iunge illic ubi dicis „in consimili loco": „et insuper mitte poenam stipulationis nomine, que est mulcta, auri optimi uncias 4, argenti[p] pondera octo". Caetera sunt similia.

10. Traditio[a] cartulae[b] ordinationis[b].

Petre[c] presbyter, trade per hanc pergamenam cartam ordinationis de una pecia de terra, quae modo venit in te per cartam venditionis et accepto[d] pretio[d] de[e] una[e] petia de terra, que[f] fuit iuris[g] Iohannis[h] et esse videtur in loco tali per mensuram et coherentias designata, eo tenore ut ipse Iohannes[i] faciat de[k] fructu eiusdem peciae de terra[k] usufructario nomine diebus vitae suae quicquid voluerit pro animae tuae mercede, et[l] post eiusdem Iohannis decessum veniat ipsa pecia de terra Martino[m] filio ipsius Iohannis[i], et faciat a presenti die post decessum eiusdem genitoris sui proprietario nomine quicquid voluerit pro animae tuae mercede[l]. — Dicis ita? — Sic dico. — Ita trade cartam ordinationis et huic notario ad scribendum. Et ita faciat iudicatum ut est tenor.

11. Item traditio[a] cartae[a] ordinationis

Dominice[b] presbiter, trade per hanc pergamenam cartam ordinationis de omni conquisto Iohannis[c], filii Martini[d], et de tertia portione omnium rerum mobilium vel inmobilium seu familie ipsius Martini[d], quod nunc habet vel vivente eodem filio suo Iohanne[c] adquirere potuerit, quae tibi advenit per cartam venditionis et accepto pretio ex parte ipsius Martini[d] eo tenore, ut ipse Iohannes[c] habeat suum[e] conquistum[e] ad proprium, et faciat[f] exinde quicquid voluerit; de predicta tertia portione habeat usufructum ipse Martinus[d] simul cum Iohanne[c] filio suo diebus vite illorum, eo tenore,

f) *sic B*; rep̄ 8; repreensionem 7. g) ullam cond. 7; molestationem *B*. h) et *om*. 7. i) amones *B*. k) sacrumsanctum altarium 7. l) dimittendi 7. m) huic *om*. 7. n) et abs. et *om*. 7. o) *deest* 7.8. p) est *om*. 7.8. q) si non... Gundebadis *om*. *B*. r) V. *cod*. *B*. s) et arg. 7; argenti 8. t) X. *cod*. *B*. u) per ullumvis ingenium 7; *desunt B*. v) fiunt 7.8. w) porta aperta erat *B*.

Forma 9. *e codd.* 7.8 *et B*. a) Trade *B*. b) pigneris 7.8. c) M. 7.8; G. *B*. d) P. *codd*. e) *deest* 7.8. f) sanctionem *B*. g) DC sol. 7. h) Tusculanensi 7.8. i) per mensuram et coherentias designatam *B*. k) roborem 7. l) non potuerit *B*. m) tibi aut tuis her. *om*. *B*. n) ut 7.8. o) lonechild 8; launechil *B*. p) vero *add*. *B*.

Forma 10. *e codd.* 7.8 *et B*. a) Trade *B*. b) iudicati 7.8. c) P. *codd*. d) acceptum pretium 8; pro acc. pretio 7. e) quae, *loco* de una, 8. f) *deest* 8. g) *deest B*. h) *sic B*; I. 7.8. i) I. *codd*. k) de eadem petia de terra *B*. l) et post... animae tuae merc. *om*. 7. m) M. *codd*.

Forma 11. *e solo cod. B*. a) trade carta *cod*. b) D. *cod*. c) I. *c*. d) M. *c*. e) suus conquistus *c*. f) facit *c*.

5) Roth. 224. 6) Liutp. 23. 7) Cfr. forma 2. 8) loco „conquistum". Cfr. manumissionum formulas a Rozière collectas nr. 66 sqq. 9) Cfr. Rozière, rec. des formules num. 82 (Form. Lindenbrog. 96) et 85. 10) Cfr. forma 2.

ut, si Dei fuerit voluntas, quod ipse Iohannes[g] accipiat Mariam[h] filiam Petri[i] ad legitimum coniugium, et casu evenerit, ut ipse Iohannes[g] patre[k] superstite[k] antea de hoc seculo migraverit, habeat ipsa Maria[h] quartam portionem de predicta tertia portione, et faciat proprietario nomine post decessum viri sui quicquid voluerit; de reliquis tribus portionibus, que remanserunt, habeat ipse Martinus[h] usufructuario nomine, et post eius decessum veniant ipse tres portiones ad heredes Iohannis[g] proprietario nomine. Et si ipse Iohannes[g] super eundem patrem suum advixerit[l], faciat Iohannes[g] de predicta portione proprietario nomine quicquid voluerit. — Dicis ita? — Dico. — Ita trade ei cartam ordinationis, et huic notario ad scribendum. — Dic: „omnes vos rogo".

12. Traditio[a] cartae[b] offersionis[c].

Itidem[d] trade per hanc pergamenam cartam offersionis de una pecia de terra[e] quae est tui iuris, quae est in tali loco, quae est per mensuram tantum et habet coherentias tales, ad aecclesiam sancti Pauli, ut a presenti die proprietario nomine faciat pars ipsius ecclesiae quicquit voluerit ad usum et[f] sumtum[f] presbyterorum, et clericorum qui ibi pro tempore fuerint[g], sine tua et tuorum heredum contradictione. — Dicis ita? — Dico. — Ita[h] trade cartam offersionis ad ecclesiam sancti Pauli pro animae tuae mercede, et huic notario[i] ad scribendum. — Similiter fit[k] eciam[l] ut[l] vendicio cum defensione vel uti[m] sine defensione[11], vel cum[m] aliquo[n] tenore[o] prout offerens vult. Et ita Longobardus et Romanus; si vero Salichus et caeteri[12], mitte supra cartam illam omnia quae dixi superius[12] in vendicione Salicha, et adde hic[p] illud quod addidi de[q] pena et de proherede[r] et „warpi[s] te"[s], et[t] omnia ut[t] in illa venditione; caetera enim sunt similia.

13. Traditio[a] brevis divisionis.

Tradite per hanc pergamenam brevem[b] divisionis inter vos de una pecia de terra quae est vestri iuris, quae iacet in tali loco, ut[c] in primis[d] tollat Petrus[e] in porcionem et divisionem ex parte occidentis tabulas quatuor[f], quae pars habet coherentias tales, et[g] post tollat Martinus item in porcionem et divisionem item tabulas quatuor ex parte orientis que pars habet coherencias tales[g], ita ut faciat unusquisque vestrum de[h] sua porcione[h] a presenti die proprietario nomine vos et vestri heredes aut cui vos dederitis quicquid[i] volueritis[i] sine omni unius alterius contradictione vestrorumque heredum; ita tamen ut in ipsa pecia de terra semper[k] sortes stent et adequatio[l] percurrat[13]; et insuper espondete[m] vos[n] ad invicem, ut[n], si vos aut vestri heredes non conpleveritis omnia qualiter supra diximus[o] vel si ab unoquoque homine contradicente vos et vestri heredes non[p] defensaveritis ad invicem, et ita firmum esse non permiseritis, qualiter[q] supra diximus, ut tunc[q] componat pars parti fidem servanti penam in duplum ipsam[r] portionem de terra supradicta, qualiter pro tempore[s] fuerit meliorata, aut valuerit sub estimatione in consimili loco. — Dicitis ita? — Dicimus. — Ita tradite invicem duos breves divisionis in uno tenore, et huic notario ad scribendum. — Dicite: „omnes vos rogo". Similiter Romani faciunt. Salichus et caeteri[14] levant cartulam de terra cum omnibus quae superius diximus in venditione Salicha[14]; et adde: „proheredes", et pro „espondete" mitte: „obligate", et dic: „sine contradictione et repetitione", et adde illic ubi dicis „in consimili loco": „et insuper poenam stipulationis nomine, quae est mulcta, auri optimi untias quattuor[t], argenti[u] pondera octo[v], quam inferatis ad partem fidem servantem vel contra quam exinde[w] litem intuleritis"; et[x] adde: „warpite"[x]. Caetera sunt similia, sed[y] in Romana et Salicha ne addas: „ut sortes stent et adaequatio percurrat[z]".

14. Traditio[a] brevis receptorii.

Petre[b], trade per hanc pergamenam brevem[c] receptorium de una pecia de terra, quae est in tali loco, quae habet coherentias tales, que fuit iuris Martini[d] presbyteri, unde ipse Martinus[d.e] presbiter te instituit[f] suum erogatorem ad venundandum ipsam peciam de terra, cui melius potuisses, et[g] precium quod inde tulisses pro[h] anima ipsius[h] ad egenos dedisses[f] vel ad tuum opus retinuisses, ad[i] Iohannem[i], ut faciat exinde a presenti die proprietario nomine ipse...; et caetera uti in venditione cum defensione vel sine defensione[11] vadunt. Et omnes breves fiunt ita ut est conventio[k].

15. Traditio[a] cartae[b] commutationis.

Cum[c] commutatio esse debet[c], vadat missus

g) I. *c.* h) M. *c.* i) P. *c.* k) patris superstante *c.* l) adduxerit *c.*
Forma 12. *e codd.* 7. 8 *et B.* a) Trade *B.* b) carta *B.*; *deest* 7.8. c) offersionum 7.8. d) *sic B.*; T. 7.8. e) silva cum area sua *B.* f) *desunt B.* g) servierint 8. h) et ita 7. i) *deest* 7.8. k) sit 7.8. l) et, *loco* eciam ut, *B.* m) *deest B.* n) alios *B.* o) errore 8. p) huic *B.* q) et de *B.* r) ordine *B.* s) warpite 7; warpiri te *B.*; warpuut 8. t) et o. ut *om.* 7.8.
Forma 13. *e codd.* 7. 8 *et B.* a) Trade *B.* b) breve 8. *B.* c) et ut 7.8. d) primitus *B.* e) P. *codd.* f) quinque *B.* g) et post... tales *om. B.* h) ex portione *B.* i) *desunt B.* k) *deest B.* l) aequatio 7; adquacio 8. m) esponde 8; respondete *B.* n) vos... ut *om. B.* o) legitur 7. p) vos 7.8. q) ut diximus, tunc *B.* r) et ipsam *B.* s) terre 8. t) V. *B.* u) vero *add. B.* v) X. *B.* w) *deest* 7.8. x) et a. w. *om. B.*; *adde* vos. y) sed *om.* 7; et post 8. z) concurrat 7.8.
Forma 14. *e codd.* 7. 8 *et B.* a) Trade *B.* b) P. 7.8; R. *B.* c) breve *B.* d) M. *codd.*; presb.... M. *om. B.* e) M. *codd.* f) esse *add. B.* g) et precium.... dedisse *om. B.* h) pro an. ips. *om.* 8. i) ad I. 7.8; *desunt B.* k) commutatio *B.*
Forma 15. *e codd.* 7 *et B.*; *in cod.* 8 *inscriptio tantum et formae verba sex ab initio posita servantur.* a) Trade *B.* b) *deest* 7.8. c) Commutatio debet esse sic *B.*

11) Cfr. forma 2 et 3. 12) Cfr. forma 2. 13) Cfr. Liutp. 69. 73. 14) Cfr. forma 2.

episcopi seu[d] abbatis et abbatissae — si est pontificum, si vero abbatia regalis est, missus regis et abbatiae[d] — et tres boni extimatores super terram quam debet accipere ecclesia. Et cum responderint[e], quod bene[f] posset fieri cum lege commutatio, dic: „Tradite[g] inter vos pars alteri cartam commutationis: domnus episcopus de una petia de terra, quae iacet in tali loco et habet coherentias tales que est iuris episcopatus sancti[h] Syri, unde tu es episcopus[h], ad Iohannem[i], et tu[k], Iohannes[i], invicem[l] unam petiam de vitibus iuris tui, que est in tali loco et habet coherentias tales, ad episcopum et ad partem ecclesiae, unde ipse est episcopus, ita ut Iohannes[i] de ipsa petia de terra faciat dehinc a presenti die proprietario nomine quicquid voluerit sine contradicione, Iohannes[m] et sui heredes. Et insuper espondete[n] pars alteri ab omni homine defensare“. — Dehinc[o] vadit uti venditio[o] cum defensione[15], excepto quod non dicis: „habes precium“. Et si Salichus est, laicus vel presbiter filius[p] Salichi[p], vadit ut[q] Salicha etiam fit[r] venditio[r] sine defensione[16]; et antequam dicas: „ita tradite duas cartulas commutationis in uno tenore et huic notario ad scribendum“, dicat iudex: „Martine[s], fuisti supra illas res“? — „Fui“. — „Potest esse haec cambio“? — „Potest“. — Et ita omnes perquirantur, quia a[t] quibusdam extimatores ante traditionem interrogantur, a[u] quibusdam[u] in fine. — Convenientiae[v] fiunt et[w] precariae ad libitum[w]: et[x] postquam scriptae sunt confirmantur. — Brevia multa fiunt de multis rebus, ut interroges: „precipitis[y] inde fieri breve[y]?“

16. Qualiter[17] vidua Salicha desponsetur[a]; nam de puella fit[b] ut de ceteris[18].

Comite missove[c] regis cum septem[d] iudicibus in iudicio residentibus, tongino vel centenario placitum banniente, femina vidua Salicha[e] tali tenore et tali conditione sponsetur[a]. Et[f] adsint[f] novem homines, quorum tres sunt actores[g] et[h] tres[h] rei, et[i] tres ut testes huius omnis[e] rei, et solidorum 3 et unius[k] denarii[k] eque pensancium; ita ut hi actores[g] utantur tribus accionibus, quarum due semper quasi[l] iureiurando indigeant terminari, veluti[m] controversia[n] de via antestetura[19] et de consilio mortis[20], tercia[o] vero accio semper duello gaudet examinari[m], actore[p] de clipeo[p] et baculo preparato ut de furto supra sex solidos[21] et de deposito 20 solidorum[q] et ultra[22]. Et[r] factis accionibus et iure pro his[s] datis vadimoniis[t] a[u] reis[u], actores baculos[v] vadimonii[v] reis restituant. Hoc[w] facto et a[x] sponsuro precio supradicto[23] repario dato[x], debet mulier inquiri[y], an eligat eum virum de quo sit placitum sibi[z]. Quod cum[a] mulier affirmaverit, tunc[z] debet pater sponsuri[b] interrogari[b], si filio suo consentit[c]; et[d] post[e] orator incipiat[d]: „Notum sit vobis, Quirites[f], si a Deo factum ornatumque[g] fuerit[g], quod Fabius[h] venerat, ut sibi Sempronia, relicta quondam[i] coniux Thersitis, et que est ex genere Francorum[k], filia Ciceronis, vobis presentibus Fabio spondeatur a[l] Seneca suo repario“. Quo a Fabio confirmato, Seneca ab oratore interrogatus respondeat: „sponso[m] sibi[m]“; et post orator interroget Fabium, qua lege vivendo utatur. Si dixerit verbi gratia: „Salicha“, tunc orator dicat: „o[n] Fabi, da Senece vadimonium, ut facias Semproniae[n, o], que defensione Senece regitur, iure tuo securitatem scriptualem tercie portionis omnium rerum quas nunc habes vel adquisieris, tam mobilium quamque immobilium seu familie, et si hoc non feceris, ut[p] componas decem[p] libras auri“. Quo[q] wadibus[q] firmato, tunc gladius cum clamide et cirotheca tenebitur a Seneca et orator dicat: „per illum gladium et clamidem sponsa[r] Fabio Semproniam tuam repariam, que est ex genere Francorum“. Quod[s] cum Seneca firmaverit, tunc orator dicat ad Fabium accipientem eundem gladium cum clamide dicat et: „o Fabio, tu per eumdem gladium et clamidem commenda[t] eam[t] sibi, donec fuit inter te et illum[u] conventio[v]“. Quo[w] facto, tunc[w] Seneca det Fabio wadimonium, quod dederit Semproniam ei ad legitimum coniugium et mittet eam sub mundio[x] cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus seu familiis que ei legibus pertinent, et Fabius det Senece wadimonium eam recipiendi[y]; et si quis eorum se subtraxerit, componat decem libras auri. Quo[z] facto, tunc Fabius eam subarret annulo, et post tradantur[a] cartule donationis et[b] dotis, vel[c] scripte ibi legantur, et post[d] Seneca det coniugem[e] Sempro-

d) *ita correxi lectionem cod. 7:* seu abbatis et abb. ... omīū si ū abbatię regalis est *rell.*, *cod. B. ita:* aut abbatis, si comparatu sunt omnes vel de commutatione; *cfr. Ast.* 7. e) respondeant *B.* f) inde *B.* g) vel intendite *B.* h) sancti S. ... episc. *om.* 7. i) I. 7; M. *B.* k) tu *om.* 7. l) trade invicem *B.* m) I. 7; et ipse *B.* n) respondete *B.; adde* vos. o) dehinc inantea ut in venditione *B.* p) fil. Sal. *om. B., sed recte addita videntur propterea quod presbyter Salichus iure dici non potest, quia secundum Ludov. P. c.* 53 *clerici omnes lege Romana vivunt.* q) in *B.* r) fit vend. *om. B., verbum venditio incertum quoque est in cod.* 7. s) M. 7; P. *B.* t) quidam *B.* u) sed quidam *B.* v) Sed conventiones *B.* w) *sic correxi;* ad libertum et precariae 7; ad lib. *om. B.* x) et *om.* 7. y) precipiens ut non fiat breve *B.*

Forma 16. *e codd.* 7 *et B.* a) spondetur 7. b) sit *B.* c) misove 7; iussu *B.* d) sex *B.* e) *deest B.* f) adsunt enim 7. g) auctores *B.* h) tresque 7. i) et *om.* 7. k) unus denari 7. l) *deest* 7. m) veluti ...examinari *om. B.* n) contraversia 7. o) tercio 7. p) actorem clepio 7. q) *deest* 7. r) sed 7; et de *B.* s) is 7; aliis *B.* t) wadiis *B.* u) areis 7; arrais *B.* v) baculo wadenomiis *B.* w) et hoc *B.* x) exsponsari ita reparatio dato *B.* y) inquirit 7. z) *deest B.* a) tunc 7. b) sponsare et interrogare *B.* c) consenserit *B.* d) et...incipiat *om. B.* e) pos 7. f) querite *B.* g) est, *om.* orn. f., 7. h) favus *B.* i) quidam *B.* k) rei *B.* l) et 7. m) sponsosibus 7; ego sponso sunt *B.* n) o Fabi...Sempr. *om. B.* o) Semproniam 7. p) componat pars sex *B.* q) et quo *B.* r) ego sponso *B.* s) et hoc *B.* t) commendatam 7; commendat ea *B.* u) solum *add. B.* v) coniunctio *B.* w) et quo facto *B.* x) repium *B.* y) occidendi *B.* z) Et quo *B.* a) tradatur 7. *B.* b) et *om. B.* c) et 7. d) post *om.* 7. e) pro coniuge *B.*

15) Cfr. forma 2. 16) Cfr. forma 3. 17) Cfr. Lex Sal. emend. 46. 18) Cfr. plac. formae ad Roth. 182. 19) Roth. 27. 20) Roth. 10. 11. 21) Otto I. 6. 22) Otto I. 4. 23) tres solidi scilicet et denarius.

niam Fabio, et[f] Fabius Semproniae cartas. Hoc[g] facto pro mundio det Fabius Senece crosnam[h] unam valentem 20 solidos, et orator dicat: „o Seneca, tu per hanc crosnam[i] mitte sub mundio hanc cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus seu familiis, que ei legibus pertinent, et mundium et crosnam[i] trade ad proprium Fabio“. Quo facto tunc[k] Fabius cum Sempronia iam sua uxore launechild[l] Senece tribuat.

17. Qualiter[a] carta ostendatur.

Domne comes, propter[b] hoc ostendit Petrus[c] hanc cartam[b] venditionis, quod non sit silens et habeat et teneat res illas, quae[d] leguntur in hac carta, ad suam proprietatem[d], et, si aliquis homo[e] est, qui inde aliquid velit[f] dicere, paratus est cum eo stare ad rationem et, quod plus est, quaerit; et hoc vult, ut dicat Iohannes[g], qui est hic ad presens, si carta illa venditionis bona est et vera, vel si ille rogavit eam fieri et firmari, vel si res quae leguntur in carta illa venditionis propriae sint suae Petri[c], aut si[h] sibi[i] Iohanni[i] pertinent ad habendum et requirendum aut non, et si habet scriptum vel firmitatem aliquam, quod inde parabolare possit aut non? — Dicis ita, Petre[c]? — Sic fatio. — Et tu, Iohannes[g], quid dicis? — Quid debeo dicere? — Nonne[k] dicis[k], quod carta illa venditionis bona est et vera? — Sic est. — Et tu rogasti eam fieri et[l] firmari[l]? — Et sic feci. — Et illae res quae leguntur in illa carta venditionis suae proprie sunt? — Sic sunt. — Et sue[m] esse debent cum lege? — Sic debent. — Nec tibi pertinent ad habendum[n] et requirendum[n]? — Non faciunt. — Nec scriptum nec firmitatem habes quod inde parabolare possis? — Non habeo. — Sed, sicut dictum habes, suae propriae sunt et esse debent cum lege? — Sic sunt. — Qua lege vivis?[24] — Longobarda. — Modo esponde[o] te[p], si umquam in tempore tu aut tui filii vel filiae vel heredes contra Petrum[c] aut suos heredes, aut cui ipsi dederint, habes[p] agere aut causare, et si apparuerit ullum datum aut factum aut scriptum aut firmitas, quae in alia parte facta habeatis, et clarefactum fuerit, et omni tempore non permanseritis taciti et[q] contempti[q]: ut componatis duplam illam[r] querimoniam, et insuper penam[s] argenti 10 librarum. Spondes ita? — Spondeo. — Seniores iudices, mittite iuditium[t]. — Iuxta illorum professionem et manifestationem Petrus[c] habeat ad proprium res quae leguntur in illa carta, et Iohannes[g] et sui heredes permaneant inde taciti et contempti. — Domne comes, precipite fieri noticiam. — Similiter est de[u] Romana[u]. In Salicha dic: „obliga te“, et „warpi te“ et „proheredes“ et „insuper...“[25]

18. Qualiter sit finis status.

Domne comes, hoc dicit Iohannes[a], quod[b] est liber homo de sua persona et[c] habet et tenet suum conquistum ad suam proprietatem, et si aliquis homo est, qui inde aliquid[d] vult dicere[d], inde[e] paratus est stare ad rationem et, quod plus est, quaerit; et hoc vult, ut dicat Petrus[f] qui est hic ad presens, si est Iohannes[a] liber homo de sua persona aut non? et[g] si debet retinere ad suam proprietatem suum conquistum aut non, aut[h] si pertinet sibi inde aliquid ad habendum et requirendum aut non[h]? et si habet scriptum vel aliquem firmitatem quod inde parabolare possit aut non[g]? — Dicis ita, Iohannes[a]? — Dico. — Et tu, quid dicis, Petre[f]? — Quid debeo dicere? — Hoc dicis[i], quod Iohannes[a] liber homo est de sua persona? — Sic est. — Et suum conquistum debet retinere ad suam proprietatem? — Sic debet. — Nec tibi inde aliquid pertinet ad habendum aut requirendum? — Non facit. — Nec scriptum nec firmitatem habes, quod inde parabolare posses? — Non habeo. — Sed sicut habes dictum, est liber homo de sua persona? — Sic est[k]. — Qua lege vivis? — Salicha. — Modo warpi[l] te et modo obliga[m] te, si[n] umquam in tempore tu aut tui filii vel filiae vel heredes ac[o] proheredes contra Petrum[f] aut suos heredes, aut cui ipsi dederint suum conquistum, habes agere aut causare, aut[p] si apparuerit datum aut factum aut scriptum aut firmitas, quae in alia parte facta habeatis et clarefactum[q] fuerit[q], et omni tempore non permanseritis taciti[r], ut componatis duplam illam querimoniam et insuper penam stipulationis nomine, quae est mulcta, auri optimi untias quattuor[s], argenti[t] pondera octo[u]. — Obligas te ita? — Obligo. — Seniores iudices, mittite iudicium. — Iuxta illorum professionem et manifestationem Iohannes[a] liber homo est de sua persona, et habet et tenet ad proprium suum conquistum, et Petrus[f] et sui heredes ac proheredes permaneant inde taciti et contempti. — Domne comes, precipite fieri noticiam.

19. Qualiter[a] sit finis intentionis terrae.

Domne comes, hoc dicit Petrus[b], quod terra,

f) post *add.* 7. g) *in cod.* 7 *hoc loco invenitur inscriptio:* De mundio, *quae abest a cod. B.* h) mastrutiam *B.* i) mastrucam *B.* k) tunc *om. B.* l) lonechild 7.

Forma 17. *e codd.* 7.8 *et e cod. B.* a) *inscriptionem om. B.* b) propter iudicia vel ostendit qd hanc cartam *B.* c) P. *codd.* d) quae leg. in sua proprietate *B.* e) hic *B.* f) vult 7.8. g) I. 7.8; M. *B.* h) et si 7.8; si *om. B.* i) sibimet *B.*; sibi I. 7.8. k) hoc dic 7.8. l) *desunt B.* m) *deest* 7.8. n) iubendum et respondendum *B.* o) sponde *B.* p) te tu aut tui heredes filii vel filie. P. aut suis heredibus, a. c. i. d. si unquam in tempore habetis *B.* q) *desunt* 7.8. r) *deest B.* s) *desunt B.* t) vestrum *add. B.* u) in roma *B.*

Forma 18. *e codd.* 7.8. *B.* a) I. *codd.* b) qui 7. *B.* c) qui *B.* d) parabolare voluerit *B.* e) *deest B.* f) P. *codd.* g) et si debet...possit aut non *om. B.* h) aut si...aut non *om.* 8 *et suppleta sunt in margine* 7. i) dic 7.8. k) et suum conquistum suum proprium est et esse debet cum lege? — sic est *add.* 8 *et in marg.* 7. l) warpis 7.8. m) obligas 7.8. n) et si 7.8. o) aut *B.* p) et 7.8. q) claruerint *B.* r) et contempti *add.* 7. s) V. *B.* t) vero *add. B.* u) *deest B.*

Forma 19. *e codd.* 7.8. *B.* a) *inscriptionem om. B.* b) P. *codd.*

24) Cfr. placiti formae ad Roth. 143, supra pag. 313. 314. 25) Similiter ac supra in forma 2.

quae in tali loco est sua propria est, et[c] caetera quae superius[d, 26] legitur.

20. Qualiter[a] sit[a] noticia salvae[b] quaerelae[b].

Senior comes, hoc dicit Petrus[c], quod[d] iam per plures vices lamentatus est[e] ad vos de[f] Iohanne[g] qui sibi contendit malo ordine et contra legem unam peciam de terra quae iacet in tali loco, unde vos[f] sibi pluribus vicibus mandastis vestros missos et epistolas, ut ad[h] placitum vestrum veniret et de illa terra ei iusticiam faceret, et ille noluit venire. — Senior comes, recordamini vos ita? — Recordor[i]. — Et vos, iudices? — Sic facimus[k]. — Et propter hoc querit vobis mercedem, ut pro Deo et anima domni[l] imperatoris[m] investiatis eum de illa pecia de terra ad salvam querelam. — Requiris ita, Petre[c]? — Sic[n] facio[n]. — Tunc comes investiat eum per[o] fustem quem[p] manu detinet[p], donec ille veniat et iusticiam faciat. — Et super hoc requirit[q], ut mittatis bannum supra eum et[r] super eandem terram[r], ut non sit aliquis homo qui audeat eum[s] devestire sine legali iudicio, et si quis ausus fuerit hoc facere, componat duo[t] mille mancusios[u] aureos, medietatem camere domni[l] imperatoris et medietatem Petro[c] vel suis heredibus. — Precipite fieri noticiam[v].

21. Qualiter[a] sit contraria.

Senior comes, hoc dicit Iohannes[b], quod audivit dicere, quod vos investistis Petrum[c] ad salvam querelam de una[d] pecia de terra, propter quod ipse Petrus[c] pluribus vicibus lamentatus est ad vos, quod ipse Iohannes[b] sibi teneret ipsam[e] terram[e], unde vos per plures vices mandastis sibi[f] missos et epistolas, ut ad vestrum placitum veniret, et illi[f] iusticiam faceret, et ille non venit; sed[g] postea in iuditio ante vestram presentiam paratus fuit standi ad rationem cum eo, unde per vestros missos ei ammonitionem fecistis, ut ad vestrum placitum veniret[h] et cum eo exinde ad rationem staret[i], sed minime venit. — Senior comes, et vos, iudices, recordamini ita? — Recordamur. — Modo similiter venit in vestram presentiam et vult facere ei iusticiam. — Vis ita? — Volo. — Modo[f] da vadimonium comiti, ut[k] facias ei iusticiam, id est de ipsa terra[k]. — Et propter[l] hoc requirit[m] mercedem, ut investiatis eum de ipsa petia de terra, sicut eatenus[n] investitus[o] fuit. — Tunc per fustem comes investiat eum. — Et super hoc requirit vobis mercedem, ut mittatis bannum super[p] eum et[p] super res, ut non sit aliquis homo, qui audeat eum de ipsa petia de terra disvestire sine legali iuditio; et quicumque ausus fuerit facere hoc, componat duo[q] mille mancusios[r] aureos, medietatem camere[s] donni imperatoris[s] et medietatem Iohanni[t] et suis heredibus. — Precipite fieri noticiam[u]. — Nam[v] postquam completum fuit unum annum, non potest fieri, ut legitur[v]...

22. Qualiter[a] filius emancipetur.

Domne[b] comes, hoc dicit Petrus[c], quod vult emancipare Iohannem suum filium de[d] se[d], ut de hac hora inantea habeat licentiam[e] ire in placitum et stare et appellationem faciendi et recipiendi et cartas venditionis et donationis et omnes[f] scriptiones et obligationes[f] faciendi, et quod fecerit, sic sit firmum, tamquam si communiter[g] aut consentiente eodem genitore[g] suo fecisset. — Vis ita emancipare? — Volo[h]. — Commendate fieri noticiam.

23. Noticia[a] sufferentis.

Domne[27] comes, hoc dicit Petrus[b], qui[c] hic est[c], quod postquam sociavit Albergam[d], quae hic est ad praesens, sibi ad legitimum coniugium, quod ipsa consiliata est et tractavit de morte sua, et cum alio homine se adulteravit. — Dicis ita, Petre[b]? — Dico. — Et tu, quid dicis, Alberga[d]? — Quid debeo dicere? — Responde, si hoc est verum? — Vere, diabolo suadente, postquam ille me sibi in legitimo coniugio copulavit, consiliata sum, et tractavi de morte sua et cum alio homine me adulteravi. — Tunc iudices interrogent eam: „an dicis hoc timore alicuius hominis aut suasione?“ — Non dico, sed verum est ut dixi. — Tunc comes interroget iudices, ut dicant legem, et cum dicta fuerit lex, tunc comes accipiat eam per manum dextram et tradat sufferenti viro suo ad faciendum et ad habendum eam, ut lex[28] est. — Senior comes, praecipite inde fieri noticiam.

Expliciunt[e].

c) et cet. *rell. om. B.* d) supra 7.

Forma 20. *e codd.* 7.8. *B.* a) Qual. sit *om. B.* b) ad salvam querelam *B.* c) P. *codd.* d) quod *om.* 7.8. e) est *om.* 8 *et pr. man.* 7. f) de I. . . . unde vos *om. B.* g) I. *codd.* h) ad *om.* 7.8. i) sic recordabor *B.* k) recordamur *B.* l) *deest B.* m) in patris *B.* n) Requiro *B.* o) wantonem et *add. B.* p) quem m. det. *om. B.* q) querit 7. r) et s. e. terr. *om.* 7.8; et supra rem *supra lineam add.* 7. s) de illa re *rec. manu add. sup. lin.* 7. t) duo *om. B.* u) manseos *B.* v) Sic facio *add. B.*

Forma 21. *e codd.* 7.8. *B.* a) *inscriptionem om. B.* b) I. *codd.* c) P. *codd.* d) sua *add.* 7.8. e) *desunt B.* f) *deest B.* g) Et *B.* h) veniset 7; venisset 8. i) stetisset 7.8. k) quod tu facies iustitiam ex ipsa re *B.* l) per 7.8. m) querit 7; vobis *add. B.* n) actenus 7.8. o) invest. *om.* 7. p) super eum et *om.* 8 *et pr. man.* 7. q) duo *om. B.* r) mansies *B.* s) domno imperatori *B.* t) I. 7.8; P. *B.* u) Sic facio *add. B.* v) *ita B.;* Que noticia non potest fieri, postquam fuerit completus unus annus, ut legitur in VIII. libro codicis 7.8; *cfr. quae de hoc loco et hac lectionum diversitate in praefatione de cartulario scripta disserui.*

Forma 22. *e codd.* 7.8. *B.* a) *inscriptionem om. B.* b) Senior *B.* c) P. *codd.* d) facere *B.* e) et potestatem *add.* 7.8. f) omnem scriptionem et obligationem 7.8. g) communiter cum genitore *B.* h) *deest B.*

Forma 23. *e codd.* 7.8. *B.* a) *inscriptionem om. B.* b) P. *codd.* c) qui hic est *om. B.* d) A. *codd.* e) explicium *B.; deest* 7.8.

26) forma 17.18. 27) Cfr. Roth. 202 et placiti form. ibid. 28) Roth. 202.

24. Carta in terra posita, et super calamario, cultello, festuca nodata, watone, cleba, ramo arboris [29], donatio Saliba ita fit. Carta cum omnibus subrascriptis rebus sursum [a] levata ad donatore teneatur, et orator dicat ita: „o P., trade [b] per hanc pergamenam cartam donationis sub dupla defensione nominative de quodam fundo tui iuris quod est in Tusculano rure per mensuram et coherenciam designato, ut hic breviter scriptum est, ad Martinum [c], ut faciad a presenti die proprietario nomine ipse aut eredes eius ac proeredes aut cui ipsi dederint quidquid voluerint sine omni contradictione de te et de tuis heredibus ac proeredibus, equidem obligate vos atque promittite ab omni omine defensare; quodsi defendere non potueritis aut per aliquod ingenium subtrare volueritis, tunc componatis ipsum fundum duplo, sicut pro tempore fuerit melioratus aut valuerit sub estimacio in consimili loco, et insuper penam stipulationis nomine, que est mulcta, auri optimi uncias 4, argenti pondera octo, quam inferatis ad illam partem, contra quam exinde litem intuleritis et quod repecieritis vendicare non valeatis". — Dicis ita? — Dico. — Ita trade uic ad proprium et uhic notario ad scripendum. — Da ei launechild. — Modo warpi te. — Dic: „omnes vos rogo tangere". — Et hec omnia sint in donacione Longobarda et Romana preter „proeredes" et penam, „obligate" et „warpi te". 5

25. Noticia [30] de bano.

Qualiter fit noticia de banno misso super res. Donne comes, oc dicit Petro, quod habet et tenet ad suam proprietatem res que sunt in tali loco et habet coherentias tales. Et si aliquis omo est, qui 10 inde vul aliquid dicere, paratus est cum eo exinde ad rationem standi et legitime finiendi set, quod plus est, querit et vul ut vos, donne comes, mitatis bannum super se et super ipsas res propter Deum et anime donni imperatoris ac vestri mer- 15 cedem, ut nullus quidlibet homo eum de predictis rebus disvestire presumat sine legali iudicio; qui vero fecerit, componat mille mancusios aureos, medietas camere donni imperatoris et medietas ipsi et suis heredes. — Mittis ita bannum? — Mitto. — 20 Precipite fieri noticiam.

ADDITIO QUARTA.

PLACITI FORMA GLOSSATA.

Domne [a] comes, ego queror vobis de Petro [b], qui tenet michi terram malo ordine in tali loco positam.

Qua lege queritur iste homo? — Kapitulo Pipini (7.) „De universali quidem populo" [31]. — Et comes, qua lege suscipit ipsam querelam? — Ipse eodem capitulo, in hoc quod dicit: „suscipiat tam a comitibus". Quomodo posset facere iusticiam nisi susciperet? nullo modo.

Domne comes, facite bannire ad placitum.

Qua lege debet banniri? — Usu et capitulo Lodoici (39.) „De placitis quidem", in hoc quod dicitur subter: „ad caetera vero placita non alii venire iubeantur nisi qui litigant".

Domne comes, ecce Petrum. — Petre, te appellat Iohannes, quod tu ei malo ordine tenes terram in tali loco positam.

Iudex, qua lege facit istam appellationem? — Capitulo Ottonis (3.) „Cotidie", cum dicit: „liceat iudicibus causas agere". — Et Iohannes [c], qua lege appellat Petrum? — Lege Rotharis (365.) „Si pro quacumque causa".

Iohannes, appellas sic? — Appello.

Qua lege interrogat eum sic? — Lex non est, sed usus; et [d] quomodo posset sapi, si eum non interrogaret sic?

Petre, quid dicis? — Terra, de qua eum appellat, sua propria est.

Iudex, qua lege facit istam responsionem? — Capitulo Ottonis (III.) „Cotidie", cum, dicens: 25 „liceat iudicibus causas agere", posuit pro actionem facere et respondere.

Petre, dicis sic? — Dico. — Quid sibi pertinet? — Possessam habet per 30 annos. — Potest probare suam possessionem? 30

Qua lege debet probare? — Capitulo Lodoici (15.) „Si quis cum altero", cum dicit subter: „de statu vero vel de possessione".

Utique det vadiam probandi suam possessionem.

Qua lege debet dare vadiam? — Lege Rotha- 35 ris (361.) „Si quis alii vadiam et fideiussorem", quia, quando dat vadiam probandi, dat vadiam sacramenti, aut usu.

[Et [e] actor Iohannes det vadiam placiti et contra.]

Qua lege dat contra [f]? — Capitulo Lodoici (15.) 40 „Si quis cum altero", cum dicit: „liceat ei alios testes contra eos opponere".

Et habeat spatium 12 noctibus.

Qua lege? — Rotharis (360.) „Si quis alii vadiam de sacramento". 45

Quando venit ad terminum, memoret suum placitum. — Domne comes, hoc dicit Petrus, quod hodie sunt 12 noctes, quod Iohannes appellavit eum, ut sibi teneret unam peciam terrae, et ipse dixit, quod erat sua propria, et habebat possessam per 50

Forma 24. *e solo cod.* 7. a) susum *c.* b) tarde *c.* c) *ita c. plenis litteris.*
Forma 25. *e cod.* 7.
Additio quarta. a) *haec placiti forma glossata in cod.* 10 *subnexa invenitur placitorum formis ad Liutp. c.* 62 *conceptis.* b) *nomina actoris rei testium et laudatorum in codice constanter fere litteris tantum initialibus indicata sunt.* c) *sic plenis litteris cod.* d) set *c.* e) *haec quae uncis inclusa sunt coniectura supplevi; cfr. forma ad Liutp.* 62. 55 f) cetera *cod.*

29) Cfr. forma 2 sub fine. 30) Cfr. supra form. 20 et 21. 31) Cfr. gloss. ad Pip. c. 7.

30 annos et dedit vadiam probandi suam possessionem, et ipse dedit vadiam placiti et contra; et modo paratus est probandi suam possessionem.

Iudex, qua lege memorat placitum? — Lege Rachisi (1.) „Si quis amodo", cum dicit subter: „qualiter iudex qui iudicavit se memoraverit". Petre, dedisti tu vadiam sic? — Feci. — Et tu, Iohannes, recepisti sic? — Recepi. — Petre, ubi habes tuos laudatores et tuos testes? — Ecce, Paulus et Iacobus et Martinus. — Et laudatores? — Ecce, Donatus et Bonifilius et Guilelmus. — Iohannes, vis imponere crimen ipsis testibus? —

Qua lege debet imponere crimen? — Capitulo Lotharii (78.) „Si quis aliquem", in hoc quod dicit subter „crimina vero". —

Volo, quia Iacobus est periuratus. — Aprobet. — Qua lege debet probare? — Ipse eodem capitulo *(Loth.* 78.*)* in hoc quod dicit: „probare cogatur".

Et si dicit: „nolo", laudentur.

Et postquam sunt laudati, non est usus, eis imponere crimen, quia similiter posset mittere, postquam pretium est iuratum. Lex non prohibet, sed absurdum esset. Qua lege debent laudari? — Capitulo Karoli (43.) „Ut quandocumque testes".

Donate, quid scis de Paulo et Iacobo et Martino? — Hoc dico, quod liberi sunt, et widrigild et proprium habent, et testimonium bene possunt dare. — Et sic dicat unusquisque laudator.

Qua lege debent esse laudatores tres? — Usu. — Qua lege laudat unusquisque laudator totos tres[g] testes? — Lege Romana, quae dicit: vox unius testis non audiatur[32]. — Et laudator vocatur testis ipse eadem lege, quae dicit, ut testis sit talis, quod vox aliorum testium consentiat de bona vita eius. In hoc quod dicit kapitulum Karoli (66.) „Volumus": ut debeant[h] habere bonum nomen inter suos pagenses, unus non potest vocari „pagenses", et ideo laudat unusquisque totos tres. — Qua lege sunt liberi? — Capitulis incipientibus sic: „De liberis hominibus" „Si quis aliquem de aliquo mallaverit negotio" *(Loth.* 64. 78.*)*. — Widrigild, qua lege debent habere? — Hacmet[33], et capitulo Lotharii (27.) „Ut in testimonium non recipiantur" et proprium. — Qua lege sunt tres? — Capitulo Lodoici (15.) „Si quis cum altero", cum dicit subter: „caeteri vero manus suas redimant, ille perdat qui prelium faciebat"; alteros vero appellavit „caeteros", de uno non posset dicere „caeteros". — Similiter potes dicere, ut sint 20. — Verum est, sed usus est, ut sint tres.

Separentur ab invicem et inquirantur.

Qua lege debent separari? — Capitulis Karoli (21.50.66.) incipientibus sic: „De periuriis ut caveantur", „Volumus", „Ut testes ad iuramentum".

Hoc scio, quia Petri propria est, et habet possessam per 30 annos. Et dicant alii similiter.

Qua lege dant testimonium? — Capitulo Karoli (50.) „Ut testes ad testimonium".

Scribatur quidem testimonium illorum.

Qua lege debet scribi? — Usu et Novella[34], quae dicit: „scribatur testimonium illorum". — Si se discordantur, et clarefactum est, ut sint falsi testes, dent vadiam widrigild et ipse qui duxit similiter.

Qua lege, si se discordantur, est clarefactum, ut sint falsi testes? — Capitulo Karoli (66.) „Volumus", cum dicit subter: „quia, si ita agunt, multi falsi testes possunt convinci". — Qua lege dat vadiam? — Usu. — Et widrigild? — Istamet[35].

Et si se concordantur, interrogetur alius, si sint ipsi testes boni, aut habeat meliores, quos contra eos possit opponere. Si dicit: „isti boni sunt, nec habeo meliores, quos contra ipsos possim opponere, set faciat michi hoc quod lex precipit". — „Quid inde lex precipit?" — „Ut iurent, verum iurent, de ipso testimonio". —

Qua lege? — In hoc quod dicit capitulum Karoli (21.) „De periuriis": „non admittantur testes ad iuramentum, antequam discutiantur", dat intelligendum, ut debeant iurare, postquam inquisiti sunt. — Usu et exemplo legis Liuprandi (8.) „Si qualiscumque causa inter conlibertos" debet iurare appellator: illud testimonium quod sui testes dederunt verum iuraverunt.

Et si dicit: „ipsi testes non sunt boni nec receptibiles et[i] ego habeo meliores quos contra ipsos possum opponere". — „Ubi sunt?" — „Ecce, Philippus et Iosephus et Albertus". — „Et laudatores?" — „Ecce, Bernardus et Albericus et Victor". —

Qua lege dat contra? — Capitulo Lodoici (15.) „Si quis cum altero", cum dicit subter: „liceat ei alios testes opponere". — Illas totas res, quas nos diximus supra de testibus aliis vel laudatoribus primis, dicimus, ut ita de istis sint, excepto quod testimonium non dabunt ita, set sic: „Illud testimonium, quod Paulus et Iacobus et Martinus[k] dederunt adversum Iohannem, falsum dederunt", aut ita: „de ipsa terra, unde Iohannes appellavit Petrum, Iohannes fuit investitus infra 30 annos". — Et postquam hoc testimonium habent datum, eligat comes unum ex una parte et alterum ex alia parte et sic faciant pretium.

Qua lege eligat comes sic? — Capitulo Lodoici (3.) „Si duo testimonia".

Camphio amittet manum, et alteri redimant manus suas, id est widrigild, quia redemptio manus non erat nisi widrigild.

Et de hoc est fracta[l] lex, et quia non dabunt widrigild, sicut hic[35] dicitur set sicut ibi. Et si prelium non erit, bona est inde haec lex; ipse qui conducit, aut sit prelium aut non, ibit ista[35]. Dabunt redemptiones manus propter periurium, aut quia erant falsi testes, et potes videre, cum dicit camphioni qui convictus fuerit propter periurium quod ante

g) res *c.* h) habeant *c.* i) set *c.* k) A. *cod.* l) facta *c.*

32) Cfr. L. 9. §. 1. Cod. testib. (IV, 20.) 33) Liutp. 62; cfr. supra not. *a.* 34) Iul. nov. 83. 35) Liutp. 62.

pugnam commisit, dedit intelligendum, ut, si alteri iurarent, ut similiter perderent manum, et ideo affirmandum est, ut unus tantum iuret, quando prelium fit et sacramentum prelii sic faciant: „Illud testimonium quod dedi cum Paulo et Iacobo verum dedimus", alter similiter, aut ita: „Illud testimonium quod dedisti[m] cum Paulo et Iacobo, falsum dedistis".

ADDITIO QUINTA.

FORMA NOTITIAE PRO SECURITATE[36].

....Ibi in eorum venerunt praesentiam ille et ille seu illi mansionarii episcopi sanctae talis ecclesiae, una cum illorum et ipsius episcopii advocato, et retulerunt: „Habemus et detinemus ad proprietatem ipsius episcopii et ad nostrum usum et sumptum peciam unam de terra per mensuram iustam iugerorum 100; coheret ei ex una parte. Et si quislibet homo adversus nos aut partem ipsius episcopii exinde aliqua dicere vult, parati sumus cum eo exinde ad rationem standi et legitime finiendi et, quod plus est, quaerimus, ut dicat ille negociator, filius quondam illius, qui est hic ad praesens, si praedicta petia de terra, sicut nos denominatam habemus, propria ipsius episcopii est, et esse debet cum lege, et si eam ad nostrum usum et sumptum habere debemus, vel si nobis ipsam peciam de terra contradicere aut subtrahere volunt, an non"? Cum ipsi mansionarii cum eodem illo et eorum et ipsius episcopii advocato talia retulissent, ad haec respondens ipse ille dixit et professus est: „vere eandem peciam de terra in praedicto loco tali, sicut vos qui supra mansionarii cum iam dicto illo advocato vestro denominatam habetis propria ipsius episcopii est et esse debet cum lege, et ad vestrum usum et sumptum[a] eius habere debetis, et michi ad habendum vel relinquendum nichil exinde pertinet et pertinere debet cum lege, pro eo quod exinde nullum scriptum, nullam firmitatem nullamque rationem inde habeo nec habere possum, per quam vobis seu parti ipsius aepiscopii eandem peciam de terra contradicere aut subtrahere possim; sed, ut dixi, propria ipsius episcopii est et esse debet cum lege, et ad vestrum usum et sumptum habere debetis". Et spopondit se ipse ille, ut si unquam in tempore ipse sive filii vel filiae vel heredes adversus praedictos mansionarios seu parti ipsius episcopii de praedicta pecia de terra agere aut causare vel removere praesumpserit, per se ipsos aut suas summissas personas, et taciti exinde in aliam partem fecissent et claruerit, ut tunc componant eiusdem mansionariis suisque successoribus aut parti ipsius episcopii in duplum ipsam peciam de terra, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione in consimili loco, et insuper penam argenti libras 20. Insuper quaesierunt ipsi mansionarii cum eodem illo et eorum et ipsius episcopii advocato, ut ipse domnus ille comes et missus mitteret bannum domni regis super ipsos et super ipsam peciam de terra, ut nullus quislibet homo sine legali iudicio eos disvestire audeat. Cum ipsi mansionarii cum eodem illo talia retulissent, tunc ipse domnus ille comes et missus pro amore Dei et animae domni regis ac suae mercede[b] misit bannum domni regis super eosdem mansionarios et illum advocatum suorum, et super ipsam peciam de terra in mancuseos auri duo milia, ut nullus quislibet homo sine legali iudicio eos disvestire audeat. Qui vero fecerit, praedictos mancusios aureos se compositurum agnosceret, medietatem parti domni imperatoris, et medietatem parti ipsius episcopii et eisdem mansionariis suisque successoribus. His actis et manifestatione supra facta, rectum iisdem iudicibus et auditoribus aparuit esse, et iudicaverunt ut iuxta eorum altercationem et eiusdem illius professionem et manifestationem, ut ipsi mansionarii ad proprietatem ipsius episcopii, et ad eorum usum et sumptum praedictam peciam de terra habere et detinere deberent, et ipse ille maneret exinde tacitus et contentus. Et hanc noticiam pro securitate parti ipsius episcopii et eorum mansionariorum fieri admonuerunt. Et ego qui supra notarius sacri palatii ex iussione istius missi et iudicum ammonitione scripsi. Anno ab incarnatione Domini.....

m) dedi *c.*

Additio quinta e solo codice 10. a) sumptuum *c.* b) mercedem *c.*

36) Cfr. supra Cartularium, form. 17 et 19.

ADDITIO SEXTA.

De infantulo, qui dat suam matrem ad maritum per largitionem comitis.

...Ibi[37] in eorum venit presentia ille infantulus, filius quondam lui una cum illo tutore suo, et illa, 5 filia quondam illius, genitrix et mundoalda ipsius infantuli, seu ille, filius quondam lui. Et ibi loci interrogata fuit ipsa illa, si Dei esset voluntas, si eundem illum ad legitimum virum sibi copulare voluisset. Ipsa namque illa dixit, ut, si Dei esset 10 voluntas, eundem illum ad legitimum virum copulare vellet. Deinde interrogatus fuit ipse ille, si tandem illam ad legitimam uxorem sibi copulare vellet. Ipse namque ille dixit, quod eandem illam ad legitimam uxorem sibi copulare volebat. Et ibi 15 loci per largietatem eiusdem domni illius missi adprehendit ipse ille infantulus eandem illam genitricem et mundoaldam suam per manum dexteram et eidem illi ad legetimam uxorem habendam tradidit, qui et ipse de tali modo eam suscepit; et ipse ille dedit quondam eidem illi infantulo pro mundio eiusdem lei coniugis suae crausnam unam, valentem solidos 20, et ipse ille infantulus per largietatem predicti missi eandem illam genitricem et mundoaldam suam per eandem crausnam, quam pro mundio suscepit, eidem illi sub mundio misit cum omnibus rebus eidem legibus pertinentibus et ipsam crausnam simul cum predicto mundio eidem illi ad proprium habendam tradidit et suscepit ab eo exinde launechild crausnam unam, et hanc noticiam.......

ADDITIO SEPTIMA.

TRACTATUS DE ORDINE SUCCESSIONIS AB INTESTATO SECUNDUM IUS LANGOBARDICUM[38].

20 Si quis Langobardus decesserit et reliquerit filium tantum, ipse succedat per primam legem Liuprandi.

§. 2. Si vero is qui moritur, reliquerit filium et nepotem ex filio, equaliter patruus et nepos suc- 25 cedant per legem Grimoaldi (5.) „Si quis habuerit filios legitimos".

§. 3. Si vero moriens filium non reliquerit, et habuerit filiam, ipsa succedat per primam legem Liuprandi.

30 §. 4. Si autem decedens non reliquerit filium, neque filiam, et habuerit nepotem aut neptem, nepos ex filio vel filia ipse succedat, non neptis[a]. Similiter et omnes succedant, qui veniunt ex inferiori linea, iuxta terciam legem Liuprandi „Si quis 35 Longobardus sorores reliquerit".

§. 5. Si quis decesserit absque liberis, si habuerit patrem, ipse succedat, iuxta *(Roth.* 153.*)* „Omnis parentela".

§. 6. Si decedens absque patre reliquerit fra- 40 trem et sororem ex patre, soror succedat[39]: si aliquis sine[b] sorore decesserit, frater succedat, iuxta *(Roth.* 153.*)* „Omnis parentela".

§. 7. Si decedens reliquerit sororem in capillo, et filiam sive in capillo, sive coniugatam, equaliter succedant, iuxta legem Liuprandi (4.) „Si quis Longobardus sorores et filias in capillo"[40].

§. 8. Si soror nuptui tradita est, filia tantum succedat, iuxta primam legem Liuprandi.

§. 9. Si decedens reliquerit[c] sororem tantum de matre, soror ea non ei succedat, iuxta *(Roth.* 153.*)* „Omnis parentela".

§. 10. Si soror decedens maritum reliquerit, ipse ei succedat, iuxta legem Liuprandi (14.) „Si sorores in casa patris".

§. 11. Si soror puella decedens reliquerit sorores tam in capillo, quam maritatas, ipse ei succedant, si tamen cum ea patri communi vel matri successerint[d]. Nam mundoaldus eius habeat mundium, id est solidos 20[41].

§. 12. Si femina moriens reliquerit amitam et patruum, patruus ipse succedat, eo quod in eius mundio fuerant iuxta legem Liuprandi (144.) „Recolimus enim ut si quis decedens". Si decedens reliquerit amitam in capillo et sororem, equaliter succedant[42].

Additio sexta e codice 10.
Additio septima e codice bibl. Caesareae Vindobonensis num. 39 *iuris civilis.* a) nepos *cod.* b) sine *om. c.*
45 c) liquerit *c.* d) successerit *c.*

37) Cfr. supra Cartularium forma 16. 38) Cfr. etiam tractatum supra pag. 318 et 319 editum et Roth. capiti 153 subnexum, et alium supra pag. 593 §. 31. inter „Quaestiones et monita" editum. 39) Cfr. expos. §. 4 ad Liutp. 3. 40) Cfr. expos. §. 1 ad Liutp. 4. 41) Cfr. expos. §. 2. 4. 5 ad Liutp. 14. 42) Cfr. Ast. 1.

§. 13. Si nullus ex predictis fuerit, tunc qui propinquior masculus fuerit, sive[43] ex parte patris sive matris, succedat iuxta legem *(Roth.* 153.*)* „Omnis parentela", et legem (1.) Astulfi.

§. 14. Si decedens reliquerit parentes equali[e] gradu existentes[e], et in septimo[44] gradu, vel iuxta[f] septimum permanentes, et ex parte patris et matris pervenientes, equaliter ipsi succedant: alioquin curtis regia ipsa succedat[45].

§. 15. Non[46] alie femine hac lege Langobarda succedant, quam sole filie patri, cum filii[g] desunt[47], vel sorores[48] fratri vel filio[h] fratris[h. 49].

e) *sic legendum videtur;* equaliter gradus existens *cod.* f) infra *corrig.?* g) filiis *c.* h) filius fratri *c.*

43) Cfr. expos. §. 3. 12 ad Roth. 153. Contraria sententia invenitur in tractatu supra pag. 319 edito, §. 23. 44) Cfr. contra expos. §. 7 ad Roth. 153. 45) Roth. 153. 223. 46) Cfr. expos. §. 12 ad Roth. 153. 47) Cfr. Liutp. 1. 48) Cfr. Liutp. 3–5. 49) Ast. 1.

IV.

LEGIS LONGOBARDORUM

LIBRI TRES

SIVE

SYNTAGMATA DUO, LOMBARDA VULGO DICTA, EX LIBRO PAPIENSI CONFECTA,

EDENTE FRIDERICO BLUHME ICTO.

A. LOMBARDAE CASINENSIS RUBRICAE LEGUMQUE INITIA, EX CODICE CASINENSI 328 ADUMBRATA.

IN[a] NOMINE DOMINI LEGIS LONGOBARDORUM LIBER PRIMUS INCIPIT.

R (1.) De publicis criminibus. R.[1] Rex Rothar.

	In libro Papiensi[2].		*In libro Papiensi.*
1. Si quis hominum contra	Roth. 1.	5. Si quis foris in exercitu	Roth. 6.
2. Si quis foris provinciam	„ 3.	6. Si quis contra inimicum	„ 7.
3. Si quis inimicos regis	„ 4.	7. Si quis in concilio[3]	„ 8.
4. Si quis scamaras	„ 5.	8. Si quis qualemcumque hominem	„ 9.

R (2.) De consilio mortis[4].

1. Si quis cum rege	Roth. 2.	4. Si quis liber homo aut mulier	Roth. 139.
2. Si quis homo liber in alterius morte	„ 10.	5. Si liber aut libera venenum	„ 140.
3. Si homines liberi inter se	„ 11.	6. Si mulier in morte mariti	„ 202.

R (3.) De homicidis[5].

1. Si duo aut tres	Roth. 12.	9. Si magister comacenus	Roth. 144.
2. Si quis dominum suum	„ 13.	10. Si quis magistrum comancium[c]	„ 145.
3. Si quis homicidium in absconso	„ 14.	11. Si quis operarios	„ 152.
4. Si infans in utero matris	„ 75.	12. Si quis maritus uxorem	„ 200.
5. Si duo aut tres...in unum arborem	„ 138.	13. Si mulier maritum suum[6]	„ 203.
6. Si[b] quis alii venenum	„ 141.	14. Si quis puellam aut mulierem[6]	„ 201.
7. Si servus aut ancilla venenum	„ 142.	15. Si servus regis morth	„ 371.
8. Si homo occisus fuerit liber	„ 143.	16. Si quis sculdaim aut actorem	„ 375.

a) *cod. Casinensis* 328. *fol.* 1. b) *fol.* 2. c) *sic certe habet Veneta Boerii Vulgatae editio, ad quam Merkelii collatio confecta est.*

1) Vulgata huius syntagmatis recensio, glossis plerumque in libris mss. instructa, et ex Boerii Lindenbrogiique editionibus saepius typis repetita, cuius accuratiorem conspectum infra subiici curabimus, primo titulo inscriptum habet: *de maleficiis et publicis criminibus.* 2) In his veteris edicti allegationibus non antiquioris formae a nobismet ipsis editae, sed libri Papiensis a Boretio editi numeros secuti sumus, quia non ex ista, sed ex hoc liber ille, quem Lombardam dicere solemus, prodiit. 3) Hanc legem Vulgata titulo secundo *de scandalis et compositionibus ad regem pertinentibus* inseruit; cfr. infra rubr. 14. 15. 4) Eandem rubricam habet Concordiae tit. 1 et Lombardae vulgatae lib. I. tit. 3. 5) Vulgatae lib. I. tit. 9: *de homicidiis liberorum hominum;* cfr. Concordiae tit. 4. 6) Ordinem edicti, a Vulgata recte servatum, invertit Casinensis in his duobus capitibus.

	In libro Papiensi.
17. Si quis hominem liberum casu	Roth. 388.
18. Si quis Longobardus[d] ab aliquo	Liut. 13.
19. Si quis liber homo se defendendo[e]	„ 20.
20. Si servus cum voluntate domini[f]	„ 21.
21. Recolimus qualiter iam statuimus	„ 61.
22. Si quis liber homo in terra aliena	„ 91.
23. Recolimus enim quod statuimus	„ 117.
24. Item annunciatum est	„ 135.
25. Hec autem rei veritas[g]	„ 137.
26. Si quis Longobardus qualemcumque	Rat. 3.
27. Qui subdiaconum occiderit	Kar. 100.
28. De episcopis et sacerdotib. sic statuimus	„ 142.
29. De advenis et peregrinis	Pip. 10.
30. Imp. Lodoycus Siq. ex levi causa[8]	Lod. 6.
31. Quicumque hominem liberum ex levi	„ 12.
32. Quicumque hominem liberum publicam[9]	„ 10.
33. In compositione widrigild	„ 13.
34. Si quis aliqua necessitate	„ 18.
35. Si quis ex levi causa[h, 10]	Loth. 58.
36. De ecclesiastico et fiscalino	ibid. med.
37. De homicidio unde lex	Loth. 92.
38. Henrigus. Qui vero intra treugam	Henr. I. 3.
39. Henrigus divina pietate. . Decet	Henr. II. 2.
40. Imp. Guido. Si quis iudicibus[11]	Guido 9.

R (4.) De parricidiis[12].

1. Si quis in morte parentis	Ro. 163.
2. Si frater fratrem suum	Liut. 17.
3. Si quis de libertate sua[i]	Kar. 104.
4. Quicumque propter cupiditatem[k]	Henr. I. 2.[13]

R (5.) De sepulcro violato et homine mortuo expoliato[14].

1. Si quis hominem mortuum[15]	Ro. 16.
2. Si quis sepulturam hominis[15]	Ro. 15.

R (6.) Ne quis ad regem venientibus aliquam iniuriam faciat[16].

1. Si quis ex baronibus nostris	Ro. 17.
2. Si quis ex adversariis	„ 18.
3. Si quis super missum	Kar. 29.

R (7.) De agressione in vico facta et de collectionibus[17].

1. Si quis pro iniuria sua vindicanda	Ro. 19.
2. Si servi id est concilium	„ 284.
3. Si pro quacumque causa homines	„ 285.
4. Si homines in uno vico habitantes	Liut. 133.
5. Relatum[l] est nobis quod aliqui[18]	„ 140.
6. De sacramentis per gildonea	Kar. 13.
7. Si servi per contumaciam[m]	Lod. 54.
8. Volumus de obligationibus	Loth. 4.
9. Collectam ad malum faciendum	„ 55.
10. De conspirationibus considerandum	„ 67.

R (8.) De exercitalibus et his qui in hostem ire contempserint[19].

1. Si quis de exercitalibus	Ro. 20.
2. Si quis de ipso exercitu	„ 22.
3. Si dux exercitalem suum	„ 23.
4. Si quis res suas ab alio	„ 25.
5. Si gastaldius exercitalem suum	„ 24.
6.[20] Si quis in exercitu ambulare	„ 21.
7. Si quis domum alienam	Kar. 30.
8. Si quis liber homo aliquod damnum	Kar. 31.
9. Si quis messem aut annonam	„ 32.
10. Si quelibet persona de hoc quod[n]	„ 33.
11. Quicumque liber homo in hoste	„ 36.
12. Si quis liber contempta	„ 79.
13. Si quis adeo contumax[21]	„ 80.

R (9.) De iniuriis mulierum[22].

1. Si quis mulieri libere	Ro. 26.
2. Si quis puellam aut mulierem	„ 198.
3. Si mulier libera in scandalum	„ 379.
4. Si quis furore accepto battiderit	Liut: 122.
5. Si quis malitiose et per superbiam	Liut. 124.
6. Annunciatum est nobis	„ 134.
7. Si quis invenerit liberam[o]	„ 145.
8. Rex Astulfus. Pervenit ad nos	Ast. 6.

d) *notandum est in hoc codice prima manu* Langobardus, *secunda* Longobardus *scribi solere.* e) *fol.* 3. f) *hoc caput margini adscriptum habetur.* g) *fol.* 4. h) *fol.* 5. i) *hoc caput inferiori margini adscriptum habetur.* k) *fol.* 6. l) *fol.* 7. m) *cap.* 7 *et* 8 *in membranae lacinia*, *inter folia* 6 *et* 7 *adsuta habentur.* n) *fol.* 8. o) *fol.* 9.

7) Hoc caput praecedenti iunctum est in Vulg. I, 9, 27. 8) In Vulg. hoc caput in duo (32. 33.) dividitur, praecedente cod. 4 libri Papiensis, supra pag. 525 not. *m*. 9) Ordinem capitum 31 et 32 rectius invertit Vulg. 10) Deest Casinensi hoc initium: *De homicidiis in ecclesiis vel in atriis earum commissis hoc observetur et teneatur*, *sicut in capitulari priori constitutum est*, quod in Vulgata aeque atque in libro Papiensi habetur. 11) Hanc legem Vulg. sub titulo *de conviciis* (I, 5.) habet. 12) Similiter Vulg. lib. I. tit. 10. 13) Huius legis pars prior iam Lotharii cap. 59 continebatur; vide infra notam ad Vulg. I, 10, 4. 14) Vulgata lib. I. tit. 12: *De sepulchro violato et de eo qui hominem mortuum expoliaverit.* 15) Ordinem edicti etiam Vulgata invertit. 16) Iisdem verbis, omisso tamen *aliquam*, inscribitur Vulgata lib. I. tit. 13 in ed. Lindenbr., sed maior pars codicum habet: *Ne ad regem venientibus iniuria fiat*, quibus solus Rehdigeranus inserit *aliqua.* 17) Simil. Vulg. I, 17, ubi *rusticorum* addunt codices nonnulli. 18) Hanc legem in duo capita dividunt edd. Vulgatae. 19) Simil. Vulg. I, 14. 20) Desiderantur Vulgatae leges 7. 8 et 16. 17, quae una cum repetitis septem legibus Karolinis, quas Casinensis etiam hoc loco habet, infra scripta sunt tit. 28. 21) Desunt capita 16. 17 Vulgatae, seu Lud. P. 43 et Loth. 56. 22) Simil. Vulg. I, 16.

R (10.) De wettorim[23].

In libro Papiensi.

1. Si quis homini libero viam — Ro. 27.
2. Si quis servum alienum aut ancilla — „ 28.
3. Si quis messem suam aut pratum — Ro. 29.

R (11.) De marmophin[23].

1. Si quis hominem liberum de caballo — Ro. 30.

R (12.) De gualapauz[23].

1. Si quis homini libero violentiam — Ro. 31.

R (13.) De eo qui noctis tempore in curte alterius intraverit aut iniquo animo sagittaverit[24].

1. Si noctis tempore — Ro. 32.
2. Si servus in curte aliena — „ 33.
3. Si quis in curte alterius[25] — Ro. 34.

R (14.) De scandalo in ecclesia commisso[26].

1. Si quis in ecclesia scandalum — Ro. 35.
2. Si cuiuscumque servus[27] — Liut. 142.

R (15.) De scandalo in palatio vel in civitate commisso[26].

1. Si quis intra palatium — Ro. 36.
2. Si quis liber homo in eadem civitate — „ 37.
3. Si quis servus in eadem civitate — „ 38.
4. Si quis liber homo in alia civitate — Ro. 39.
5. Si servus in alia civitate[28] — „ 40.

R (16.) De his qui insidiando vel subito surgente rixa vel nolendo et culpa fiunt[29].

1. Si quis homini libero insidiatus — Ro. 41.
2. Si quis hominem liberum ligaverit — „ 42.
3. Siq. h. l. subito surgente rixa percuss. — „ 43.
4. Siq. h. l. sub. surg. rixa per barbas — „ 384.
5. Si quis hominem liberum impinxerit — „ 383.
6. Si quis homini libero brachium — „ 385.
7. Si quis alium pugno — „ 44.
8. De plagis et compositionibus[30] — „ 45.
9. Si quis alii plagam fecerit — „ 46.
10. Si quis alium plagaverit — „ 47.
11. Si quis alii oculum excusserit[31] — „ 48.
12. Si quis homini libero unum oculum — „ 378.
13. Imp. Karolus. Siq. alium presumptive[31] — K. M. 81.
14. Rex Rothar. Si quis alii nasum — Ro. 49.
15. Si quis alii labrum — „ 50.
16. Si quis alii dentes excusserit — „ 51.
17. Si quis alii dentes maxillares — „ 52.
18. Si quis alii aurem — „ 53.
19. Si quis alii plagam in facie — „ 54.
20. Idem. Si quis alii plagam in naso — „ 55.
21. Si quis alii plagam in aurem — Ro. 56.
22. Id. Siq. alii brachium punx. et transfor. — „ 57.
23. Siq. alii brach. p. et non transforaverit — „ 58.
24. Si quis alium intra capsum — „ 59.
25. Si quis alium in coxa — „ 60.
26. Si plage plures fuerint — „ 61.
27. Si quis[p] alii manum absciderit — „ 62.
28. Si quis alii policem de manu — „ 63.
29. Si quis alii secundum digitum de manu — „ 64.
30. Idem. Si quis alii tertium digitum — „ 65.
31. Idem. Si quartum digitum — „ 66.
32. Idem. Si quintum digitum — „ 67.
33. Si quis alii pedem excusserit — „ 68.
34. Si quis alii policem de pede — „ 69.
35. Id. Siq. alii secundum digitum de pede[q] — „ 70.
36. Idem. Si tertium digitum pedis — „ 71.
37. Idem. Si quartum digitum pedis — „ 72.
38. Idem. Si quintum digitum pedis — „ 73.
39. De omnibus vero plagis aut feritis — „ 74.

R (17.) De plagis servorum et aldiorum[32].

1. De aldiis et servis ministerialibus — Ro. 76.
2. Siq. aldium alienum a. s. m. percusserit — „ 77.
3. Siq. a. a. a. s. m. plagaverit in capite — „ 78.
4. Si quis ... capite ut ossa rumpantur — „ 79.
5. Si quis ... plagaverit in facie — „ 80.
6. Si quis aldio ... oculum excusserit — Ro. 81.
7. Si quis aldio ... nasum absciderit — „ 82.
8. Si quis aldio ... labrum absciderit — „ 84.
9. Si quis aldio ... aurem absciderit — „ 83.
10. Si quis aldio ... dentes excusserit — „ 85.

o) *fol.* 10. p) *fol.* 11. q) *hoc caput margini adscriptum habetur.*

23) Rubricas Casinenses 10—12 complectitur titulus Vulgatae 15: *De eo qui viam antesteterit, vel aliquem de caballo iactaverit, aut walapautz fecerit.* 24) Vulg. lib. I. tit. 24: *De homine in curte aliena noctis tempore invento et de curtis ruptura;* cfr. infra rubr. 26. 25) Desunt quae in Vulgata cap. 4—6 habentur, sive Roth. 277. 278. 381; sed adsunt infra rubr. 26. 26) Vulgata rubricas 14 et 15 sub titulo 2 his verbis complectitur: *De scandalis et compositionibus ad regem pertinentibus.* 27) Eadem lex repetitur infra tit. 43, quo loco etiam in Vulgata habetur. 28) Desunt capita quattuor, quae in Vulgata adnectuntur: Ro. 372. Ast. 8. Pip. 30. Lud. P. 42. 29) Haec rubrica variis modis concepta est in Vulgatae codicibus lib. I. tit. 6, ut infra videbitur. 30) Ab hoc capite in Vulgata septimus titulus: *De plagis et compositionibus liberorum hominum* orditur. 31) Capita 11. 12 in Vulgata male ad finem tituli reiecta habentur; contra in Casinensi cap. 13 pro fugitivo habendum est. 32) In Vulgata lib. I. tit. 8: *De plagis et feritis servorum et aldiorum.*

In libro Papiensi.

11. Siq. ... dentem maxillarem excusserit Ro. 86.
12. Si quis ... brachium ruperit „ 87.
13. Si quis ... manum absciderit „ 88.
14. Si quis ... policem de manu „ 89.
15. Si secundum digitum „ 90.
16. Si tertium digitum „ 91.
17. Si quartum digitum „ 92.
18. Si quintum digitum „ 93.
19. Si quis aldio ... coxam ruperit „ 94.
20. Si quis aldio ... pedem excusserit „ 95.
21. Si quis aldio ... policem de pede „ 96.
22. Si[r] secundum digitum pedis „ 97.
23. Si tercium digitum „ 98.
24. Si quartum digitum „ 99.
25. Si quintum digitum „ 100.
26. Si quis aldio ... plagam intra capsum „ 101.
27. Si quis aldio ... brachium aut coxam „ 102.
28. Siq. servo alieno rusticano plagam in cap. „ 103.
29. Si quis servo ... plagam in facie „ 104.
30. Si quis servo ... oculum „ 105.
31. Si quis servo ... nasum „ 106.
32. Si quis servo ... aurem „ 107.
33. Si quis servo ... labrum „ 108.
34. Si quis servo ... dentem „ 109.

In libro Papiensi.

35. Siq. servo ... brachium ... transfor. Ro. 110.
36. Siq. plagaverit servum alien. rust. „ 111.
37. Siq. servo ... brachium ... ruperit „ 112.
38. Si quis servo ... manum absciderit „ 113.
39. Si quis servo ... policem de manu „ 114.
40. Si secundum digitum de manu „ 115.
41. Si tercium digitum „ 116.
42. Si quartum digitum „ 117.
43. Si quintum digitum „ 118.
44. Si quis servo ... pedem excusserit „ 119.
45. Si quis servo ... policem de pede „ 120.
46. Si secundum digitum pedis „ 121.
47. Si tercium digitum „ 122.
48. Si quartum digitum „ 123.
49. Si quintum digitum „ 124.
50. Si quis servum ... percusserit „ 125.
51. Si de plagis aut feritis „ 126.
52. Omnes vero plage aut ferite „ 127.
53. Qui[s] plagas fecerit, ipse „ 128.
54. Siq. percusserit ancillam pregnantem „ 334.
55. Si quis porcarium de libero „ 352.
56. Si duo porcarii inter se „ 353.
57. Si quis aldium ... batiderit Liut. 123.

R (18.) De homicidiis servorum aut aldiorum[33].

1. Si quis aldium alienum occiderit Ro. 129.
2. Siq. servum ministerialem probatum Ro. 130. 131.
3. Si quis servum alienum massarium Ro. 132.
4. Si quis servum bovulcum de sala „ 133.
5. Si quis servum alienum rusticanum „ 134.
6. Si quis porcarium alienum occiderit Ro. 135.
7. De porcario cabrario seu armentario „ 136.
8. Si infans parvulus de massario occissus fuerit. Si quis infantem „ 137.
9. Nullus presumat aldiam alienam „ 377.

R (19.) De damno iniuria[34].

1. Si quis sepem alienam Ro. 285.
2. Si quis molinum alterius „ 150.
3. Si quis plovum aut aratrum „ 288.
4. Si quis vitem alienam de una fossa „ 294.
5. Si quis travicem de vite „ 295.
6. Si quis roborem aut cerrum „ 300.
7. Si quis castaneam „ 301.
8. Si quis olivam „ 302.
9. Si homo aut quodlibet peculium „ 303.
10. Si caballus aut quodlibet „ 304.
11. Si quis fossatum circa campum „ 305.
12. Si[t] animal in puteum „ 306.
13. Si quis cervum ... qui rugire solet „ 315.
14. Si quis cervum ... qui non rugerit „ 316.
15. Si quis acceptorem gruem Ro. 317.
16. Si peccatis imminentibus „ 323.
17. Si quis se vindicando „ 330.
18. Si quis canem alienum „ 331.
19. Si quis percusserit vaccam „ 332.
20. Si quis percusserit equam „ 333.
21. Si quis percusserit ancillam „ 334.
22. Si quis caballo alieno aurem „ 337.
23. Si quis caballo alieno caudam „ 338.
24. Si quis caballum alienum plagaverit „ 339.
25. Si quis caballos aut armenta „ 344.
26. Si quis campum alterius asto „ 357.
27. Si quis porcos aut pecora asto „ 345.

R (20.) De venatoribus et damno quod per eos acciderit[35].

1. Si qua fera ab homine Ro. 309.
2. Si in pedica aut in taliola „ 310.
3. Si quis super feram ab alio „ 311.
4. Si quis feram ab alio vulneratam Ro. 312.
5. Si quis feram ab alio plagatam „ 313.
6. Si[u] cervus aut quelibet fera[35*] „ 314.

R (21.) De pauperie[36].

1. Si quis canes alienos Ro. 322.
2. Si canis aut caballus „ 324.
3. Si in homine aut in peculio „ 325.
4. Si caballus cum pede Ro. 326.
5. Si quis prestitum aut conductum „ 327.
6. Si animal alienum animal[37] „ 328.

r) *fol.* 12. s) *fol.* 13. t) *fol.* 14. u) *fol.* 15.

33) Simil. Vulg. lib. I. tit. 11. 34) Simil. Vulg. I, 19, ubi nonnulli addunt: *et de incendio*. Capita Rothari 146—149. 380, item Liutpr. 44 et Lotharii 78, quae in Vulgata huic titulo inseruntur, in Casinensi propriae rubricae (infra n. 24) reservata sunt. 35) Simil. Vulg. I, 22. 35*) Abest Vulgatae l. 7, sive Karoli cap. 71. 36) Simil. Vulg. I, 21. 37) Abest Liutprandi cap. 136, in Vulgata adiectum.

R (22.) De peculio in damno invento[38].

	In libro Papiensi.		In libro Papiensi.
1. Siq. caballum ... dampnum facientem	Ro. 343.	4. Idem Liuprandus[w]. Si quis caballum... in suum damnum	Liut. 85.
2. Si quis peculium de dampno ad[v]	„ 346.	5. Si quis porcos in silvam	„ 150.
3. Si quis in prato porcos	„ 350.		

R[x] (23.) De maleficiis servorum regis[39].

1. Si servus regis morth fecerit	Ro. 371.	3. Si servus regis furtum	Ro. 373.
2. De aliis vero causis	„ 372.	4. Si servus regis oberos aut wecworin	„ 374.

R (24.) De incendiis domi et destructione[40].

1. Si quis casam alienam asto	Ro. 146.	4. Si quis molinum alterius asto[y]	Ro. 149.
2. Si quis focum super novem pedes	„ 147.	5. Si quis cassinam aut tectum	„ 380.
3. Si quis focum foris in itinere	„ 148.	6. Imp. Lotarius. Volumus ut si quelibet	Loth. 81.

60. Gaifar. Id. coheredes parentes proximi. *(cfr.* 67.*)*	46.[n] Gafant. parens. coheredes proximos. *(cfr.* 14.*)*	„ 247.	35
61. Gaio. Id est silua regis.	45.[n] Galo. gualdo. *(cfr. Matr.* 45.*)* 48.[n] Gal.	*Ro.* 391.	
62. Guaregang. Id est qui de extera fines uenit.	49.[n] Guare ganc. qui de exteris finibus uenit.	*Ro.* 367.	40
63. Gahamalos. Id. confabulatos.	47.[n] Gamalos confabulatores[o].	„ 362.	
64. Gualapauz. Id. qui se furtiuum uestimentum alienum induerit. aut capite[l] uel facie se transfigurauerit latrocinando animo.	*(vide num.* 101.*)*	„ 31.	
65. Guidrigild. id est CL solidos.	*(vide num.* 40 *et gl. Matr.* 6.*)*	*Ro.* 9. *Li.* 62.	45
66. Frea. Id. puella qui in alterius mundium est.	*(vide num.* 32.*)*	*Li.* 94.	
67. Gafandus. Id. heredes proximi parentes. *(cfr.* 60.*)*	*(vide num.* 14. 46.*)*	*Ro.* 247.	
68. Inpans.[m] Id. qui in uotum regis dimittitur.	50. Inpans qui in uotum regis dimittitur.	„ 224.	
(vide num. 56.*)*	51. Ingargathugi. secundum arbitrium regis sicut appreciatus fuit iuxta qualitatem persone. *(cfr.* 36.*)*		50
69. Infaida. Id apud alienum refugium. *(cfr.* 49.*)*	52. Infraida. refugium apud alium.	„ 275.	
70. Iderzon. Id. sepis aliena.	53. Inderzon. sepis aliena.	„ 285.	55
71. Instrigatum. Id est naufragatum.	54. Instricatu. fraiatum[p].	„ 316.	
72. In actigild. Id est nonum. *(cfr.* 5.*)*	*(vide num.* 6.*)*	„ 229.	
73. Guechorin. Id qui per fortia adulterauerit femina libera. *(cfr.* 123.*)*	*(vide num.* 38. 106.*)*	„ 26. 373.	
74. Guarsida. Id est. consuetudo antiqua. *(cfr.* 124.*)*	*(vide num.* 105.*)*	*Li.* 133.	60
75. Lidinlaib. Id est. In die obitus sui.	55. Lindinlaib. quod in die obitus siue reliquid.	*Ro.* 173.	

i) *haec compendii causa transposuimus.* k) fus nachar *Verc.* l) caput *Vesm.* m) impans *Vesm.* n) *glossas* 45—49 *iterum transposuimus.* o) *tribus sequentibus lineis sola littera* H *scripta est.* p) *sequitur littera* K *duobus versibus.*

	(Cod. Cavensis.)	*(Cod. Vaticanus.)*	
	76. Launegild. Id est donum uel meritum.	56. Launegilt.	*Ro.* 175.
	77. Liberta. Id. qui libera dimissa est.	57. Liberta. que liberc dimissa est.	„ 206.
	78. Lagi. Id est super genuculum.	58. Lagi. super ienuculum.	„ 384.
5	79. Lang. Id est longam uard.	59. Lange. longum. uart barbam. id est longam barbam.	*Paul. D. I,* 9.
	80. Lithingi. Id est. quidam nobilis.	60. Lithingi. quedam nobilis prosapia.	*Paul. D. I,* 21 *fi.*
	81. In pensilem. Id est. in sua proprietate.		*Ro.* 221.
	82. Interemtus. Id est occisus.		
10	83. Marphais. Id est statutor.	61. Marpahis strator.	*Paul. D. VI,* 7.
	84. Morgincaph. Id est quartam partem.	62. Morgincap quarta pars.	*Li.* 7.
	(vide num. 89.*)*	63. Maruuorf. *(cfr.* 72.*)*	*Ro.* 373.
	(vide num. 113.*)*	64. Mundium dominum.	
	88. Morioth. Id est super cubitum.	65. Marioth brachium super cubitum. *(cfr.* 73.*)*	„ 384.
15	85. Meta. Id. promissio quod marito facit uxori antequam tollat.	66. Meta promissio uel composicio.	„ 178.
	86. Matrinia. Id est nuuercam. *(cfr.* 128.*)*	67. Matrinia. nouerca.	„ 169.
	(vide gl. Matr. 24.*)*	68. Metfio. arra.	„ 199.
20	*(vide num.* 148 *et gl. Matr.* 32.*)*	69. Messarius.	„ 132.
	87. Modola id est quercum.	70. Modula. quercum.	„ 300.
	(vide num. 139.*)*	71. Mort. homicidium.	
	89. Maragobrs marchuguorfin[q]. Id. qualibet minorem causam.	72. Murunuf. *(cfr.* 68.*)*	„ 373.
25	90. Iugera terre. Id. quantum arare possunt cum XL paria boum[29].		
	(vide num. 88 *et gl. Matrit.* 56.*)*	73. Mario. super cubitum. *(cfr.* 65.*)*	„ 384.
	(vide gl. Matrit. 22.*)*	74. Nasca. striga[v].	„ 197.
	91. Oberus. Id. curtis ruptura.	76.[w] Oberus ructura curtis[v].	„ 278.
30	92. Odan. Id. quem adiecta littera godan dixerunt. ipse est qui apud romanos mercurius dicitur.	75.[w] Odan. quem adiecta lictera godan dixerunt. ipse est qui apud romanos mercurius dicitur.	*Paul. D. I,* 9.
35	93. Lex dicitur ad ligandum. Id. q aligat prauos homines. lex[r] enim dicitur eo quod animos nostros liget[r].		
	94. Obfuscetur id est obscuretur.		*Li.* 8.
	95. Ploderaub. id. spolia demortuorum.	77. Prolaub spolia de mortuo.	*Ro.* 14.
	96. Proditor id. indicator.	78. Proditor indicator.	„ 255.
	(vide num. 134.*)*	79. Plobum. cogum[x].	„ 288.
40	97. Pleuma id. palu de lugo[s].	80. Pleuma[y].	*Merc. comm.* 6.
	98. Pulsaib id. percutere. *(cfr.* 133.*)*		*Ro.* 125.
	99. Sculdahis id. rector loci.	81. Sculdais. rector loci.	*Paul. D. VI,* 23.
	100. Scala id. patera.	82. Scala. later patera.	*Paul. D. I,* 27.
	101. Stalaria id. salicem.	83. Stalaria.	*Li.* 45.
45	102. Scamera. Id est furones.	84. Scamara. furto.	*Ro.* 5.
	103. Scilfor. Id est armiger.	85. Scilpol. armiger.	*Paul. D. II,* 28.
	(vide num. 47 *et gl. Matrit.* 48.*)*	86. Stupla. resaucio[z].	*Ro.* 358.
	(vide num. 144.*)*	87. Sala.	„ 136.
	104. Siliquas. Id. uicesima pars solidi. *(cfr.* 163.*)*		„ 346.
50	105. Sancimus. id est statuimus. decrebimus.		*Ahi.* 12.
	106. Stolesaz id est qui ordinat conuentum.	88. Stolesaiz.	*Ro.* 150.
	107. Silmundia. id. In sue potestatis arbitrium.	89. Selmundia. .i. sue potestatis arbitro.	„ 204.
	(vide gl. Matrit. 34.*)*	90. Snaida.	„ 240.
55	108. Sogax.[t] Id est funem.	91. Socas.	„ 291.
	109. Sonorpahir.[u] id. uerrem qui alios uerres in grege uincit.	92. Sonorpahir. uerris qui alios uincit in grege pugnans.	„ 351.

q) maragohris marchugoris *Vesm.* r) *verba* lex enim ... liget *in codice post* obscuretur *scripta sunt.* s) *corrige:* peuma est palco de ligno, *ut supra p.* 179. t) soga *Vesm.* u) sonorphair *Vesm.* v) *repetitur littera* N *tribus* 60 *vicibus, item post* oberus *semel littera* O. w) *haec transposuimus.* x) *corrige:* iugum, *ut habet glossa Matrit.* 42, *quamvis falsam interpretationem exhibens.* y) *sequentes tres lineae habent litteras* P. Q. Q. z) *corrige:* restucio, *ut supra gl. Matrit.* 48.

29) Haec iterum ex chartis monasterii S. Sophiae manasse videntur.

(Codex Cavensis.)	(Codex Vaticanus.)		
110. Sudes. Id est palus.		*cfr. Ro.* 293.	
111. Macinam. Id est pontonem.		*Merced. co.* 2.	
112. Muttauerit. Id est prestauit.		*ibid. Li.* 16?	
113. Mundium. Id est pertinencia[a].	(*cfr. num.* 64.)	*Ro.* 26.	5
(*vide num.* 154.)	93. Thingare.	„ 156.	
114. Threus. id. homines meciani[b]. qui non sunt nobiles. (*cfr.* 10.)	94. Thereus. disparilis seu ignobiliter natus qui eciam dicitur nothus. a'missarius naturalis.	„ 157.	
115. Thinx. id est donacio[c]. (*cfr.* 154.)	95. Thincx. donatio.	„ 171.	10
(*vide num.* 154.)	96. Thingit.	„ 224.	
(*vide gl. Matrit.* 44.)	97. Trabicem .i. trabitellum uitis.	„ 295.	
116. Trino. id est. subtus cubitum.	98. Treno .i. subtus cubitum. (*cfr.* 20.)	„ 384.	
117. Treuuam. id est quod auctor publicus facit.	99. Treuua.	*Li.* 42.	15
118. Trontingin. id est arsenicum[d]. (*cfr.* 155.)	100. Trogingis[g].	*Ahi.* 15.	
119. Tibia id est gamba.		*Ro.* 384.	
120. Roborem. Id est sorbum. (*cfr.* 164.)		„ 300.	
121. Ritu id est consuetudo.		„ 386.	
	101. Walapaoz. qui se furtim uestimentum aliud induerit aut capite uel facie transfigurauerit latrocinandi animo.		20
122. Vidribora. Id est libera. (*cfr.* 55.)	104.[h] Vidrebora .i. (*cfr.* 35.)	„ 222.	
123. Vechorin. Id est. orbitaria. (*cfr.* 73. 125.)	(*vide num.* 38. 106.)	„ 26.	25
124. Varfida. Id est consuetudo (*cfr.* 74.)	105. Vafreda .i.	*Li.* 133.	
125. Vegoren. Id est minorem culpam. (*cfr.* 73. 123.)	106. Vecorian .i. (*cfr.* 38.)	*Ro.* 373.	
126. Vncie sex. Id est medietas.	102.[h] Vncie VI. medietas.	„ 159.	
(*vide num.* 156.)	103.[h] Vncie IIII. tercia pars.	„ 159.	
127. Zabas. Id est adunacio. (*cfr.* 160.)		*Rat.* 10.	30
128. Nouerca. Id est matrinia. (*cfr.* 86.)	(*vide num.* 67.)	*Ro.* 169.	
129. Oriatur Intencio. Id est nascatur.		*cfr. Ro.* 366.	
130. Prohibuere. Id est antestare.		„ „ 29.	
131. Preest. Id est super est.		*Ro.* 36.	
132. Perpetrare. Id est incitare.		„ 146.	35
133. Pro pulslai. Id est pro una ferita. (*cfr.* 98.)		„ 125.	
134. Plouum. Id. Incibo arati.	(*vide num.* 79.)	„ 288.	
135. Redimere. id est comparare.		„ 36.	
136. Res. Id est substancia.		*Ahi.* 12.	
137. Resecatum. Id est deliberatum. (*cfr.* 159.)		*Li.* 119. *Ahi.* 12?	40
138. Sculca id est guardia.		*Ro.* 21.	
139. Mort. Id est homicidium.	(*vide num.* 71.)	„ 14.	
140. Magister commacinus. Id est fabricatores.		„ 144.	
141. Creditor. id. cui prestauerit.		„ 366.	
142. Anegrip. Id est secretum mulieris. (*cfr.* 2.)	(*vide num.* 3.)	„ 188.	45
143. Asto. id est uoluntarie. (*cfr.* 14.)	(*vide num.* 2.)	„ 146.	
144. Sala. Id est domo in curte facta.	(*vide num.* 87.)	„ 136.	
145. Septimum genuculum. id. usque in VII. generacionem.		„ 153.	
146. Silmundia uiuere. Id. usque in arbitrium sue potestatis uiuere. (*cfr.* 107.)	(*vide num.* 89.)	„ 204.	50
147. Solum edificandum. Id. casa faciendum.		„ 227.	
148. Seruus massarius. Id est seruus qui ordinatus est super alios in domo senioris sui.	(*vide num.* 69. *gl. Matr.* 32.)	„ 132.	
149. Sepe stantaria. id. sero latet[e].		„ 287.	55
150. Stipulacio. Id. promissio uel confirmatio.		*Li.* 15.	
151. Saltarius, quod est cursores, qui homines comprehendunt[f]. Id est exactores qui in loco est		„ 83.	
152. Sponte. id. uoluntarie.			
153. In ecercitu. id. in publica oste.		*Ro.* 21.	
154. Thinga in gaida. Id donare in publico. (*cfr.* 59.)	(*vide num.* 42. 43. 93.)	„ 224.	60

a) pertinentia *Vesm.* b) metiani *Vesm.* c) donatio *Vesm.* d) Trotigin id est arsenicu *Vesm.* e) sero lata *Vesm.* f) cōpendunt *Massm.* g) *sequens linea solam litteram* T *continet.* h) *glossas* 102. 103 *post* 106 *ponere curavi.*

(Codex Cavensis.)	(Codex Vaticanus.)	
155. Throthingo. id est designauit uel iudicauerit aut definierit[30]. *(cfr.* 118.*)*	*(vide num.* 100.*)*	*Ahi.* 15.
156. Vncias duas. Id. sextam pars.	*(vide num.* 102. 103.*)*	*Ro.* 159.
157. Vltimum id. nouissimum.		
158. Cenodochia. Id. ubi peregrini excipiuntur.		*Ahi.* 16.
159. Resecare. Id. funditus tollere. *(cfr* 137.*)*		„ 12.
160. Zabas. Id. fabulas. *(cfr.* 127.*)*		*Rat.* 10.
161. Casu id est accedendo[i].		
162. Sepe id est cotidie et semper.		*Ro.* 287. *(?)*
163. Siliquas id est uicesima pars solidi, ab arbore, cuius semen est, uocabulum tenens[31]. *(cfr.* 104.*)*		„ 346.
164. Roborem. Id est sorbum. *(cfr.* 120.*)*		„ 300.
165. Iure. Id. legem.		„ 319.

Expli. closa[k].

VII. ADNOTATIO ET MEMORATORIA CODICIS CAVENSIS.

I. Notae marginales[32].

1. *(ad Roth.* 1.*)* anima ponitur pro corpore.
2. *(ibid.)* Quando cultrum uel gladium in manica aut in sinum aut sub tunica adhinuentus fuerit ante presentiam regis, aut comedendi aut bibendi uenenam[a] dare uoluerit, bene iste cogitauit contra animam regis.
3. *(Grim.* 8.*)* Rot. cap. CCXI.
4. *(Grim.* 9.*)* Rot. cap. CCLI.
5. *(Liutpr.* 14. *vide supra p.* 112. *lin.* 52.[b]*)*
6. *(Liut.* 19. *supra p.* 116. *lin.* 54.*)*
7. *(Liut.* 20. *supra p.* 117. *lin.* 37.*)*
8. *(Liut.* 36. *supra p.* 125. *lin.* 27.*)*
9. *(Liut.* 90. *supra p.* 144. *lin.* 48.*)*
10. *(Liut.* 91. *supra p.* 145. *lin.* 27.*)*
11. *(Liut.* 96.*)* Roth. cap. CCCLXI.
12. *(Liut.* 99.[c] *supra p.* 148. *lin.* 42.*)*
13. *(Liut.* 103.*)* Roth. cap. LXXXVIIII.
14. *(Liut.* 105. *supra p.* 151. *lin.* 25. 26.[d]*)*
15. *(Liut.* 108. *p.* 151. *lin.* 51.*)*
16. *(Liut.* 109. *p.* 152. *lin.* 30.*)*
17. *(Liut.* 111. *p.* 153. *lin.* 23.[e]*)*
18. *(Liut.* 112. *p.* 153. *lin.* 41.[f]*)*
19. *(Liut.* 114.[g] *p.* 154. *lin.* 38. 39.*)*
20. *(Liut.* 118. *p.* 156. *lin.* 27.[h]*)*
21. *(Liut.* 136. *p.* 166. *lin.* 54.*)*
22. *(Liut.* 141. *p.* 170. *lin.* 37.*)*
23. *(Liut.* 145. *p.* 172. *lin.* 49.*)*
24. *(Ratch.* 5. *p.* 188. *lin.* 22.*)*
25. *(Ahist.* 14. *p.* 200. *lin.* 61.*)* Aregis cap. XIIII.[33]

II. Memoratoria[34].

1. *Quantas causas debet esse iudicata sine sacramentum.*

Memoratorium de quantas causas debemus iudicare sine sacramenta. Id est. de intentiones inter debitores. et portunarius. Si mancipium fugaces sciens. transposuerit. Et de mancipio leproso. Creditores. et fideiussores. et qui alio asto compellauerit de pugna. Et qui pulsatus fuerit quod bobes. aut caballos in pignus post duodecim noctes plus minasset. Aut tractasset. quam suum proprium fuisset.

2. *Item quantas causas fieri debet per pugna iudicata.*

Hii sunt qui de uxore alterius *(cri)*minatus. quod adulterasset. aut cum ea turpiter conuersasset. Item si mundoalda alterius striga. aut fornicaria damnauerit[i]. Item. de res quinque annos possessa. Item. si filius de debita patris pulsauerit. Item. de seruo dum in fuga est furtum fecerit. Item. qui alio compellauerit. quod parentes eius per uenenum occisisset. Item. qui hominem accusauerit ad regem. Item. si maritus uxorem suam incriminauerit quod adulterasset.

i) casui id est a cadendo *Vesm.* k) *sequitur in utroque codice populorum genealogia:* „Mulius rex" *et* „Tres fuerunt fratres" *rell., ita ut impressa habentur SS. Tom. VIII. pag.* 314 *sub num.* 5. 6.

a) *corrige:* comedenti aut bibenti uenenum. b) *Vesmius non habet* C. XL. V., *sed* C. XL. c) *Vesmius ad c.* 100 *hanc notam trahit.* d) *haec notam Vesmius ad c.* 106 *trahit, et pro* CLXV *ponit* CLV. e) *deest Vesm.* f) *laudatur* Roth. cap. 12 *pro* Liut. c. 12. g) *Vesmius ad c.* 115 *trahit.* h) *abest Vesm.* i) *corrige* clamauerit.

30) Haec inter se non cohaerere palam est. Excidisse crediderim verbum *preceperit,* quod in Aistulfi cap. 12 in fi. habetur. 31) Haec ex Isidori Origg. XVI, 24 manasse, Vesmius recte vidit. 32) Harum notarum quattuor primas ex solo Vesmii libro col. 213. 214, decimam septimam et vigesimam ex sola Pertzii collatione edimus; ceteras uterque habet, ita ut pauca tantum, quae adderem, mihi superessent. 33) Haec allegatio legis Beneventanae indicio nobis est, omnes istas notulas a Beneventano iureconsulto esse profectas. 34) Breves isti tractatus, qui memoratorii nomen ferunt, habentur in codice Cavensi fol. 208, inter leges principum Beneventanorum et capitularia Karoli Magni.

Hoc clare factum est. qui de aliena uxore adulterata. vel de res quinque anni malo ordine possessa fuerit pulsatas, eius debet esse licentiam per pugnam se defendere si potuerit[k].

3. *Memoratorium pro quibus causis filii ab hereditate patris exereditati fiere debet.*

Id est. si in anima patris insidiauerit. Aut si patrem percusserit uoluntarie. Aut si cum nouercam suam adulterauerit. uel si de uxorem fratris. Aut soror uxoris. nati fuerint. Aut si de relicta. de consobrini. vel insobrini. nati fuerint. Aut si de comatrem patri sui. Vel de filia quam pater ipsius de sacro fonte leuauit. Aut si pater suus illa femina tulerit. quam a genitore suo de sacro fonte leuata fuit. natus fuerit. Hos omnes qui de tale coniugio nati esse noscuntur. Heredes patri sui iusta legem non efficiantur[l].

VIII. CHARTARUM, IN QUIBUS EDICTI VERBA VEL ALLEGANTUR VEL RESPICIUNTUR, SPECIMINA SEX.

SPECIMEN I.

(Mulier libera servo vel potius aldioni nubens, mundium pro statu accipit, renuncians simul potestati post mortem mariti ad suos revertendi, quae ex Edicto Roth. cap. 216 *ei competebat, anno* 721.*)*

(Ex Fumagallii codice diplomatico S. Ambrosiano pag. 1.*)*

Regnante domno nostro Liutprand, viro excell., rege[a] in Italia anno piaetatis eius nono, duodecima die mensis madia, indictione quarta, scripsi ego Vitalis ūr[b] subdiaconus, exceptor civitatis placentinae, rogatus et petitus ad Anstruda mulierem, ipsa tamen praesentem mihique dictantem, et praesentia testium mano sua propria subter signum sancte crucis facientem. Qua constat me accepissit, et in praesenti accepi ad Sigirad et Arochi uudd[c] germanis civis[d] Sepriasca, havitaturis loci qui dicitur Campelliune, mundio pro stato meo: auri solidos n̄ tres, pro eo quod servus vester in coniugio tuli: ea vero scilicet rationem, ut ab hac die in mundio suprascriptorum Sigirad et Arochis permaneat, sicut et alias mundiatas ipsorum, nec ullum umquam tempore se possit iam dicta Anstruda de ipsorum mundio subtrahere, sed ut supra dixemus: ab hac diae diaebus vitae meae semper quem mundio in Sigirat et Arochis vel ad heredibus ipsorum permanere deveant[e]. Et si ex ipso coito filii aut filias procreati fuerint, mascolini vero semper quem in vestro mundio permaneant, feminas vero, qui natas fuerint, quando ad maritum ambolaverit, dit una quis mundium suum per caput sicut in suprascriptam genitricim ipsorum datum est[f]. Etsi forsitan iam sepia dicta Anserada de ipsorum suprascriptorum mundio subtraere voluerit, non haveat licentia: sed ab hac diae praenominatis Sigirat et Arochis, vel ipsorum heredis, quoco in tempore exire voluerit, componat vobis vel abheredibus vestris auri solidos decim, et hanc cartolam in sua maneat firmitate. Actum August. Placencia.

Signum † manus Anstruda, qui hanc cartolam mundii pro stato suo fieri rogavit.

Signum † manus Authareni ūh[g] genetur ipseius consentiens.

Signum † manus Benedicto ūr clerici testis.

Signum † manus Gaifrit ūd filii quondam Lopuni de Marinasco testis.

† Ego Godefrit hp̄r[h] uhic cartole de aceptum mundio rogatus ad Anstruda et Autharene ienitore ipsius, testis subscripsi.

† Ego Faustinus hp̄r uhic cartole de accepto mundio rogatus ad Anstruda et Autharene genitore ipseius testis subscripsi.

† Ego Helcdo hp̄r uhic cartole de acepto mundio rogatus ad Anstruda et Autharene genitur ipseius testis subscripsi.

† Ego qui supra Vitalis ūr subdiaconus scriptor huius cartole postraditam complevi et dedi.

k) *in margine huius capitis notatur:* Gri. cap. VIIII. Lī. cap̄. CXXII. Roth. cap̄. CXCIII. Roth. cap̄. CCXXIIII. Lip̄. cap. XI. Lip̄. cap̄. CXVIII. Roth. cap̄. VIIII. l) *in margine notatur:* Roth. cap̄. CLXVIIII.

a) *corrige* regni. b) *i. e.* vir reverendus. c) *i. e.* viris discretis. d) *corrige* civitatis, *eius loci scilicet, qui hodie* Seprio *dicitur.* e) *corrige* debeam. f) *scilicet solidorum trium, cfr. Liutpr.* 9. 10. g) *i. e.* viri honorabilis. h) *i. e.* honorabilis presbyter.

SPECIMEN II.

(Iudicatur de iure manumissionis, quale ante Liutprandi cap. 23 fuerat, adhibita lege Grimoaldi prima pro aldionibus lata, circa a. 740.)

(Ex Fumagallio pag. 18. 19.)

5 Et quia iussis intitis novis[a] per indigandum de Luciune ut iniquireremus de livertatem eius et de violentia que ei Toto de Campelliuni faceret. Et fecemus ipso Totune venire in ante nus, estum Luciune iudicium avendum. Sic interrogamus estum Luciune, si omnis parentes eius fuere liveras, aut cespes eius, aut per cartula volere libertate avere, aut de parentes istius Totuni fueset? Set este Lucius profesavet, cot[b] de parentis istius Totuni 10 esseret, et fuesset cespes eius, nisi parentes istius Totuni ei livertate emiseret. Et feci istus Luciune dare monimen suum: et erant ipsum monimen de tempore Cuniperti, et ipso monimen continevat, cot cesseret ei parentes Totuni tres solidos mundium et tres reservases ab heredibus suis , et ivi eos ter circa altario liveras dimiseret. Set ante erant ipsas cartolas quam domnus Liutprand in edecto adfixeret, cot sic esset liveras, 15 qui ter circa altare esset ductus, comoto[c] qui in quatrovio esset thingatus. Et pariet novis, ut non poteret esse liveras, nisi aldius; et interrogavi ipsus Luciune, que faceret Totuns, aut a parenti eius, per trigentas annus. Et sic mihi ipsus Lucius profesavet, cot feceset ei operas a prados et a vitis et ambasias per ebdomatas; et interrogavi eos, si feceset ipsas scuvias[d] pro pertinentia, aut alique pro livertate; set dixet pro liveras. Et iudicavi ei, ut 20 ostenderet per liveris homenis, qualiter diceret, cot fecet istum per trigenta annûs pro bona volontas, nam non pro pertinentiam. Set dixet cot menime potere. Et pro anima domni regis salvandum dixi, ut diceret quales homenis eius livertate savere; ego illûs per me diligenter inquirere[e]. Set ipsus mihi nullus homine dixet, qui de eius livertate savere. Et Totoni precibimus, ut amplius ei nova non imponeret, nisi cot per trigenta annûs fecet. Et 25 istius Luciuni iudicavimus: cot fecet Totuni per 30 annûs, facere et in antea. Et sicut precepistis novis, hec nostrum indicatum[f] emisemus ivi mecum stante idoneis homenis Toto de Ceperanzo, Leonace et Placemunus, Austremunus, Gumipert et Alto: Alamanni.

SPECIMEN III.

(Allegantur Roth. cap. 218 et Liutpr. cap. 126 super matrimonio inter haldium 30 *et haldiam diversorum patronorum contracto, anno 771.)*

(Ex Fumagallio pag. 44.)

In Christi nomine. Notitia brevis memoratorio pro fotuturis temporibus, in corum praesentia recepit Autpert actor domni regis de villa Lauchade mundio de aldiane domni regi, nomine Hermetruda, filia Antonini de vigo Lauchade, auri soledum tres mundio accepio ad 35 te Totone pro ipsa aldianem, quem tibi Teutdoin aldio tuo de vigo Bibiano in coniogio sociavit. Unde ab hac die in tua, qui supra, Totoni vel adheredibus tuis permaneat potestatem, salvva libertatem suae, una cum agnitione sua quanti in tempore ex ea nati fuerit, qualiter lex est. Facta notitia brevis memoratorio de ipso mundio, anno domnorum nostrorum Desiderio et Adelchis, veris excell. regibus, quintodecimo et duodecimo, sub diae octabo Ka- 40 lendis Magias, indictione nona feliciter:

Signum † manus Autpert ūd[a] actore domni regis qui ipso brevis fieri rogavit.
Signum † manus Iohanis ūd exercitales de vigo Lauchade testis.
Signum † manus Garimundi ūd exercitales de vigo Arnechis testis.
Signum † manus Raginaldi ūd exercitales de vigo Cebolini testis.

45 † Gisefrit ūd huic brevis memoratorio de mundio rogatus ad Aupert actore domni regi teste subscripsi.

† Ego qui supra Walpert indignus presbiter scriptur huius brevis memoratorio quam post tradita complevi et dedi.

a) *i. e.* indictis nobis; *vid. Ducangius s. v.* inditus. b) *i. e.* quod. c) *i. e.* quomodo. d) scuvias *vel* scufias *operas* 50 *praecipue libertorum fuisse a Ducangio docemur.* e) *corrige* inquirerem. f) *corrige* iudicatum.
a) *i. e.* viri discreti.

SPECIMEN IV.

(Allegatur Liutprandi cap. 23 *de manumissione in ecclesia a Tuidone gasindio regis, anno* 774 *mense Maio.)*

(Ex Lupi cod. dipl. Bergom. Tom. I. pag. 527—530.*)*

Regnante domni nostri Desiderio et Adalchis viris excell. reges anno regni eorum octabo de ... o et quintodecimo, mense Madio, indictione duodecima.... Tuido gasindio domni regis, filius bone memorie Teoderolfi civis Bergome dixi: .... Servi vero mei et ancillas aldionis et aldianes per singula loca constituti de universa mea substantia quamque de intra domo nostra, quamque et de massariis atque aldionalibus, quanticunque post meum reliquero obitum seo et post obitum Lamperge coniuge meė, si ipsa post meum decessum remanserit et lectum meum custodierit, volo atque instituo ut omnis fiant deducti erga altario beatissimi Christi martiris S. Alexandri sito Bergomate, ubi eius sanctum corpus requiescit, permanus pontifici S., ecclesie Bergomensis, qui est aut pro tempore fuerit, et ab illo die omnis permaneant liberi et absoluti, sicut a principibus huius gentis catholice Langubardorum in edicti pagina est institutum.

SPECIMEN V.

(Allegatur Liutprandi cap. 10 *de muliere religionis velamine induta, in loco Cornio, finibus Pistorii, anno* 774 *mense Iulio.)*

(Ex Brunettii cod. dipl. Toscano. Part. II. pag. 213.*)*[35]

In Dei omnipoti nomine, regnante dom̄. Karolus divina favente clementia rex, anno regni eius in Italia primo, et die nono m̄. Iulius, ind. tertia decima feliciter. Manifesta sum ego roteruda religionis velamine induta, filia quondam faraoni et relicta bone memorie adalperti, quia intereliqua edicti contenit paginam, ut si qua mulier religionis velamen induta fuerit, observata omnia qualiter in superiori contenit capitolum, si in monasterio intrare voluerit, et filius aut filia non abuerit, cum medietatem de rebus suis in monasterio intrare possit, si voluerit; et post obitum eius maneat in potestatem eidem monasterii prefata medietas, ubi ipsa intraverit. Et si filius aut filia habuerit, cum tertiam portione de rebus suis in monasterio intrare possit. Nam si in domo permanere *[voluerit]*, potestatem habeat pro anima sua, aut cui voluerit, tertiam portionem de rebus suis iudicare, duas *(vero)* portionis ex[a] rebus eius remaneat in potestatem eius, in cuius mundium fuerit. Idcirco ego iam d*(icta)* rottruda reminiscente et pertractante ipso edicti capitulo et vidire me in domo mea *[permane]*re, ideo iudicare quam et tradere previdi tibi Widulprando filio quondam garisindi ..... et sit inputatum in illam tertiam portionem quod ego secundum legem dare aut iudicare possum, faciendi exinde iusta legem quod volueritis .... et hanc cartulam iudicati seu decreti mei libenti animo meo hildeprand not̄ et scabinus scrivere rogavi ..... †Ego ambrosius not̄ et scabino ss.

SPECIMEN VI.

(In remissione tributorum atque angariarum curatur, ut Liutprandi capiti 73 *et Ahistulfi capiti* 12 *in fi. recte pareatur, a.* 798.*)*

(Ex Barsocchinii Memorie e documenti per servire all' istoria del ducato di Lucca. Tom. V. P. II. 1837. *pag.* 161.*)*

.... Manifestum est mihi Gondulpertus filio b. m. Gumperti, quia vos Waltiperte et Alpertu

a) *sic corrigendum;* et *Brun.*

35) Tria sunt, quae hoc documentum, in archivo capituli maioris Florentinae ecclesiae servatum, in gravem suspicionem adducunt: primum quod nimis iurisprudentiam sapit, deinde quod *divina favente clementia* Karolum in Italia regere ait, quo quidem epitheto cetera eiusdem regionis instrumenta tunc uti non videmus; denique duplex *scabini* mentio, cum vix triginta diebus tunc Francorum dominatio in regno Italiae valuisset. Certum enim est, inter genuinas Etruriae chartas eius temporis nullam superesse, quae scabini nomen proferat; falsam vero, quae idem insertum habet, in eodem archivo Florentiae servari; vide Merkelium in Savinii Hist. iuris Rom. Tom. VII. pag. 6—8.

gg.[a] filii Aculi avitare videtur in casa et res nostra illa, quam habeo in loco Farnita super Piscia minore, et tam vos quam et parentibus vestris mibi q. s.[b] Gundolpertus et ad parentibus meis, de suprascripta casa et res meam consuetudo abuiste dare et persolvere per singulos annos berbice uno et pro vendemmia animale medio, et pulli parias duos, et decem libras casio, et angaria quanto nobis autilitas fuit facere. Modo ego q.s. Gundolpertus pro fidele servitio vestro, quas vos suprascriptis germanis mihi feciste, per hanc cartulam donavi et cedo vobis omnia supra scripta tributa et angaria, quas nos vobis[c] usque modo pro suprascripta casa et res mea, quem vos ad manum vestram avetis, consueti fuistis facere et perexolvere. Et pro lunicildi mihi inpotavit ipso servitio, quas vos mihi feciste, ad implendum lege nostram Langubardorum. Nisi tantum volo ego q. s. Gundolpertus, ut tam vos predicti Walperte et Alapertu, quam et heredibus vestris pro salute et redentione anime mee, et de parentum meorum de suprascripte case et res, pro pensione per singulos annos dare et persolvere diveatis in portionem mea de monasterio nostro, qui edificatum est in honore S. Marie, sita in loco Gurgite, ubi Aurifuso presb. rector esse videtur, tantum dinari sex arto[d] mundo boni expendibili[e], aut oleo aut cera valiente suprascripti sex denari: et a mandato de ipso sacerdos, quem[f] suprascripto monast. nostro ordinatus fuere, venire diveatis ad iustitia faciendum *rell.*

IX. DE RE IUDICIARIA PUBLICISQUE MUNERIBUS IN ROMANO IMPERIO FRAGMENTA TRIA.

A. DE PATRICIO, IUDICE CIVEQUE ROMANO FACIENDO.

Quae sequuntur, ad Romanum potius imperium, quam ad regnum Langobardorum pertinent; nihilominus tamen hoc loco adiicienda videbantur, cum eo tempore in Italia orta sint, quo Langobardorum legibus omnis fere Italia extra Romam parebat.

Et primo quidem loco formulas tres sistimus a Pertzio anno 1822 *inventas in Pauli Diaconi codice Vaticano* 4917, *scripto saeculo undecimo (B), quem paucis variatis repetit codex Vaticanus* 1983, *scriptus saeculo decimo quinto (C). Ex his autem fontibus primam istarum formularum editionem paraveram anno* 1832 *in Rhenani musei iurisprudentiae tomo V. pag.* 123 *sqq., antequam a Merkelio nostro iterum invenirentur in fine libri* Aurea graphia urbis Romae *dicti, qui anno* 1850 *inter Ozanamii „documents inédits“ typis impressus apparuit, ibique formulis istis clauditur pag.* 182. 183. *Graphiam autem scriptam esse Ottonis tertii temporibus (*983—1002*) verisimillimum est (cfr. Gregorovii Geschichte der Stadt Rom III,* 553 *sqq.); eidemque Ottoniano saeculo adsignandas esse etiam formulas nostras, inter omnes constat. Nec dubitari poterit, quin ex uno eodemque graphiae antiquo codice omnes formularum reliquiae, quatenus nobis supersunt, descriptae sint, cum in omnibus exemplaribus eodem vocabulo media oratione desinant, quo graphiae liber nunc finitur. Quamobrem graphiae codici (A), qui nunc Florentiae extat inter Laurentianos Plut. LXXXIX infer. n.* 41, *scripto saeculo decimo tertio, primum locum tribuendum esse duxi, etiamsi recentior sit codice B. Lectiones eius ex Ozanamio repetit Guilielmus Giesebrecht in Geschichte der Kaiserzeit Bd. I. pag.* 859. 866—868 *ed. II. (*1860*); ego Giesebrechtium sequor.*

(1.) Qualiter patricius sit faciendus[a].

Patricii ergo dignitas taliter disponenda est, quatinus illa dignitas non vili persone,

a) *i. e.* germani. b) *i. e.* qui supra. c) *corrige* vos nobis. d) *i. e.* argento. e) *verba* arto *et* expendibili *editori dubia esse visa sunt.* f) *corrige* qui in.

a) Quemadmodum per imperatorem patritius constitui consueuerit, *et in margine:* patritius faciendus C.

nec alicui concedatur ignoto. Sit enim valde notus imperatori, sit fidelis et prudens, non elatus. Protospatharius vemiens ante imperatorem osculetur suum humerum, et dicat: „Maxime imperatorum[b], adest quem vocasti". Tunc stet ad sinistram imperatoris illius yparchus[c], quem nos dicimus praefectum, et dicat ei imperator: „Cum protospathario futurum patricium adducito". Dum autem venerit patricius, in primis osculetur pedes imperatoris, deinde genu, ad extremum osculetur ipsum. Tunc osculetur omnes Romanos circumstantes, et dicant omnes: „Bene veniatis". (Tunc dicat imperator)[d]: „Nobis nimis laboriosum esse videtur, concessum nobis a Deo ministerium me solum procurare. Quocirca te nobis adiutorem facimus, et hunc honorem concedimus, ut ecclesiis Dei et pauperibus legem facias, et ut[e] inde apud altissimum iudicem rationem reddas". Tunc induat ei[f] mantum, et ponat ei in dextra[g] indice anulum, et det ei bambacinum propria manu scriptum, ubi taliter contineatur inscriptum[h]: „Esto patricius misericors et iustus". Tunc ponat ei in caput aureum circulum, et dimittat eum[i].

(2.) Qualiter iudex constituendus sit[k].

Quando iudex constitui debet[l], veniat ante[m] ad imperatorem, et ducat[n] eum primicherius[o]. Tunc[p] imperator: „Primicheri[q], vide ut non sit servus alicuius, neque ita pauper, ut meam[r] perdat animam in acquirenda[s] sibi pecunia". Tunc dicat imperator iudici: „Cave ne aliqua occasione Iustiniani sanctissimi antecessoris nostri legem subvertas". Et ille e contra: „Perpetuis maledictionibus percutiar, si hoc faciam". Tunc imperator faciat eum iurare, quod nulla occasione[t] subvertat legem. Tunc induat eum imperator mantum, et convertat fibulam ad dexteram[u] partem, et clausuram manti ad sinistram, significans quod lex ei debeat esse aperta et falsum testimonium clausum[v], et det ei in manum librum codicum et dicat: „Secundum hunc librum iudica Romam et Leonianam, orbemque universum". Et det ei osculum et dimittat eum.

(3.) Qualiter Romanus fieri debeat[w].

Si quis Romanus fieri desiderat, humiliter ad imperatorem fideles suos mittat, postulans[x] ut liceat eum legi Romanae succedere, Romanumque civem ascribi. Et si hoc libitum imperatori fuerit, taliter faciendum est. Sedeat cum optimatibus suis iudicibus atque magistris, et duo ex iudicibus eant inclinatis capitibus ante imperatorem, dicentes: „Cesar noster, quid prçcepit[y] summum imperium tuum"? Imperator e contra: „Ut amplificetur numerus Romanorum. Illum, quem vos hodie mihi denuntiastis, Romanae legis iubemus[z]. . . .

B. GREGORIANI SACRAMENTARII NOTITIA DE SEPTEM GRADIBUS.

Haec Florentiae in bibliothecae Laurentianae codice aedil. 122. *fol.* 129 *invenit Merkelius iis intermixta, quae de ritibus Graeco-Romanis in coronatione imperatoris et imperatricis vel papae observandis impressa habentur in Mabillonii Museo Italico tom. II. pag.* 397—411. *Sed et in libro de mirabilibus urbis Romae a Montefalconio edito (Diarii Italici* 1702. *pag.* 289.290*) eadem fere leguntur. Apographum Merkelianum sequor, amicissime mecum communicatum, antequam in Savinii historiae iuris Romani tomo VII. pag.* 8. 9 *ab ipso ederetur. Vereor autem, ne typographi errori tribuendum sit, quod ibi ad initium saeculi noni is codex trahitur, quem in litteris ad me datis specialiter saeculo decimo exeunti adsignaverat vir* ἀκριβέστατος. *Ceterum ea, quae uncinis inclusi, a codice absunt.*

b) imperatoris C. c) yparchus illius *Giesebr.* d) *haec tria verba, quae omnes codices omittunt, necessario supplenda erant.* e) ut *om.* C. f) eum imperator C. g) *sic* A. B; dextre C. h) scriptum C. i) eum *om.* C. k) de iudice per imperatorem constituendo C. l) constituendus est C. m) *sic* A; autem B; *deest* C. n) inducat C. o) primicerius C. p) dicat *om.* B. q) primicherie C. r) ut in ea B; meam *om.* C. s) acquirendam B. t) nunquam occasionem B. u) dextram C. v) et clausuram....clausum *in apographo meo quo olim usus sum, omissum erat.* w) De Romano per imperatorem constituendo C. x) postulens B; qui postulent C. y) precipit C. z) deficit *add.* C *in marg. Poterat scriptum esse:* romanae legis iubemus dispositioni subiacere, *ut habetur in lege Lotharii a.* 824, *supra p.* 546. *cap.* 38.

Incipit de VII grad*(ibus)* quomodo nominantur apud Grecos et Latinos[a]. Primicerius id est prima manus. Chera Grece latine[b] manus dicitur. Primicerius[c] apud Grecos papia[d] vocatur. Ipse debet habere clavi de toto palatio[e] et esse ibi honorabilis[f] apud imperatorem. die noctuque in palatio debet esse[g].

5 II.[h] Secundicerius id est secunda manus C*(hera)* g*(rece)* l*(atine)* m*(anus)* d*(icitur)*. Et[i] apud Grecos secundicerius[k] vocatur depteros[l]. In palatio honorabilis est, et ibi esse *(debet)*[m] die noctuque, et[n] coronae et omn*(ium)* vestiment*(orum)* imperiali*(um)*[o] qu*(ae)* per festas[p] indu*(untur)*, ipse debet habere curam.

III. *(Nome)*nculator[q] latine, apud Grecos questor dicitur. Ipse debet habere curam 10 de viduis et orphanis et omnibus xenodochiis, et apud ipsum debet disputari[r] de testamentis.

IV. Primus defensor apud Grecos protohecdico[s] vocatur. Ipse[t] debet habere homines sub se, qui defenda*(n)*t sedem imperii, ubi residet in ecclesia[u].

V. Arcarius debet colligere censum[v].

15 VI. Saccellarius[w] debet habere curam monasteriorum ancillarum Dei, et in festis[x] debet introducere omnem honorem ante imperatorem[y].

VII. Bibliothecarius apud Grecos logothetis[z], referendarius interpretatur, quia[a] ipse debet renuntiare omnem scriptionem ad[b] imperatorem. Protosicriti, protoscriniarius[c].

C. BONIZONIS SUTRINI EPISCOPI NOTITIA DE DIVERSIS IUDICUM GENERIBUS.

20 *Huius notitiae, ante annum* 1059 *conscriptae, maiorem partem ex Iohannis Diaconi libro de ecclesia Lateranensi ediderat* ***Mabillonius*** *anno* 1724, *in Musei Italici tomo II. pag.* 570; *quem secutus est* ***Bunsenius*** *in libro: Beschreibung der Stadt Rom. Tom. I.* 1829. *pag.* 221—225. *Iam vero eadem notitia etiam* ***Pertzio*** *nostro Romae obvenerat, non solum in Avenionensi* 25 *codice Cencii camerarii, qui in archivo Vaticano servatur (vid. Archivum nostrum tom. V. pag.* 92 *sqq.* 98. 171*), sed plenior etiam in codice bibliothecae Vaticanae num.* 2037, *scripto initio saeculi decimi quarti, quo Godefridi Viterbiensis liber Pantheon continetur; cuius folio* 170' *ea habentur, quae a me in Museo iurisprudentiae Rhenano tom. V.* 1832. *pag.* 128—138. 255 *olim edita* 30 *sunt. Nec Pertzium fugerat, in libro Gencii allegari locos vel libros Bonizonis, Sutrini primum, deinde Placentini episcopi, Gregorii VII amici, mortui a.* 1090, *qui diu pro deperditis habiti sunt. Felicissime autem et praeter omnium spem* ***Merkelio*** *contigit, ut Romae a.* 1846 *integram Bonizonis canonum collectionem* (de vita christiana *alias nuncupatur) inveniret in codice olim Capranicensi,* 35 *tunc commendatarii Torquati de Rossi, scripto circa annum* 1100, *ex cuius septimo libro eandem notitiam, ipsius Bonizonis nomine inscriptam, Merkelius edidit in Savinii historia iuris Romani tom. VII.* 1851. *pag.* 10—16. *Eiusdem codicis altero apographo, a Bethmanno confecto, usus est* ***Guilielmus Giesebrecht****, cuius editio (Geschichte der Kaiserzeit tom. I. pag.* 859 860. 867 40 *ed. II.) non in omnibus cum Merkeliana convenit. Id tamen in primis Giesebrechtius probasse mihi videtur, septem istos iudices palatinos olim primos fuisse in schola notariorum, et eosdem fuisse, qui* iudices de clero *alias dice-*

a) De iudicibus imperatorum in Roma *Montf.* b) latine *om. Montf.* c) primi *Montf.* d) prima *Montf.* e) curam de clauibus totius palatii *Montf.* f) et ipse honorabilis ibi *Montf.* g) existere debet *Montf.* h) nume-45 ros *non habet Montf.* i) c. gl. m. d. et *om. Montf.* k) secundicerius *om. Montf.* l) deptereu *Montf.; corrige* deuteros. m) *in codice est spatium vacuum octo circiter litterarum;* debet esse *Montf.* n) et *om. Montf.* o) imperialium *om. Montf.* p) festiuitates *Montf.* q) *unius tantum litterae, scilicet* N, *spatium pictori explendum relictum erat. Nomenculatoris autem nomen in ordinibus Romanis saepius invenitur, vid. Mabillon l. c. pag.* 4. 13. r) apud eum disputari debetur *Montf.* s) latine, apud grecos prohecdicos *Montf.* t) ipse *om. Montf.* u) ubi residet in 50 ecclesia *om. Montf.* v) archarius, qui archana dicitur, debet scire secreta consilia imperatoris, et colligere de prouinciis censum *Montf.* w) Sauellarius *Montf.* x) festiuitatibus *Montf.* y) introducere honores ad imperatorem. Protoscrinius id est primus scriniariorum *Montf.* z) logothetos et *Montf.* a) interpretatur quia *om. Montf.* b) rescriptionem ante *Montf.* c) *haec om. Montf., sed vide notam y.*

bantur (l. c. pag. 847 *sqq.). Sed in quibusdam plenior Bonizone apparet Godefridus; quae cuinam tribuenda sint, decidere non ausim, cum ipsum etiam Bonizonem ex remotioribus fontibus hausisse, vel Gregoriani sacramentarii fragmentum illud, quod modo edidimus, suadere videatur. Verisimilius tamen mihi est, Godefridum verba:* id est nostri iudices *et* id est a prebendo *ex suo ingenio affinxisse; quamobrem non nisi uncinis inclusa ista textui inserenda videbantur.*

Quot sunt genera iudicum[a].

Iudicum alii sunt palatii[b], quos ordinarios vocamus, alii consules[c] distributi per iudicatus, alii pedanei a consulibus creati [id est nostri iudices]. In Romano vero imperio et[d] in Romana usque hodie ecclesia[e] septem sunt iudices palatini, qui ordinarii nominantur[f]; qui ordinant imperatorem et cum Romanis clericis eligunt papam; quorum nomina haec sunt[g]:

Primus primicerius, secundus qui dicitur secundicerius[h], qui ab ipsis officiis nomen accipiunt. Hi dextra[i] laevaque vallantes imperatorem, quodammodo cum illo videntur regnare; sine quibus aliquid magni[k] non potest constituere imperator[l]. Set et[m] in Romana ecclesia in omnibus processionibus manuatim ducunt papam, cedentibus episcopis et ceteris magnatibus; et in maioribus festivitatibus octavam super omnes episcopos legunt lectionem.

Tertius est arcarius[n], qui praeest tributis.

Quartus saccellarius[o], qui stipendia erogat militibus, et Romae sabbato scrutiniorum[p] dat eleemosynam, et Romanis episcopis et clericis et ordinatis viris[q] largitur presbiteria [id est a prebendo].

Quintus est protus[r], qui praeest scriniariis[s], quos nos[t] tabelliones[u] vocamus.

Sextus primus defensor, qui praeest defensoribus, quos nos[v] advocatos[w] nominamus.

Septimus amminiculator[x], intercedens pro pupillis et viduis, pro afflictis et captivis.

Hi pro criminalibus non iudicant[y], nec in quemquam mortiferam dictant[z] sententiam; et Rome clerici[a] sunt, ad nullos unquam[b] alios ordines promovendi.

Alii vero, qui dicuntur consules, iudicatus regunt, et reos legibus puniunt, et pro qualitate[c] criminum in noxios[d] dictant sententiam[e]. Ceterum postquam peccatis nostris exigentibus Romanum[f] imperium barbarorum patuit gladiis feriendum, Romanas leges penitus ignorantes inliterati[g] ac barbari iudices legis peritos in legem cogentes iurare iudices creavere, quorum iudicio[h] lis[i] ventilata terminaretur. Hi accepta hac abusiva[k] potestate, dum stipendia a re publica non accipiunt, avaritiae face[l] succensi ius omne confundunt. Comes enim inliteratus[m] ac barbarus nescit vera a falsis discernere, et ideo fallitur[n]. Qui si mente pertractarent illud propheticum: „Iudica iuste[o] proximo tuo, et non accipies[p] in iudicio personam pauperis, nec honores multum potentis", mallent ab omni munere manus excutere, quam per cecam[q] animi cupiditatem inlecti, Dei se facere reos esse[r] iudicio, dicentis: „Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis". Set et Romanis legibus rei habentur ac notabiles, qui abusive ad libitum leges inflectentes, non iudicant ex equitate, set propria voluntate. Hii dati sunt ęcclesie in adiutorium, ut qui non reverentur episcopos[s] pro ęcclesiastica disciplina, saltim per eorum terrorem[t] et gladios ad pacis, licet inviti, redeant unitatem.

Levit. 19,15. Matth. 7,2.

a) *haec solus Godefr. habet.* b) palatini *God. Mab.* c) consulares *Mab.* d) In Rom....et *om. God.* e) In Romana uero ecclesia usque hodie *God.* f) uocantur *Mab.* g) sunt hec *God.* h) secundicereus *God.* i) dextera *Mab.* k) magnum *Mab.* l) papa *God.* m) et *om. Mab.;* etiam *God.* n) archadius *God.;* archarius *Giesebr.* o) secellarius *Bon.;* cellararius *God.* p) infirmorum *God.* q) ordinariis *Mab.* r) protoscriniarius *Mab.* s) scriniarius *God.;* scrinariis *Mab.* t) nos *om. Mab.* u) tabiliones *Bon.* v) nos *om. Mab.* w) aduocatum *God.* x) adminiculator *God.* y) nondum dicant *God.* z) ditant *Bon.* a) domini *God.* b) qui ad nullos, *om.* unquam, *God.* c) qualita *Bon.* d) noxiis *Bon.;* criminis *Mab.* e) *in hoc verbo desinit Mab.* f) romanorum *God.* g) inlicterati *God.;* illiterati *Giesebr.* h) iudiciorum *God.* i) *sic olim correxi;* lex *uterque cod.;* lis *etiam Giesebr.* k) ac abusiua *Bon.;* achusuia *God.* l) faces *Bon.* m) inlicteratus *God.;* illiteratus *Giesebr.* n) *hic desinit Bon.; superest solus God.* o) iuste iudica *Giesebr.* p) accipias *corr. Giesebr.* q) *sic correxit Giesebr.;* ceťa *cod.* r) *an* extremo? s) reuerenter episcopis *cod.* t) pro eorum errorem *cod.*

IN LEGES LANGOBARDORUM

INDEX ET GLOSSARIUM

AUCTORE FRIDERICO BLUHME.[1]

1) Numeri, quibus simpliciter *pag.* vel *p.* praescribitur, ad huius voluminis paginas referendi sunt; reliqui si speciali nota carent, singula principum vel librorum capita significant, quorum nomina hisce initialibus litteris indicantur:
Ad. = Adelchis princeps Beneventi, pag. 212—214.
Ahi., Aist. — Ahistulfus rex, pag. 194—205. 478—484.
Areg. = Aregis princeps, pag. 207—212.
Cart. = Cartularium, pag. 595—602.
Conc. = Liber legis Concordia dictus, pag. 235—289.
Conr. = Conradi capit. unicum, pag. 583. 584.
Desid. = Desiderius rex, pag. 205. 206.
Exp. = Expositiones in libro Papiensi receptae, pag. 290—585.
Extrav. = Capita extra libr. Pap. vagantia, pag. 586—589.
Form. = Formulae in libro Papiensi editae.
Gloss. = Glossae in libro Pap. editae.
Glo. Epor. Matr. Cav. Vat. = Glossae Eporedianae etc. pag. 648—657.
Graec. = Graecus interpres, pag. 225—234.
Greg. = Gregorii ducis pactiones, pag. 215. 216.
Gri. = Grimoaldus rex, pag. 91—95. 396—403.
Heinr. I. = Heinr. I. imperator, pag. 581—583.
Heinr. II. = Heinr. II. imperator, pag. 584. 585.
Kar. = Karolus Magnus, pag. 484—514.
Lebur. = Consuetudo Leburie et pactum, pag. 213—215.
Li. = Liutprandi leges et notitiae, pag. 96—182. 403—473.
Lomb. Cas. = Lombardae Casinensis libri tres, pag. 607—623.
Lomb. Vulg. = Lombardae Vulgatae libri tres, pag. 623—640.
Loth. = Lotharius, pag. 540—559.
Lud., Lod. = Ludovicus Pius (Lodoicus), pag. 522—540.
Merced. = Memoratorium de merced. commacinorum, pag. 176—180.
Monit. = Quaest. ac monita, pag. 590—594.
Otto I. = Otto primus, pag. 567—580.
Otto III. = Otto tertius, pag. 580. 581.
Pip. = Pippinus rex, pag. 514—522.
Radelg. = Radelgisus dux, pag. 221—225.
Rat. = Ratchis rex, pag. 183—193. 473—478.
Ro. = Rothari regis Edictus, pag. 1—90. 290—396.
Sicard. = Sicardi pactum, pag. 216—221.
Wid. = Wido, pag. 559—567.

Praeterea sequentium auctorum nomina, cum saepius allegentur, hisce compendiis significavimus:
Brun. = Fil. Brunetti codice diplomatico Toscano. Parte I. Firenze 1806. P. II. Tom. I. 1833. 4°.
Fumag. = Angelo Fumagalli codice diplomatico Sant' Ambrosiano. Milano 1805. 4°.
Graff Althochdeutscher Sprachschatz. 1834—1842. 4°.
Grimm Gr. = I. Grimm Deutsche Grammatik. 1822—1840.
Grimm RA. = I. Grimm Deutsche Rechtsalterthümer. 1828.
Grimm Spr. = Eiusd. Geschichte d. Deutschen Sprache. 1848.
Luc. Memorie e documenti per servire all' istoria del ducato di Lucca. Tom. IV. (ed. Domenico Bertini) Parte II. 1818. Tom. V. (ed. Domenico Barsocchini) Parte II. 1837. Parte III. 1841. 4°.
Lupi codex diplom. civitatis et ecclesiae Bergomatis. II Voll. 1784. 1799. fol.
Pabst Geschichte des Langobardischen Herzogthums, in Forschungen zur Deutschen Geschichte. Bd. II. 1861. pag. 407--518.
Troya = Codice diplomatico Longobardo dal 568 al 774 con note storiche, osservazioni e dissertazioni di Carlo Troya. Napoli 1852—1855 VI Voll.

Nomina personarum propria asterisco notavimus.
Indicis partes, quae ad librum Papiensem pertinent, Boretio potissimum debemus.

'adalwald, adelwald Ro. prol. p. 645,36. adlowal(do) rege Inscr. a. 620, Vesme p. 210.

adardire (erhärten?), ardire alicui Form. ad Roth. 146. Form. ad Gri. 4. Form. ad Liutp. 62. 117. 120. Form. ad Otto I. 3.

adelingi, lethingi p. 644,3.

'adelchis, adelgisus p. 646,33. filius radelgisi Rad. p. 225.

adfiliatus (= confabulatus) Gl. Epor. p. 648.

adminicula vitis, amenegolaria Ro. 292. Gl. Cav. 18. Fumag. p. 46. 51. 94. 215.

adminiculator p. 664.

'ado episcopus Adel. prol.

adpraetiare Ro. 11. 12. 14. 19. 140. 142. 280. 377. 387. Li. 84. 85. 89. adpr. pro libero homine Ro. 374. vid. qualiter, secundum, sicut.

adramire (= rite promittere) Kar. M. 28. Lud. P. 19. 21.

adtendere ad aliquem Ro. 10.

advena homo Li. 44. Pip. 10. cfr. uuaregang.

advivere Ro. 176. Li. 97. 113. cfr. Ritschelium in Museo Rhenano a. 1861. pag. 297. 298.

adulatores (pro hominib. placentinis) Lomb. Casin. 3,30. p. 622,22. 637.

adulterare Ro. 196. Li. 95.

adulterium (= stuprum) Ro. 213. Gri. 8. Li. 104.

se adunare Ro. 263.

aduniare vid. eduniare. Fumag. a. 822. p. 138.

advocati Kar. 9. 22. 55. 64. 70. 98. 99. Pip. 6. 26. Lud. 15. 24. 35. 44. 56. Loth. 7. 9. 18. 55. 101. Otto I. 2. 10. p. 664.

advocatio Loth. 18.

advocator Otto I. 8. p. 651,26.

aetas legitima Ro. 155. Li. 19. 99. 117. aetas rationabilis Kar. 37. infra aetatem Li. 58. 74. 75. 99.

'agelmund, agilmund Ro. prolog. p. 642, 41. 44.

'agiluuald p. 645,28.

'agiluulf turingus Ro. prolog.

'agio vid. aio.

agnatio Kar. M. 104. Pip. 12.

ahamund, amund, haamund Ro. 224. 235. Li. 23. 55. 97. 98. Ahi. 11.

